Surſuz corda edi-
tũ a. R. P. F. An
tonio đ Mone
lia Genuẽſi
or. mi. reg.
obs. di-
ligen
ter
Approbatum.

Surſum corda.

Aynaldus Gratianus de Cotignola sacre theologie doctor: Archieps̄ Ragusieñ. Reuerē. in chr̄o patris ac d. Achillis de grassis tituli sancte marie trāstiberim sctē ecclesie p̄sbyteri cardinalis ⁊ ep̄i Bononiēsis ac principis vicari⁹ generalis. suffraganeus ⁊ locū tenēs: vniuersis ⁊ singulis p̄sentes litteras: vl eius exēplū lecturis pariter ⁊ audituris salutē in saluatore peroptatā. Quia sacro approbante cōcilio laterañ. nup rome celebrato: a sede ap̄lica statutū est: vt n ll⁹ valeat libros imp̄ssioni tradere: nisi prius per ep̄m vel alium habentē peritiam sciētie libri imprimendi: ⁊ per inquisitorem heretice prauitatis a p̄fata sede deputatum: illius ciuitatis vel diocesis: in quibus auctor libri vel imp̄ssor cōmorant: examinētur ⁊ approbentur vt p3 ex bulla decime sessionis celebrate āno Incarnatiōis. 1515. q̄rto nonas Maii pontificatus. S. Leonis pape decimi anno tertio ⁊c. Ideo visis operib⁹ aeditis p. R. P. F. Antoniū Januensē de Monelia or. mi. reg. obs. sacre theologie lectorem celeberrimū prouincie Bononie. Cui⁹ titulus est. Sursum corda. Et habita etiam relatione aliquorū in eadem scia ⁊ facultate peritorū sup hmōi examinatione ⁊ approbatione: Opera ipsa quātum ad nos ⁊ alios peritos a quibus relationem accepimus ptinet: sana esse: ⁊ in nullo sacre scripture: aut sacris canonibus vel fidei contraria iudicauimus. Et ea quātū in nobis est approbamus tanq̄ laude: cōmēdatiōe ⁊ fide dignissima: ⁊ a viro p̄batissimo ⁊ in sacra theologia doctissimo aedita. Cui⁹ doctrine ea fides adhibēda ē: q̄ solet aliis doctorib⁹ approbatis adhiberi. In quorū fidē ⁊ testimoniū p̄ntes litteras nostras manu propria subscriptas ⁊ sigillo proprio munitas dedimus in ep̄ali palacio Bononie die. xi. Julii. 1522.

¶ Raynaldus Gratianus Archiepiscopus Ragusieñ. Uicarius ⁊ suffraganeus Bononie propria manu.

Fidem facio Ego frater Joānes de Bononia or. p̄dicatorū ciuitatis Bononie heretice prauitatis inquisitoris Uicari⁹. Qualiter visis opibus. R. P. fratris Antonii Genuēsis de monelia or. mi. reg. obs. sacre theologie lectoris. Cuius titulus est. Sursum corda. Nullum penitus in eis reperi errorē: imo potius omni cōmendatione ⁊ laude digna: tanq̄ a viro probatissimo ⁊ doctissimo emanata. Quibus omnis debeat indubitata fides p̄stari. In quorum fidem hec propria manu scripsi ⁊ sigillo officii mei cōmuniui. Datū Bononie in cōuentu nostro. S. Dominici die. 8. octobris. 1522.

Jul. Ualerianus.

Sursum corda viri: terrena relinquite tecta
 In quibus anxietas maxima: nulla quies.
Sursum corda viri: ad montem cōuertite gressus
 Ardua prima via est: vertice summa quies
Coelestes penetrans talamos diuina videbis
 Arcbana ⁊ vitae pocula multa bibes


PR
FILIUS
DEVS
SPS SCTVS


VOLVN TAS
INTEL LECTVS
MEMO RIA


VENITE ASCENDAMVS AD MONTEM DOMINI ET DOCEBIT NOS VIAS SVAS
ORATIO
ARTIFICIALIS
IBVNT DE VIRTVTE I VIRTVTEM VIDEBITVR DEVS DEORVM IN SYON
DEVOTIO
CHARITAS
FIDES
SPES
VICT·RA CRNIS
VICT DMONIS
VICT MVNDI
CASTITAS
PAVPERTAS
HVMILITAS
VIRGO MARIA
SERA PHIN
CHERV BIN
THRO NI
DOMINA TIONES
POTES TATES
VIRTV TES
PRINCI PATVS
ARCHA GELI
AN GE LI
CHRI STVS
APOSTO LI
EVANGE LISTE
PATRI ARCHE
MARTI RES
RELI GIOSI
ANACHO RITE
VIRGI NES
CONFES SORES
INNOCE TES
SALVS
FAMILARITAS
CO̅TEMPLATIO
LO̅GANIMITAS
PATIENTIA
OBEDIENTIA
ORATIO
MVNDITIA
ABSTINETIA
ITE RECTA

¶ Frater Jacobus Regien. or. mi. reg. obs. R. P. Fratri Anto nio Beneuen. consectaneo suo. S. P. D.

Salue R. P. Salue inquā in eo ī quo uno est sal⁹ uita ꝛ resur rectio nostra ꝛc. Scriptur⁹ ad te. R. P. mihi succurrit qd olim Apollo oraculorū numē cuidā de Plotino platonico inter roganti respōdit. Deos vz saepe Plotinū circūuagantē apprehēdis se: apprehēsūq; in rectū tramitē direxisse ac vberrimos diuini lūi- nis radios oculis eius porrexisse: adeo vt verū creditum sit Plotinum ipsum con templatiōe cōtuituq; deorū libros suos cōposuisse. Ego igitur Ven. Pr: nō te dos gentium daemonia circūuagantem apprehendisse: sed angelorum humeris: ad ter- tium coelum cū Paulo Ro. raptum esse: ꝛ illic archana verba q̃ licet homini loqui audisse crediderim. Nam opus quidem tuū religionis: ac bonae fidei longe pleniss. ꝛ multo purgatissimis auribus nō iniocūdum: archana: ꝛ omnino diuina scatet do ctrina: coeliq; vias: ꝛ sidera monstrat. Memoriam fecisti mirabilium tuorū ven. pr. Alii igitur suopte ingenio auditum a veritate auertentes mendacē poesim. i. ba rabam crbro ꝑponāt: Sybariticos libros: architecturas voluptatū oposissimas cui gilent. Scripta atq; bonum verba virgae sunt Jacob. Quippe vt illarū cōspectu pe cus: sic orone ꝛ exēplo hominū: hoies: siue in belluas: siue in āgelos ꝓpemodū meta morphosin faciūt. Caecilia Ro. pritia Chri Euāg. aut legit: aut si quo illi eundum fuit in sinu obuolutū habuit. Nā q̄lis hominū lectio talis ꝛ eorū vita. Hētilū libri Martialis vtputa Nasonis ꝛ alii hoꝝ siles nihil elegans: qd nō idē oppido q̄ ob scoenū sit ꝛ longe petulantiss. Per belle sapienterq; sapientissimus inquit Epicte ctus. Sicut enim neq; aspides: neq; scorpios propterea non pernitiosos existima- bis: quod in aurea pixide inclusos videas: sic ꝛ vitium noli non ideo miserū ac vi le putare: quod fortuna ornatum atq; opertū sit. Affine: sororiūq; sit op⁹ tuū ven. pater fenestratis Sileni statuis: q̄ foris deformes: ac deridiculae: amictuq; sub- sordido erant: disclusae vero q̄ augustissimū numinis Idolū ꝓseferebant. Qui- bus multo elegantissime: Alcibiades in conuiuio Platonis ethicum Socratē cō parauit. Laudo igitur q̄ facis. R. Pater ꝛ ita laudo: vt magis a me laudari nō pos sint: Et probe quidē: Nam si fraxinus in hasta Achillis ab Homero impense lau datur: si Epicteti lucerna fictilis: tribus drachmarum milibus venūt: q̄to magis monumenta tua: o Antoni: non tm̄ a me: verum a q̄ laudatissimis viris laudari: adq; multo maiori ꝑtio: existimari debent ꝛ iure optimo merentur. Nam Epicteti lucerna: adq; Achillis hasta tum tempori: tum mortalitati obnoxia sunt: opera ve ro tua: immortalitati ꝛ aeternitati cōsecrantur. Et qm̄. R. P. a sūmo: ac lōge libera lissimo deo: animorū Patre: immēsus tibi datus est sensus: ꝛ infinitatis quodam modo capax: ideo cotidie non modo hominum: verum etiam angelorum digna- relatu audias: auditaq; ad omnium cōmoda: in medium comportes. Nam qui ꝛ multa: ꝛ praeclara audit: adque plurima q̄ optime operatur: is proculdubio ꝛ co- gnatus: ꝛ affinis: ꝛ sororius: ac Deorum persimilis est: Quod ꝛ Lacedaemoniorū Religio subobscure innuere volens: Apollinis Statuas: vt zenodotus ab Aristo-

phane grãmatico cõdiscit: quattuor manibus: cũq3 tot numero auribus: nõ sine magno artis mysterio: statuebat. Fac ergo quod facis Ueñ. Pater: persancta repone: multo sanctiora doce: q̃3 sanctissima meditare: per q̃ post hac Aristippici confundã tur: erubescant Epicuri: caeteriq3 inimici crucis christi: quorum numen venter est: intabescant: christiana autem Religio triumphum agat: & perpetuu3 glorietur. Reliquum est vt inter orandum par pari reddas. Uale Ueñ. pater. Uale inq̃3 in eo: qui vnus: pro omnibus in Cruce pendens: Faciem ostendit & ora: ambas manus: totidemq3 pedes: atq3 rigido populata pectora ferro.

¶ Idem Frater Jacobus Regieñ. ad lectorem.

Armolaum Illum Megareñ. saepe mecum ridere soleo candide lector: qui vnius Mulierculae suauium duorum talentorũ praemio male mercatus est. Quo fit vt sapientissime sapientissimum Demosthenẽ fecisse fateri necessu3 sit: qui Layden Sellianam ne v3 vnum poenitere. x. drachmaru3 millib⁹ compararet: auersus est: Agedum candide lector: hoc antidoto morosum & fastidiente3 stomachum refice: esuriem: & appetentiam reuoca: Liber iste varijs distinctus est coloribus: & gloria insignis. In vestibulo humi serpit: in medio nubeis aggreditur: in calce vero caput inter sidera cõdẽs coelesteis recessus: amaenaq3 Paradisi vireta: nec nõ Floridos eclysij colleis oppido q̃3 familiareis reddit: Quid. Quod inculpatiss. castigatione castigatus est: vt vel ipsi Momo tum diligenti: tum indulgenti ac pene q̃3 morosissimo Deorum Censori: arbitro: ac expẽsori exactissimo: satisfacere possit. Age candide lector. Non enim tibi vnum poenitere: non alicuius scorti suauiũ: sed Deorum amplexus: sed basia: sed amicitias: sed consuetudines & cõmertia. Angelorum consuetudines tibi paruo vendere contendo. Age rursus. Non enim liber iste erit tibi inutilis: Non erit ingratus hospes: Quinimo longe curialis: frugi: comis: & multo operosus & vtilis erit. Jussus loquetur: & ite3 iussus cõticescet: Inuenies in eo: qd̃ animum pascat: quod pectus constipet: qd̃ saginet mentem. Abest fucatae orationis ornatus: quoniam pro Euripidis sententia: veritas nõ quaerit fucũ & qd̃ ad omneis pertinet verbis cõmunibus exponẽdum fuit: Interdiu ergo & noctu cum eo loquere humanissime lector. Quod omnino facies: si animorũ sedeis: si supnorum ciuium recessus: si deniq3 deũ sospitatorem: atq3 temetipsu3 qd̃ & del phycũ paradoxon iubet nosse desideras. Audies archana verba: q̃ l3 homini loqui: q̃ oculus Ciceronis non vidit: nec auris Demosthenis audiuit: nec in cor Platõis ascendit: nec Socratis aut Aristotelis animus vt semel finia3: inuestigare vnq̃3 potuit. In hoc lumine videbis Lumen: in Deo Dei verbu3: & procedẽtem ab vtroq3 spiritu3 paracletum. Uale iam candide lector: & abi: & inter abeundum formoso: qd̃ dicitur: semper occursato.

¶ Frater Antonius Beneuen. or. mi. reg. obs. sanctissimã coelorũ Reginã summa cũ Reuerentia genuflectens his verbis alloquitur.

Ite Salutauero Augustissima coelorũ imperatrix: intelligo: & augustissimum iperatorẽ christum: ne qd̕ Deus aethern⁹ semel coniunxit: homo separet salutasse &c. Appollodor⁹ apud zeno dotũ: Athenien. inquit herculi Alexiaco. i. malorũ depulsori peculiare qd̕dam victimae genus imolare solere. Cũ ergo semel bouem essent imolaturi: isq; subrupto fune profugisset: nec esset qd̕ sacrificaretur: malũ arreptum: suppositis quattuor ramis: quattuor crurũ vice: deinde additis alteris duobus ceu cornuum loco: bouẽ vtcũq; sunt imitati: idq; simulachrũ sacrificauerunt. Quo quidẽ schemate: datur intelligi: vnicuiq; pro viribus licere sibi sacra parare. Qd̕ & Plv. auũculus i p̃fatione autumat dicẽs. Verũ & dus lacte rustici multaeq; gentes supplicant: & mola tm̃ salsa litant: qui nõ habẽt tura. Ego vero illustrissima atq; multo sanctissima coelorũ impatrix: lõgeq; augustissima: Virgo Maria: quã vel impudentissimo ore alloqui audeo: nõ bouẽ: non taurum: nõ aliud pecoris gen⁹ qd̕ a me tibi imolari possit habeo: vt qui pecus: pecuniãq; oẽ: necnon pecuinã voluptatẽ: pro filio tuo dereliqui. Ne tñ a sacratiss. altarib. tuis absq; aliquo vel tantillo munusculo recessũ faciã: hasce ingenioli mei primitias tibi vice sacrificii sacrifico. Nã cogitãti mihi cuinã potissimũ opuscula mea cõmẽdarẽ: Reguli: Duces: Patritii: heroes: aliiq; q̃ plurimi: mag. & p̃potẽti ingenio viri succurrebãt: quib⁹ de more opuscula ipsa nũcupanda forent: At fidiss. comes gẽius vẽ me⁹: vellit aurem: & admõuit: vt iure optimo ad fontẽ vnde defluxerant: refluerẽt: Arbitratus: vt opinor: q̃ p̃bauiss: esse: instar Promethei suffuratũ e coelo ignẽ terrestri figmẽto applicare. Quid tibi ait Geni⁹ meus cũ purpuratis: ac sardonicatis viris. Dica: dica inquã Christi matri: q̃ dicaturus eras Principibus Mundi: Tu proinde sanctissima mater: vt es q̃ maximo: ac longe munificentissimo numine: non tã primitias ipsas: q̃ minimae sunt & fere nullae: sed dãtis erga te animũ bene aĩatũ aspice: Accipeq; eo vultu: ea grã: eo faciei filo: q̃ coelũ nubilosũ serẽare soles: Quoq; Christus filius tuus Euãgelicae Aniculae duos numulos accepit. Qd̕ vt facias: te ẽt atq; etiã rogo: & si pateris: obsecro: per illa nimis q̃ sacra vbera tua: q̃ duo misericordiae fonteis appellare possumus. Tu. n. hercules nr̃a Alexiaca: Tu nr̃a Theseus: q̃ tot erũnas: q̃ tot oppido q̃ imania mõstra: humano generi mortem vtrãq; inferẽtia belle edomuisti. Quaeq; tot ciuiũ tuorũ sortẽ miserata vna esse voluisti: q̃ cõis miseriae leuares fata. Tãdẽ admodũ q̃ coronata victrix: iferni Minotaurũ aggressa: christianos ciueis a multo funestiss. tributo liberasti i posterũ: O immensã immẽsae Matris Christi imẽsitatẽ & oĩpotentiã: O p̃destinatiss seruatoris Parentem: O sacratiss. Virginis caput: O lõge defecatiss. Mariae animũ: qui vel intra pudiciss. Matris vterũ semper ab oĩ peccati aspergine: p̃stine: pureq; q̃ detersiss fuit. Audite coeli q̃ loquor: & aurib⁹ p̃cipe terra. Deus siquidẽ & natura: qui nihil ociose agũt: nihilq; moliunt̃ frustra: hãc vnã tu idi orbis Reginã & augustiss. Imperatricẽ ad gloriã: ad laudẽ: ad triũphũ totã effinxerunt. Quasobres q̃tum christiana religio finit: omnium sanctorũ heroũ aĩas Pythagorica quadã

trāſanimatiōe in te o Maria metamorphoſin feciſſe crediderim. In tevnā o ītemerata mater: oēs illae aureae aurei ſaeculi reliquiae ꝓfugerūt: ⁊ toti⁹ Trinitatis cōci⸗
lio aethernū cubile poſuerunt. Eia oppido ꝙ̄ elegās Mater. Amor quo in te af⸗
fectus ſum: afficiarqꝫ quoaduiuā: imo vel vbi Atropos filia ſecuerit: ꝙ̄ longius. ē
⁊ Briareo illo geminior: adque Typhone multo articuloſior. Io pudiciss. puerpe
ra: q̄ cor: q̄ animum meum in vno oculorū tuorum: ⁊ in vno crine longe candidiss.
colli tui belliſſime diffaſcinaſti: adqꝫ vulneraſti: Uulnus autē ipſum non chironia
manus: non Theſſalicus rhombus: nō venena colchica: nō Circe non Medea: nec
Phoeb⁹: ſoboleſue clariſſima Phoebi leuare: adque excātare poſſent. Aethernū
igitur ſeruabo ſub pectore vulnus. Proinde nunꝙ̄ tua ſigna: nūꝙ̄ tua caſtra deſe
ram. Nunꝙ̄ nō tui memor ero. Ubiqꝫ gentium: vbiqꝫ locorū: tui apud me ꝑdulcis
vigebit memoria. Nam qui te nō amant nempe ꝙ̄ ingrati ſūt: ⁊ ſuperis lōge infen⸗
ſiſſimi. Io Maria: qui te perſancte ſomniāt: qui de te multo ſanctius cogitant: ac
ꝙ̄ ſanctiſſime de te cum p̄fatiōis laude loquūtur: qui te demū: non modo diligunt:
ſed vehemēter amāt: hii aetherni aethernū viuunt: ⁊ ſublimi feriūt ſidera vertice.
Quippe qui erga te bene animantur radio coeleſti incaleſcunt: ⁊ ſurſum calfacti ni
mis ꝙ̄ omnipotentē Deum: vbi charitas ⁊ amor: adque ſuaue deſyderium noſtrū
eſt: apricantur: amaenāt: ⁊ repubeſcunt. Sic a vigilanti aīo eorū nūꝙ̄ recedis: atqui
dormiētib⁹ ipſis vna cū Samarite illo Jeſu filio tuo ſemp occurſas. Cogāt ꝓinde
Epicuri in vnū voluptates ſuas. Cogant in vnū Sybaritici obſonia ſua obſonātiſſi
ma. Etenim p̄ Chriſto: p̄qꝫ Maria: longe mera inſania: multo meratior ꝑnities: ꝙ̄
maxima ſocordia videbunt: Siquidē hisduob⁹. Nō Scipioni laurū: nō Socrati
platanū: nō deniqꝫ Tytiro ſuā patulā fagū inuideo. Demū pce p̄cor ſanctiſſima Ma
ter: ſi hac inauſpicata garrulitate mea importune multo īportuniſſ. adorior. Naꝫ is
amantiū mos eſt: auth. Cypriano: vt amorem ſuū ſubticere nō poſſint. Eſto ſubide
mihi Typhis: ⁊ Authomedon adqꝫ fatidica ratis: aurā ꝓpterea concede ſcdāꝫ: ne
ea: vt Ulyſſeis ſociis accidit: homerico vtre dilapſa: ī leſtrigōas: in lotophagos. Cir
ceūqꝫ litus nauē ipſam diſiectā impingat hoſtis: vt tandem ope: opere: operaqꝫ tua
eo deuehar: quo tuo nomini: pariter ⁊ numini ſit decus ⁊ gloria:


Deserit aegiptum : quaerens celestia primus .

Per mare scindit iter : lustratqꝫ creata secundus .

Deserta ⁊ mentis penetralia : tertius : intrat .

Quartus habet cultus superum : ⁊ virtutis honores .

Directorium inflāmande mētis in abissum diuini luminis: per sacrarum scripturarum celitus sensus reseratos ⁊ adunguez materie applicatos auctore. F. Antonio Ligure de Monelia or. mi. reg. ob. prouincie Bononie. ac sacre Theologie lectore Erudito.



¶ De preparatione ad spiritualem ascē suz: ⁊ de recessu ex egypto. Lib. p̄mus.

¶ De excusatione scriptoris ⁊ quibusdam presuppositis. Cap. primū.

Venite ascendamus ad montem domini ⁊ ad domum dei iacob: ⁊ docebit nos vias suas: ⁊ ambulabimus in semitis eius quia de syō exibit lex ⁊ verbū dn̄i de hierusalē. Isa. c. ij. Quemadmodū vnigenitus dei in mōte syon in quo erat templum domini: predicando ⁊ mirabilia operando: docuit nos vias suas latas quo ad mādata: ⁊ semitas strictas quo ad consilia: vocaliter erudiendo. Sic in monte contēplationis mentaliter illustrando nos edocet nedum viam virtutū necessariam: sed ⁊ semitā omnimode perfectionis supereminentem. Et sicut de monte syon diuulgata est euangelica lex in omnem terram: ⁊ verbum incarnatum vniuersis populis inde manifestatum est. Sic de perfecte contēplationis mōte: diuine legis: ⁊ eterni verbi supernaturalis notitia in omnes animarū nostrarum vires illabitur. Et ideo venite oēs ⁊ ascendamus ad gloriosum contemplationis montem: qui est domus dei: quia in hoc mōte docebit nos vias suas ⁊ verbum suum: in quo sunt omnes thesauri sapiētie ⁊ scientie dei. De isto ergo spirituali ascensu ⁊ contēplatione secundū sanctorum precedentiū patrum sententias aliqua volens ordinate describere: tam ad incipiētium q̄ proficiētium ⁊ perfectorum vtilitatē. In hoc primo capitulo p̄mitto aliqua presupposita ⁊ fundamenta.

¶ Primum est. Non potest tradi clara ⁊ aperta notitia eorum que accidūt in mistica theologia ⁊ excessiua cōtemplatione per scientiam vel sermonem. Cuius ratio est: quia sicut res clarior est in se ⁊ minus clara in sua imagine que est in speculo. Et adhuc obscurior in secū

da imagine a prima deriuata. Obscurior adhuc in tertia a secunda deducta: ꝛ sic quanto magis distat a suo principio tanto est illi dissimilior. Sicut etiã Paulus Apostolus in suo raptu clare vidit archana dei. Quorũ similitudo in mente Pauli remãsit post raptum: nõ tamen ita clara sicut erant in sua natura. Qui postmodũ discip'lo suo Dionisio: non tamen ita limpida sicut in se habebat communicauit. Dionisius vero obscuriori adhuc modo q̃ȝ in se haberet litteris dereliquit. Doctores ipsum exponentes obscuriori velamine etiam ab ipso suscipiunt. Et magis obscuro ceteris edocendo perfundunt. Sic excessibus contemplationis assueti: in ipso contemplationis exercitio aliqua experiuntur. Quorum imago in eorum mẽte remanet sed magis obscura: ꝛ si eam verbis alijs exprimere cupiunt minime sufficiũt. Nullus.n. enarrare sufficeret in ipsius contemplationis exercitio quanta qualiue pacis trãquilitate in auctore pacis memoria quietetur. Quanto qualiqȝ lumine intellectus illustretur. Quanto qualiqȝ feruore voluntas inebrietur. Propterea scriptoribus parcẽdum est si quid aliquando minus clare vel incõplete loquũtur: quia hec doctrina magis affectiua est q̃ȝ intellectiua. Et quia hec cõtemplationis doctrina magis experientia apprehenditur q̃ȝ intelligentia pro tanto: venite omnes ꝛ secundũ ꝓpheticum dictũ gustate ꝛ videte qm̃ suauis est dominus. Gustate prius ꝑ affectũ: ꝛ videte postmodum per intellectum quante dulcedinis ꝛ suauitatis sit dominus contemplantibus eum.

¶ Secũdum est. Christus Jesus mistice theologie ꝛ extatice cõtemplationis sibi soli magisterium reseruauit. Ipse est.n. qui docet hominem sciẽtiam. Ipse est qui habet clauẽ Dauid. Claudit ꝛ nemo aperit. Aperit ꝛ nemo claudit. Unde ipse dicit Jo.x. Ego sum ostiũ: per me siquis introierit saluabitur ꝛ pascua inueniet. Quicunqȝ ergo cupit ad apicem contemplationis ascendere: nullũ alium doctorẽ requirat. Sed vadat ad ostiũ vȝ xp̄m ꝛ ibi q̄rat: petat: pulset: ꝛ percutiat. Nam qui vadit ad ipsum non eijciet foras: sed ad pascua suauissime contemplationis introducetur. Sicut.n. Moises filios israel archam construere: circũstare: circũducere: ꝛ sequi ordinato processu monstrauit ꝛ docuit. Sic Christus Jesus in se credentes ꝛ deuotos contemplationis archam inchoare: prosequi ꝛ consumarẽ ordinato ꝛ graduali processu instruit ꝛ illuminat.

¶ Tertium est. Ista mistica theologia ꝛ ars contemplationis licet sit summa ꝛ suprema sapiẽtia a quolibet simplici ꝛ idiota ꝛ illiterato haberi potest: etiã si sit muliercula: dũmodo sit fidelis deuotus ꝛ obediens. Nam ista sapientia magis acquiritur per penitentiam q̃ȝ ꝑ intelligentiam: magis per gemitum q̃ȝ per studium: magis per orationem q̃ȝ per instructiõem. Et tales magis sunt ad istam misticam theologiã idonei q̃ȝ sapientes superbi ꝛ litterati indeuoti ꝛ inobedientes. Siquis.n. pater duos filios haberet: vnum litteratum: sed sibi rebellem. Alium illitteratum ꝛ sibi obsequentem: libentius bona sua illitterato ꝛ obsequẽti filio q̃ȝ litterato ꝛ rebelli cõmunicaret. Sic Jesus qui est pater noster libẽtius gratias suas simplicibus ꝛ deuotis q̃ȝ sapientibus litteratis ꝛ superbis cõmunicat. Ueniãt ergo omnes currãt infirmi: simplices ꝛ paruuli ad xp̄m cõtemplationis magistrũ

qui ait sinite paruulos venire ad me: & cum intimo cordis amore semetipsos offerant brachijs crucifixi.

¶ Quartū est. Qđ in ista cōtemplationis ascensusq̧ spiritualis materia non omnibus vna regula dari potest: quia sicut celi volatilia in suo volatu diuersificantur sic in volatu cōtemplatiōis diuersi diuersimode variātur. Alique.n. auium dilatatis pennis. Alique cōpressis volāt. Alie recto itinere. Alie fracto vel retrogrado discurrūt. Ad montiū cacumina aquila volat. Ad petre foramina columba. Ad flores odoriferos philomena. Sic viri contemplatiui in contemplationis volatu secundum datas a domino grās multiformiter variātur. Propterea varia contemplationis itinera designabimus: quatenus vnusquisq̧ secundum deuotionis sue quantitatem & qualitatem planum vel asperum per qđ incedat iter arripiat. Qui vt philomena ꝺbilis est ad odoriferos sanctorum & angelorū choros euolet. Qui vero vt columba fortior est compressis pēnis in xp̄i foramina ingrediatur. Qui velut Aquila fortissimus est alas cordis ad summe diuinitatis cacumina contemplanda dilatet. Et mentis lumina in splēdidum iustitie solē aspectibus irreuerberatis aperiat.

¶ Quintum est. Quod cōtemplatio & spiritualis ascensus gradualis est: & ad eā per gradus ascendit̄ donec ad summum eius verticem perueniatur. Nec ad eius apicem quis cōmuniter subito & festinato conscendit. Unde dicit Grego. Nemo infima deserens repente fit summus: quia ad obtinendū perfectionis meritum oportet vt mēs cotidie in altum quasi quibusdā ascensionis gradibus perueniat. Et ideo sicut archam federis domini que contemplationem prefigurat: aliqui a longe videbāt vt milites: aliqui de prope vt leuite: aliqui accedebant vsq̧ ad atrium: alij ingrediebantur in sancta: alij vero in sancta sanctorum introibant. Et sicut aliqui mōtem caliginosum contemplationem designantem a longe videbant. Alij ad pedē montis appropinquabāt. Alij vsq̧ ad montis dimidium ascēdebant. Alij vero vsq̧ ad eius suppremum verticē peruenerūt Exo. xix. & xxxiiij. Sic diuersi diuersos contemplationis possident gradus. Et successus continuos obtinere nituntur de virtute in virtutē proficientes iuxta illud p̄s. Ibūt de virtute in virtutem videbitur deus deorū in syon.i.in cōtemplatione. Propterea o xp̄i miles accingere fortitudine tua & enitere quātum vales si forte pertingere valeas ad suppremum mōtis verticem. Sin autem ad dimidiū vel ad pedem ipsius appropinques. Saltē a longe montem videas fumigātem. Tantū est ne in vallibus iaceas: ne in imis putrescas: ne in egypto remaneas. Et continuo p̄ oculis habeas illud prouer. iiij. Iustorum semita quasi lux splendens procedit & crescit vsq̧ ad perfectā diē.

¶ Sextum est. Quod per profectū contemplatiōis fit profectus caritatis. Et per augumentum caritatis augumētū fit & contemplationis. Unde in huius figuram scribitur Iosue.c.iij. Quod archa domini precedebat turbam vt illi iter ostenderet. Et quanto illa precedebat tanto & turba sequens accelerabat. Et accelerante turba accelerabat & archa vt spacium intermedium semp̄ seruaretur equale. Archa precedens & iter ad terram promissiōis ostendēs est contemplatio preuia eterne felicitatis iter premonstrans. Turba sequens est desideriorum multitudo ex preuia

contēplatione ꝛ cognitione cōsurgens. Nam cum per cōtemplationem bonū cognoscitur: statim per desideriorum multitudinem appetitur. Et accelerāte archa: accelerat ꝛ turba: q2 bonū q̄to amplius cognoscitur tāto ardētius desideratur. Festinante quoq3 turba festinat ꝛ archa q2 crescēte amore ꝛ desiderio summi boni. Simul crescit eius cōtemplatio ꝛ inuestigatio. Et propterea qui ad perfectam dei dilectionem ascēdere nititur contemplationis archam premittat: ꝛ festinare ꝛ precedere faciat. Et qui ad summū contemplatiōis verticem festinat attingere. Desideriorum suorum turbā festinare cōpellat. Nam si precedat contēplationis archa que iter ostendat: sequitur desideriorū turba. Sequente desiderio ꝛ amore isequitur ꝛ bene operandi facultas: quia amanti nihil est difficile. Archam igit̄ cōtemplationis premittat qui faciliter operari desiderat.

¶ Septimum est. Quod qualis fuerit desideriū: amor seu studiū cuiuscūq3: talia sibi a domino potentissimo conceduntur. Ecci. xv. ante hominem vita ꝛ mors: bonum ꝛ malū: quod placuerit ei dabitur illi: quoniā multa sapientia dei ꝛ fortis in potentia videns omnes sine intermissione. Et ideo quale fuerit hominis studium desiderium ꝛ amor in contemplatione: talem a domino intrinsecus vel extrinsecus merebitur cōsolationē. Unde Dan. ij. scribitur. Qd̄ Nabucodonosor rex q2 de futuris sollicite cogitauit: reuelationem a deo promeruit futurorum in monstrata sibi visione de illa magna ꝛ mirabili statua. Hoc factum est ad innuendum q̄ qualis fuerit amor: desiderium ꝛ studium nostrum in contemplatione: talem a domino consolationem promerebimur: dicente Propheta in ps. Desiderium pauperū exaudiuit dominus preparationē cordis eorum audiuit auris tua. Eya igit̄ serue ꝛ xp̄i strenuissime miles: tanq̄ verus israelita desere egyptum. Relinque paleas: lutū ꝛ lateres omnium terrenorum. Et toto cordis amore: studio ac desiderio appropinq̄ ad dominum deum tuū. Magnificet anima tua dominum. Et exultet spiritus tuus in deo salutari tuo. Delectare in domino ꝛ ipse dabit tibi petitiones cordis tui. Uenite ergo ꝛ ascendamus ad montem domini.

¶ Qualiter cōtēplatiōis studiū sup oē aliud exercitium sit expetendū. Cap. ij.

V Enite ascendamus ad mōtē dn̄i ꝛ docebit nos vias suas. Hic mons ad quē nos ꝑpheta ascēdere admonet altitudo est cōtēplationis cuius officiū ꝛ exercitiū p̄ oībus alijs in hac vita querēdū desiderādū ꝛ inuestigādū est ab his precipue qui ad perfectiōis culmē aspirant propter multa: que ordine suo discurrendo patebunt.

¶ Primo quia contemplationis gratia est dei benedicti singularissimū donū homini concessum in hac vita. Est. n. summum beneficium quod rationali anime in hac vita cōferri possit. Habet enim sibi annexas perfectissimas suppremas ꝛ vltimas delectationes. Hā annexos fructus: beatitudines: dona ꝛ virtutes magnificātes ꝛ vniētes spiritum rationalem creatum cum ipso summo deo: tanto felicius q̄to imediatius. Ipsa. n. contemplatio est nobilissimus actus ꝛ nobilissima operatio possibilis in hac vita cum sit eximiarū potentiarū

tentiarū

lentia: actus vz memorie: intellectus: et volũtatis. Et nobilissimi obiecti vz dei: et imediatissimus ipsi deo. Unde merito contemplatio est vltimus finis creature rationalis in hac vita: ad quē oīa opera nostra ordināda sunt. ¶ Unū in figuram huius dñs. ¶ Primo p̄cepit Moisi vt archā fabricaret q̄ intra tabernaculū collocabat̄ et erat principale sanctuariuz qd̄ esset in tabernaculo. Exo. xxv. ¶ Secūdo p̄cepit cōstruere tabernaculū qd̄ ipsam archā cōtinebat Exo. xxvi. ¶ Tertio p̄cepit cōstruere ea qui extra tabernaculū cōtinebantur vz altare: atriū: colūnas: vectes: lebetes et alia q̄ ad cerimonias illas ptinebāt. Exo. xxvij. vt innueret q̄ pp archā oīa alia fiebant et ad ipsam ordinabantur. Moraliter archa est cōtemplatio: que in anima nostra intra corpus quasi intra tabernaculuz absconditur. Tabernaculū est ipsuz corpus aīaz coperiēs et ei per oīa membra deseruiens. Exteriora vero tabernaculo deseruiētia: bona sunt exteriora q̄ corporis nostri tabernaculo deseruiūt. Omnia ergo bona exteriora et oīa corporis membra atq3 officia ad contēplationis archam tanq3 ad finē suū in hac vita ordināda sunt. Dicente Augustino. xv. de Trini. c. xx. Ad summā trinitatem reminiscēdā: videndam: diligendam vt eam meditetur eam cōtempletur: ea delectetur totū debet homo referre quod viuit. ¶ Secundo: qz predictū contēplationis officiū est sanctificatiuū et cū deo pacificatiuū. Homo. n. cōtemplationi vacās pp predictā ad deū vniōnē in p̄nti vita sanctificat̄. Et pactū cū deo facit de accipienda postmodū contēplatione ppetua in aliena vita. ¶ Et iō archa q̄ mistice contēplationē p̄figurat duo sortita est noīa. Nā et archa sanctificatiōis et archa federis dñi vocata est. Dicta est archa sanctificationis qz contēplatiuos sanctificat: vnde et quicunq3 archaz ipsam tetigisset sanctificabat: ad innuendū q̄ qui cōtēplationi appropinquat et ipsam manu palpat sanctificat̄. Dicit̄ etiaz archa federis dñi Nūi. x. qz dū in hac vita in cōtēplatiōe exercemur pactū quoddā et fedus cū deo cōponimus de recipiēda postmodum in aliena vita conteplatione pfecta. Hec igit̄ cōtēplatio vite p̄ntis quasi archa est diuine ꝑmissionis. Quasi pignus diuine dilectionis et quasi quoddā vinculū et monumentū mutue caritatis. Merito ergo vnusquisq3 sup oīa desiderare dz archā cōtēplationis tāgere: qz virtus de illa exit et mūdat et sanctificat oēs. Nihil. n. sic cor hūanuz emūdat: nihil sic ad celestiū amorē īflāmat sicut exercitiū cōtēplationis. ¶ Unde Ricar. lib. i. d̄ archa mistica. c. j. Absq3 dubio nihil sic cor ab oī mūdano amore emūdat. Nihil sic aīum ad celestium amorē inflāmat q̄ntū exercitiū cōtēplationis. Et ꝓpterea sup oē aliud studiū contemplationis exercitium desiderādum et querendum est.

¶ Tertio: qz cōtēplationis exercitiū est oīuz virtutū distillatiuū et oīuz bonorū operū regulatiuū. ¶ Nā cum aīa nostra tres pncipales aspectus hēat vnū ad exteriora s̄m quez vocat̄ sensualitas vel aīalitas. Aliū ad interiora et intra se s̄m quē vocat̄ spūs. Tertiuz ad supiora et supra se s̄m quem vocat̄ mens. Cū s̄m istū tertiū aspectū circa supiora et diuina cōtēplāda occupet̄ reminiscēdo: itelligēdo: et diligēdo deuz p supiorē portionez: deus benedictus copiosa gratiarū dona supiori portiōi influit et inspirat. Portio vero supior portiōi medie ad regulādū spūm hoīs

interius instillat ꝛ cōmunicat. Et ipsa portio media instillat infime portioni ad regulandā hominis sensualitatem circa sensibilia exteriora. Et sic per contemplationē omnia humana opera diriguntur ꝛ regulantur siue quo ad summa ꝛ superiora siue quo ad media ꝛ interiora siue quo ad infima ꝛ exteriora. ¶ Unde sicut deus gloriosus dona gratiarū ꝛ perfectionem operationum prime angelorū hierarchie sibi proxime ꝛ immediate instillat. Et illa medie infundit. Et media infime sicut patet per Dionisium de angelica hierarchia. Et sicut deus per supremā hierarchiā regulat mediam: per mediam infimam. Et per infimam corporalia inferiora. Sic deus benedictus portioni superiori cōtemplationi vacanti. Dona gratiarum copiosa ꝛ perfectas operatiões cōmunicat ꝛ influit. Illa vero influit medie: ꝛ media infime. Et sic per ipsum deum portio superior regulatur. Per superiorem vero portionem portio media: Et per mediam infima quo ad opera exteriora. Et sic contemplatio est gratiarum distillatiua: ꝛ omnium humanorū operum regulatiua.

¶ Unde anima contemplatiua ꝛ sponsi amplexibus occupata dicit Cant. v. Manus mee stillauerunt mirrham ꝛ digiti mei pleni mirrha probatissima. Mirrha est a putrefactione ꝛ a fetore preseruatiua. Manus sponse contēplatiue: contemplationis sunt opera cōmunia. Digiti eius qui subtiliores sunt contemplationis sunt opera subtiliora ꝛ perfectiora. Manus ergo anime contemplatiue mirrham stillant: quia contēplationis exercitia: dona ꝛ gratias copiosas in aīam ꝛ in sensus omnes instillant: ne in mundanorum puluere putrescant ꝛ in flatu humani fauoris fetcāt. Sed digiti eius sunt pleni mirrha probatissima: quia opa ꝛ exercitia cōtemplationis sublimiora: tantam mirrham ꝛ tam perfectam in aīam ꝛ in oēs corporis sensus instillant vt eam preseruent ꝛ ab oī fetore puerse intentionis ꝛ ab oī putredine inique operationis. ¶ Et sicut vnguentū gratie a capite Christo descendit in barbam aaron. i. in apostolos viriles. Ab apostolis in vestimentum. i. in ecclesiam. Ab ecclesia in oram vestimenti. i. in minores ꝛ vltimos fideles qui erūt in tempore antichristi. Sic ab ipso capite nostro Christo descendit vnguētū gratie ꝛ perfectionis in barbā. i. in superiorem ꝛ virilem aīe portionē que in cōtemplatione occupatur: a barba in barbam aaron. i. in portionem mediam ꝛ virilem. Ab ipsa barba in vestimentum. i. in corpus. Ab ipso vestimento in oram. i. in oēs sensus ꝛ in oēs exteriores operationes. Et quare est tā quod est tanta putredo ꝛ fetor in operibus nostris exterioribus: in sensibus: in cogitationibus: in desiderijs: nisi quia non stillatur sibi mirrha desuper ab operibus contemplationis. Uenite ergo ascendamus ad montem domini.

¶ Quarto: quia contemplationis studium oīum est studiorū potentissimū ꝛ oīum regulatiuū. Nulla enim est operatio quę tātā vim obtineat quantū deuotio contemplatiōis. ¶ Figura de hoc habetur Dan. c. ij. Ubi scribitur quod Nabucodonosor vidit somniū quod statim euanuit ab oculis eius. Et cōuocari fecit Ariolos: Magos: Maleficos: ꝛ Caldeos vt indicarent somniū suū: nec tn̄ indicare potuerūt. Sed solus Daniel indicauit. Et propter hoc rex eidem magna ꝛ munera multa contulit: in sublime extulit. Principem sup oēs prouincias babilōis fecit. Et super oēs babilōis sapiētes magistrum cōstituit.

¶ Moral'r Nabucodonosor Rex est
spiritus rõnalis regẽdo corpori accom
modatus vel est hoīs liberū arbitriuz.
Somniū eius grã est contemplationis
que facile elabitur. Ad hanc intelligen/
dam τ recuperandā quattuor predicto
rū sapientum genera cõuocat. Que hu
mane nature quattuor principalia stu/
dia signare possunt: vz studium mecha
nicum: studium philosophicū: studiuz
legale: τ studium theologicū. Sed nul
lum istorum diuina nobis potest reuel
lare misteria aut diuinas visiones īter
pretrarī. Solus Daniel ō filijs israel. i.
deuotio contemplationis potest aperi
re misteria τ diuinas īterpretrarī visio
nes. Non ars mechanica. Non studi/
um philosophicum. Non legale. Neqꝫ
theologicum. Sed Daniel qꝛ sciētia fo
ris stat τ caritas contemplando pene/
trat. Et propterea debemus Danielē. i.
contemplationis gratiā in sublime ex/
tollere: super omne exercitiū illam pro
ponendo. Debemus ei munera multa
dare. i. multa τ magna temporum spa
cia exercitio contēplationis impēdere.
Debemus super oēm prouinciā prepo
nere: i. super oēm nostrā sollicitudinez
appreciare. Debemus ipsum oībus ba/
bilonis sapientibus preponere τ magi/
strum facere: vt omne mechanicum ex
ercitium: omne studiū legale: omne stu
dium phisicum siue theologicū regule
tur a contemplatione: contēplationi de
seruiat: τ ad contemplationis deuotio
nem tanqꝫ ad dñm suum τ tanqꝫ ad re
gulam suaz finaliter ordinet. Et nullo
modo obsistat aut interrumpat deuo/
tionē illius. ¶ Unde Ricardus de mi
stico somno. c. 42. ait. Utinam contin
gat tandem aliquando nostram deuo/
tionē id perfectionis attingere: quo nul
la qꝫtumlibet vehemens affectio. Nul/
la occupatio. Nulla sollicitudo: Nulla
suggestio vel suasio: possit eius studiuz
non dicam dissipare: sed nec quidem in
terrūpere ille. O infelices τ miseri mor
tales qui preponunt Magos: Ariolos
Maleficos: τ Caldeos. i. studium me
chanicum τ phisicuz τ legale atqꝫ theo
logicum. Et Danielē. i. contemplatiōis
deuotionem conculcant vilipendunt τ
abijciunt. Quibus dici pōt euāgeliuz
illud. Martha Martha sollicita es τ
turbari erga plurima Luc. x.
¶ Quinto: qꝛ cōtēplatiōis offm̄ est pia/
rū τ actiuarū opationū remuneratiuuz
τ terminatiuū. Opa. n. pietatis τ acti/
ue vite ad vitā cōtēplatiuā ordinantur
τ in eius quiete terminant. ¶ Figura
hr̄ Exo. 21. vbi scribit. Si emeris ser/
uū hebreū sex annis seruiet tibi: τ in se
ptimo egredie liber gratis. Duo sunt
seruorū gñā. Quidā sunt serui egyptij.
Quidā hebrei. ¶ Serui egyptij sūt illi
qui laborāt ī opibus seruilibus: siue li
beralibus ꝓ mundi delicijs: diuitijs: τ
honoribus acquirēdis: sic sūt milites
Naute: Mercatores: Artifices: Phi/
losophi: τ legiste. Qui opa sua: non ad
deū: nec ad vitā cōtēplatiuā ordināt: sꝫ
ad mūdū τ ad vitā voluptuosaz. Tales
serui nedū sex annis seruiunt sed septē
et semꝑ quia vsqꝫ ad mortem continue
in septem etatibus laborant. Et ad re/
quiem τ quietē contēplationis: nec in
presenti: nec in futura vita perueniunt.
Qui ī iferno positi dicēt illud sapie. v.
Lassati sumus in via iniquitatis τ per
ditiōis τ ambulauimus vias difficiles
viam autem dñi ignorauimus. ¶ Ser
ui autē hebrei sunt illi qui laborāt pro
pter deū: τ propter contēplationis grãz
acquirēdā. Tales seruiunt sex annis τ
in septimo liberant a seruitute: qꝛ ī sex
pietatis opibus semetipsos primo exer

cent nutriendo egenos: visitando infir mos: redimēdo captiuos: vestiēdo nu dos: suscipiēdo peregrinos: sepeliendo mortuos. Uel p senariū nūerū qui est perfectus: intelligitur vniuersitas opa tionū: τ vniuersitas tribulationum: q̄s serui hebrei libēter operant̄ τ tollerāt vt in anno septimo a laborū seruitute li berati contēplationis ocio quietius va cent. Propter hanc cōtemplationis re quiē possedendā oīa sunt pietatis opa peragēda. Oiaqꝫ aduersa libenti aīo tollerāda. Propter hāc cōtēplationis requiē acquirēdā laborabat Isachar filius Jacob de quo scribit̄ Gen. 49. Isachar asinus fortis vidit requiem s. cōtēplatiōis ꝙ esset bona: supposuit humeros suos ad portanduꝫ: τ factus est tributis seruiēs. Oia ergo opera ac tiue vite ordinari τ quietari debent in requiē contemplationis. Uenite ergo ascēdamus ad montē dn̄i montē dico cōtēplatiōis q̄ est terminatiua τ remu neratiua oīum nostroꝝ laborū.

¶ Sexto: q̄ cōtēplationis exercitiū est sūme dilectū τ desideratuꝫ a patribus τ prophetis. Et de hoc est illa gratiosa τ mirabilis figura Jacob patriarche: d̄ quo narrat̄ Gen. 49. Q̄ d̄ philocaptus de vnā pulchra iuuēcula noīe Rachel: que fuit filia laban: pro ipsa habēda in vxorē seruiuit septē τ septē annis ipsi laban illius peccora pascēdo. Et videbant̄ illi dies pauci pre amoris magnitudīe. ¶ Moraliter Jacob qui dr̄ sup plantator est spūs rōnalis qui cōtra vitia viriliter pugnat. Laban qui dr̄ candidatus est xp̄s gloria τ honore coronatus. Qui hꝫ duas filias vnā pulchrā aliā Lippā. s. vitā cōtēplatiuā τ actiuā: Rachel pulchra est vita cōtēplatiua: p qua obtinēda spūs rōnalis dꝫ xp̄o seruire septē annis. i. toto tēpore vite sue vt saltē in fine vite ad eius amplexus p tingere valeat. Debet p eius amore pa scere xp̄i gregē. i. opa pietatis facere: dꝫ pascere gregē. i. custodire: refrenare: τ cōgregare oēs sensus exteriores τ inte riores qui sūt aīales τ bestiales. Debet pascere gregē. i. turbā cogitationū τ de sideriorū cōprimere τ refrenare. Et in tātū dꝫ spūs rōnalis cōtēplationis gra tiam desiderare ꝙ oīs labor sibi videa tur leuis: τ oē tēpus breue. ¶ Quātū sit ista cōtemplationis sapīa diligenda quantūqꝫ desiderāda. Declarat Ri cardus: de. xij. patriarchis. c. j. dicens: Quid. n. sapiētia ardētius diligit̄: dul cius possidet̄: eius decor oēm superat pulchritudinē: eius dulcor oēꝫ excedit suauitatē: est. n. speciosior sole τ super oēm stellaꝝ dispositionē luci cōparata inuenitur prior.

¶ Septimo τ vltimo: q̄ cōtēplationis exercitiū τ studiū ab ecclesia est p̄dicatū τ psuasum. Ecclesia. n. catholica veris xp̄i fidelibus sublimia ac celestia cōtemplari psuadet τ terrena paruipē dere τ cōculcare. ¶ Figura de hoc habet̄ gratiosa τ digna relatu Josue. 2. De illa muliere meretrice τ alienigena nomine Rab. Que exploratores a Jo sue missos suscepit: fouit τ abscondit: τ cū eis cōfederata est. Cū aūt ab ea di scedere vidēt: dedit eis consiliū dicens. Ad montana cōscendite: ne forte occur rant vobis recurrentes. Ibiqꝫ latitate tribus diebus donec redeāt: τ sic ibitis per viam vestrā. ¶ Moraliter Raab meretrix τ alienigena q̄ matrimonio coniuncta est vni hebreo significare po test ecclesiam gentilē que xp̄o hebreo est desponsata. Exploratores quos mi sit Josue sunt cōtēplatores quos xp̄s mittit ad cōtēplandū insidias τ astutias inimicorū. ¶ Istos exploratores τ

cōtemplatores ecclesia ab inimicis abscōdit: qr contemplatores stant in solitudinis latibulo ꝛ in abditis occultati a cupidinibus ꝛ temptationibus huius mundi. Hos ecclesia hortatur ad celestia contemplanda: diligēda: ꝛ predicāda. Et suadet inferiora euitāda: contēnenda ꝛ conculcanda: qr in eis latitant demoniū ꝛ inimicorū insidie. Et ideo clamat ad illos. Ad montana conscendite: ne forte reuertētes occurrant vobis: o mortales: o exploratores summi regis: ad montana conscendite: ad celestia anhelate: ad celestia suspirate.

¶ Ubi dicit Origenes: dat sapiens meretrix consilium misticum ꝛ celeste: nihil terrenū hñs: per montana inquit abijte: nolite per vales incedere: humilia ꝛ deiecta refugite. Que celestia sunt ꝛ sublimia ꝑdicate. Et propter hec oīa cōtemplationis studiū ante omnia exercitia vere est preponendū. Uenite ergo ascendamus ꝛc.

¶ Qualiter contemplationi vacantes septem singularibus priuilegijs adornantur. Cap. iij.

Uenite ascendamus ad montē domini: ꝛ docebit nos vias suas. Ad hunc contemplationis montē omnes ascendere deberēt: qr in hoc monte sion descendit ros Hermon: gratia videlicet celestis refrigerans: qua in ascensu mōtis contemplatiui multiformiter ꝛ singulariter super communes homines a dño decorant̄. Inter alia viri cōtemplationi dediti septē singularibus priuilegijs decorant̄.

¶ Primū est: Amicabilis ꝛ familiaris vnio cum ipso deo: qr cōtemplatiui sūt quasi cōtinue deo amicabiliter ꝛ familiariter vniti per mentis eleuationem: sed actiui in operatiōibus distracti magis ab ipso elongant̄. ¶ Hoc fuit figuratum in Joanne Euangelista qui contemplatiuā vitā representat: ꝛ ideo īter oēs apostolos fuit xp̄o speciali amicitia coniunctus ꝛ vocatur discipulus a xp̄o dilectus. Fuit etiam ipsi xp̄o magis familiaris ꝙ aliquis alius apostolorum sicut patet euangelicam historiā discurrendo. Fuit singularibus amicitie signis adornatus. Nā singulariter de nuptijs vocatus. Singulariter in cena illuminatus. Singulariter a morte preseruatus: vt volunt aliqui. Singulariter prophetie spiritu illustratus. Sic contemplatiui singulariter ꝛ familiariter deo vniunt̄.

¶ Secundum est: corporalis ꝛ spūalis pacificatio. In cōtemplatiōis exercitio ꝛ mētis ꝛ corporis vera pax ꝛ requies inuenit̄. In actiua vero vita inuenitur ꝛ labor corporis ꝛ turbatio mentis.

¶ Hoc signat̄ Luc. x. In Maria q̄ ad pedes dñi sedebat. Et in Martha que satagebat circa frequens ministerium. Que stabat ꝛ turbabatur ꝛ sollicitabatur circa plurima. Martha vitā actiuam significat in qua quicunqȝ exercetur oīno sollicitat̄ turbat̄ ꝛ multum laborat nec requiem inuenit. Maria vero cōtēplatiuā vitaȝ designat: ꝛ ideo sedet ad pedes dñi ꝛ audit verbū illius ꝛ nō attēdens ad exteriora q̄ sunt in cōtinuo motu ꝛ pturbatione: sed vni soli deo vacans ꝛ corporaliter ꝛ spūaliter pacificatur: qr dicit xp̄s Jo. xvj. In mūdo pressurā habebitis in me aūt pacē. Ad hāc pacē contemplatiue vite vocat saluator laborātes in vita actiua qñ dicit Mat. xj. Uenite ad me oēs qui laboratis ꝛ onerati estis ꝛ ego reficiā vos.

Tollite iugū meū sup vos ꝛ discite a me qꝛ mitis sū ꝛ humilis corde ꝛ inue nietis requiē aīabus vr̄is. Iugū.n.meū .s.vite cōtēplatiue suaue ē ꝛ onus meū leue. Et iō si volumus verā pacē īueni re. Uenite ascēdamus ad montez dn̄i.

¶ Tertium est: singularis illuminatio. Contemplatiui a deo in hac vita singu lares mentis illuminationes a deo reci piunt: non sic viri actiui. ¶ Hoc figura tum fuit in Jacob: qui post luctam cuꝫ angelo vocatus est israel ꝛ vidit in via dei visiones mirabiles vt diceret: vidi dn̄m facie ad faciē ꝛ salua facta est aīa mea Gen.32. Jacob supplantator ꝛ luc tator vitam significat actiuam que cō tra vicia preliatur infirmatur ꝛ fatigat sicut Jacob: vt clamet cum psalmista dicens. Afflictus sum ꝛ humiliatus sū nimis. Israel vero qui interpretat̄ vi dens deum seu visio dei: vitam cōtem platiuam designat que deum in seipso speculatur. De Jacob fit israel qn̄ post labores actiue vite ꝛ bone operationis homo peruenit ad lucem cōtēplatiōis. Et tunc incipit deum videre ꝛ mirabi les recipere illuminatiōes vt dicat. Ui di dominum facie ad facieꝫ. Et propte rea quicunqꝫ cupitis diuinas illumina tiones: postponite oīa. Relinquite infi ma. Uenite ascēdamus ad montē dn̄i: qꝛ illuminat mirabil̄r a mōtibus eter nis.s.a cōtēplationibus īdeficiētibus.

¶ Quartū est spūalis refectio ꝛ inebria tio. Anima cōtemplatiua in hac vita de gens mirabili cibo ꝛ dulcedine reficit̄ ꝛ inextimabili potu inebriatur a dn̄o. Aīa autē actiua ieiuna remanet ꝛ esuri ens. ¶ Hoc figuratur in sponsa can.2. Que dicit. Sub vmbra illius quē desi deraueram sedi. Et fructus illius dul cis gutturi meo. Introduxit me rex in cellam vinariam. In quibus verbis di cit se vino potatam ꝛ dulci cibo refec tam. De hoc suaui cibo dicit ibidē Ori genes. Da mihi dn̄e fructum dulcem ꝛ fructum aīe mee. Altus est: attolle desi derium. Benedictus est: sanctifica ob sequiū. In putribilis est: purifica affe ctuꝫ. Suauis est letifica animam. Sed actiue vite dediti cibum istum suaueꝫ gustare non pōt: dicēte Augustino. Cō templatiui non actiui amare ꝛ gustare possunt sincerū bonum. Ad qd̄ gustan dum necesse est cessare a tumultu mun di: propter qd̄ esuriunt ꝛ sitiunt modo actiui: qꝛ non habent sensum gustus ex ercitatum. Et ideo si vultis gustare q̄ suauis sit dn̄s: venite ꝛ ascendamus ad montem dn̄i: ꝛ docebit nos dulcedi nē suā. ¶ De hac suaui refectione dicit Ricardus d̄.12. patriarchis c.3. Quid vero dulcius quidue iocūdius pōt esse q̄ oculū mentis ad summe sapiētie cō templationem erigere. Propter istaꝫ dulcem refectionē contemplatiui non sentiunt laborē sed consolationē. Pro pter defectū istius refectiōis: homines actiui laborant sudant: sollicitantur ꝛ conturbantur ꝛ murmurant sicut: ꝛ Martha q̄ circa multa occupat̄. Ueni te ergo ascēdamus ad mōtē dn̄i: qꝛ in illa die cōtēplationis stillabūt montes dulcedinē ꝛ colles fluent lacte ꝛ melle.

¶ Quintū est vniuersalis pulchritudo. Contemplatiua vita mirabiliter decoꝛ at ꝛ pulchram reddit aīam quo ad de um quo ad seipsum: ꝛ quo ad exterioꝛ a ꝛ proximū: cū tn̄ vita actiua ī multis operibus defoꝛmetur ꝛ maculetur per exercitium rerum temporaliū. ¶ Hoc signatur Gen.29. In Rachel q̄ erat de coꝛa facie ꝛ venusto aspectu: ꝛ significa cat vitam contemplatiuam. Et in Lya sorore sua significante vitam actiuam: que erat Lippa oculis: ꝛ deformis. Nā

in operibus vite actiue occurrunt turbationes: occupationes: querulationes sicut i Martha: occurrūt cecitas: ignorantia ex puluere mundiali qui reddit oculos lippos sicut in Lya. Sed in contemplatiōe aīa tota decoratur ornatur fit candida per mundiciam: rubicūda per caritatē: diuina per illuminationē. ¶ Unde Hugo super. 7. Angelice hierarchie dicit. Contemplatio est deifica similitudo: q: dum per eam illuminati lucentes fiūt: quodammodo ipsius luminis lucentis similitudinē accipiūt. ¶ Quod contemplatio reddat animam pulchram & decoram patet in Moise Exo. 34. Qui cū fuisset in montem synai ad contemplandum & loquendum cum deo cum descenderet facies eius adeo erat radiosa fulgida & illustrata: qd filij israel non poterant nec audebant in faciem illius intueri. Et iō ad animam contemplatiuā clamat deus dicens Can. 4. Tota pulchra es amica mea & macula nō est ī te. Et iō o anime rationales. O sponse dei si vultis decorari: pulchrificari: venustari & placere sponso. Uenite & ascendamus ad montem domini & decorabit facies vr̄as.

¶ Sextum est cordialis inflammatio. Contemplationis officium maxime incitat & calefacit cor nostrum ad desiderium supernorū. Cū tñ actiua vitā multotiens desidem reddat. Et rō est q: in contemplatione deus alloquitur aīam & suauiter in eius auribus susurrat: & ideo mirabiliter cor mutatur ad supernorū dilectionē. ¶ Hoc figuratū fuit Luc. 24. In duobus discipulis euntibus in emaus: quibus se dn̄s iunxit in via & dum loqueretur illis & aperiret scripturas cor eorū ardens erat ad audiendum. Isti duo discipuli euntes in emaus qd īterpretatur mater festināo & desiderium consilij: sunt intellectus & voluntas qui in hierusalem supernā que est mater nostra per contemplationis desiderium intendunt. Et tales in contemplatione alloquitur dn̄s & accēdit & ardere & languere facit cor illorū. Unde dicit aīa contemplatiua Cant. 5. Aīa mea liquefacta est vt dilectus loquutus est. O quō ardet cor cōtēplatiuū qn̄ deus in aīa susurrat. Uiuus ē n. sermo dei & penetrabilior oī gladio ancipiti ptingēs vsq; ad diuisionē spūs & aīe: & iō cor cōtēplātis scindit: cōburit & liq̄facit. Et q̄ ē cā qd bonū corda nō ardēt desiderio supnorū: nisi q: nō vacāt cōtēplatiōi: nec vocē dilecti susurrā tis audiūt. O miseri mortales si vultis desiderio eternorū ardere & calefieri. Uenite ascendamus ad mōtē dn̄i.

¶ Septimū ē mētalis eleuatio. Nā hō cōtēplatiōi vacās aliqn̄ mētalr eleuat̄ vltra oīa inferiora: & in floribus celestibus spūalr cōmorat̄. Et in sancta trinitate ineffabilr iocūdat̄. Cū tñ vita actiua in istis corruptibilibus semp pmaneat. ¶ Hoc figuratū fuit ī illo magno cōtēplatiuo Helya. 4. Re. 2. Qui ī curru igneo raptus ē & collocatus in paradiso deliciarū: Sic cōtēplatiuī in exercitio cōtēplationis sup oīa corruptibilia eleuant̄ & ad celestia & diuia cōtēplāda rapiunt̄: vbi maximis cōsolatiōibus reficiunt̄. ¶ Un̄ Hugo de claustro aīe li. 3. c. 5. dic̄ sic. ¶ Cōtēplatō claustrū aīe dr̄ā cuius sinu dū se recipit aīus sola celestia meditat̄: a terrenis sepat̄: a turba carnaliū cogitationū lōge pōit̄. Dulces carnis refugit effectus. Uagos sensuū astringit motus: in dn̄o delectat̄: angelica dulcedine fruit̄. Legit in libro vite p silētio pacē tenet. In choro virtutum seruat concordiam morum. Sūmi patris potentiam cōsiderat. Sapiam filij

Quid sit vita contemplatiua

investigat: Spiritus sancti benignitatem amat. Dum hec tria contemplatur tribus modis cõsolat̃ ille. O mortales miserrimi qui in huius mũdi negocijs laboratis ꝛ semp̃ adeo lõge statis semper i discordijs: semp̃ ceci: semp̃ famelici ꝛ cupidi: semp̃ peccatis deformati: semp̃ frigidi: semp̃ ad terrena depressi ꝛ tandẽ cuz tot laboribus descenditis ad infernũ. Et tñ si ad ociũ ꝛ quietez cõtẽplatiõis aspiraret aĩa vestra: semp̃ deo essetis vniti: semp̃ pacati: lucidi: refecti ꝛ saciati: inflãmati ad celestia sublevati: ꝛ tandez in curru igneo caritatis ad celum translati ꝛ glorificati. Venite ergo omnes ꝛ ascẽdamus ad mõtem domini ꝛ docebit nos vias suas: ꝛ ambulabimus in semitis eius: ꝛ decorabimur priuilegijs eius.

¶ De vita actiua ad contemplatiuã preambula notabilia septem. Cap. iiij.

Venite ascendamus ad mõtez dñi ꝛ docebit nos vias suas. Cuz opposita iuxta se posita magis agnoscant̃. Cupientes ad montẽ vite contemplatiue cõscendere expedit primo de suo opposito vz de vita actiua aliquid enarrare: ꝛ tanto magis q̃nto ipsa actiua vita p̄uia est ꝛ preambula ad cõtemplatiuã. Ipsa.n. actiua vita est dispositio q̃daz ꝛ p̄paratio ad ascẽdẽdũ in mõtẽ cõtẽplatiõis: ꝛ iõ de ipsa videbimus septẽ. ¶ Primo: quomodo differt actiua vita a cõtẽplatiua: ꝛ in quo vtraq; cõsistat. ¶ Et dico: q̃d vita est illa opatio quaz aliquis in seipso exercet: ꝛ cui summz studiũ ꝛ cura ꝛ intentio impendit̃. Et quia principalis operatio in hoie est intelligere ꝛ velle ꝛ ratiocinari: ideo vita hominis est viuere s̃m operationẽ intellectiuam ꝛ rationalem. Et s̃m tales operationẽ intellectualez distinguitur vita hominis in actiuam ꝛ contemplatiuã: licet.n.i homine sit vita voluptuosa q̃ a Philosopho appellat̃ brutalis ꝛ bestialis.i. ethicorũ. Ab ipsa tñ non debet vita humana denominari vel distingui: sed ab intellectuali ꝛ rationali q̃ est principalior ꝛ dignior in homine. ¶ Intellectus aũt humanus duas hẽt operationes vnam que est ipsius intellectus secundũ se que consistit in operatione ipsius intellectus in se. Et secũdũ istam operationẽ dicit̃ vita speculatiua seu contemplatiua. Et intellectus dicit̃ speculatiuus. Aliam etiam habet que est ipsius intellectus inq̃ntum regit ꝛ regulat vires ꝛ potentias anime inferiores sibi obedientes. Et secundum istaz operationez dicitur vita actiua seu practica: ꝛ intellectus practicus. Et licet intellectus sit vnus numero in vno indiuiduo: tñ dicitur speculatiuus ꝛ practicus. Vel contemplatiuus ꝛ actiuus p̄p diuersitatem officiorũ: actuum: ꝛ obiectorum. Nam intellectus speculatiuus habet officium intelligẽdi: practicus vero habet officiuz ordinandi ad finem. Speculatiuus habet actum qui est intelligere: practicus habet actum qui est dictare. Speculatiuus habet obiectuz quod est intelligibile. Practicus vero habet obiectuz quod est operabile. Et propter hoc quia vita hominis dicitur in eo consistere in quo magis homo delectatur ꝛ intẽdit. Illa vita que magis innititur operationi ipsius intellectus in se dicitur vita contemplatiua. Et maxime consistit in contemplatione summi contemplabilis. Et illa que magis studet operationibus sensuum exteriorum dicitur vita actiua.

¶ Secundo quomodo differunt contē platiua christianorum a cōtemplatiua philosophorum: ⁊ actiua christianorū ab actiua philosophorum. Et dico q̄ cōtemplatio est actus medius inter ipsum contemplantem ⁊ obiectum cōtē platū. ¶ Contemplatio philosophorū erga primam causam deum non procedebat ex amore obiecti contemplati. s. dei sed ex amore contemplantium ꝑ perfectionē sui intellectus acquirēdā ⁊ ideo philosophi quasi nitebātur trahere primam causā intra se per cognitionem ipsius quia verū est in anima. Et sic circa primam causam habebāt solam speculationem: ⁊ non affectionē vel amorē. Et propterea voluntas philosophorum semper remansit famelica ⁊ insatiata taliter q̄ post multas veritatis ⁊ scientie inuestigationes fatigati ⁊ tedio affecti cōcluserunt. Hoc vnū se scire q̄ nihil sciebant. ¶ Cōtemplatio vero christianorum procedit ex desiderio ⁊ amore obiecti contemplati. s. dei. Nā ideo deum cōtemplantur quatenus per amorem in ipsum deum contemplatum totaliter transformentur. Et sic circa obiectum nō solū habent speculationē sicut philosophi: sed etiā amorem ⁊ affectum cordialē. Et talis contemplatio nō sistit in solo intellectu sicut illa philosophorum: sed transit in affectum. Unde Augustinus orādo ⁊ contemplando dicebat. Fac me p̄cor domine gustare per affectum quod intelligo per intellectum. Fac me sentire per amorem quod sentio per cognitionem. ¶ Actiua ēt vita philosophorū erat ordinata vel ad finem monasticū idest ad vtilitatē ꝓprie vite ⁊ propter amorem sui ipsius. Uel ad finē yconomicum idest ad vtilitatem vnius familie ⁊ propter amorem illius: vel ad finē politicum ⁊ ciuilem. i. ad vtilitatem rei publice ⁊ ciuitatis ⁊ ꝑ amorē reipublice. Ex quibus patet q̄ tota intentio philosophorū erat curua ad terrena. ¶ Actiua vero vita x̄pianorū ordinata est ad deum tanq̄ ad finem vltimū ⁊ propter ipsum deū. Unde Martha que actiuam christianorum vitam prefigurat propter christū qui erat deus laborabat. Ex quo patet quomodo actiua vita christianorum tota est ad celū erecta ꝓ cuius amore laborat. In operibus pijs: in extirpando vicia: operando virtutes.

¶ Tertio quomodo vita actiua excedit contemplatiuā ⁊ quomodo est illa nobilior ⁊ excellentior. Dico argumentatiue quod actiua videtur esse nobilior ⁊ perfectior cōtēplatiua ꝓpter quinq̄ rōnes. ¶ Prima est talis. Illa virtus est nobilior ⁊ perfectior que est magis meritoria ⁊ magis continua: sed actiua vita est magis meritoria ⁊ magis continua q̄ contēplatiua ergo est nobilior. Quod sit magis continua ⁊ per consequens magis meritoria est clarū. Nā vita contemplatiua non potest continuari q: saltem intermittitur quādo creatura dormit. Sed vita actiua pōt continuari ⁊ quando creatura vigilat ⁊ quando dormit: sicut faciunt illi qui ⁊ vigilando ⁊ dormiendo portāt ciliciū vel cordam nodosam: vel circulum de ferro ad carnem ⁊ dormiunt super nudam humum que omnia pertinent ad actiuā vitā: ergo est perfectior. ¶ Secūda. Illa virtus ē nobilior ꝓpter quā alia est relinquenda ⁊ deponēda. Sed propter vitam actiuam contemplatiua est deponenda: ergo vita actiua est nobilior. Quod contemplatiua sit dimittenda propter actiuam probo. Quia si quis proximus meus sit infirmus de

periculosa infirmitate ⁊ me inuitet ad
subueniendum sibi tunc deleo dimit
tere contemplationem meam propter
subuentionem fraternã: qꝛ dicit Joan
nes in prima epistola. c. iij. Qui viderit
fratrem suum necessitatem patientem
⁊ clauserit viscera sua ab eo quomodo
caritas dei manet in illo: ergo est nobi
lior. ¶ Tertia. Jlla virtus est nobilior
ex qua sequit̃ maius bonũ ⁊ salus plu
rium personarum. Sed ex vita actiua
sequitur maius bonum ⁊ salus pluriũ
sicut Lia habuit plures filios q̃ Ra
chel: ergo actiua est nobilior. Unde si
aliquis populus hereticus vel in pecca
tis immersus inuitaret contemplatiuũ
aliquem ad sibi predicandum ⁊ cõuer
tendũ: ⁊ cõferendũ ecclesie sacramẽta.
Tunc talis teneretur dimittere conso
lationem sue contemplationis ⁊ tali po
pulo p̄dicare qꝛ caritas nõ querit q̃ sua
sunt sed q̃ Jesu xp̄i. j. Cor. xiij. ergo.
¶ Quarta. Jlla v̄tus ẽ nobilior ⁊ pfe
ctior: que propter deum facit maiora
⁊ dat quidquid possidet: ⁊ facit quid
quid potest. Sed vita actiua est hmõi
⁊ non cõtemplatiua: ergo actiua est no
bilior. Quod actiua vita propter deuz
faciat maiora probat̃: quia per marti
rium quod pertinet ad vitam actiuam
dat oẽ quod habet: ⁊ facit omne quod
põt: ergo est nobilior: qꝛ cõtẽplatiua nõ
facit ista. ¶ Quinta. Jlla virtus est no
bilior in fideli christiano que fuit nobi
lior in xp̄o in quãtum homo: quia vita
xp̄iani regulatur a vita xp̄i: sed vita ac
tiua fuit nobilior in xp̄o in quantũ hõ
q̃ cõtẽplatiua: ergo nobilior. Quod
actiua fuerit nobilior in xp̄o probatur
sic. Jlla virtus fuit in xp̄o in quantum
homo nobilior per quã eternus pater
voluit sibi satisfieri ⁊ xp̄s voluit sibi sa
tisfacere pro pretio vel debito humane
nãe. Sed satisfecit eterno patri p̄ vitã
actiuam. s. per suam passionem ⁊ mor
tem: ⁊ non per contemplatiuam: vz per
suam contemplationez: ergo actiua est
quo ad hoc nobilior ⁊ perfectior. Pre
terea xp̄s qui est summa veritas ⁊ in
doctrina nõ potest errare: videtur ma
gis docuisse vitam actiuam q̃ contem
platiuaz. Unde singulariter docuit mi
sericordiam: paupertatem: patientiaz:
vigilias: orationez: pater noster. Jndul
gere inimicis: assumere crucez dicens.
Qui vult venire post me abneget se
metipsum ⁊ tollat crucẽ suã ⁊ sequat̃
me: ergo videtur nobilior.

¶ Quarto: quomodo cõtemplatiua vi
ta excedit actiuam. Et hic dico qꝫ contẽ
platiua excedit vitam actiuam propter
quinqꝫ rõnes. ¶ Prima est talis. Jlla
virtus est nobilior ⁊ perfectior que pro
cedit a nobiliori istrumẽto ⁊ subiecto.
Sed contemplatiua a nobiliori instru
mento procedit: quia est actus anime.
Actiua vero est actus corporis: ergo cõ
templatiua tantum excedit actiuã quã
tũ aĩa excedit corpus. ¶ Secũda. Jlla
virtus est nobilior ⁊ perfectior que ha
bet nobilius obiectum. Sed contẽpla
tiua est huiusmodi: qꝛ habet p̄ suo ob
iecto deũ quod est bonum per essentiã
⁊ includit omnem bonitatem. Actiua
vero habet pro obiecto creaturã q̃ est
bonũ per participationẽ ⁊ nõ includit
oẽm bonitatẽ: g̃ contẽplatiua est nobi
lior. ¶ Tertia. Jlla virtus ẽ nobilior q̃
est similior beatitudini cõsumate ⁊ vl
timo fini: sed contemplatiua est hmõi:
qꝛ cõtẽplatio est summa delectatio pos
sibilis in via: ⁊ ideo multũ similis futu
re felicitati in qua erit summũ gaudiũ.
Actiua vero ẽ valde penosa ⁊ laborio
sa in via vnde signatur per Liã que di
citur laboriosa: ergo contemplatiua est

nobilior et pfectior q̃ actiua. ¶ Quartum. Illa virtus est nobilior et pfectior ex qua sequitur maius bonum. Sed ex contemplatiua sequitur maius bonum: q2 per ipsam anima transformatur in deum per excessiuũ amorem: p actiuam vero nõ sic transformatur: ergo cõtẽplatiua est perfectior. ¶ Quinta. Illa virtus est pfectior que a spiritu sancto et a filio dei ẽ dicta perfectior et nobilior et magis cõmendata. Nam impossibile est spiritum sanctum errare: sed filius dei et omnes sancti a spiritu sancto illuminati dixerunt contemplatiuam esse optimam et meliorem q̃ actiua: ergo sine aliqua dubitatione cõtemplatiua est nobilior et pfectior quã actiua: quia Maria optimam partem elegit Luc. x.

¶ Quinto: quomodo soluitur ista questio a doctoribus. Dico ſm Augustinum: Ricardu3 de sancto victore: Hugonẽ panzeram: et Cancellariu3 Parisiensem. Quod vna excedere põt alia3 ſm diuersos respectus: actuu3 tẽporũ et officiorꝝ. Unde actiua est deo gratior et magis amplexanda q̃ cõtemplatiua in quinq3 casibus v3. ¶ Primo: qñ aliquod diuinum mandatum stringit ad aliquod opus corporale faciendum quod non potest sine transgressione dimitti: tunc dimittenda est cõtemplatio propter actionẽ. ¶ Secundo: quando aliquis ex voto obligatur ad aliquod opus vite actiue puta ad dicendu3 officium diuinum: et tunc dimittenda est contemplatio propter illam actionem. ¶ Tertio: qñ aliquis ex officio suo alligatur ad operationes vite actiue sicut sacerdos qui ex officio tenetur baptizare. Audire confessiones: cõmunicare propter talia opera vite actiue suspẽdere debet ad tempus cõtemplationẽ. ¶ Quarto: qñ obediẽtia superioris et plati ad aliquod opus astringit: obediẽtia est adimplenda: et cõtemplatio dimittenda. ¶ Quinto: qñ necessitas et caritas pximi vrget ad opera misericordie puta ad elemosinã vel alia3 ministrationem tunc suspendenda est cõtemplatio et misericordia est facienda proximo sicut patet in. c. fratrẽ nostrũ lxxxvj. di. ¶ S3 nõ occurrẽtibus istis casibus. Contẽplatiua ceteris paribus est nobilior et melior: q2 sic est determinatum a xpo Luc. x. Sic determinant omnes sancti q2 cõtemplatio est ineternum permãsura. Et magis ad diuinũ amorẽ incitatiua. Et magis meritoria quia multi angeli in paradiso plus meruerunt in vnico actu contemplationis et caritatis in deum qui non durauit p spatium vnius pater noster: q̃ multi martires per multa opera vite actiue: et etiam per martiriu3 in quadraginta annis. ¶ Preterea vita actiua precedit cõtemplatiuã et ordinatur ad ipsam in via vel in patria tanq̃ ad finẽ. Unde et Jacob prius habuit Lyam in vxorẽ q̃ vitã significat actiuã q̃ Rachel q̃ cõtẽplatiuã significat. Et Jacob prius fuit vocatus Jacob q̃si luctator et pliator ĩ vita actiua contra vicia: q̃ Israel. i. vidẽs deũ in vita cõtẽplatiua. Et Augu. xv. de trini. c. xx. dicit: q̃d ad cõtẽplationẽ trinitatis tota hoĩs vita d3 ordinari Cũ ĝ finis nobilior et melior sit his q̃ sũt ad finẽ: manifestũ ẽ q cõtẽplatiua actiuã excedit. Et iõ reseruat̃ in fine vite q̃si optimũ vinũ ĩ fine nuptiaꝝ Jo. ij Et iõ venite ascẽdamus ad mõtẽ cõtẽplatiõis: q2 ẽ optia opatio hũane nãe. ¶ Sexto: qũo actiua et contẽplatiua vita reddãtur pfecta in actibus suis. Dico q opatiões tã actiue q̃ cõtẽplatiue sũt pfectiores qñ fiũt cũ sex cõdõibus.

¶ Prima: qñ fiunt solo amore diui
no puro ⁊ non aliquo respectu sinistre
intentionis vel humane laudis vel lu
cri. ¶ Secunda: qñ fiunt cum maio
ri feruore caritatis licet sit eadem ope
ratio. ¶ Tertia: qñ operatio est ma
gis humilis ⁊ abiecta: loquẽdo in vita
actiua: verbi gratia magis perfectuȝ ⁊
meritorium est apud deuȝ lauare vlce
ra leprosorum q̃ȝ lauare scutellas: qꝛ il
la operatio videtur magis vilis ⁊ abie
cta q̃ȝ lauare scutellas. ¶ Quarta: qñ
operatio fit cum maiori humilitate qꝛ
sicut superbia maior magis de premio
minuit siue de merito: sic maior humi
litas auget. ¶ Quinta: qñ in operatio
ne sustinetur maior vel excessiua pena:
quia patientia opus perfectum habet.
¶ Sexta: qñ operationi adiungunt̃
conditiones laudabiles ⁊ plures inten
tiões virtuose. ¶ Do exẽplũ in vita cõ
tẽplatiua. Unus cõtẽplationi vacat so
lo diuino amore inductus. Alius vero
contemplationi equali vacat: amore di
uino: ⁊ vltra hoc: vt habilitetur ⁊ assue
scat cõtemplationi. Ut fundetur in hu
militate vt proximis bonum exemplũ
prestet. Hic secundus contemplationẽ
perfectioreȝ habet ⁊ magis meritoriaȝ
q̃ȝ primus. ¶ Exemplũ in vita actiua:
due mulieres omnino similes: faciunt
abstinentiam inequali mensura. Una
soluȝ facit amore diuino. Alia ad amo
rem diuinuȝ adiungit istos respectus.
Nam abstinet vt deo satisfaciat de pec
cato gule quod cõmisit: vt seruet casti
tatem ad quam tenetur: vt per abstinẽ
tiam deformet corpus suuȝ ne sit alijs
in scandalum ad peccandum: ⁊ vt om
nibus proximis lumen prebeat boni
exempli. Huius secũde opera licet sint
equalia tamen multo sunt perfectiora
⁊ magis meritoria q̃ȝ prime. Et pro tã
to omnes qui in actiua vel contempla
tiua vita proficere student ad sex predi
cta semper oculos intentos habeant.
O serue dei qui pro meritis cumulan
dis desudas: examina ⁊ discute diligẽ
ter: sero: mane: meridie: quo amore:
quo feruore: qua humilitate: quibus ⁊
quot respectibus operaris.
¶ Septimo: quomodo vita actiua im
pedit contemplatiuam: ⁊ que sunt eoꝝ
subiecta ⁊ instrumenta: respondeo ⁊ di
co: quod subiectum ⁊ instrumentuȝ vi
te actiue est corpus cum omnibus sen
sibus. Subiectum vero ⁊ instrumen
tum contemplatiue est anima cuȝ suis
tribus potentijs. s. memoria intellectu
⁊ voluntate. Et aliquãdo principalius
subiectum cõtemplatiue est memoria:
quando videlicet in contemplatione ho
mo maiorem quietem ⁊ paceȝ sentit in
anima q̃ȝ lumen vel amorem. Aliquan
do principalius subiectũ est intellectus
quando vȝ in cõtemplatione homo ma
iorem sentit illuminationem q̃ȝ amorẽ
vel pacem: aliquando principalius sub
iectum est voluntas: quando vȝ in con
templatione homo maiorẽ sentit amo
reȝ vel feruorem: q̃ȝ illuminationẽ vel
pacem. Et ideo qui properat ascendere
ad montem contemplationis: offerat
deo habitaculum mentis memoriam:
intellectũ ⁊ voluntatẽ. ¶ Preterea est
notandum q̄ actiua vita aliquando cõ
templatiuam multum impedit. Aliqñ
parum. Aliquãdo vero nihil. In incipi
entibus contemplare: operationes acti
ue vite multum impediunt: qꝛ mentes
debiles non possunt ⁊ operibus corpo
ralibus intendere: ⁊ per mentis cogi
tatum deo inherere: in proficientibus
⁊ iam in cõtemplatione exercitatis pa
rũ impediunt: qꝛ ⁊ si manibus vel alio
modo operant̃ i operibus actiue vite:

mente tamen deo adherent. In perfectis vero nihil impediunt q: et si corporaliter laborāt: deo tñ imobiliter inherent. Et tāto est pfectior contemplatio atqꝫ sufficiens qn̄to minus est a laboribus et tormentis corporis: et passionibus anime perturbata. Unde qui contemplationis exercitium desiderāt: incipientes maxime opera actiue vite et oēs corporales actiones qn̄tum possibile est abijciāt: quia cōtēplatiua vita solā dei faciē considerare desiderat dicente Grego. sup Ezech. Contemplatiua vita est caritatē dei et ꝓximi tota mente tenere: et ab exteriori actione quiescere: ita ꝙ nil libeat agere: sed calcatis curis omnibus: ad videndū faciē sui creatoris aīus inardescat. O monachi abijcite oīa mechāica. Uenite ascēdamus ad montem domini rc.

¶ In quibus et quot operibus actiua vita consistat. Cap. v.

V Enite ascendamus ad montē domini: et docebit nos vias suas. Ad contemplationis montē peruenire cupientes: prius exercitati esse debent in plano itinere actiue vite tanqꝫ in bello spirituali: q: nemo coronatur nisi post pugnā et victoriā. Propterea videndum est in quot et quibus vita actiua consistat q̄ est quedā pugna preuia ad triumphum contemplationis: Et ad hoc respondendo dico ꝙ vita actiua principaliter consistit in septem in quibus oportet hominem desudare anteqꝫ trāseat ad perfectam contemplationem.

¶ Primo in fugiendo corporales delectationes. Ubi aduertēdū ꝙ quattuor sunt genera delectationū. ¶ Primum est delectatio sensualis: in qua peccatores sequentes desideria sensuū: postponunt iudicium rationis. Et in tali delectatione rō subiugat̄ sensualitati. Exēplum in adulteris et fornicatoribus. ¶ Secundū est delectatio naturalis sicut est comestio vel locutio. Et ī tali delectatione rō et sensualitas sunt associata: nec vna totaliter dominat̄ alteri. Et ideo sensus multociens in ista delectatione delectant̄ vltra debitū modū. ¶ Tertium est delectatio rōnalis. In qua sensus a rōne sunt incarcerati: et iō sunt cōtenti debitis et temperatis delectationibus. Exempli grā aliquis rōnabiliter se mouet ad audiendū aliquam armoniā vel cantilenā ad incitandam deuotionē. In illa armonia auris delectatur: sed illa delectatio est rōnalis et propter hoc sensus delectat̄ moderate ꝯm dictamen rōnis. ¶ Quartū est delectatio spūalis. In qua natura corporalis et spūalis vꝫ corpus et aīa supnaturaliter delectant. ¶ Secundo notādū: qꝺ virtus q̄ in se est difficilis et penosa creaturā delectat tripliciter. Aut delectatiōe sensuali: aut delectatiōe rōnali: aut delectatione partim sensuali et partiꝫ rōnali. Exemplū psallere deo stādo cum organis et cimbalis sicut faciunt clerici et religiosi in choris suis. Tale opus est virtus et operatio actiue vite penosa: et aliqñ delectat sensualiter et hoc pōt accedere in iuuenibus incipientibus. Aliqñ delectat rōnaliter tantum non sensualiter et hoc accidit in excellētibus et pfectis: qui de illa armonia vel psalmodia non delectantur ꝯm sensuꝫ: sed ꝯm rōnē tñ moderantes sensum. Aliqñ delectat partim sensualr̄ et partim rōnaliter: et hoc est in ꝓficiētibus. Et hoc accidit in pluribus qꝫ duo ꝓdicti modi delectādi. ¶ Tertio notādū.

Qd delectatio in se nec est vicium nec virtus. Sed pot esse virtus et viciu scdm circustatias q occurrut ad illa. Nam si ho querat delectatione ab obiecto coueniente puta a deo: et in loco coueniente: et in tempore debito. et in modo honesto: et in mesura teperata virtus esset et ad virtutez incitatiuu: qr dicit ps. Delectare in dno et ipse dabit tibi petitione cordis tui. Si aut ho delectatione querat ab obiecto a quo non debet: verbi gra: Ab vxore pximi: et in loco in quo non debet verbi gra. In ecclesia vult fornicari: et in tempore indebito puta in die ieiunij: festi. Aut comunionis. Et mo indebito puta non scdm naturam. Et in mesura no teperata: tuc delectari e ad peccatu iputandu. ¶ Quarto notadu. Qd sensus nri pnt moderate delectari in suis obiectis sine peccato: qn de illis obiectis creatura facit sibi scalaz ad cognoscendu creatore. Exemplu: ro nra couertit oculos ad conteplada pulchritudine et magnitudinem terre: maris et aeris: et ignis: stellarum: lune: et solis: vt ex hac pulchritudine et magnitudine in cognitionem sui creatoris eleuetur. In tali visione oculus pot sine peccato delectari dumodo delectatio no sit immoderata: sed sub rone regulata. et ide est de alijs sensibus qn delectant circa sua obiecta ad hunc finem: et tales delectationes ronales sensuum non sunt fugiende. ¶ Quinto notandu. Quod delectationes spuales que adeo supernaturaliter imittunt etiaz non sunt male ymo licite et vtiles valde creaturis non duz perfectis et bene expertis: valde. n. incitant hoiem ad inherendum deo et ad currendu ad ipsum: et io iste delectationes a talibus non sunt fugiende vel abijciende. Tame posset aliquis tante esse perfectionis qd licite desideraret carere oi consolatione pp deu: et tuc talis posset licite tales consolationes declinare: vt xpi amore viueret in sola cruce: oi spoliatus delectatione et cosolatione. ¶ Sexto notandu q delectationes naturales imoderate puta imoderata delectatio in comededo: dormiedo: loquedo: videdo oino sunt fugiede a viro actiuo qui ad coteplationis montez aspirat. Nisi. n. aia ab inferioribus delectationibus abstinuerit ad superiores et diuinas no ascedet. ¶ Un Gen. 32. dr qd primo percussus fuit femoris neruus et emarcuit ipsi Jacob antequa vocaret israel: qr anteqz fiat cotemplator videns deu: prius est necesse in actiua vita extinguere: expellere: et extirpare naturales delectationes imoderatas que per neruu femoris significari pnt. O serue dei qui ad monte coteplatiois anhellas claude sensuum fenestras: alias est impossibile peruenire. ¶ Septimo notandu: qd delectationes sensuales et contra rone et bestiales: sicuti sut delectatioes: luxurie: ludi: choree: murmurationis: detractiois: et huiusmodi: que sunt cotra ronis iudicium oino sut declinade: et fugiede: imo nec nominari deni ab actiuo viro qui ad coteplatione satagit puenire. ¶ Unde. 3. Re. 19. Helias vir coteplatiuus timens fugit a facie Jezalelis vxoris Achab et iuit in desertu vbi habuit angeloz visioes. Per Helia intelligi pot vir actiuus qui cupit ad desertu cotemplationis et ad angeloz visiones puenire. Hic persequit a Jezabel. i. a delectationibus carnis teptat. Jezabel. n. iterptrat fluxus vanus vl flues saguine: aut sterquiliniu qr delectatioes carnales et corporales no sut nisi vanitas flues ad modu fluminis: et saguis et sterquiliniu fetidu deflues. Sed vir actiuus dz ei vertere terga: sin

gere declinare: et sic ad desertū cōtēplationis pperare. O monachi. O serui dei memētote quia mr̄ nr̄a Eua eo q aperuit oculos manū et gustū ad pomi delectationē: eiecta est de paradiso cōtēplatiōis et voluptatis ad hanc vitā actiuā et laboriosam nr̄e huius inquiete regiōis. Salomō maximus cōtēplatiuus qr se vertit ad delectatiōes carnales: cōtēplatiōis sapiaʒ pdidit et merito quia scriptū est Job.c.28. Sapia nō inuenit in terra suauiter viuētiū. Uita ḡ actiua cōsistit p̄ i fugiendo has delectatiōes p̄dictas vʒ delectatiōes nāles īmoderatas: et delectatiōes bestiales et irrōnales.

¶ Secūdo in moderādo passiōes aīe q̄ sunt amor: gaudiū: timor: et spes. Iste .n. passiōes pn̄t esse cū vicio aliqn̄: aliqn̄ cū vtute f̄m q sūt circūstātionate. Tn̄ inq̄tū sunt excessiue circa bona ista inferiora inquietāt aīam nec ad deū contemplatiōis ascēdere sinūt. Et pp tāto vir actiuus qui vult ad cōtēplationē puenire: post fugā carnaliū delectationū dʒ totis viribus inuigilare ad extirpandū passiōes viciosas de aīa. Amorē vʒ gaudiū: timorē et spē ab oībus creatis: vt nullū creatū nimis amet aut timeat. De nullo creato nimis gaudeat aut speret: sed totū amorē gaudiū timorem et spē ad ip̄m creatorē cōuertat. Alias parū pdest: carnales delectatiōes declinare: et viciosas passiones in aīa reseruare. ¶ De isto passionū moderamie habemus figurā et exēplū in illo nobilissimo viro actiuo Dauid qui post moduʒ puenit ad sūmā cōtēplationē. Qui vt scribit. 2. Re. 23. Cū desiderasset aquaʒ d̄ cisterna q̄ erat i hierusalē et tres eius milites cū suo maximo piculo reportassent. Noluit ipsam bibere sed repressit suū desideriū dicēs. Propitius si mihi dn̄s ne faciā hoc. Nec sanguinē istorū et aīaꝝ piculū bibā: et sic noluit bibere sʒ aquā illā dn̄o sacrificauit. Sic vir actiuus oēm passionē et desideriū aīe ad ista inferiora dʒ reprimere secare et ad deū cōuertere.

¶ Tertio i extirpādo vicia de corde. In aīa et corpore sunt multa vicia: aliqua ex inclinatiōe nāli: aliqua ex cōsuetudine viciāte nām etiaʒ bonam sicut sunt Superbia: Auaritia: Inuidia: Ira: Accidia: Gula: Luxuria. Debet ergo vir actiuus diligēter discutere i hoc tertio loco semetipsum et videre si in semetipso aliqd̄ viciorū p̄dictorū hēat: et ibi ponere falcē totius industrie et vigoris ad ipsum eradicādū et p̄scindēdū. considerans qd̄ cōtēplationis sapia nō habitabit in corpore subdito peccatis. Un̄ dicit Isidorus. Per actiuā vitā q̄ ad itellcuʒ practicū ptinet cūcta vicia exhauriēda sūt. ¶ Qd̄ ista vicioꝝ extirpatio sit necessaria ante vitā cōtēplatiuā p figuraʒ patet Gen.32. In Jacob qui p totā noctē luctatus est cū angelo vsq3 mane: et statim post vocatus est israel ab angelo. Jacob interptat̄ luctator siue supplātator israel vidēs deū. Jacob significat viꝝ actiuū: israel cōtēplatiuū: sed prius ē iacob et p totā noctē luctat̄ vsq3 māe: qr p̄ necesse ē viꝝ actiuū i nocte vite actiue tenebrose luctari: p̄liari cōtra vicia et extirpare et dissipare ea d̄ corpe et aīa et post extirpationē fiet isrl̄ et pueniet ad cōtēplationē: et hec ē cā pp quā rari ad mōtē cōtēplatiōis ascēdūt: qr difficile est p actiuā vitā exterminare vicia de cōfinio aiarū.

¶ Quarto in plantādo virtutes in aīa: Debet vir actiuus q̄rto loco studere sollicite ad plātādū vtutes i aīa: vʒ hūilitatē: māsuetudinē: pietatē: pacē: sobrietatē. Iste .n. sunt quedā ale q̄ eleuāt aīaʒ supra nām suā et approximāt ipsi deo.

Et istas virtutes debet homo petere a deo: ⁊ q̄tū hūana fragilitas sustinet in illis semetipsum exercere ⁊ plantare ⁊ radicare eas p exercitiū in aīa ⁊ in corpore. ¶ Figura Gen. 2. Posuit deus hoīem in paradiso voluptatis vt operaret̄ illud: qd̄ si fecisset trāslatus fuisset post ad paradisum celestē ad clare vidēdū deū. Moraliter paradisus voluptatis est aīa nostra creata ad sūmā voluptatē in gloria capiendā. Nō positus in ea est liberū arbitriū: qui est dominus oīum que ī hoīe sunt: ⁊ positus est in illo vt operaret̄ idest vt plantaret in aīa virtutes: humilitatē: castitatem: pietatē: ⁊ irrigaret: ⁊ excoleret per continuū exercitiū ipsaꝝ virtutū. Qd̄ cū fecerit trāslatabit̄ ad paradisum celestem. i. ad grāz altissime cōtēplationis. O monachi non sumus positi in paradiso deliciarum vt comedamus: bibamus: dormiamus: sed positi sumus in religione ad operandū ⁊ plantandū ⁊ irrgandum virtutes. Venite ergo ⁊c̄.

¶ Quinto in sustinēdo penas corporales passiones ⁊ tormenta propter deuz veluti sunt fames: sitis: frigus: dolor: infirmitas: ⁊ martiriū. Vñ Jo. vltimo qñ xp̄s distinxit vitā actiuā ⁊ contemplatiuam in Petro ⁊ Joanne dixit: de Joāne qui cōtemplatiuā significat sic euz volo manere: vz sine passione ⁊ morte violenta: sed de Petro qui actiuam significat: dixit. Tu Petre me sequere p viā. s. passionis ⁊ martirij portando crucē. ¶ Et hoc figuratur in filijs israel qui antequā puenissent ad fabricandum archam que contemplationem significat: prius sustinuerunt pharaonis psecutionem: famem: sitim: calorem: ⁊ infirmitates in deserto. Sic qui ad cōtemplationē annhellat: prius necesse est penalia multa sustinere: abstinēdo: ieiunādo: cōtinendo: obediendo: patienter supportando. Neqꝫ. n. aīa nostra supra se ascendere poterit: nisi feruenti desiderio: ⁊ vigilanti studio: a licitis etiam delectationibus strenue: sepe: ⁊ fortiter abstinuerit. ¶ Unde cū mater filiorū zebedei peteret a xp̄o vt duo filij eius sederent vnus ad dextrā: alius ad sinistrā illico saluator demonstrans illis viam dixit. Nescitis quid petatis potestis bibere calicem: quem ego bibiturus sum. i. stultum est quietem ⁊ sessionē regni querere: ⁊ non prius querere passiones ⁊ tribulationes q̄ sunt via ad eternam requiē possidendaz: sic vanū est nobis surgere ad quietem contemplationis nisi prius sederimus in amaritudine passionis ⁊ tribulationis. ¶ Unde Laban noluit dare Rachel pulchram que contemplatiuā significat Jacob nisi prius daret Lyā q̄ dicit̄ laboriosa ⁊ significat actiuam Gen. 29. dicēs. Nō est in loco nostro cōsuetudinis vt minores ante tradamus ad nuptias. Surgite ergo in montem contēplationis postq̄ȝ sederitis in puluere temptationis tribulationis ⁊ doloris. Propter hoc homo eiectus est de paradiso in hoc exilio vt patiatur.

¶ Sexto in operādo opera corporalia: Que in duplici differentia consistunt. Quedaz sunt opera corporalia mechanica sicut sunt: ars militaris: medicina: nauigatio: agricultura: lanificium: ars fabrilis: que de se non sunt opera pietatis: tamen si fiant pp deū in numero operationū actiue vite computant̄. Et ista opa difficilia possunt significari p Lyam laboriosam que fortissimos filios genuit: ⁊ significat vitam actiuam que circa ista opera laboriosa peragenda desudat: alia sunt opera corporalia que sunt opera pietatis veluti sunt: pa-

scere famelicos: potare sicietes: vestire nudos: sepellire infirmos: suscipere peregrinos: redimere incarceratos. In istis consistit proprie vita actiua. ¶ Et hoc figuratur Luc. x. In Martha que vitã actiuaz significat que erat sollicita et satagebat circa frequens ministerium vt pasceret xpm famelicũ et discipulos eius. Et ista opera actiue vite disponũt hoiem ad cõtemplationem. ¶ Figura Gen. 19. Quia Loth in foribus ciuitatis sedens angelos hospicio recepit: ductus fuit ab eis i segor et ascẽdit in mõtez. Sic hõ post opera pietatis pauperibus exhibita instigantibus angelis in montẽ cõtemplatiõis meret ascẽdere. Venite ergo ascẽdamus ad mõtẽ dñi.

¶ Septimo in operãdo opera pietatis spiritualia: que sunt septẽ: vz: consule: toge: doce: solare: remitte: fer: ora. De his oĩbus hẽmus exẽplũ in xpo Jesu qui cõsulebat: docebat: consolabatur: supportabat: et remittebat iniurias: et post ista ascendebat in montẽ ad contẽplãdũ: qsi monstraret que ista opera pietatis spiritualia sunt via ad cõtemplationis grãm acquirendã. Et ista opera pietatis spiritualia possũt ad quattuor principalia reduci: que sunt eius instrumenta per que exercet. ¶ Primũ est studiũ sacre scripture que nobis concessa est in lectionem. ¶ Secũdũ est pdicatio que data est nobis in humane vite instructionẽ. ¶ Tertiũ est sacramẽtorum administratio que data est p principium mediũ et finẽ humane saluationis. Principio correspõdet baptisma Fini correspondet Eucharistia et extrema vnctio. Medio corrñdent crisma: penitẽtia: mrimoniũ: et ordo. ¶ Quartũ est diuinũ officiũ qd datuz est nobis i oratione. In his quattuor generibus actionũ pcipue cõmendat actiua vita et in his maxime consistit. ¶ Inter oẽs autẽ corporales actiones actiue vite vocalis oratio videtur nobilissima et ad cõtemplationẽ imediatius dispositiua vt pote cum deo confabulatiua. Et propterea qui ad contẽplationis montem anhellat sũmopere studeat primo i planicie actiue vite desudare: semetipsum in oĩbus pdictis vel saltez in pluribus exercẽdo: et cõtinue recordet que nullus ad amplexus Rachel pulchrioris puenire poterit: nisi prius Lyã laboriosaz et lippã possederit. O religiosi qui iter contẽplationis arripuistis: accingite lũbos vestros. fugite a facie iezabel: extirpate passiones: inserite virtutes: patientes estote in tribulationibus et postmodum. Venite et ascendamus ad montẽ contemplationis.

¶ De operibus actiuis necessarijs his qui ad magnum contemplationis statum peruenire nituntur. Cap. vj.

V Enite ascendamus ad montẽ domini: et docebit nos vias suas. Qr multi sunt qui cõi vita cõtẽti sũt: nec ad maiora aspirãt. Alij vero robustiores ad pfectionis culmẽ ẽt in vita pñti peruenire satagũt: uidẽdũ est que sint opationes actiue vite necessarie talibus ad pfectionẽ aspirãtibus et loquendo p nunc de operibus actiue vite dico que decem maxime sunt necessaria in quibus religiosi et monachi et qui ad pfectionẽ aspirant se debent exercere.

¶ Primũ est profunda humilitas se inutilẽ et vilissimũ reputando cũ prõpta paciẽtia in aduersis. Hec.n. humilitas meret puehi ad statũ cõtemplationis. ¶ Exẽplũ in illo magno actiuo et cõtẽ

platiuo Abraā qui loquēs cū deo appellauit se puluerē dicēs. Gen.18. Loq̄r ad dn̄m meū cū sim puluis ꝛ cinis.

¶ Secūdū est desideriū cordiale paupertatis: semꝑ tenendo mentē spoliatā ab oībus rebus possessis. ¶ Exēpluꝫ huius desiderij pauptatis est ī illo magno actiuo ꝛ cōtēplatiuo Joāne Baptista qui in sua pueritia spretis bonis paternis iuit ad desertū viuens de locustis ꝛ melle siluestri: ꝛ ꝑpterea factus est contemplator maximus ꝛ hūit visiōes mirabiles. q2 vidit celos apertos: audiuit vocē p̄ris: ꝛ vidit spūm sanctū in colūbe specie figuratū Mat.3.

¶ Tertiū ē cordialis gratitudo erga deū ꝺ beneficijs receptis ꝛ recipiēdis cum virtuoso odio sui ipsius. Hec.n. gratitudo disponit hoīem ad maiora suscipiēda. ¶ Exēpluꝫ huius gratitudinis hēmus Gen.32. in illo magno actiuo ꝛ postmodū cōtēplatiuo iacob p̄riarcha qui grās agēs deo ꝺ imēsis sibi bn̄ficiis collatis nocte sequēti meruit angelorū visiōes: ꝛ vocari israel. i. vidēs deū.

¶ Quartū est diligere sobrie ꝛ tempate creaturas ēt virtuosas siue viri sint siue mulieres ne amor nr̄ spinis inuoluat. Distrahit.n. talis amor a diuinorū executiōe. ¶ Exēplū huius amoris sobrij dedit nobis saluator qn̄ illi īdignāter r̄ndit: qui dixerat ei: ecce mr̄ tua ꝛ f̄res tui foris stāt q̄rētes te dicēs mat. xij. Que est mr̄ mea ꝛ qui sūt f̄res mei quasi diceret. Nō decet pp amorē mr̄nū aut fraternū diuina relinquere.

¶ Quintū est mētis puritas ꝛ castitas corpis cū honestate oculoꝝ. Castitas.n. ꝛ īcorruptio teste scriptura facit proximū deo. ¶ Exēplū huius mūdicie habemus Gen.39. In illo magno actiuo ꝛ cōtemplatiuo Joseph qui ꝑuocatus ab vxor̄ pharaōis lasciua renuit acquiescere ꝛ carnis ꝛ mētis suauit integritatē. Et ꝑpterea meruit a deo grāꝫ interpretādi somnia ꝛ visiones.

¶ Sextū ē: lectio deuota sacre pagine vel aliaꝝ rerū spūaliū: nā deuota lectio ꝛ attēta rerū spūaliū maxime disponit aīum ad celestiū cōtēplationē ꝛ ad receptionē charisimatū spūs sancti. ¶ Exemplū est Act.c.x. Cum.n. Petrus dei verba loqueretur: cecidit spūs sanctus super eum deuote audientes.

¶ Septimū est: abstinētia rōnalis q̄ mētē eleuat ad celestia sicut crapula deprimit ad terrena. ¶ Exēplū huius habemus in Daniele ꝓpħa maximo actiuo ꝛ cōtēplatiuo qui pp abstinētiā meruit reuelationes misterioꝝ dei Dan.i. ꝛ.ij. Et Moises post abstinētiā meruit diuinā legem recipere. Exo.24.

¶ Octauū est: contēptibile ꝛ asperū vestimentū cū austero lecto. Sicut.n. qui in domibus regū sunt mollibus vestiūtur secūdū saluatoris sententiā: ita qui ad celestiū cōtemplationē aspirāt vilibus vestiri cōuenit. ¶ Exēpluꝫ de hoc habemus. In illo magno actiuo ꝛ contēplatiuo Helia ī veteri testamēto qui zona pellicea accintus erat. 4. R. i. Et ī illo magno actiuo ꝛ cōtēplatiuo noui testamēti Joāne Baptista qui indutus erat veste de pilis cameloꝝ cōposita: ꝛ zona pellicea accinctus renes vel lumbos: vt scribit̄ Mat.3.

¶ Nonū est: silētiū vniuersale circa oēꝫ mām ꝛ cōtinua solitudo: nā duo maxime īpediūt ascēsū aīe ad cōtēplationeꝫ: vꝫ mltitudo verboꝝ ꝛ cōuersatio multoꝝ. Et iō ꝺ cōtēplatiuo dicit Hier. tre. 3. Sedebit solitarius ꝛ tacebit: q2 leuabit se sup se. ¶ Exēplū habemus ab illo magno actiuo ꝛ cōtēplatiuo Heliseo qui quando voluit orare pro filio sunamitis mortuo remansit solus ꝛ clausit

hostiũ sup se ꝓut habet̃. 4. R̃. 4.

¶ Decimũ est: prompta obediẽtia in religioso: nõ disputando de ipsa maxime vbi nõ apparet peccatũ mortale vel aliquid cõtra vota sua. Nã obediẽtia maxime disponit hoĩem ad celestũ cõtemplationẽ. ¶ Exẽplũ est in virgine gloriosa q̃ vt scribit̃ Luc. j. Postq̃ obediuit voci diuine dicens. Ecce ancilla dñi fiat mihi ẜm v̄bũ tuũ: subito dei filiuꝫ cõcepit ⁊ ẜm qđ aliqui dicũt rapta est ad contẽplationẽ ⁊ apertam visionem eterni verbi ⁊ diuine essentie: q2 si est hoc cõcessum Paulo ⁊ Moisi ẜm doctores nõ est a dei matre negãdum: Et ꝓpterea qui in vita actiua ꝑfectus euadere cupit: ⁊ ad statũ egregiũ contẽplationis ascẽdere studeat diligẽter circa decẽ ꝑdicta: q2 sibi ꝓderunt magis q̃ aurũ ⁊ argẽtũ. O terq̃ quaterq̃ beati si tali tãtaq̃ auiditate circa predicta sudarent miseri mortales: quali q̃taq̃ delirãt: circa paleas ⁊ festucbas legum canonũ: philosophorũ ac poetaꝝ. Uenite ergo ⁊ ascendamus ad montẽ dñi ⁊ docebit nos vias suas. ¶ Est tñ hic aduertẽdũ q̃ actio corporalis multum penosa ⁊ q̃ sollicitudinẽ mẽtalẽ requirit ⁊ speculationẽ altã vel subtileꝫ est abijciẽda q2 multũ distrahit a cõtẽplatiõe. Predicta auteꝫ decẽ sunt cõsumatio ⁊ ꝑfectio actiue vite ⁊ de proximo ad contemplationẽ dispositiua: ⁊ ideo cuꝫ studio inquirenda.

¶ De quinq̃ actionibus humane mentis. Cap. vij.

Venite ascendamus ad mõteꝫ dñi ⁊ docebit nos vias suas. Quia cõtẽplatio quã intẽdimus ⁊ ad quã oĩs aĩa deuota in p̄nti vita anhellare dꝫ: est actio mẽtis vidẽdũ est cõsequẽter q̃ ⁊ quot sunt humane mẽtis actiões: vt cõtẽplationẽ ab alijs distinguere ⁊ eligere valeamus. Et ẜm diuersos sanctoꝝ ⁊ doctoꝝ sñias dico qđ humane mẽtis siue humane intelligẽtie siue humani intellectus sũt quinq̃ principales actiões q̃ sunt quasi quinq̃ aspectus siue visiões aĩe in deũ ẜm maiorẽ vel minoreꝫ approximationẽ ad ipsuꝫ. Et q̃to anima ꝑficit ĩ istis visiõibus tãto fit ꝑfectior.

¶ Prima actio aĩe est cogitatio: que sic diffinit̃. ¶ Cogitatio est aspectus animi improuidus ad euagationẽ ꝓnus: qui sine vllo freno discretiõis ꝑ diuersa vagat̃: sine respectu ꝑueniẽdi ad aliquem finẽ optatuꝫ: qui orit̃ ex imaginatione. ¶ Exẽplũ ĩ mẽte alicuius orit̃ cogitatio q̃ mõ est de ludo: mõ de lucro: mõ đ p̄re: mõ de m̄re. Ista cogitatio est aspectus mẽtis q2 ꝑ ipaꝫ mẽs respicit multa obiecta. Est improuidus q2 nõ liber ⁊ volũtarius sed nãlis ⁊ ĩpmeditatus. Est ꝓnus ad euagationẽ q2 talis cogitatio q̃ mõ est de equo: subito se vertit ad librũ: vel ad filiũ: vel ad aliud. Est sine freno discretiõis: q2 hõ nõ ligat ipaꝫ cogitationẽ sꝫ discurrere sinit. Est sine respectu vł ĩtẽtiõe ꝑueniẽdi ad aliquẽ finẽ q2 ĩ talibus cogitationibus vagis mẽs hũana nihil ĩtẽdit ⁊ ad nihil ordinat. Et orit̃ ex imaginatõe: q2 cogitatio semp est circa aliquid corpale imaginabile. ¶ Ista visio aĩe ẽ multũ a deo elõgata: q2 circa eius creaturas ⁊ ñ ad ipꝫ deũ ordinata est. Et q2 vt plurimũ ad friuola: vana ⁊ illicita respicit ꝓpterea ex ipa gñant̃ pessimi filij vꝫ: Cupiditas quo ad bona tẽporalia exteriora. Libido quo ad bona delectabilia ⁊ corporalia: ⁊ ambitio quo ad bona sp̄ũalia ꝓut sunt: honor: laus: gloria: dominium.

¶ Ista actio aie.s.cogitatio est sine labore q: hō nō laborat in cōprimēdo ipsam cogitationē sed libere discurrere permittit. Est ēt sine fructu: q: in actione hac nihil hō meret ymo vt dictū est sepe ē mali cā & occasio: & ista actio mētis humane est bestialis nullo rationis moderamine regulata.

¶ Secūda actio aie est meditatio: que sic describit. ¶ Meditatio est studiosa mentis intētio circa aliquid inuestigādū diligēter insistēs. Et puidus aie intuitus ad veritatis īquisitionē vehemēter occupatus: que cū magna animi īdustria p ardua sepe & aspera ad finē intētū nitit puenire. ¶ Exēplū aliquis deuotus intēdit meditari xpi vulnera vt p talē meditationē ad eius amorē & deuotionē incitet. ¶ Illa meditatio ē intētio mentis studiosa & est aspectus aie prouidus.i.a studio & rōne ditatus. Et est diligēter insistens circa aliquid inuestigandū q: cū diligentia circa xpi vulnera īsistit. Et occupat vehemēter ad īquisitionē veritatis.i.illoz vulneꝝ q̄ aius meditari proposuit. Et cū magna animi īdustria nitit p ardua & aspera ad finē intentū peruenire: q: vt ad amorē xpi quē intēdit possit p meditationē puenire: cū magna industria animi conat p ardua & aspera ipam meditationē ibi figere: qd est asperū valde & arduū ipam volubilē cogitationē firmare & stabilire. Et ista meditatio oritur ex ratiōe & ex imaginatione simul: q: semp est circa aliqd corporale imaginabile. ¶ Ista visio aie magis deo appropinquat: q: licet aliqn sit circa creaturas: puta qn p̄dicator meditatur de sermone faciēdo: tn̄ ad ipsum deū pōt p rōnem ordinari. Et iō redit aiam meditantē pfectiorē. Et q: ipsa meditatio sepe est circa licita & honesta: puta circa dei mādata vel circa xpi passionē vel circa propria peccata penam vel gloriam. Propterea ex ipsa generant optimi filij: si sit respectu peccatoꝝ vel pene infernalis ex ipsa generat contritio: si respectu passionis xpi ex ipsa gnatur deuotio: si respectu diuinoꝝ mādatoꝝ & glorie ex ipsa generat oratio q̄ eoꝝ adeptionē nitit ipetrare. Et q: oratio & deuotio est quidā pius affectus mentis in deū patet qd meditatio īducit ad amorē & terminat ad amorē: vn̄ dicit ps. In meditatione mea exar descet ignis.s.caritatis. ¶ Ista actio aie que est meditatio est cū magno labore & industria: q: difficile est ipsam retinere circa vnū intentū obiectū: ne hincinde vagetur. Est etiā circa vnū determinatū qd hō meditari proponit. Est etiā a ratione regulata & directa: & ideo si sit circa diuina licita & honesta est fructuosa & meritoria valde.

¶ Tertia actio anime est speculatio: que sic pōt describi. ¶ Speculatio est animi aspectus quo aliquid nō in se sed in sua imagine: & obscure & in enigmate intuetur. ¶ Exēplū huius est: aliquis videt nō Petrū in sua facie sed in speculo: in quo est sua imago ipsum representas: obscure & in enigmate: q: nō in sua facie & presentia. Talis visio dicit speculatio: q: obscura & in enigmate. Hoc modo spiritualiter loquendo qn anima conuertit suā meditationē: ad considerandā magnitudinē: ordinē & bonitatem celi: terre: maris: & aeris: vt ex his in dei cognitionē assurgat: qn ex magnitudine creaturarū intelligit omnipotentiā dei. Et ex eoꝝ ordine summam sapientiam. Et ex eoꝝ bonitate summā clementiā dei & bonitatē. Talis cōsideratio dr speculatio q: est aie visio qua deū videt i suo speculo & sua

imagine.i.in creaturis et in enigmate et nõ in seipso. Et dr speculatio qr e visio rei in speculo suo nõ in se. ¶ Ista speculatio est deo propinquior et pfectior q̃z meditatio: quia nõ solũ põt ordinari in deuz sicut meditatio: sed est visio ipsius dei licet non in se sed in suo speculo: et ideo reddit aĩam pfectiorem q̃z meditatio. Et fm aliquos est primus gradus et pars contẽplationis vt videbimus in processu. ¶ Et ista speculatio partim orit ex rõne ordinante et intelligentia conuertẽte ad ipsum deum speculatum. Et qr speculatio sepe est a rõne regulata et in deũ conuersa ex ipsa generant optimi filij: vz: admiratio de diuina: potẽtia: sapiẽtia et bonitate. Si ipsa speculatio sit circa elementa creata surgit admiratio de diuina potentia et hoc modo mirabatur psalmista in psalmo centesimo tertio dicens. Domine deus meus magnificatus es vehementer. Extẽdens celũ sicut pellẽ: qui tegis aque superiora eius. Quam magnificata sunt opera tua dñe. Si sit circa diuinã scripturã orit admiratio de diuina sapiẽtia. Et hoc modo stupebãt aliqui sup doctrina xpi dicẽtes. Quid nam est hoc. Que nã doctrina hec noua Mar.j. Si sit circa diuina miracula et dona gratuita orit admiratio d̃ diuina bonitate. Hoc modo admirati sunt illi qui viderunt claudũz esse sanatũ a Petro de quibus scribitur Act.3. Impleti sunt stupore et extasi in eo qđ cõtigerat illi. Ista speculatio videt facilior q̃z meditatio et melior: qr nõ solũ est generatiua amoris: sed etiã admirationis vel amoris admiratiui.

¶ Quarta actio anime est: cõtemplatio que sic diffinit a doctoribus. ¶ Contẽplatio est libera mẽtis perspicatia: in sapiẽtie spectacula cũ admiratione suspẽsa. In hac diffinitiõe ponunt quattuor contẽplantibus necessaria. ¶ Primũ est mentis libertas cuz dicit libera mẽtis. Unde cõtemplator liber et absolutus esse debet a tribus: vz: a peccatis: a desiderijs terrenorũ. A curis et sollicitudinibus temporalium: alias vane cõtemplationi vacat. ¶ Secundũ est perspicatia oculi mentalis: ita q oculus cõtemplantis sit efficax in videndo.i. sit gratia sanatus et habilitatus ad contẽplandũ. Hõ.n. habet tres oculos: oculum carnis ad exteriora qui est aptus. Oculum rõnis ad interiora qui pp peccatũ est lippus. Oculũ contẽplationis ad diuina qui est clausus: et ideo oportet q per grãm aperiatur: sanetur vigoretur et perspicax fiat. ¶ Tertiũ est. In diuina dirrectio: cum dicit. In sapientie spectacula. Nã contemplatio tẽdit in ipsum deuz ĩmediate et relinquit omnia sensibilia: ĩmaginabilia et intelligibilia. ¶ Quartũ est: admiratiua suspensio cũ dicit: cũ admiratione suspẽsa. In quo duo notant que in contemplatione occurrunt. Admiratio et post modũ suspensio: et rõ est qr q̃to mens ad altiora contemplanda ascendit: tanto inuenit admirabiliora: et q̃to inuenit ad mirabiliora: tanto crescit eius attentio. Et q̃to crescit attentio tãto crescit et cognitio. Et q̃to crescit cognitio: tanto crescit mentis suspensio: et iõ contemplatio est cum mentis admiratione et suspensione. ¶ Ista contemplatio est sine labore saltem cum minori labore q̃z predicta. Et qr est circa nobilissimũ obiectũ: vz sapiam increataz q̃ dicta est a sapore et gustu quasi sapida vel saporosa scientia, ꝓ tanto est adhuc nobilioris filij gñatiua.s. iocũditatis et exultatiõis. Nõ solũ.n.est gñatiua amoris sicut meditatio, Et admirationis

sicut speculatio. Sed etiam iocunditatis et exultationis mirabilis. Nã proprium est cõtẽplationis inherere diuine sapiẽtie spectaculo cũ admiratione et iocunditate et exultatione. ¶ Exemplum huius iocũditatis est in virgine gloriosa que in conceptione filij dei in contemplationẽ subleuata mirabiliter exultauit sicut ipsa testatur Luc. j. dicens. Magnificat anima mea dominũ et exultauit spiritus meus in deo salutari meo.

¶ Quinta actio aĩe est. Uisio q̃ sic d̃scribi potest: loquẽdo de visione dei vz. Uisio est animi aspectus quo mediãte intuetur deũ intuitiue in seipso sine aliquo speculo medio: sine intermissione: sine fatigatione: cum summa et consumata delectatione. In ista descriptione sũt. quattuor pũcta q̃ occurunt in intuitiua visione diuina. ¶ Primũ ẽ qd̃ deus videtur in se sicuti est: non per aliquod speculũ mediũ. ¶ Secundũ est qd̃ talis visio est sine intermissione et sic in eternum duratura qd̃ in corpore corruptibili fieri non potest nec in hac vita. ¶ Tertium est qd̃ talis visio est sine fatigatione: quia in illa patria nõ erit amplius labor: neq3 dolor neq3 clamor Apoc. 21. ¶ Quartum est qd̃ talis visio erit cum summa et consumata delectatione. Et q2 ista visio est nobilissima operatio possibilis in anima rationali inquantum est intellectiua pro tanto ex ipsa oritur nobilissimus filius. videlicet: Beatitudo humane nature que consistit in visione aperta. In dilectione consumata. Et inquietatione et delectatione plenissima ipsius dei benedicti. Et ideo ista est nobilior perfectior et dignior actio aĩe q̃3 meditatio. Speculatio: vel contemplatio.

¶ Sexto est videndũ quomodo contemplatio de qua est principalis intentio ab alijs predictis actionibus anime distinguatur. Et dico q̄ differt ab illis per quattuor que in eius diffinitione ponuntur. ¶ Per hoc. n. qd̃ dicitur libera differt a cogitatione que naturaliter venit in mentẽ et serpit in eã nõ libere sed occulte et in aduertẽter. ¶ Per hoc qd̃ dicit̃. Mẽtis perspicacia que denotat mentis intelligentiã per grã̄m sanate et habilitate differt a meditatõe que est a ratione licet non sit subleuata et p̄spicax facta per grã̄m. ¶ Per hoc qd̃ dicit̃. In sapiẽtie spetacula differt a speculatione que non fertur in ipsam diuinam sapientiam in se considerandam: sed considerat eam in suo speculo videlicet in creatura. ¶ Per hoc qd̃ dicit̃ cũ admiratione suspensa differt a visione. Nã suspensio dicit quãdam eleuationem violentam et ideo supra aĩe ipsius naturam et ĩ seipãm relapsuram. Uisio autem beatifica nec supra anime naturam est: nec relapsura ad inferiora aliquo modo sed in eternum permansura. Et ideo contẽplatio proprie ab omnibus alijs p̄dictis differt.

¶ Septimo videndum est. Quomodo iste quinq3 actiones anime trãseũt de vna in aliam et gradatim ascendunt proficiendo. Et dico qd̃ cogitatio que de se est vaga et irrationabilis cum per rationem in aliquo figitur trãsit in meditationẽ et fit meditatio. ¶ Meditatio: in aliquo fixa per rationem. Cum per intelligentiam ad dei cognitionem ordinatur transit in speculationem et fit speculatio. ¶ Speculatio vero cu3 speculũ relinquit et figit oculum in speculatum transit in contemplationem et fit contẽplatio. ¶ Contemplatio vero cum per beatificationem firmatur stabilitur et cõpletur transit in visionem

apertā ꝛ fit visio beatifica. ¶ Exēpluꝫ cogitatio alicuius spiritualis viri volat modo ad terram: modo ad mare: modo ad solem. Si per eius rationem firmetur in sole ad inuestigandam eius naturam fit meditatio. Si cognitio nature solis ordinatur ad hoc vt cognoscat sapientiam dei: fit speculatio. Si vero dimissa solis natura: sistat in ipsa dei sapientia in se: fit contemplatio. Si vero ipsa contemplatio firmetur a deo stabiliatur ꝛ compleatur fit aperta visio ꝛ glorificatio. ¶ Et ꝓpterea est alius ascensus. Quia cogitatio est actus bestialis. Meditatio ē actus rōnalis. Speculatio vero est actus intellectualis. Contemplatio actus angelicus. Uisio beatifica actus diuinus. Ex quo patet quomodo iste anime actiões gradatim ascendunt vsqꝫ ad dei apertam visionem. Uñ dicit glosa Luc. x. Uita contemplatiua hic incipit ꝛ in celesti patria perficitur quia amor est ignis qui hic ardere incipit: sed cum ipsum queꝫ amat videbit amplius ī amorē ignescit. Uenite ergo o serui dei ascēdamus de valle luctuosa cogitationis. Ad planuꝫ siccum meditationis: de plano meditationis ad pedem montis floridum speculationis. De pede ad dimidium montis altum contemplationis. De medio vero ad summnm verticem montis beate ꝛ gloriose visionis. O monachi venite ascendamus: de statu bestiali ad statum rationalem. De rationali ad intellectualem. De intellectuali ad angelicum. De angelico ad diuinum. De virtute in virtutem procedēdo vsquequo videatur deus deorum in sion.

¶ De meditationis: speculationis: ꝛ contemplationis proprietatibus ꝛ dñijs. Cap. viij.

¶ Tertio dicat de tertia gñatione. O pater gratiose qui me in esse virtuoso generasti dando mihi tot grās ꝛ virtutes ꝛ operatiōes speciales: quasꝫ te inspirante ꝛ adiuuante peregi: quando te totis meis viribus diligam: qñ te totis meis viribus concupiscaꝫ. ¶ Quarto dicat de quarta gñatione. O pr beatissime ꝛ gloriosissime deus noster: qñ erit tēpus quo me miserum facias filium tuū in illa tua imarcessibili gloria. In qua te diligā toto corde: tota aīa: tota fortitudine: ꝛ totis visceribus meis. Et in istis meditationibus ꝛ similibus nitatur totum amorem ad deū eleuare a quo tot bona recepit ꝛ tot bona sperat. In hac meditatiōe exardescit ignis caritatis. Et sicut in quattuor sensibus siue radijs predictis illuminatur oculus intellectus. Sic in istis meditationibus inflāmātur oculus voluntatis per amorem. Et iste amor est ille qui vulnerat cor sponsi dicentis in canticis. Uulnerasti cor meuꝫ soror mea in vno oculoꝝ tuoꝝ. s. in oculo volūtatis amādo: ꝛ toto corde diligēdo.

¶ Sexto cū deus videt hoīem cōtemplatiuū sic meditantē: sic diligentē: ipse tunc per specialē illustrationē ꝛ intimā inspirationem clarius illustrat ꝛ limpidius illuminat humanam menteꝫ. Cuius ratio est duplex. ¶ Primo q2 tempore orationis ꝛ meditationisꝫ solent diuine inspirationes ꝛ illuminationes infundi in intellectu orantiū ꝛ meditantiuꝫ. ¶ In cuius figurā legimus Dan. ꝫ. Quod Rex Nabucodonosor somniū narrauit coram Daniele. Per Regem intelligitᷣ spiritus regalis qui corporis officia ꝛ membra bene regit. Per somniuꝫ intelliguntur visiones ꝛ misteria. Per Danielē cōtēplatiuum intelligitᷣ oratio ꝛ meditatio deuota. Per narra

tionem intelligitur illuminatio ꝛ secre
toꝛum reuelatio. Coꝛam Daniele ergo
somnium narrare est spiritum huma/
num tēpoꝛe oꝛationis ꝛ meditationis
de diuinis illuminari ꝛ illustrari. Unū ꝛ
Nūi. xxiiij. dixit Balaā propheta visio
nibus assuetus. Dixit auditur ꝓmonū
dei qui cadens apertos habet oculos.
Ubi aduerte quod auditoꝛ sermonuꝫ
dei prius cadit. i. se in oꝛatione proster/
nit ꝛ sic aperiuntur oculi eius per diui/
nas inspirationes ꝛ illuminationes. Et
sic patet quō per oꝛationem ꝛ medita/
tionem homo a deo intrinsecus illumi
natur. ¶ Secūdo quia homo stans in
oꝛatione ꝛ meditatione incalescit in di/
uino amoꝛe iuxta illud ps. In medi/
tatione mea exardescet ignis: ꝛ quāto
per amoꝛem ꝛ desiderium ad ipsuꝫ de
um appropinquat: tāto magis fit capax
diuine illuminationis ꝛ diuini radij in
fluentis. ¶ In huius figuraꝫ legimus
Josue. 3. Quod inter archam ꝛ turbaꝫ
erat spacium duoꝝ millium cubitoꝛuꝫ.
Et quanto archa properabat precedēs
tanto ꝛ turba sequens accelerabat. Et
q̄nto turba sequens accelerabat: tāto ꝛ
archa precedenꝫ festinabat. Per archā
intelligitur contemplatio: speculatio: ꝛ
illuminatio. Per turbam sequentem
intelliguntur desideria amoꝛosa que ad
illuminationem sequi solent. Sed ista
desideria amoꝛosa q̄nto magis crescūt
ꝛ proficiunt ad deum: tanto proficit ar
cha. i. tanto crescit diuina illuminatio ꝛ
inspiratio. Et ideo cum vir contēplati/
uus se exercet ī predictis quattuoꝛ gra
dibus meditationis: ꝛ in quinto incipit
calescere amoꝛe diuino: in sexto gradu
deus eum mirabiliter illuminat tanq̄
suum amicum ꝛ familiarem. Sic xp̄s
Jesus Apostolis suis tanq̄ amicis di
ligētibus eum sua secreta reuelabat di
cens eis. Jam non dicā vos seruos sed
amicos qꝛ oīa q̄ audiui a p̄re meo nota
feci vobis Uenite ergo ascendamus ad
mōtē dn̄i ꝛ docebit nos vias suas ꝛ illu
minabit coꝛda nostra. Ascendamus in
quam de radio litterali ad allegoꝛicum
de allegoꝛico ad moꝛalē: de moꝛali ad
anagogicum: de anagogico ad radium
amoꝛis ꝛ desiderij: ꝛ tunc deus descen
det ꝛ illuminabit abscondita nostra.
¶ Septimo cū vir cōtēplatiuus ad istū
sextū radiū puenerit: si diligenter labo
rauerit: incipiet suspirijs insaciabilibuꝫ
ꝛ desiderijs ignitis anhellare ad vnio/
nem ipsius dilecti dei. Ymo totaliter in
ipsum transfoꝛmari per amoꝛis exces/
siui incendium peroptabit. Quibuꝫ ad
debitam mensuram perductis diuina
bonitas aliquando mentes a coꝛpoꝛeis
sensibus rapit: ꝛ in supremum montis
verticem in caliginem ignoꝛantie ducit.
In qua mens cōtēplatoꝛis ipsum fon/
tem bonitatis deum non in enigmate ꝛ
circūuelate videt: sed in seipso aperte ꝛ
nude. Et tunc indicibili illuminatione
que omnem humanam cognitionem
superat illustratur. Et hoc fit in raptu
qn̄ deus suo amico contemplatiuo iam
in sexto radio existenti dicit illud euan/
gelicū. Amice ascēde superius. De hac
illuminatione loquitur beatus Dioni/
sius in. c. p̄ de mistica theologia: ꝛ ad ip
sam hoꝛtatur Thimoteum dicens. Cō
surge ignote ad eius vnitionem qui est
super omnem mentem ꝛ cognitionem.
Et iste est vltimus radius illuminans
virum contēplatiuū ad quē peruenit
per radios p̄cedentes oꝛdinate discur/
rendo. ¶ Isti septeꝫ radij illuminātes
virum contemplatiuū pn̄t moꝛaliter si
gnificari in illis septem oculis quos vi
dit zacharias propheta sup vnū lapidē.
zach. 3. dicens, Ecce super lapidem vnū

septem oculi sunt. Allegorice lapis est xps: septem oculi super eum sunt septē dona spiritus sancti illuminantia vniuersam ecclesiam. Moraliter autē lapis est vir contemplatiuus firmus in bono proposito: ꝛ in dei amore solidatus: pressuris ꝛ maleis temptationum cōquadratus. Quem neqꝫ mors neqꝫ vincula terrent: respōsare cupidinibus: contēnere honores: fortis: ꝛ ī seipso totus teres atqꝫ rotundus. In quē manca ruit semper fortuna. Super tali viro lapideo sunt septem oculi: vꝫ septem radij predicti quasi septem oculi qui totam animam: vitam ꝛ conuersationeꝫ illius illumināt ꝛ illustrant. Si ergo cupimus ad montis contemplationē peruenire: prius queramus radios predictos illuminantes. O serui dei. O monachi. O religiosi aduertite diligenter in quāto gradu sitis. Si ī tertio radio quarto vel quinto. Aduertite diligēter tempus vestre conuersionis: quia forte per viginti aut triginta annos: nec ad quartum nec ad quintū gradū ascendistis. O vtinā non magis diligatis tenebras vanitatū ꝛ rerū temporalium: q̄ꝫ radios spirituales ꝛ scripturales ascensionuꝫ celestium. Uenite ergo ascendamus ad montem domini.

¶ De exterioribus ad contemplationeꝫ conferentibus. Cap. xvij.

Venite ascendamus ad montē domini ꝛ docebit nos vias suaꝫ. Quia cupientes ad montem contemplationis ascendere: ꝛ ad suauissime manne gustum pertingere: post illuminationem per sacram scripturam ꝛ deuotam meditationem adeptam: debent oportuna adiutoria solicite perquirere: que ad ipsam cōtēplationē facilius: securius: ꝛ cōmodius perducāt. Uidendū est: que ꝛ quot sint exteriora adiutoria q̄ nos ad cōtemplationē facilitant: ꝛ inducūt. Que a contemplatore sunt diligenter inuestiganda. Et dico ꝙ septem sunt p̄cipua adiutoria exteriora ad ipsam contemplationem.

¶ Primum est: diuina gr̄a preueniens. Nā diuina gratia aliquos sine vlla sua industria ad excessum contemplatiōis preueniēdo perducit. Et hoc potest pluribus modis figuraliter ꝛ litteraliter declarari. Nam vt legimus Exo. 24. ꝛ. 25. Moiseꝫ in monte ꝛ in nube vidit Archam ex sola domini reuelatione sine vllo sue industrie labore. Ad innuendum ꝙ ad sublimitatem contemplationis que per archaꝫ figuratur aliqui diuina sola preueniente gratia subleuanť sine vllo sue industrie labore vł sine aliqua inquisitione aut meditatiōe p̄uia. ¶ In huius figuram dicitur Act. 12. Quod cum Petrus esset in tenebroso carcere duabuꝫ cathenis vinctuꝫ ꝛ dormiens aduenit Angelus domini qui excitauit eum ad surgendum ꝛ eduxit de carcere: ꝛ Petrus existimabat se visum videre donec ad se reuersus dixit. Nunc scio vere quia misit dominus angelum suum ꝛ liberauit me de manu Herodis. Moraliter Petrus in tenebris cathenatus ꝛ dormiēs est homo concupiscentijs ꝛ tēptationibus fatigatus ꝛ confusionis suarum carnalium temptationum caligine obtenebratus. Ad quem dñs sua benignitate preueniēdo mittit angelum suuꝫ: idest gratiā: ipsum a somno concupiscentie excitātem: illuminantem; ꝛ a tenebris:

ꝛ carcere educentem. Et non solum liberat sed etiam extra semetipsum rapit. Sicut ꝛ Petrus extra seipsum erat quia nesciebat qꝛ verum erat qđ fiebat per angelum. Et post ad seipsuz reuersus est laudans deum de sua gratuita liberatione ꝛ dicens. Nunc scio vere qꝛ misit dominus angeluz suū ꝛ liberauit me de manu herodis. ¶ In hunc modum diuina gratia preuenit Paulum Apostolū ꝛ subleuauit vsqꝫ ad tertium celum ad visionem beatissime trinitatis sine vlla sua industria vel labore: cum esset plenus multis vitijs et peccatis secundum qđ dicunt communiter doctores Act. 9. ¶ In hunc moduz diuina gratia preuenit filios israel: qui in egipto sub Pharaonis seruitute captiui tenebantur: exhortans ad exeundū de egipto ꝛ ad ambulandum per tres dies in solitudinem contemplationis. Que habet tres gradus. ¶ Primus est contemplare res in materia sua. ¶ Secundus contemplare res in intelligentia nostra prout habent esse in anima nostra. ¶ Tertius est contemplare res in arte diuina. Ex quibus patet quomodo diuina gratia preueniendo adiuuat ad contemplationis ascensum. Et propterea qui ad exercitium cōtēplationis appropinquat: sup oīa diuinā gratiā q̄rat: implo ret: inuestiget: ꝛ desideret.

¶ Secūdū est Eucharistie sumptio deuota fortificans. Nam si homo deuote celebrat ꝛ eucharistiam frequentat communicando maxime fortificatur ad ascēsum cōtemplationis in montē. Unde iste cibus deuote ꝛ frequenter sumptus super omnia alia ad contemplationem habilitat ꝛ fortificat. ¶ In huius figuram legitur. 3. R. 19. Qđ cū Helias comedisset bis panem subcinericium ministratum ab angelo ꝛ bibisset aquam ambulauit in fortitudine cibi illius vsqꝫ ad montez dei oreb. In quo monte locutus est cum deo ꝛ visiones mirabiles vidit. Moraliter quia Helias interpretatur ascendens dn̄s significat virū cōtēplatiuū qui ad dominum contemplandū ascendere satagit. Angelus qui sibi ministrat panem est xp̄s vel eius vicarius sacerdos: qui eius corpus communicantibus ministrat. Panis subcinericius est corpus xp̄i siue eius humanitas: que subcinere nostre humilitatis est cocta ꝛ afflicta. Hic panis bis comeditur: quia duplici conseratione conficitur. Comeditur cum aqua quia sumi debet cum aqua contritionis ꝛ deuotionis. Quo sumpto vir contemplatiuus fortificatus facile cum isto adiutorio ambulat in fortitudine vsqꝫ ad mōtem dei oreb. i. vsqꝫ ad montem contemplationis vbi loquitur cum deo. Et videt mirabiles visiones. ¶ In huius figuram filij israel egressuri de egipto ꝛ ambulaturi ꝑ desertum ad gustandum manna celeste fecerunt sibi subcinericios panes ꝛ coxerunt eos azimos. Exo. 12. Quibus consumptis gustauerunt manna suauissimum de celo sibi a domino propinatum. Exo. xvj. Ad innuendum qđ deuota misse celebratio ꝛ deuota sumptio eucharistie: que est caro xp̄i azima sine fermento alicuius iniquitatis perducit hominem ad gustū suauissimum diuine contemplationis quasi ad gustum manne celestis. Et pro tanto O serui Christi frustra querimus manna contemplationis diuine nisi prius deuote comederimus panes subcinericios: azimos carnis ꝛ sanguinis Christi igne caritatis decoctos

propterea gustate et videte quam suauis est dominus. Gustate prius carnem eius et sanguinem deuote communicando et postmodum videte eius diuinitatem mirabiliter contemplando. Gustate et videte primum quam suauis sit christi humanitas: et postmodum gustate et videte quam suauis sit eius diuinitas. Et ideo o serue dei celebra deuote si vis ascendere gloriose.

¶ Tertium est passionis christi meditatio subleuans. Inter alia adiutoria ad contemplationem conferentia maximum est deuota passionis xpi meditatio prout videbimus in sequentibus. Nam talis meditatio multum subleuat ad contemplationem celestium et diuinorum. ¶ Unde Jacob patriarcha cum pergeret aram et venisset ad quendam locum volens post occasum solis ibi requiescere tulit vnum lapidem et supposuit capiti suo et dormiens super eum in somnis vidit scalam super terram cuius cacumen celum tangebat et angelos ascendentes et descendentes et dominum innixum scale sibi dicentem. Ego sum deus Abraam patris tui et deus isaac terram in qua dormis tibi dabo et semini tuo Gen. 28. Jacob est vir actiuus luctans cum vicijs et concupiscentijs. Qui cupit pergere aram .i. qui inuigilat et anhelat ad contemplationem diuinam. Aram enim interpretatur suscitans excelsum: et vigilans exaltationi. Contemplatiuus enim quasi sponsa excelsum suscitat quasi sponsum continue ipsum precibus pulsando: et inuigilat exaltationi quia semper cupit superius ascendere. Hic accipit lapidem qui est xps lapis .s. angularis firmus et optimus ad quiescendum et dormiendum. Et supponit capiti suo .i. sue menti que est caput anime sic presidens ei sicut caput presidet corpori. Et dormit super eum lapidem ipsi diutius inhe-rendo per cogitationem meditando eius passionem: vulnera: sanguinem: et mortem. In hac meditatione subleuatur mens viri contemplatiui ad videndum contemplationis scalam et eius gradus. Ad videndum angelos. Ad videndum deum sibi loquentem: et promissionis terram promittentem. Qui ergo ad contemplationem anhellat capiti suo lapidem angularem xpm sedula et continua meditatione supponat. ¶ In huius figuram filij israel egressuri de egypto et in desertum ambulaturi per tres dies in solitudinem ad gustandum celeste et suauissimum manna: prius cum sanguine agni tinxerunt vtrunque postem et super liminare omnium domorum in quibus habitabant Exo. 12. Ad innuendum quod qui vult in desertum contemplationis proficisci. Et ad gustum manne celestis et diuine contemplationis pertingere: prius debet cum sedula meditatione sanguinem xpi Jesu quasi agni immaculati ponere super memoriam et intellectum suum quasi super duos postes anime. Et super voluntatem quasi in superliminari ipsius postis. Ipsum sanguinem per memoriam cogitando et ruminando: per intellectum ipsum contemplando et speculando: et per voluntatem diligendo: compatiendo: et cordialiter amando. O igitur serui altissimi qui ad brauium contemplationis aspiratis: tota mentis intentione prius dormite super lapidem: et cum sanguine agni occisi lauate hostia anime vestre.

¶ Quartum est aliena instructio siue doctrina dirigens. Ad contemplationis gratiam acquirendam multum confert aliena doctrina siue instructio dirigens. Unde contemplationi intentus maxime a principio qui non est in arte contemplandi prouectus: sepe pre manibus habeat deuotos contemplationis libros: qui ipsum ad con

templandum stimulent pariter & infor ment. Audiat preterea libenter vel con templatiuos loquentes vel de contem platione loqui. Hec.n.omnia ad contē plationis exercitium stimulāt: instruūt pariter & accēdunt. ¶ Hinc est qđ cor duorum discipulorū in emaus euntiū ardebat & amplius audire cupiebat cū dominus eis loqueretur ī via & spūalē sensuz scripture aperiret Luc.24. Ad innuendum quod aliena instructio & doctrina ad cōtēplationis grām stimu lat & accendit. ¶ In huius figuram le gimus Exo.31. quod Beseleel filius Huri sapientissime composuit archaz sm quod Moisi in mōte monstratuz fuerat: & tamen archam ab illo factam aaron frater Moisi sacerdos magnus vidit & palpauit & eidem appropinqua uit. Per archam intelligitur contēpla tio: per Beseleel cōponens archam in telligūtur doctores qui artes cōtempla tionis componunt ordinant & docent. Per aaron intelliguntur illi qui aliorū doctrinā vel verba de modo cōtemplā di suscipiunt. Ex quibus sibi grām cō templatiōis: cū dei adiutorio: acquirūt. Quicunqꝫ ergo cupit ad hoc angelicuz exercitiū proficere querat aliorū doctri nā: libros de tali materia loquentes se pius legēdo: vel de cōtemplatiōe loquē tes gratius audiēdo. ¶ Hinc est quod Nūi.c.2. diuina īstructio docuit qualr filij israel stare & situari deberent circa archā: aliqui ab vna pte: aliqui ab alia: aliqui a lōge: aliqui de ppe. Ad innuen dū qđ aliena īstructio & doctrina neces saria est ad cōtēplatiōis grām inueniē dā: Uenite ğ ascendamus ad mōtē dñi & docebit nos vias suas.

¶ Quintū solitudo quietās. Ad cōtem platiōis exercitiū sūme iuuat: remotio a tumultibus hominū quietans aīam & corpus ad celestiū cōsiderationē. Cū enim cōtēplatio sit quedā cū deo fami liaris collocutio qui ad hanc cum deo allocutionē peruenire desiderat: neces se est qđ terrena & temporalia tumul tuosa fugiat. Et cū filijs israel in deser tū solitudinis recedat & cum Moise in interiora deserti perueniat: & cū Pau lo Apostolo conuersatiōnē in celis ha beat segregatus ab oī tumultu. ¶ Si autem corporis solitudinē habere nō possit: querat saltem solitudinē mētis expellendo omnem tumultum deside riorū curarū & solicitudinum rerū tem poralium quātū est possibile a mente. Et memoriam cōtinue elleuādo ad ce lestia & diuina meditanda. De ista so litudine dicit ps. in persona contēpla toris. Ecce elongaui fugiens & mansi in solitudinē. ¶ Exemplum huius soli tudinis habemus in Isaac patriarcha qui vt dicitur Gen.24. relicta familia egressus est solus ad meditādū in agro Ad innuendum qꝫ qui cōtēplationi & meditatiōi celestiū vacare intēdit: loca solitaria & a populis remota inquirere debet. ¶ In huius figuram: Joanes Baptista tanqꝫ religiosus & solitarius & heremiticam vitam ducens: segrega tus a populo & solitarius ī deserto vidit celos apertos: & audiuit vocē patris & vidit spirituū sanctū in spē colūbe figu ratū descēdētē sup xpm Mat.c.3. Ad innuēdū qꝫ qui vult dei visiones & di uina secreta in contemplatione partici pare debet esse solitarius & a tumulti bus separatus. Nam locus solitarius est aptus ad gustū diuine dulcedinis. Et ad auditū diuine locutionis & re uelationis. Unde dñs loquens de ani ma cōtēplatiua dicit. Osee.2. ¶ Ecce ego lactabo eam: & ducam eā in solitu dinē & loquar ad cor eius. Lactabo eā

per consolationem: ducam in solitudinē p segregationē: loquar ad cor eius per īspirationē τ reuelationē. ¶ Propterea ad diuinas reuelationes τ illuminationes recipiendas: necessaria est habitatio secreta. Ac mētis recolectio τ vnio: q2 nunq̄ vel raro fuīt huiusmodi reuelationes in publico vel in multitudine. ¶ Unde dicit Hugo libro. iiij de arca Noe. ¶ Scrutemur scripturas τ inueniemus vix aut nunq̄ deum fuisse locutum in multitudine: sed quotiēscumq̄ innotescere voluit aliquid hoībus: nō gētibus aut populis: sed vel singulis vel admodū paucis: τ a cōmuni hominū frequētia segregatis. Uel per nocturna silētia. Uñ in cāpis τ solitudinibus τ mōtibus τ vallibus se manifestauit. Sicut locutus est cū Noe: cū Abraā: cū Isaac: cū Jacob: τ Moise Samuele Dauid τ oībus ꝓphetis. ¶ Preterea deus loquit̄ in secreto vt nos ad loca secreta inuitet τ accendat: loquitur cum paucis vt nos ad vitandam multitudinem τ diligendā solitudinem inducat. Unde Hugo loco p̄allegato dicit. Quid ē q̄d semp loquit̄ in secreto deus nisi q̄d nos ad secretū vocat. Et quod cū paucis loquit̄ nisi q̄d nos colligat τ vniat. ¶ Hinc est q̄d filij israel nō gustauerūt māne dulcedinē q̄diu fuerūt inter egiptios: sed postq̄ fuerunt in deserto τ solitudine ad innuēdū q̄ q̄diu hō stat ī tumultu multitudinis nō est capax diuine dulcedinis τ cōtēplatiōis. Et hinc ē q̄d rari imo rarissimi inueniunt̄ cōtēplatores: quia rari vel nulli sciūt solitarij permanere: sed omnes currūt ad multitudinē. O vere īfelices τ miseri qui magis cōsolationibus hominū atq̄ loq̄ciū feminarum detinent̄ in multitudine: q̄ Angelicis vel diuinis in solitudine. Qui ergo ad contemplationis mōtem ascendere nititur super omnia solitudinem querat. Omnes animi vires ab exterioribus ad interiora recolligat. Et totam mentem in vno deo vniat τ figat. Uenite ergo ascendamus ad montem dñi: τ docebit nos vias suas.

¶ Sextū. Tribulatio pūgens. Optimū adiutoriū ad celestiū contēplationē est tribulatio pungēs maxime in principiātibus τ mūdū expertis dūmodo rationis iudiciū nō euertat. Ratio est quia mala q̄ nos hinc p̄mūt ad deū venire cōpellūt τ vix aliquis ad deum bene appropinquat: que tribulatio fortis nō castigat. Nā q̄diu mēs in creaturis quietem reperit: lento gradu ad deū currit si autem in creatis pacem non inuenit: ad deum celeriter peruenit. ¶ In huius figuram legimus Gen. 7. q̄d aque multiplicate eleuauerunt Archam in sublime a terra. Arca est cōtēplatio siue aīa cōtemplatiua. Aque sūt tribulationes que si multiplicant̄ Archā nostre cōtemplationis ad celestia subleuāt. ¶ In huius figurā legimus Gen. 8. q̄d colūba missa a Noe cū nō inuenisset vbi requiesceret pes eius reuersa est ad Archā. Sic aīa rōnalis a deo in mūdū missa q̄si simplex colūba: cū nō inuenit requiē ī huius mūdi rebus: s3 magis amaritudinē τ agitationē facile reuertit̄ ad Archā τ ad Noe qui miserat illā .i. ad gratiā contemplationis cōsiderādo eū qui fecit illā. ¶ Unde τ Sarra filia Raguelis cum improparet̄ τ vituparet̄ cū sermonibꝰ duris ab ancilla sua preꝛit ī supius cubiculū domus sue τ tm̄ orauit q̄d missus ē Raphael ad implēdū desideriū suū Tobie. c. 3. Ad īnuēdū q̄d īproperia τ maledictiones faciūt aīam in supiora mētis ascendere ad celestiū cōtēplationē.

¶ Preterea ab aduẽtu spiritus sancti vsq3 ad persecutionem Joannis euã-geliste sub domiciano fuerunt anni circiter quinquaginta. Et tamen toto illo tempore Joannes nõ habuit tot ⁊ tantas reuelationes: nec tantũ ecclesie profuit: q̃tũ in illo tẽpore quo fuit in exilio relegatus in insula pathmos sicut patet Apoc. per totũ. Ad inueniendũ q͛ nihil tantũ disponit ad celestiũ cõtẽplationem ⁊ ad diuinas reuelationes q̃tũ persecutio. tribulatio ⁊ angustia. Sic filij israel nunq̃ in solitudinem perrexissent: nũq̃ celeste manna gustassent. nunq̃ dominũ super montem vidissent: nisi pharao eos prius fortiter oppressisset. Contemplator ergo in tribulationibus ⁊ temptationibus non formidet: non desperet. Sed in dño speret: in domino cõfidat. et in domino delectetur. Et ad memoriam adducat q͛ quanto magis pharao opprimebat filios israel illi tanto magis multiplicabantur ⁊ crescebant. Exo. i. Dicat ergo cõtẽplator cõfidenter illud Abacuch. 3. ingrediatur putredo in ossibus meis ⁊ subter me scateat: vt requiescam in die tribulationis ⁊ ascendam ad populum accintum nostrum.

¶ Septimũ ẽ mortis meditatio vrgẽs. Ad contemplationis exercitum multũ confert cogitare q̃ breuis sit vita hoĩs super terrã: q̃tũ sit mors propinqua: Item desideriũ dissolui ⁊ esse cũ xp̃o. Nam q̃diu homo in terrenis libenter immoratur q̃diu huius mundi ergastulum placet: animus ad celestia cõtẽplanda segnius ⁊ tepidius assurgit. Cũ autẽ ceperit terrena contẽnere. Cũ ceperit huius vite tedio affici. Cum iã iã de huius mundi carcere se exiturũ pẽsat: tunc ad diuina ⁊ celestia meditanda viriliter assurgit.

¶ In huius figuraз legimus Gen. 18. Quod Abraam sedens in hostio tabernaculi sui in ipso feruore diei in conualle mambre cum elleuasset oculos vidit deum in specie triũ viroꝝ. ¶ Abraam sedens in hostio tabernaculi est homo in amaritudine huius vite afflictus qui cõsiderat se in hostio tabernaculi. i. in egressu huius vite quasi in breui de corporis tabernaculo migraturus. Qui. n. sedet in hostio domus: faciliter ⁊ vnico passu potest exire de domo Qui ergo considerat se faciliter ⁊ in breui moritur sedet in hostio tabernaculi sui. Sic aũt considerãs si sit in feruore caritatis quasi in feruore diei et sit in conualle mambre qđ interpretatur diuidens vel diuisio: ita q͛ sciat diuidere vitam presentẽ a futura siue diuidat. i. ponat se p̱ cõsideratione in ipsa morte q̃ est diuisio vite presentis a futura. Siue diuidat spiritũ a corpore p̱ abstractionẽ aĩe a sensibus corporeis. Tunc apparet ei dñs in forma trium q: sibi reuelantur alta secreta ⁊ misteria trinitatis. Et faciunt in simul conuiuiũ q: anima in talibus cõtẽplationibus ⁊ reuelationibus maximis pascitur voluptatibus. Qui ergo ad cõtẽplationẽ p̱uenire nitit̃ ⁊ ad dei visiones ⁊ reuelationes p̱tigere sedeat ĩ hostio tabernaculi: cogitet se cotidie moriturꝫ: ponat pedẽ suũ ĩ foueã ⁊ dicat hodie rex ⁊ cras morieť. ¶ Hinc est qđ Helie stanti in hostio spelũce apparuit dominus sua secreta reuelãs. 3. Re. 19. Ad inueniẽdum qđ parati ad mortes ⁊ cupientes dissolui ⁊ esse cum xp̃o sunt apti ad diuinorum contemplationem. Qui enim stat in hostio paratus est ad egressum: sic qui huius vite tedio affecti ⁊ celestis patrie desiderio sunt inflãmati in hostio spelunce stare dicunť

quasi

quasi parati ad egressum de huius nostri corporis ruinosa spelunca. Uidemus experimento claro: quod cum imminet alicui vite periculum siue in mari siue in terra solet ad celum vocem faciem & manus eleuare ad adiutorium implorandum. Sic profecto mortis imminentis & vicine meditatio solet aīum ad celestiū meditationē & cōtēplationē eleuare. Qui ergo ad cōtēplationē anhelat: sedeat in hostio tabernaculi: stet in hostio speluce: Cogitet se cotidie moriturū. Cupiat dissolui & esse cum xp̄o. Sed ve mundo a scandalis: quoniam tempus faciendi domine dissipauerunt legem tuam. Uenite ergo ascendamus ad montem domini.

¶ De interioribus ad contemplationem conferentibus. Cap. xviij.

Venite ascendamus ad montē domini & docebit nos vias suas. Quia cupientes ad contēplationis montē peruenire oīa debēt necessaria p̄parare. Post q̄ adiutoria exteriora cōparauerit contemplator querat solicite adiutoria interiora q̄ sunt ipsi contēplationi magis propinqua & īmediata. Et inter alia septem sunt adiutoria nobis intima requirēda.

¶ Primum est quies corporis. Contēplatiuus non solum querere debet solitudinē & loca secreta: sed etiam quietē corporis temperatam. Nā qui multiplicibus operibus occupatur cōtēplatiōi non est idoneus. Anima.n. sequitur & imitatur corpus & corporis passiones. Unde sicut in ebrietate grauatur & pigrescit corpus: ita grauescit & pigrescit anima. Et sicut in infirmitate corporis debilitatur & quasi infirmatur anima. Sic etiam cū agitatur corpus p multa opera agitatur & aīa sequens corpus & corporis passiones. Et sicut corpus in multis occupatū nō pōt singulis diligēter intendere: sic aīa sequens corporis dispositionē nō pōt sup̄ne cōtemplatiōi vacare & vni deo soli intendere: si corpus fuerit in terrenis occupatū. Querat ergo contēplator (salua semper obedientia: & proximi caritate quietem corporis: si superne contemplationi satagit intendere. Fugiat discursus. Firmet gressus: qui diuinas visiones & cōsolationes vult suscipere. ¶ In huius figuram legimus Gen. xxv. Quod esau fuit vir venator aptus ad cursum & venationem. Jacob simplex habitans in tabernaculis: qui postmodum fuit maximus contemplator & habuit mirabiles visiones Gen. xxviij. Non aūt esau. In quo figuratur qd̄ ī multis opibus occupatus non est idoneus ad celestium contēplationē: sed domi manēs & quietus sicut Jacob ad diuina contēplāda bene disponitur. ¶ Hinc est qd̄ Maria que vitam contemplatiuā significat ad pedes domini sedebat & audiebat verbū illius. Martha aūt discurrebat ministrando: nec verbi diuini suauitatem gustabat Luc. x. Ad innuendū qd̄ qui diuine dulcedinis suauitatem in cōtemplatiōe gustare desiderat: prius necesse est per quietem corporis sedeat. Unde Ecci. 38. scribitur. Sapientiam scribe in tempore vacuitatis .i. ociositatis: & qui minoratur actu sapientiā pcipiet. Propterea o monache: o serui: xp̄i fuge molas: fuge discursus: fuge negocia. Siste pedem & fige gradum super munitionem: quia q̄diu fueris occupatus in mūdi operibus: celestis manne dulcedinem non gustabis. In cuius fi

guram q̃diu filij israel fuerunt occu-pati a Pharaone in operibus duris: luti: & lateris: & in omni famulatu in operibus terre Exo. j. non potuerunt gustare diuinum & celeste manna: sed post liberationem ab operibus. Sic q̃diu homo in huius mundi operibus alligatus ad contemplationis dulcedinem nõ est dispositus: pijciamus ergo a nobis iugum ipsorum & venite ascendamus ad montem domini.

¶ Secundum est tranquilitas anime. Nõ sufficit cõtemplatiuo habere quietem corporis: nisi simul habeat quietem mentis. Quiescat ergo anima contemplatoris a tumultu cogitationum: passionum: desideriorum: curarum: ac solicitudinum temporalium: & q̃tum sibi possibile est in summa se pace ac tranquilitate componat: quia anima sedendo & quiescendo a tumultibus fit prudens & sapiens & contemplationi celestiũ idonea. Unde q̃to anima plenius atq; perfectius ad pacem & tranquilitatem se composuerit: tãto superne lucis contẽplationi tenacius firmiusq; vacabit. ¶ In huius figuram legimus. 3. Re. 19. Qd cum Helias esset in spelunca in monte oreb. Et venisset spiritus grandis & fortis subuertens montes & conterens petras: nõ erat ibi dominus. Post spiritum venit cõmotio: nõ in commotione dominus. Post commotionẽ ignis: nec in igne dominus. Post ignem sibilus aure tenuis & ibi dominus. Per spiritum grandem intellige tumultum cogitationum: per commotionem tumultum passionũ: per ignem tumultum desideriorum & concupiscentiarum: per sibilum aure tenuis intellige pacem & tranquilitatem anime quiescentis ab omnibus cõcupiscentijs. In tali pace & quiete apparet dominus contemplantibus ipsum. Quia factus est in pace locus eius & habitatio eius in sion. Sion interpretatur speculatio: locus ergo dei & eius habitatio est in anima pacifica & speculatiua. Qui ergo deum in contemplatione videre & suscipere desiderat. Animam suam ab omni tumultu pacificet & tranquillet. ¶ Unde Act. 2. Spiritus sanctus descendit super discipulos sedentes in domo: & repleuit totam domum gloria sua. Domus est anima vel conscientia. Domina est voluntas. Discipuli siue serui sunt cogitationes: desideria: & solicitudines. Quãdo ergo discipuli sedent & quiescunt in conscientia. Quando cogitationes ac desideria & solicitudines ad imperium volũtatis quasi domini in anima sunt sedate & pacate. Tunc si anima sit supernis intenta per contemplationem: descendit spiritus sãctus: & illuminat: implet: & inflãmat totã domũ vbi sunt tales discipuli sedentes. Et ideo qr xp̃i discipuli erant sedentes & quieti: nõ tã corpore q̃ mẽte: remoti ab oĩ cura: solicitudine appetitu: & desiderio terrenorum: sed cum omnibus cogitationibus ac desiderijs in ipsum deum totaliter quietati ac pacificati: pro tãto descẽdit spiritus sanctus mirabiliter super eos. Qui ergo ad cõtemplationis gratiam anhellat. Cõponat fluctus mẽtis: atq; oĩa desideria sua quietet: & affectiones oẽs a mũdo submoueat: qr filij israel celeste mãna non gustauerũt: donec ab egipto semoti & separati fuerũt.

¶ Tertium est industria propria. Ad cõtẽplationis gratiã cõparãdã multũ adiuuat industria propria: & solicitudo in declinando obstacula & q̃rẽdo pficua. Nã vir industrius in tempore breuiori magis proficiet i arte cõtẽplationis

q̃ nõ industrius in longiori. Uir ẽt industrius multum lucrabitur: vbi non industrius dãnũ patieẽ. Exẽplũ primi Mat. xx. de laborantibus in vinea. Nam qui tarde venerunt tantum premium meruerunt in breuissimo tempore: q̃tũ p̃mi qui venerũt tẽpestiue i tp̃e longo. Exemplũ. 2. Mat. xxv. In his qui a domino acceperunt talẽta: In quibus ille qui fuit sine industria et abscondit talentum in terra: a domino est vituperatus et condemnatus. Qui aũt fuerũt idustrij duplicauerũt lucrũ de talentis sibi datis et ingressi sunt in gaudium domini sui. Qui ergo in breui in contemplationis studio multũ lucrari profectumq̃ facere desiderat: sit industrius: excitet memoriã: suscitet intellectum: excitet voluntatem: q2 sollicitudo est mater virtutũ. ¶ In huius figurã legimus Exo. 31. Qd̃ Belseleel ex industria et sapientia sua Archã domini fabricauit: cum omnibus ad ipsã archam pertinentibus. Ad innuendũ q̃ homo ex sua idustria studio et labore: artẽ potest sibi contẽplationis cõparare: diuina tamẽ gratia coop̃ante siue p̃euẽte: q2 nõ sumus sufficiẽtes aliquid a nobis quasi a nobis: sed sufficientia nostra ex deo est. Et ideo dicitur Exo. 31. qd̃ deus intelligẽtiam et scientiã dedit Beseleel ad archa3 fabricãdã: q2 et industria nostra: et studiũ: et solicitudo donũ d̃i est. Ex industria ergo a dñõ sibi colata: artem cõtemplationis aliquo modo põt sibi homo per solicitudines et cõsuetudinem cõparare. Et ideo qui ad mõtẽ cõtẽplationis ascẽdere cupit sit idustrius: et studiosus ad cõsuetudinẽ cõtẽplatiõis acquirẽdã. ¶ Unde et filij israel cũ prudẽtia et industria abstulerunt spolia egiptioru3: aurum: argentum: et vestes: et cõuerterũt in vsus suos ambulando per desertum in solitudinem Exo. 12. Ad innuendũ quod contemplatiuus prudẽs et industrius esse debet ad conuertendum aurum egipti. i. sapientia3 mundi. Argẽtum. i. eloquentiam: et vestes. i. facultates omnes huius mundi ad vsum solitarie cõtemplationis.

¶ Quartum est. Humilitas profunda. Inter oĩa ad cõtemplationẽ cõparãdã cõferẽtia humilitas videẽ speciale et potissimũ adiutoriũ: vt v3 cõtemplatiuus se humiliet q̃tu3 sibi est possibile. Ratio est q2 deus semper paruulis et humilibus sua secreta misteria in contẽplatione reuelauit dicente saluatore Mat. xj. Cõfiteor tibi dñe pater celi et terre quia abscõdisti hec a sapiẽtibus et prudẽtibus et reuelasti ea paruulis. Unde dicebat vnus: ego p quadraginta annos: volui et reuolui multa: legẽdo studẽdo: orãdo: meditãdo: et nihil inueni expẽdiosus et efficatius ad acquisitionem mistice theologie q̃3 qd̃ spũs et aĩa sub d̃o fiat velut paruulus et velut paruula. Humiliet ergo se cõtemplator et cognoscat infirmitatẽ suã. et semp cõsideret se nũq̃3 cepisse: se nihil esse. Et cũ oĩa cõpleuerit dicat f̃m saluatoris sententiã: se s̃uũ inutilẽ eẽ. ¶ In figurã huius hũilitatis legimus Josue. iij. Qd̃ f3 d̃i mãdatũ archa p̃cedeẽ debebat: et turba sequi. Ita tñ qd̃ inẽ archã et turbã semp eẽt spaciũ duũ milliũ cubitorũ: per archã cõtẽplatio siue p̃fectio designaẽ: p cubitũ exercitũ virtutũ: cubito. n. opera exercenẽ: p mille qd̃ est numerus maximus perfectio designatur per duo intelliguntur voluntas et potestas operandi. Consideret ergo contemplator quot in tempore preterito male expenso opera perfecta facere potuisset: si voluisset: et sic premittet

archam mille passus ante se. Et ipse se adhuc longe ab archa cōtēplationis ⁊ perfectionis conspiciet per mille passus siue cubitos. Consideret secundo quot bona facere voluit ⁊ nō potuit: quot bona facere vellet ⁊ nō potest: ⁊ sic premittet archā mille cubitos ante se: ⁊ sic archa precedet per spaciū duū milliū cubitorum ante se. Nam qui considerat quot perficere bona potuit sed noluit. Quotq; voluit ⁊ non potuit: profecto cognoscet se adhuc lōge ab archa perfectionis ⁊ cōtēplationis distare: cognoscet se nūdū peruenisse: cognoscet se nihil esse: nec ad archaȝ perfecte cōtēplationis appropinquasse. O serui dei. O veri israelite: p̄mittite archā: videte imp̄fectionē vestrā. Cōsiderate vos adhuc lōge ab archa distar̄. Humiliamini sub potēti manu dei vt vos exaltet in tempore contemplationis.

¶ Quintū est instantia oportuna. Contēplatiuus non sit negligēs nec pusilanimis: ⁊ si prima vice repellatur reuertatur secundo. Et si statim vel etiam per longum tempus non senserit consolationem: non dimittat: nec retrocedat: nec desperet: sed instet: perseueret: querat: petat: pulset: quia omnino aperietur sibi. ¶ In huius figuram legimus .3. Re. x. Quod regina sabba accensa desiderio videndi salomonem ⁊ audiendi eius sapientiam venit a finibus terre in hierusalem cum multis muneribus ⁊ aromatibus. Et pulsauit ad aures Salomonis temptans eū in enigmatibus ⁊ instanter petens ab eo solutionem. Qui pulsatus ab ea ⁊ instanter requisitus declarauit ei omnia que petierat: que videns eius sapientiam ⁊ regni sui magnificentiam: facta quasi extra semetipsam non habebat vltra spiritum. ¶ Moraliter Salomon rex pacificus est xp̄s deus noster qui pacem fecit in celis ⁊ in terra. Regina sabba habitans in regionibus calidis est anima caritate diuina succēsa: que cupida audiēdi ⁊ vidēdi sapiētiam ⁊ magnificentiam Salomonis cum magno comitatu virtutum ⁊ operum per contemplationem ascendit in hierusalem supernam. Et affert secuȝ munera magna: aurum caritatis: gemmas cogitationum: ⁊ aromata sanctorum desideriorū. Hec anima sic ascendens per contemplationem: pulsat Salomonem in enigmatibus ⁊ frequentibus interrogatiōibus: quādo desiderio proficiendi ⁊ ascendendi ad diuinā ⁊ cognitionem ⁊ dilectionem: supplicationibus vehementer insistit. Et confidēs de diuina misericordia ⁊ diuino adiutorio: querit: petit: pulsat: bis terq; quaterq;: donec tandē Salomon aperit ⁊ declarat que poscit. Et tā mirabilia sibi demōstrat in cōtēplatione q̄ nō habet vltra spiritum sed fit extra semetipsam per extasim vel mentis excessum. ¶ Hoc modo anima contemplatiua ⁊ deuota. Instet assidue: deum rogando: supplicando: obsecrando: nec tempore nec labore frangatur sed perseueret pulsans quia qui perseuerauerit vsq; in finem saluus erit. ¶ Hinc est q̄ apostoli cū Maria matre Jesu erant perseuerātes in oratione a die ascensionis vsq; ad diē pētecostes: ⁊ ideo quia instāter ⁊ p̄seuerāter petierunt: venit spiritus sanctus super eos. Act. p̄ ⁊ .2. Ad innuendū q̄ qui in orando ⁊ querendo instanter perseuerauerit consolationem merebitur a domino. O serui dei qui ad montem ascēditis cōtēplationis. Estote instantes opi: strenui: soliciti: semp̄ fortiores nec tedio victi: nec labore fracti.

¶ Sextum est caritas ignita. Ad cōtē-
plationis gratiā cōparandā sup oīa est
necessaria caritas ignita cū vera cor-
dis contritione: ⁊ profunda animi con
punctiōe. ¶ Ratio huius est quia con
tritio ⁊ compunctio lauant ⁊ mun-
dāt oculum mentis: qui sic fit idoneus
ad videndū deum iuxta illud Mat. 5.
Beati mundo corde quoniā ipsi deū
videbunt. Caritas autem ⁊ dilectio q̄
est pes anime: animam leuat ad deum
quē diligit: ⁊ appropinquat ⁊ vnit ip-
sā deo: qꝛ amor est vis vnitiua amātis
cū amato. Et aīa magis est vbi amat q̄
vbi animat. Et sicut videmus ꝙ pro-
prium ignis est sursum ascendere sic ⁊
caritatis ignite propriū est sursum euo
lare: ⁊ animaꝫ sursum eleuare. Qui ḡ
ad apiceꝫ cōtēplationis ascēdere nitit̄:
discat prius in dei amore calescere: di-
scat omnem cordis affectum: omne de
siderium: in deum quē querit accende
re. ¶ In huius figurā legimus Exo.
xxv. Quod dn̄s precepit Moisi vt fa-
ceret duos cherubin aureos ductiles
ponēdos in summitate arche: vnū hinc
aliū inde: cherubin q̄ est forma non hu
mana sed angelica: ponenda in summi
tate arche significantis cōtēplationē: si
gnificāt supmos gradus cōtēplatio-
nis: ad quos nō peruenit humana infir
mitas: nisi prius in angelicā trāseat for
mā ⁊ similitudinē p oīmodā vite puri
tatē. Ad cōponēdā istā formam che-
rubicam: tria sunt necessaria. ¶ Pri
mo aurum caritatis in ignē sepius ⁊
sepius vertere ⁊ reuertere. ¶ Secūdo
tūsionibus ⁊ maleationibus crebro p
cutere ⁊ repercutere. ¶ Tertio auꝝ ru
de cum summa prudētia ad formā an
gelicā cōponere ⁊ aptare. ¶ Sic mo-
raliter qui vult ad summū: arche ⁊ cō
templationis ascendere. ¶ Primo de
bet aurū sue caritatis sepe in igne amō
ris diuini voluere: ⁊ reuoluere: ignien
do: ⁊ cōburendo: ⁊ inflammando: ani
mam in amorē diuine bonitatis: cogi-
tādo eius imensa beneficia: cogitando
infinitatem: eternitatem: puritatem: ⁊
liberalitatē diuine bonitatis. Cui' oīa
alia bona compata sunt mala vl' nihil.
¶ Secūdo dꝫ aurū sue caritatis tūsio
nibus ⁊ maleationibus pcutere. Uꝫ ca
stigādo ex diuino amore omnes suos
excessus oēs culpas siue leues siue gra
ues: cū pectoris tūsionibus: cū gemiti-
bus: suspirijs: lachrimis: ⁊ ɔtritiōe: qꝛ
canit ecclesia. Tūsionibus pressuris ex
politi lapides: suis coaptant̄ locis per
manū artificis: disponunt̄ pmāsuri sa
cris edificijs. Cū istis tūsionibus pres
suris: gemitibus: ⁊ disciplinis: disponit̄
auꝝ nostre caritatis ad angelicā formā
introducēdā in animā nostrā. O quo-
tiēs necesse est pcutere aurū explana-
req; eius duritiē grossitiē ⁊ deformi
tatē. O quotiēs necesse est nostri cor
dis tumorem cum maleo humilita-
tis humiliare. Eius duritiem cum
maleo timoris molire: eius carnalita-
tē ⁊ grossitiē cū maleo abstinētie sub-
tiliare: vt ad formā angelicā disponat̄.
¶ Tertio dꝫ aurū sue caritatis cū sum
ma prudētia ⁊ vigilātia ad angelicam
formā cōponere ⁊ aptare: vt vꝫ totā vi
tā suā: ex diuina caritate ad angelicā vi
tā q̄tū humana fragilitas sustinet cō-
formare nō desinat. Angelus est spiri-
tualis: castus: humilis: dō obediēs. Cō
tēplationi diuine semp intētus. Et igne
diuini amoris semp ignitus. Sic stu-
deat cōtēplator se in angelū p vite simi
litudinē trāsformare quatenus ad ar
che summitatē mereat̄ ascēdere. O
mortales. O monachi. O fui dī: quid
tādiu in egipto huius mūdi moramur

sub dominio Pharaonis. Uenite ponamus aurum in igne diuine dilectionis. Conteramur: lachrimemus: doleamus ꝛ pectora tundeamus abijciētes iugū Pharaonicū ꝛ tanꝙ veros israelitas angelus domini educet nos ad habitaculum sanctum dei. ¶ Cum ista caritate ignita ascendit ad montez contemplationis ꝛ ad sūmitatem arche ille eximius contemplator Helias qui fuit diuini amoris igne succensus. Unde ꝛ in curru igneo ascendit in celum. 4. Re. ij. Ad innuendum ꝙ per ignitā caritatem ad celestia cōtēplāda faciliter subleuamur. Uenite ascendamus ad mōtem domini ꝛ docebit nos vias suas.

¶ Septimū est eleuatio cōtinua. ¶ Inter alia adiuuātia interiora ad cōtēpationis artem comparandam: maxime cōfert continua mētis ad deū ꝛ celestia eleuatio vt vz omni tempore: imo omni hora: ꝛ si possibile foret omni momento contemplator tam intellectum ꝙ affectum seu voluntatem ad deum ꝛ celestia eleuatum teneat. Terrena ac corporalia omnia: ac si nihil essent: nihil curando: sed vtraꝙ vi mentis totis viribus intendendo in vnicum infinitum ꝛ verum bonum deum: vel in filium eius Christum Jesuz. ¶ In huius eleuationis continue figuram: dominus precepit Moisi Exo. xxv. vt faceret duos cherubi ꝛ poneret i summitate arche. Et ipsis cherubin faceret alas expansas ꝛ extentas atꝙ eleuatas cum quibus tegerent vtrunꝙ latus propitiatorij. ¶ Moraliter per archaz intelligitur cōtemplatio. Per duo cherubin in eius summitate intelligūtur duo genera contemplationis altissima: vz vnum circa vnitatē diuine essentie: aliud circa pluralitatem personarum: vt videbimus latius in sequentibus. Per propitiatorium intelligitur xp̄s qui est propitiatio pro peccatis nostris. Per vtrunꝙ latus propitiatorij intelligitur corpus ꝛ anima xp̄i Jesu. Per vnam alarum intelligitur noster intellectus: per aliam nostra voluntas. Hee sunt due ale quibus anima nostra circūuolat ad omnia sua obiecta. Qui ergo ad arche sūmitatem ꝛ ad apicem contemplationis ascendere nititur necesse habet continue expandere alas: cōtinue sursum volare. Celestia ꝛ deum cum ala intellectus inuestigando ꝛ speculando. Et cum ala voluntatis ꝛ affectus deum ꝛ celestia diligendo. Necesse etiam habet cum ambabus alis tegere vtrunꝙ latus propiciatorij .i. ꝛ corpus ꝛ animam xp̄i continuo meditari contemplari ꝛ diligere. O celestium contemplator extende alam intellectus inuestigando: contemplando: ꝛ continue speculando celestia: nec ipsam retrahas. Extende alam tui affectus ad celestia totis visceribus diligenda: nec ipsam retrahas. Extende alam intellectus ad contemplandum corpus xp̄i passionatū. Extende alam voluntatis ad compatiendū anime xp̄i cruciate. Nec retrahas quia sic omnino ad celestiū cōtēplationē ascēdes. Et ad arche summitatē q̄si cherubin euolabis. ¶ In huius eleuationis exemplum saluator noster ad celū ascendens eleuatis manibus ferebatur secundum qd̓ canit ecclesia ꝛ accipitur Act. j. Ad innuendum ꝙ celestium contemplator alas anime ad celum eleuare debet si celestibus ciuibus per contemplationem associari desiderat. ¶ Hinc etiam est quod post dominum ascendentem, apostoli facies ad celū eleuatas hēbāt quibus angelus

dixit. Viri galilei quid statis aspicien-tes in celum. Et erant in monte Oliue-ti Act. j. Ad innuendum qd contemplati-ui qui in monte contemplationis ver-santur debent ad celum et ad domi-num nostrum Jesum xpm qui in ce-lis est. Eleuare faciem corporis: faci-em anime: Manus brachia. Ad celum debent extedere alas: vt omnis nostra cogitatio: nostra dilectio: amor: deside-rium: solacium: et refugium: sit in celo: in terra promissionis lacte humanita-tis: et melle diuinitatis manate. Sic ve-ri israelite Moises: Aaron: Josue: et alij alas suas extendebant ad terram promissionis: videndam: diligendam: et possidendam. Eia igitur dilectissimi vertamus terga egipto. Derelinqua-mus lutum luxurie: palleas auaritie: la-teres superbie. Abijciamus Porros: Cepe: et Allia: mundi huius que tande ad lachrymandum inducunt. Excutia-mus a nobis iugum pharaonicum: de-ponentes omne pondus et circunstans nos peccatum. Spoliemus egyptios et eorum aurum et argentum in diuinam conuertamus contemplationem. No-strum cor: desiderium: et omne studiu proijciamus in terram promissionis.

Sequamur nostrum Moisem xpm Jesum: qui cum virga cru-cis mirabilia fecit in egypto coram Pharaone: sed co-ram nobis mirabilio-ra faciet in Mari Rubro.

¶ De Transitu per Mare Rubrum: et de Cotemplatione sensibiliu.

Liber Secundus.

¶ Qualiter sensibilem mundu istum: rubru mare pfigurat. Cap. j.

Venite ascendamus ad montem domini et docebit nos vias suas. ¶ Scribuntur hec verba Exo. 14. Tu aut eleua virgam tuam: et extende manum tua sup mare: et diuide illud: vt gradia-tur filij israel in medio mari per siccu. Ego autem indurabo cor egiptiorum vt persequatur vos et glorificabor in pha-raone et in omni exercitu eius: et i curri-bus: et in equitibus illius. Diuisaque est aqua et ingressi sunt filij israel per me-dium sicci maris. Erat.n.aqua quasi murus a dextra eorum et leua. ¶ Post-quam celestium contemplator peccato-rum caligine: quasi tenebrosam egiptu deseruit. Discretionis et prudentie vir-gam super huius mundi sensibilia con-siderada: quasi super mare diuidedu: eleuare debet. Quatenus separado p-ciosum a vili: bonum a malo: lucem a tenebris: hec omnia quasi aquas ma-ris a dextris et a sinistris constituat. Et per medium eorum quasi per sicca hu-mum gradiatur. Ascededo per huius mundi sensibilia ad supernam pmis-sionis terram: et possidendam et cotem-pladam. Mare.n.pns hoc et sensibile seculu pfigurat: p qd oes electos taqz veros israelitas necesse est pertransire dicente Paulo. j. ad Cor. x. Nolo vos ignorare fratres qm pres nri oes sub nube fueru: et oes mar trasieru: et oes i Moise baptizati sut i nube et i mari.

¶ Ad recte igitur diuidendum ꝛ gradiendū p hoc sensibile seculū amaritudinibus ꝛ sanguine plenum: quasi per mare rubrum: videnda est similitudo ꝛ conformitas maris ad seculum: que multiplex est sicut ordinate per singula discurrendo patebit.

¶ Primo mare est magnum valde dicente ,pphta in ps.ciij. Hoc mare magnum ꝛ spaciosū manibus.i.locis. Ista maris magnitudo maxime monstrat in oceano: qd solo aere clauditr a parte opposita 9terrā. De huius maris magnitudie dicit sapiēs. Ecci.j. Altitudinē celi: ꝛ latitudinē terre: ꝛ ,pfundū abyssi quis dimēsus est. Sic ꝛ mūdus iste sensibilis magnus est valde ad q̈ttuor principales partes orbis dilatatus.

¶ Secūdo mare est mobile cōtinuo: nec stare aut quiescere pōt. Uentis.n.continuo ipm agitātibus cōturbatr. Uñ scribitur Mat.8. Motus magnus factus est in mari: ita vt nauicula operiretr fluctibus. ¶ Sic ꝛ mundus iste sensibilis est in cōtinuo motu ꝛ successione: vnde dr mundus quasi motus: qꝛ continue mouetr: tā in supioribus corporibus: q̄ȝ in inferioribus elementis: que cōtinue vel mouentr: vel alterantr: vel generantr: vel corrumpuntr pp continuū motum celorum. ¶ Sic ꝛ viri mūdiales ꝛ sensum carnis sequentes sunt in continua mentis agitatione. ¶ Unde de secularibus ꝛ impijs dicit propheta Isa. 57. Cor impij quasi mare feruens quod p̄ tumultu quiescere nō pōt. Hic practica de agitatiōe viroꝝ mūdialiū.

¶ Tertio mare: quattuor principalibus ventis cōturbatr. Uñ scribitur Dan.7. Ecce quattuor venti celi pugnabant in mari magno. ¶ Sic mundus iste sensibilis ꝛ homines mundiales quattuor principalibus passionibus agitantur. ¶ Primo spe ascendendi: clarescendi: sublimandi: viuendi: ꝛ huiusmodi que respicit bonū futurū: ꝛ designatur per ventum orientalem: vbi est solis claritas ꝛ ascensus. Et ista spes facit in mistico mari magnū motum ꝛ magnā pugnam. ¶ Secundo timore descēdēdi: cadendi: moriendi: deprimendi: ꝛ ignominiam ꝛ verecundiā patiendi qui respicit malum futurum ꝛ designatur p ventum occidentalem: vbi sol obcūbit obscuratur ꝛ declinat. Et iste timor in mistico mari concitat magnum motuȝ ꝛ facit terribilē pugnaȝ. ¶ Tertio gaudio presentium ꝛ delectabiliū bonoruȝ quod per meridionaleȝ ventū figuratr. A meridie.n. flat ventus calidus ꝛ est ibi soliȝ claritas splendens: per que consolatio ꝛ cōcupiscentia delectationis designantur. Et istud gaudiuȝ: in mistico mari magnum motum ꝛ terribilē concitat pugnam. ¶ Quarto dolore p̄sentiū ꝛ iminētiū maloꝝ qui respicit malū p̄sens ꝛ designatr p vētū aquilonarē qui est rigidus ꝛ impetuosus: vnde cōgrue designat malum presens iuxta illud Hiere.j. Ab aquilone pādetr omne malū super oēs habitatores terre. Et iste dolor in mistico mari huius mūdi cōcitat magnū motū ꝛ suscitat terribilem pugnam. Sed istis ventis ꝛ mari Jesus impat ꝛ fit tranquilitas magna Mat.8. Tūc surgens imperauit vētis ꝛ mari: ꝛ facta est trāquilitas magna.

¶ Quarto mare est multiforme ꝛ monstruosum. Nam in mari sunt quasi innumerabiles species ꝛ varietates animalium propter facilitatem aque ad similes formas constituendas. Sunt etiam in mari monstruosa ꝛ admirabilia piscium corpora. Cete.n. sunt pisces maximi: quorum magnitudo est quattuor iugerum terre vt dicit Plinius ꝛ

Lira super ps. ciij. vbi sic scribitur. Illic reptilia quorum nõ est numerus: animalia pusilla cum magnis: illic naues pertransibũt. Draco iste .s. leuiathã vel cete quem formasti ad illudendum ei. ¶ Sic in mundo isto sensibili sunt innumerabiles rerum species: et varietates sicut patet in celo et in terra. Sunt etiam multa mirabilia et monstruosa: saltem quo ad hominum apparentias sicut patet in planetis: in eclipsi: in impressionibus aeris: in montibus: in animalibus. ¶ Sic etiam in mundo mistico siue minori: qui est homo sunt varie voluntates et iudicia. Nam quot capita: tot sententie. Et varie sunt hominum voluntates: varia studia: varia exercitia: varie intentionis et proposita. ¶ Sunt etiam in mistico mundo multa monstruosa: sicut patet in vitijs enormibus et contra naturam. Monstruosum est et contra naturam: procurare aborsus: interficere pueros: monstruosum est sodomia: incestus bestialitas. Monstruosum est blasfemia: piuriũ: dei maledictio. Monstruosa sunt sacrilegia: homicidia: crudelitates: sed iam serpentum dicit ethnicus: maior cõcordia: parcit etc.

¶ Quinto mare calcatum fuit et diuisũ ab electis et fugit ab eis. ¶ Primũ patet Mat. 14. vbi scribit̃ d̃ Iesu. Quarta autem vigilia noctis venit ad eos ambulans supra mare: et de Petro scribit̃ ibidem. Et descendens Petrus de nauicula ambulabat super aquam vt veniret ad Iesum. ¶ Secũdũ pz Exo. 14. vbi scribitur. Tu autem eleua virgam tuam: et extende manum tuam sup mare et diuide illud. ¶ Tertiũ patet in ps. cxiij. vbi scribitur. Quid est tibi mare q̃ fugisti .s. dando locũ transeundi filijs israel. Sic moraliter presens seculum.

¶ Primo calcatur et contẽnitur ab electis iuxta id Pauli ad Phil. 3. Sed q̃ mihi fuerunt lucra hec arbitratus sum propter xp̃m detrimenta: propter quẽ oĩa detrimentũ feci et arbitror vt stercora. ¶ Secũdo diuiditur ab eis dum presentia bona mundi huius sapienter distribuũt redẽdo singulis que sua sũt: deo decimas et primicias: pauperibus elemosinas: sibi necessaria. Hoc modo diuidebat seculi bõa zacheus qui dixit xp̄o. Luc. 19. Ecce dimidiũ bonorum meorũ dñe do pauperibus: et si quid aliquẽ defraudaui reddo quadruplũ: et qz sapienter mare diuisit ad patriã supernã quasi ad promissionis terrã peruenit. ¶ Tertio fugit ab electis: qz electi semper cogitant mundum in breui trãsiturũ: et paruo tempore pmãsurũ iuxta id Pau. j. cor. 7. Preterit .n. figura huius mũdi. Et iõ sepe recolũt id .j. Jo. 2. Nolite diligere mundum: neqz ea que in mundo sunt: qm̃ mundus transit et cõcupiscentia eius qui autem facit volũtatem dei manet in eternum.

¶ Sexto mare: oppressit et operuit dei inimicos Exo. 14. Reuersecz sũt aque et operuerũt currus et equites cũcti exercitus Pharaonis qui sequentes ingressi fuerãt mare: nec vnus quidẽ superfuit ex eis. ¶ Sic moraliter pñs seculũ cũ sua pspéritate suffocat inimicos dei et psecutores sanctorum. Hoc mõ suffocatus fuit a tẽporalibus diuitijs q̃si ab aquis maris: ille diues epulo qui sepultus est in inferno. Luc. 16. vñ bñ cõcludit̃ Ecci. 5. Est et alia ĩfirmitas pessima quã vidi sub sole: diuitie õseruate ĩ malũ dñi sui: pereũt .n. ĩ afflictiõe pessima. Heu quot opimunt̃ ab aquis diuitiarum mũdi huius: quot submergunt̃: quot suffocant̃: de quibus scribitur ĩ ps. 77. Inimicos eorum operuit mare.

¶ Septimo mare est piculosum ad navigādum Ecci.43. Qui navigāt mare enarrēt pericula eius: ⁊ audiētes auribus nr̄is admirabimur. Illic preclara opa ⁊ mirabilia ⁊ varia bestiaꝝ gn̄a.
¶ Sic pn̄s seculū piculosum est valde ⁊ ad spūale naufragiū pronū. Et sicut difficile ē navigātes p mare mortē euadere sic piculosū ⁊ difficile est p huius mūdi bona trāseūtes eterne mortis dānationē euadere ⁊ ad sempiternā salutē ptingere. Un̄ clamat veritas dicens Mat.19. Amē dico vobis: q2 diues difficile intrabit ī regnū celoꝝ: ⁊ iterū dico vobis. Facilius est camelū p foramen acus trāsire: q̄3 diuitē intrare ī regnū celorū. Heu q̄3 piculosū ē p huius mūdi diuitias: delitias: honores: potētatus: ⁊ magistratus: nauigātes: ad concupite salutis portū ptingere. ¶ Quā multa sint huius seculi picula declarat Paul. 2.Cor.xj. dicēs. Nocte ⁊ die ī pfundū maris fui: ī itineribus sepe: piculis fluminū: piculis latronū: piculis ī mari ⁊c̄.
¶ Octauo in mari p̄cipitatus est: ⁊ submersus grex porcoꝝ ex instinctu diabolico: vn̄ scribitur Mat.8. Ecce magno impetu abijt totus grex p̄ p̄ces ī mare ⁊ mortui sūt ī aquis: ⁊ Mar.5. Et exeuntes spūs imūdi introierūt ī porcos ⁊ magno impetu grex p̄cipitatus ē ī mari ad duo millia ⁊ suffocati sunt in mari.
¶ Sic mistice ī huius seculi delectationibus amaricatis q̄si ī aquis maris ex īstinctu diabolico p̄cipitant̄: suffocant̄: ⁊ submergunt̄ luxuriosi: porcinā ⁊ luctuosam vitā ducētes. S3 ī his aquis p̄cipitāt̄ magno ip̄etu. In q̄ dn̄otat̄ ⁊ ardor luxurie: ⁊ cupiditas īordinata: ⁊ immoderata delectationū mūdialiu3. Ad cōsequēdas.n. luxurie delectationes ēt cū mortis piculis d̄sudāt viri carnales: q̄uis ad bona spūalia sint negligentes. Naz vt dicit Gregorius. Oēs huius seculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt: in celestibus debiles ⁊c̄.
¶ Nono in mari nauigātes ascēdūt aliqn̄ vsq3 ad nubes: ⁊ aliqn̄ d̄scēdūt vsq3 ad abyssos dicēte pph̄a ī ps.cvj. Ascendūt vsq3 ad celos: ⁊ descēdunt vsq3 ad abyssos. ¶ Sic ī mūdo isto sēsibili carnales viri p psperā fortunā ascēdūt vsq3 ad celos ⁊ sūmitatē mūdane glie: s3 p aduersā descēdūt vsq3 ad abyssū ⁊ pfūdū extreme miserie. Si fortūa volet fies de rethore Cōsul. Si volet hec eadē fies de cōsule rethor. ¶ Sili modo spūales viri p cōtēplationē ascēdūt vsq3 ad celos diuina ⁊ celestia cōtēplādo: ⁊ descēdūt vsq3 ad abyssos inferni miserias ⁊ tormēta cōsiderando. ¶ Hoc mō ascēdebat ⁊ descēdebat ille eximius contēplator Dauid: qui dicebat loquens ad deum in ps.cxxxviij. Si ascēdero in celum tu illic es: si descendero ī infernum ades.
¶ Decimo mare rubrū diuisū fuit a virtute diuīa ī diuisiōes. ps.135. Qui diuisit mare rubrū in diuisiones: vbi dicit Alex. Qd̄ fuit diuisū in.12. diuisiones p numero tribuū vt vnaqueq3 tribus haberet viā suā ad transeūdū citius ⁊ expeditius q̄3 si oēs trāsirēt p eādē viā. Oppositū tn̄ tenet Lira sup eodē ps.
¶ Moraliter: sicut deus diuisit mare rubrū ī diuisiōes vt filij israel d̄ egypto transmearēt ad terrā pmissionis. Sic s̄m Alex. vbi supra deus diuidit pn̄s seculū p mare significatū in diuisiōes: q2 facit electos suos trāsire ad celū diuersis ⁊ varijs modis. Quidā.n. in coniugio saluant̄: quidā in viduitate: quidā ī virginitate: quidā in religiōe: quidā in prelatione: quidā in subiectione: quidā in vita actiua: quidā in cōtēplatiua. Un̄ congrue canitur illud ps. In mari via

tua: ⁊ semite tue in aquis multis: ⁊ ve-
stigia tua non cognoscentur. s. a repro-
bis ⁊ impijs. Qui dicent in inferno: id
Sap. 5. Lassati sumus in via iniquita-
tis ⁊ ꝑdiciōis ⁊ ambulauimus vias dif
ficiles: viam autem domini ignorauimus.
Sic igitur patet qualiter mare ru
brum presens ꝑfigurat seculū. ¶ Per
hoc igitur mare magnum: vꝫ per mun
dum istum sensibilem contemplando
transituri filij israel. i. vere contempla-
tores sint succinti lumbos per continen
tiam. Calciati pedes per promptitudi-
nem ad itinerandum: habentes bacu-
los in manibus tanq̄ aduene: ⁊ peregri
ni: non habentes hic ciuitatem manen-
tem: sed futuram inquirentes: quasi ꝓ
missionis terram nobis promissā. O
serue dei. O celestium contēplator qui
per veram purgationē ⁊ mundationē
quasi alter Moises assumptus es de
huius tenebrosi mundi aquis ⁊ ama-
ritudinibus. Veluti alter Moises sū-
me virgam prudentie: virgam discre-
tionis: virgam contemplationis: ⁊ dein
de aquas huius magni maris separan
do preciosum a vili. Et sic ascendendo
per visibilia huius mundi ad inuisibi-
lia nr̄a: ⁊ postmodū ad inuisibilia dei.
Sic. n. faciēdo videbis mirabiles ela-
tiones maris. Et mirabilia in ꝓfundo
huius maris. Quo transito ꝑuenies
ad interiora: ⁊ vsq̄ ad finem deserti. i.
ad contemplationē aīe tue.

¶ De pedibus spiritualibus quibus su
per scalam ⁊ montem contemplationis
ascenditur. Cap. ij.

Venite ascenda
mus ad montē domini ⁊ do
cebit nos vias suas. Quia su
per montem contemplationis gradua
liter ascendūt viri contēplatiui ſm illō
ps. Ibunt de virtute in virtutem vide-
bitur deus deorum in sion. i. in cōtēpla
tione. Et ad istum ascensum necessarij
sunt pedes expediti ad itinerandū: pro
tanto anteq̄ ordinemus scalas ascen-
sionis: videndum est. Qui ⁊ quales ⁊
quot sint spūales pedes quibus ascen-
ditur ad montem istum. ¶ Ad qđ in-
telligendum est notandum ꝑ. Quod di
uina scriptura aliquando attribuit pe-
des ipsi deo ad insinuandam eius sta-
bilitatem ⁊ firmitatem: qꝛ sicut sup pe
des stabilitur ⁊ firmatur corpus ani-
malis: ita per pedes significatur stabili
tas ipsius dei. Et hoc modo dicit Isa.
lxvi. Hec dicit dn̄s: celum sedes mea: ter
ra autem scabellum pedum meorum.
Aliquando scriptura diuina attribuit
pedes spiritibus angelicis sicut patet
Apoc. x. ⁊ in multis alijs locis: ī quibus
angeli dicuntur habere pedem dextrū
⁊ sinistrum. Et tales pedes secundum
beatum Dionisium de angelica hierar
chia. c. vltimo significāt virtutem moti
uam angelorum: velocem: penetrantē:
⁊ semper tendentem in diuina: quia si-
cut per pedes mouetur ⁊ currit veloci
ter animal: ita per pedes angelorum si
gnificatur eorum virtus motiua velox
penetratiua: ⁊ semper tendens in diui-
na. Aliquando autem attribuit pedes
animabus: quia sicut corpus fertur
corporalibus pedibus. Ita anima fer-
tur pedibus suis spiritualibus. ¶ Se
cundo notandum q̄ anima nostra du-
os pedes ⁊ duos gressus habet: videlꝫ
dextrum ⁊ sinistrum: quibus fertur
stabilitur ⁊ currit ⁊ mouetur quocun-
q̄ voluerit.

¶ Primus pes est ītellectus qui ē pes
sinister qui debilior est q̄ dexter. Et cū

isto pede anima mirabiles passus et mirabilem cursum facit in uno momento: a summo celo usque ad profundū inferni: intellectū suū ab uno in aliud in minimo momēto conuertendo. ¶ Secundus pes dexter est volūtas que est potentior quam intellectus cum sit regina omniū que sunt in ipsa anima: et cum isto pede mirabiliter currit anima: voluntatem ipsam ab uno in aliud diuertendo. Habet etiam duos gressus. ¶ Primus est cognitio siue cogitatio qui est gressus pedis sinistri: et cum isto gressu mirabilem cursum facit anima quasi in eodem momento cogitando de celestibus: et statim de īfernalibus. ¶ Secundus gressus est dilectio siue affectio vel desiderium qui est gressus pedis dextri. s. voluntatis. Et cum isto gressu mirabil'r currit anima modo diligendo deum: modo mundum: modo eterna: modo transitoria. Tot ergo gressus habet anima: quot cogitationes: et quot desideria. De istis pedibus dicit scriptura. Statuisti in loco spacioso pedes meos. De istis gressibus dicit ps. Gressus meos dirige secundum eloquium tuum et non dominetur mei omnis iniustitia. Et ideo ad montem contemplationis non gressibus corporis: sed cordis ascenditur: videlicet cum intellectu et voluntate: cognitione et amore: dicente Augustino super ps. lxxv. Iter tuum voluntas tua est. Amando ascendis. Negligendo descendis: stans in terra: in celo es si diligis deum. Et idem Augustinus in Epistola ad Macedonium. Imus ad deum non ambulando: sed amando. Et ps dicit Beatus qui ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrimarū: quia ibunt de virtute in virtutē: et videbitur deus deorum in sion.

¶ Tertio est notandum quod isti pedes et gressus anime ad hoc quod sint idonei ad ascendēdū super montem contemplationis debent habere multas conditiones: videlicet.

¶ Primo debent esse calciati per contēptum terrenorū. Calciamenta sunt pelles animalium et similitudines eorū: que inferius sunt clausa et separant pedes a terra. Et superius remanēt aperta. ¶ Intellectus ergo noster et volūtas in principio contemplationis debēt habere calciamenta. i. si͞litudines rerum corporalium: quia per ista visibilia ascendunt ad contemplanda dei inuisibilia ad Ro. i. ¶ Secūdo debēt ab istis corporalibus separari. Ita quod nec voluntas inordinate ea diligat. Nec intellectus in his superflue occupet. ¶ Tertio debēt esse supius apta: quatenus intellectus et voluntas oīa que in istis corporalibus reperiūtur: sursum referāt ad cognoscendum deum. Ut ex creaturarum pulchritudine surgant in admirationē et cōtēplationē pulchritudinis dei: ex magnitudine magnitudinē: et ex bonitate bonitatē dei recognoscant et diligāt. ¶ In huius figuram filij israel recessuri de egipto et ad terrā promissionis ascensuri recesserunt calciati ex precepto domini Exo. 12. Sic veri contemplatores cupientes ad terrā promissionis superne cōtemplandā attingere: debent in principio esse calciati per cōtemptū omniū terrenorum: quia sic leues a terrenis facient gressus agiles ad celestia et diuina. Hos pedes calciatos et gressus ornatos habebat spōsa et anima cōtemplatiua quando sponsus dicebat ei Cāt. vij. Quam pulchri sunt gressus tui in calciamentis filia principis. Et ista calciamenta idest terrenorum cōtemptus sunt quedam

preparatio ad graduz et ascensuz supne contemplationis et pacis. Unde et Apostolus ad Ephe.vi. State calciati pedes in preparationē euāgelij pacis.

¶ Secundo debent esse lauati et mundi per purgationē viciorū. Postq̄ intellectus et voluntas contēplatoris terrena contēpserint: debent maculas oīum viciorū abstergere: remunciando oībus vicijs et passionibus viciosis: q2 in maliuolam aīam nō introibit sapiā contemplationis: nec habitabit in corpore subdito peccatis. Et nō soluz abstergere debet vicia criminalia: sed etiā oīa venialia q̄tum humana fragilitas patit̄: q2 q̄to pedes fuerint mundiores tanto gressus eoꝝ erūt velociores ad ascēdēduz. ¶ In huius figuram dn̄s Jesus Apostolis suis postq̄ oībus terrenis renunciauerāt voluntariā paupertatē eligentes: lauit pedes eorum et dixit eis vos mundi estis. Jo.13. Ad innuenduz q̄d qui vult ad pfectionē puenire et ad montem cōtēplationis: nō solū habere debet mundū caput per rectam intētionē: mundū os per rectam locutionem: mundas manus p rectā operationē: sz etiā mundos pedes. s. intellectū p rectā cogitationem et voluntatem per ordinatam et rectam dilectionem. Et nō soluz debet mundare et lauare istos pedes a vicijs: sed diligenter cauere ne denuo eos maculet et coinquinet. Hos pedes mundos et lauatos habebat anima cōtemplatiua et philocata quādo dicebat Cant.v. Laui pedes meos quomodo inquinabo illos. Lauet ergo solicite cōtemplatiuus pedes suos.

¶ Tertio pulchri et ornati per virtutum varietatē. Nō sufficit lauare pedes sed ornandi et decorandi sunt sandalijs et gratiosis ornamētis ad alliciendū spōsum in amorem. Ornamentū istorum duorū pedū aīe. s. itellectus et volūtatis sunt fides: spes: et caritas. Et quecunq3 aīa hēt in suis pedibus ista calciamēta siue ornamenta est grata sponso et digna accedere ad eius cōspectū p cōtemplationē lucidam ipsius sponsi dilecti. Hos pedes cōtēplatiuorū ornatos p̄uidit Ysaias propheta cum dixit Jsa.52. Quam pulchri sup montes pedes annunciantis et p̄dicātis pacē. Annunciātis bonū: p̄dicātis salutē. Jsti annunciantes et p̄dicantes pacem bonū et salutem sunt viri contemplatiui qui habēt pedes pulchros. i. intellectum et volūtatez ornatos. F̄de illuminātē. Spe sublevāte. Caritate agilitate: et iō sunt sup montes altissime cōtēplationis: in qua ab ipso deo hauriunt pacem: bonum: et salutē q̄ postea populis p̄dicādo diffūdunt. ¶ Hos pedes ornatos contēplatiuorū vidit Paulus Apostolus cum dixit ad Ro.x. Quam speciosi pedes euangelizantium pacez: euangelizantiū bona. O contemplator si vis ascendere sup montes: adorna pedes.

¶ Quarto vncti butiro et oleo per deuotionē. Nō sufficit cōtemplatiuis pedes pulchros habere per ornamenta virtutum. Sed debēt habere pedes vnctos per deuotionē ad facilius ascendēduz in montem contemplationis. Debent autez pedes vngi in butiro et oleo. Butirum nascitur de carne animaliuz et significat humanitatem xp̄i. Oleuz vero pietatem significans: diuinitatem xp̄i representat. Christus ergo quasi ouis Jsa.53. effudit nobis butirū sui sanguinis ad vnctionem pedem nostrorum. s. intellectus et volūtatis. Et quasi petra effudit nobis oleum pietatis et misericordie sue diuinitatis ad vngendū gressus nostre cogitationis et dilectionis. Contēplator g̃ qui vult ad culmen con

templationis ascēdere prius vngat pedes in butiro sanguinis xpi τ i oleo sue diuinitatis cogitādo τ meditando frequēter sanguinē τ vulnera xpi Jesu τ suā altissimā pietatē τ misericordiā q̄ sic nos gratiose redemit. ¶ Hoc modo pedes suos vngebat ille magnus contēplator Job in tpe sue ꝓsperitatis sicut ipse testatur Job.29.dicens. Quando lauabam pedes meos butiro τ petra fundebat mihi riuos olei. O serue dei si vis ad montem cōtemplationis ascēdere vnge pedes vt sint habiles τ faciles ad ascensum.

¶ Quinto recti per intentionē. Nō sufficit vngere pedes: sed opꝫ eos rectificare per intentionem: vt vꝫ intellectus τ voluntas: cognitio τ dilectio cōtemplatoris solum deum intendant in omnibus τ eius beneplacitum. Et ad nihil terrenū vel carnale retorqueantur. Sicut .n. pedes recti habiliores sūt ad motum τ ad ascensum q̄ȝ torti. Sic pedes spirituales per veram in deum intentionem rectificati: magis idonei reddunt̄ ad cōtemplationis ascensum. ¶ In huius figuraȝ Ezech.j. vidit quattuor animalia habentia alas que ad impetum spiritum procedebant τ a terra eleuabantur: τ ibant in similitudinem fulgoris coruscantis: τ dicit quod pedes eorum erant recti. Ista quattuor animalia possunt significare viros qui contēplationibus vacant: qui alas habent p mentis eleuationem in altuȝ. Et ad impetum spiritus gradiuntur: qꝛ secundū sancti spiritus gratiam diuersimode mouentur. Eleuantur a terra per terrenorum contemptum τ desiderium supernorum. Hi contemplatores habent pedes rectos: quia omnis eorum cogitatio τ affectio directe tendit in deum: eius amorem: honorem: gloriam τ beneplacitum inquirendo. Et ideo qui cōtemplationi se preparat pedes dirigat. Et oīa quecunqꝫ facit in laudē τ gloriā τ honorem domini dei sui faciat τ disponat.

¶ Sexto erecti τ eleuati per celestium speculationē. Nō sufficit contemplatiuo hr̄e pedes rectos per intentionē bonam: quia etiā viri actiui intentionē rectam hn̄t: tamen circa inferiora τ terrena occupant̄. Sed debēt habere pedes erectos τ eleuatos ad celum per celestium continuam speculationem τ visionem: quia debent continue q̄ȝtum patitur humana fragilitas celestia cogitare speculari τ diligere: vt dicere possint cum Aplo Paulo. Nostra cōuersatio in celis est. ¶ In huius figuram legit̄ 2. Paral.3. Quod duo cherubin positi a Salomone in domo domini in sancta sanctoruȝ qui habebant alas extensas stabant pedibus erectis: ita q̄d secundum aliquos vnum pedem magis eleuatum q̄ȝ alium habebant quasi parati ad ambulandum. Ad innuendū quod viri contemplatiui qui debent eē cherubin per splendorem τ lumen contemplationis: stare debent in domo domini τ in sancta sanctorum .i. in patria celesti per continuam eleuationem. Et pedes mentis habere erectos τ subleuatos per continuam celestium cogitationem τ dilectionem. Et debet vnus pes magis esse eleuatus q̄ȝ alius: quia voluntas plus debet τ potest celestia diligere q̄ȝ intellectus ea sufficiat cogitare. Habeat ergo contemplator pedes anime ad celestia semper erectos. Unde Apoc.x. Angelus qui de celo descendit habebat pedes tanq̄ȝ columnam ignis. Sic contemplatiuus tanq̄ȝ Angelus celestis ascendens τ descendens per scalam contemplationis debet ha-

bere pedes tanq̄ ignis.s.semper ad celum ascēdētes sicut ignis qui semp in supiora tota sua virtute dirigit. Et hoc mō disponit ad ascensum.

¶ Septimo expediti et veloces p assuefactionē vel consuetudinem. Non sufficit hr̄e pedes ad celū elevatos: sed opꝫ ipsos habere expeditos et veloces per exercitationem et consuetudinem. Ita qd̄ opꝫ frequētare celestium speculationem: quatenus intellectus et voluntas p consuetudinē et frequentiā cōtēplādi fiant habiles et veloces ad ascēdenduꝫ in montē contēplationis. Per cōsuetudinem.n. et frequentationē queq̄ difficilia facilitātur et queq̄ obstacula dissipantur. Et habitus prompte expedite et velociter facit operari. ¶ Hos pedes expeditos et veloces habebat ille eximius contemplator David qui dixit de se ipso in ps̄.17. Deus qui perfecit pedes meos tanq̄ cervorū et super excelsa statuens me. Cervus cum iuga montium ascendit queq̄ aspera et obiecta transgreditur donec ad superiora elevetur. Et non solum velociter currit: sed etiā saltat. Sic mentes contemplatorū propter consuetudinem contemplandi hn̄t pedes veloces et expeditos tanq̄ cervi: et ideo omnia obstacula vincūt omnia aspera superant: donec saltu cōtēplationis ad cacumina et excelsa montiū eternorum.s.sanctorum angelorū ascēdāt: donec ad divina contemplanda consurgant. Habeat ergo cōtemplator pedes cervinos expeditos et veloces per consuetudinem si vult ad celestium mōtiū iuga cōscendere. ¶ Un̄ dicit ꝓpha ps̄. ciij. Mōtes excelsi cervis: petra refugium erinaciis. Montes sunt altissimi secessus contemplationis. Petra est xp̄i passus. Cervi veloces pedibus sūt assueti et exercitati in contemplatione. Erinacii tardi pedibus sunt infirmi et inexperti. Infirmis ergo in refugium data est petra.i. Christi passio in qua se debent occultare: eius sacratissima vulnera devote et fidel'r sub intrādo. Sꝫ contemplativis expertis in refugium dati sunt montes excelsi.i.altissimi contemplationis secessus: et celestium et eternorum meditatio. Qui ergo celeriter ad montem contemplationis ascendere nititur: faciat pedes expeditos et veloces per crebram et infatigabilem contemplationem.

¶ Octavo alati per celorum penetrationeꝫ. Nō sufficit cōtēplativis hr̄e pedes expeditos et veloces sed debent habere alatos et pennatos ad penetrandum et transvolandum supra celos et agmina sanctorum angelorum. ¶ In huius figuram dicitur Isa.vj. Quod duo seraphin habebāt alas senas et stabāt ante dominuꝫ et clamabāt sanctus: sanctus: sanctus dn̄s deus exercitiū. Seraphin qui interpretātur ardētes sūt viri cōtēplativi qui igne divini amoris interius ardēt. Et tales stāt ante faciem dn̄i per cōtinuam cōtemplationem: et cōtinue laudāt beatissimam trinitatē patrē filium et spūm sanctum. Corde ore et ope virtuose vivētes: et hn̄t alas ad volādū quia tales per cōtemplationem volādo celos penetrāt et omnes choros angelorum. Tales cōtemplativi nō soluꝫ hn̄t pedes veloces sicut cervi: sed hn̄t pedeꝫ volātes et alatos ad modum avium: q etiā supra oīa mōtium cacumina elevātur et volāt usq̄ ad nubes. ¶ Hos pedes alatos et volātes habuerūt apl'i de quibus p̄dixit Isa.60. dicēs. Qui sūt isti qui ut nubes volant. Cōtemplator ergo qui supra celos ascendere per contemplationem nititur pedibus suis apponat alas.

¶ Nono firmi & stātes per continuatio nē. Non sufficit cōtemplatiuo habere pedes alatos & penetrantes celos: sed debet habere pedes firmos & stabiles ita q̄ postq̄ ascenderit sup celorum cacumina & choros angelorum quasi sera phim alatus: ibi debet firmare & stabilire pedes nec ad inferiora reuertere. ¶ Hos pedes stantes & firmos habebat propheta & contemplator eximius Dauid qñ dicebat i ps. c.xxj. Stantes erāt pedes nostri i atrijs tuis hierusalem. Nam intellectum & voluntatē per contemplationem & amorē stare faciebat in consideratione superne ciuitatis hierusalē. Ad quam proficisci sperabat & desiderabat. ¶ Hos pedes firmos hēbat ille singularissimus cōtemplator Abacuch propheta quando dicebat Abacuch .2. Super custodiā meam stabo & figam gradū super munitionē & cōtēplabor vt videā quid dicat mihi & quid respondeā ad arguētē me. ¶ Munitiōes & custodie hominū mortaliū sunt fortalicia alta: & turres excelse: in quibus est eorū refugiū & defensio ab inimicis. Sic ascēsus alte contemplationis sunt refugium & custodia virorū cōtemplatiuorū: quibus ab omnibus inimicis se preseruāt: qr dicit ps Montes excelsi ceruis: supple sunt refugium. Qui ergo figit volūtatem & firmat intellectum in celestium cōtemplatione: ille stat super custodiā suam & figit gradū super munitionē. Et ibi figendo gradū duo facit. Primo videt quid sibi dicat a deo. Secūdo quid ipse debeat respondere deo. Quando enim contemplando numerat: quot sibi bona contulit deus: tunc audit quid sibi loquatur deus. Quot enim nobis deus cōtulit beneficia: quasi tot nobis protulit verba. Et cum diligenter pensat quantum teneatur deo: tunc videt quid debeat respōdere deo. Contemplator ergo si cupit in montis verticē puenire: stet super custodiā suā & figat gradum super munitionē nec ad inferiora descendat vt dicere possit cum propheta. Stātes erant pedes nostri in atrijs tuis hierusalem.

¶ Decimo. Nudi & decalciati p oīum sensibilium & imaginabilium remotionē. Postq̄ contēplator suos pedes firmauerit in atrijs superne ciuitatis: locum spaciosū: choros angelorū: ordines sāctorū: & xp̄i hūanitatē diligēter considerando: debet nudare & scalciare pedes suos .s. intellectum & voluntatem: ab omnibus calciamentis .s. ab omnibus similitudinibus temporalium: vt in deum spiritualem spiritualiter intendere possit. ¶ In huius figuram legimus. Exo. iij. Quod cum Moises venisset ad interiora deserti & ascendisset in montem Oreb. Apparuit dominus ei in medio rubi ardētis. Cui cū Moises appropinquare vellet ad videndū visionē illam magnam: qua rubus ardebat & non cōburebat. Deus vocauit eum dicens. Moises Moises Solue calciamentum de pedibus tuis: locus enim i q̄ stas terra sancta est. ¶ Moraliter Moises ascendens in montem est contemplator ascendens ad celestium contemplationē. Cui apparet dominus in igne ardente & non comburēte: quia apparet in caritate ignita ardente & non consumente. Moises vult appropinquare: quia contemplator nititur ascendere ad videndum visionem magnam ignis ardentis & non comburentis idest ad videndam diuinam lucem que est magna valde ardēs & non comburens. Illuminās & nō cōsumens: sed tunc deus clamat. Ne appropies

propies inquit huc. Solue calciamētū de pedibus tuis.i.proijce similitudines rerum corporaliū. Calciamenta.n.sunt pelles ꝛ similitudines animalium quibus teguntur pedes. Sic phantasmata corporalia sunt similitudines rerum quibus teguntur intellectus ꝛ volūtas. Qui ergo habet pedes suos in loco ꝛ terra sancta.i.in ciuitate superna firmatos:si vult ascēdere ad vidēdā visionē magnā diuine lucis ardentis soluat calciamenta: proijciat oīa phantasmata sensibilia:ꝛ oēs imaginationes rerum corporaliū:ꝛ sic nudatis ꝛ scalciatis pedibus ascendat ad cliuū montis ad vidēdā visionē magnā. ¶ De istis pedibus nudis habemus figuram in illo egregio contemplatore Dauid: qui vt legitur 2.R.15. Fugiens a facie absalonis persequentis:ascendebat cliuū oliuarum flens:ꝛ cooperto capite ꝛ nudis pedibus incedens. ¶ Moral'r Dauid manu fortis est contemplator qui in vita actiua fortissime dimicauit. Hic fugit persecutionē inimici infernalis q̄si absalonis qui īterpretatur amaricatio patris:quia diabolus fuit causa:doloris:amaritudinis:ꝛ passiōis ipsius xp̄i qui erat ꝛ est deus. Hunc ergo fugiēs Dauid ascendit in cliuum oliuarum.i. ad contemplationem diuinitatis. Oliue.n.sunt sancti in celo quasi in domo dei plantati:dicēte propheta. Ego sicut oliua fructificaui in domo dei mei. Cliuus oliuarū est ipse deus sanctis omnibus supereminens ꝛ presidens. Ad hunc cliuum oliuarum qui vult ascendere debet incedere nudis pedibus: expoliare.s.intellectum ꝛ voluntatem ab omni sensibili ꝛ imaginabili. Et in vnū solum deum intendere insensibilem:impalpabilem:ꝛ incorporeum. O celestiū contemplator si vis ad cliuū ascēdere oliuarum:nuda pedes: proijce calciamenta. Derelinque sensus ꝛ sensibilia omnia.

¶ Undecimo acuti per penetrationem: Cum contemplator pedes suos nudauerit ab omnibus corporalium imaginibus:debet eos acuere ꝛ subtiliare vt sint apti ad penetrandum in diuinam essentiam ꝛ bonitatem. Per sinister.s. intellectus acuitur quando omni alia cognitione semota:totis viribus soli diuine luci inuestigande intendit. Pes dexter.s. voluntas acuitur ꝛ subtiliatur cum omni alio amore deposito totis viribus in diuinam bonitatē se effūdit. Et cum pedes isti sic fuerint acuti:tunc facile in diuinā lucem cōtemplandā penetrabunt. ¶ Hos pedes acutos habebat eximius contemplator Dauid quādo dicebat in ps.17. Quoniam in te eripiar a temptatione ꝛ in deo meo transgrediar murum. Temptatio est omnis creatura que creata est in laqueum pedibus insipientium. Murus est oīs creatura que ꝛ deum nobis occultat ꝛ ne ad ipsum immedtate accedamus quasi murus obstat. Cōtēplator ergo a tēptatione eripitur ꝛ in deo transgreditur murū quādo relicto oī creaturarū obstaculo intellectū ꝛ volūtatē in ipso deo intelligendo ꝛ diligēdo totaliter exacuit. ¶ Hos pedes acutos ꝛ penetrantes habebat dauid quando dicebat in ps.lxx. Quoniam non cognoui litteraturas intr oibo in potentias dn̄i: domine memorabor iustitie tue solius. ¶ Litteratura est oīs creata natura: qꝫ vna queq; res ē q̄si vna littera huius vniuersi. Cōtēplator ergo qn̄ nō cognoscit aliquā creaturā sed nudauit pedes suos abijciēdo imagines oīuꝫ rerū: tunc acueo pedes intrat in potētias domini: idest in diuinaꝫ essentiam con-

templando diuinum intellectum ⁊ diuinā volūtatem: diuinā potētiā: ⁊ diuinā bonitatē. Et tunc solum recordatur de deo ⁊ memor est solius dei: q2 obliuiōi dedit omnes creaturas. Et hic requiritur magnus labor ad acuendum pedes ⁊ ad intrādū in diuinas potētias. O celestiū cōtēplator si vis ad caliginē ignorātie lucide cōscēdere acue pedes ⁊c.

¶ Duodecimo separati ⁊ diuisi p oīs cognitionis separationem. Postq̄ cōtēplator in diuinas potētias penetrauerit p totalem intentionē tā intellectus quā voluntatis in deū. Tūc d3 separare pedem dextrū a sinistro. s. intellectum qui est pes sinister relinquere foris. Et dextrum. s. voluntatē intromittere intus ⁊ totaliter ipsam in diuinam essentia3 transformare ⁊ deificare: ⁊ hoc fit quando cōtemplator post oīa predicta derelinquit omnem cognitionem: tam intellectiuā q̄ sensitiuā: ⁊ cum sola volūtate ⁊ eius amore: in ipsum deum p amoris excessum totaliter transformatur ⁊ deificatur. ¶ Et ad hoc culmen contemplationis que vocatur caligo superlucens ignorantie peruenitur cum magno labore ⁊ certamine: dicēte Dionisio in lib. ð mistica theologia. c. p̄. Tu autem o Thimotee circa misticas visiones: forti contritione. i. conatu: ⁊ sensus derelinque ⁊ intellectuales operatiōes. Et oīa sensibilia ⁊ ītelligibilia: ⁊ oīa existentia ⁊ nō existentia: ⁊ sicut est possibile ignote consurge ad eius vnione3 q̄ est super oēm substātiā ⁊ cognitione3: ⁊ de isto labore potest forsan moraliter intelligi illud dictum ps. 72. Hic labor est ante me donec intrem in sanctuariū dei. Et in isto gradu cōtemplationis nō solū laborat cōtemplator: sed quasi fit claudus vel claudicans: q2 remanet cū vno solo pede. Alio foris remanēte: nā intellectus totaliter quiescit: ⁊ volūtas ignote cōsurgit. ¶ In huius laboris ⁊ claudicationis figuram legimus Gen. 32. Quod Jacob prius luctatus est cū angelo quasi tota nocte: ⁊ post in mane fatigatus de Jacob vocatus est israel ⁊ dixit: vidi dominū facie ad faciem: ⁊ salua facta est anima mea: ipse vero claudicabat pede. Sic vir contemplatiuus per multā luctā ⁊ multū labores venit ad visionem facialem dei per excessum contemplationis in quo fit salua anima eius: q2 tota deificatur fm Dionisium c. p̄. de mistica theologia. Talis vero cōtemplator post talem laborem claudicat: q2 vno solo pede dextro. s. volūtate ⁊ amore trāsformatur in deum. Alio pede sinistro. s. intellectu relicto foris sicut diffusius diximus in cōmētarijs super librum Dionisij de mistica theologia. Quicunq3 ergo per scalas contēplationis ascendere parat: disponat pedes: fm regulas prefatas: quia facilime ascendet super eas. O serui dei. O monachi: venite ascendamus ad montem domini. Calciate: lauate: rectificate. ⁊ vngite pedes: sed ve nobis miseris: quia non habemus pedes idoneos ad ascendendum in montem contemplationis: sed nec ad ambulandum in planum corporalis actionis.

¶ De prima ⁊ generalissima contemplationis scala per huius mundi sensibilia. Cap. iij.

Venite ascendamus ad montē domini ⁊ docebit nos vias suas. Q2 deo adiuuante de egypto egressi sumus per debitam purgationem a peccatis ⁊ pedes preparauimus ad ambulandum

superest vt huius magni maris aquas diuidamus .i. huius sensibilis mundi res diligenter cum contemplationis virga distinguamus: quatenus et in huius mari profundo dei mirabilia videamus: et per hec mirabilia ad contemplandam promissionis terram: transeamus. Sunt autem in isto mundo sensibili septē mirabilia valde que quasi septem sunt gradus ascendendi ad contemplanda mirabilia diuina. Que nouellus contemplator diligenter aduertere debet: si cupit in diuinam dilectionem: admirationem: et contemplationem assurgere.

¶ Primum mirabile in hoc mūdo sensibili quasi in mari magno est. Magnitudo ipsius mundi sensibilis: que licet ad oculum pateat. Et Astrologi dicāt quod aliqua stella est maior tota terra. Tamen de eius magnitudine particularius aliquid dicam quatenus nouus cōtemplator discat ascēdere et de exiguis eximia cogitare. ¶ Dicit Philosophus in secundo celi in fine: quod secundum Mathematicos. Rotūditas terre est quinquaginta millia milliaria. Secundum autē Geometras est vigintiquattuor millia milliaria: vt dicit idem philosophus in libro de proprietatibus elementorum. Secundum autem modernos Astrologos: sicut recitat sanctus Thomas in secundo celi in fine. Rotūditas terre est viginti millia milliaria et quadraginta. Et hoc potest comprehēdi secundum sanctum Thomam cōsiderando q̄ntum spacium in terra occupat: diuersitas vnius gradus in celo. Et inuenerunt quod vnus gradus in celo comprehendit quinquaginta sex milliaria et duas tertias milliarij secūdum Alfagranum. Et ideo cum gradus celi sint trecenti sexaginta: si multiplicentur modo supradicto faciunt viginti millia milliaria et quadraginta.

¶ Hoc presupposito: accipiamus aliud fundamentum tam philosophorum quam theologorum: vz. Quod corpus superius maius est in decuplo quā inferius: puta. Elementum aque maius est in decuplo quam elemētū terre. Et hoc accipitur a Phō in lib. de generatione. c. 37. Ubi dicit q̄ ex vno pugillo aque fiunt decem pugilli aque propter maiorem subtilitatem .s. in decuplo. ¶ Hoc presupposito contemplator qui vult contemplando ascendere: proponat sibi q̄. Rotūditas terre que est viginti millia milliaria: sit tantum vnum milliare. Et ascendat sic. Si terra est in magnitudine vnum milliare. Aqua superior est decem. Aer est centum. Ignis mille. Sphera lune decem millia. Mercurius centum millia. Uenus mille millia scilz vno millione. Sol decem millioni. Mars centum millioni. Juppiter mille millioni. Saturnus decem mille millioni. Celum stellatum centum mille millioni. Christallinum siue primum mobile millies mille millioni. Celum empireū decies millies mille millioni. Sed de terre rotunditate que est viginti millia milliaria accepimus tantum vnum milliare. Si ergo acciperentur omnia in principio: tanta resultaret magnitudo celi vltimi quod intellectus humanus vix aut nūquam capere sufficeret. Contemplator ergo ascēdat super istū primū gradum huius scale: et tunc aliq̄ modo contemplari ex ista magnitudine huius mundi poterit: infinitam et immensam potentiam creatoris dei. ¶ Hec enim magnitudo mirabilis: dei infinitam potentiam manifestat. ¶ Super hunc gradum primum

ascenderat ille magnus contemplator Baruch propheta quando in spiritus feruore magnitudinem empirei celi ad mirando clamauit Baruch.3. O israel quam magna est domus dei et ingens locus possessionis eius. Magnus et non habet finem: excelsus et immensus. Ex ista magnitudine que est primum mirabile et primus gradus scale poterit contemplator videre admirari et diligere summam dei potentiam que appropriatur patri.

¶ Secundum mirabile est pulchritudo que licet satis pateat: tamen aliquid specialius est dicendum ut nouus contemplator discat ex pulchritudine creaturarum ad dei pulchritudinem contemplandam conscendere. ¶ Notandum ergo quod corpus superius in ordine elementorum et celorum est spiritualius: lucidius: et pulchrius in decuplo quam inferius. ¶ Unde philosophus .2. celi .c.16. dicit quod celum tanto nobiliorem habet naturam quanto magis est elongatum a terrenis: unde vocat ipsum celum corpus diuinum. Ubi dicit etiam sanctus Tomas de Aquino quod in hoc uniuerso corpora inferiora sunt quasi materia et superiora sunt quasi forma. Et per modum loquendi quanta differentia est inter corpus et animam que est sua forma: tanta est inter corpus inferius puta terram et superius puta aquam. Unde sicut corpus superius est maius et subtilius in decuplo quam inferius secundum Philosophum in lib. de generatione .c.37. sic corpus superius decies est lucidius: et pulchrius: quam inferius: sicut patet in amphora plena aqua: que decies est lucidior: quam amphora plena terra. Ponamus ergo quod terra sit pulchra et lucida in vno gradu. Aqua est subtilior lucidior et pulchrior in decuplo et habet .x. gradus pulchritudinis. Aer centum gradus: multiplicando per decem. Ignis mille. Luna .x. millia. Mercurius centum millia. Venus mille millia idest vno millione. Sol .x. millioni: Mars centum millioni. Juppiter mille millioni. Saturnus .x. mille millioni. Celum stellatum centum mille millioni. Christalinum siue primum mobile millies mille millioni. Celum empireum decies millies mille millioni. Et tanta est claritas et pulchritudo illius vltimi celi quod est maxime elongatum a terra: quod lingua mortalis exprimere non posset. Et propterea vocatur celum empireum a splendore: quia secundum omnes sui partes splendorem habet: et lucem. Et secundum aliquos tanta est illius pulchritudo: quod si omnes stelle firmamenti haberent splendorem solis: nihil esset pulchritudo firmamenti in comparatione celi empirei. Ascendat ergo contemplator per creaturarum pulchritudinem super istum secundum gradum: et tunc aliquo modo contemplari poterit: ex creaturarum pulchritudine pulchritudinem et claritatem dei: si enim tantum lucida et pulchra est creatura: quanto speciosior est eius creator. ¶ Hunc gradum ascenderat ille contemplator egregius Joannes Euangelista qui ductus ab angelo in spiritu in montem magnum et altum: vidit et contemplatus est ciuitatem supernam hierusalem: totam lucidam et refulgentem: vidit fundamenta eius ex gemmis. Muros ex lapide precioso. Portas ex margaritis ornatas. Uidit quod tota ciuitas erat Aurum mundum et purum. Et quod platee erant ex auro purissimo et mundissimo. Et quod ciuitas illa non indiget sole aut luna: quia claritas dei illuminat illam et lucerna eius est agnus. Et hoc innuit quod contemplator qui per crea

turarum pulchritudinē ascēdit ad patriam supernam inuenit eam totam auream:lucidam: et fulgentem indicibili claritate:et pulchritudine. Ex qua assurgit ad diuinam claritatem et pulchritudinem contemplandam: sicut in illa Joannes vidit agnium omnia illuminantem. Ex ista pulchritudine et claritate creaturarum que est secundum mirabile et secundus gradus scale poterit contemplator videre: admirari: et diligere claritatem et lucem et pulchritudinem diuinam que appropriatur filio: qui est candor lucis eterne: et speculum sine macula: et imago: et figura paterne substantie: et lux vera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mūdum.

¶ Tertium Multitudo que est in rebus huius mundi secundum diuersitatem generalem et specialem: et indiuidualem. In substantia: in forma: in figura:et in efficacia. ¶ Nam in hoc mundo contemplator potest considerare. ¶ Primo varietatem et multitudinem rerum secundum genera eorum que sunt multa valde videlicet. Quod quedam res sunt substantie: quedam quātitates: quedā q̄litates. Actiones: passiones. Relationes: et alia ƒm ordinē decē predicamētorum. ¶ Secūdo pōt cōsiderare res oēs ƒm diuersitatē specierū q̄ sunt q̄si inumerabiles: cum sub vnico genere puta sub aīali cōtineātur q̄ plurime species. ¶ Tertio pōt cōsiderare res secūdū diuersitatē et multitudinem numeralem que est quasi infinita et īcōprehēsibilis: cū sub vna specie tātū cōtineātur quasi infinita in diuidua: sicut patet de indiuiduis arene maris innumerabilibus. ¶ Quarto potest cōsiderare res ƒm diuersitatē et multitudinē virtutis et efficatie: q2 nō solū vna q̄q3 res habet virtutē suā: sed ēt vnūq̄dq3 idiuiduū vnius speciei hēt multas virtutes: sicut patet d vna herba numero que plures virtutes habet. ¶ Quito pōt cōsiderare res ƒm diuersitatē et multitudinē formarum et figurarū q̄ sunt q̄si inumerabiles: cū ī vno solo indiuiduo sint varie forme et figure sicut p3 in vno solo homine: in quo alia ē forma pedis: alia manus: alia capitis: alia oculi: alia pectoris: alia brachiorum. Et ex ista inūabili multitudie rerum creatarum poterit cōtēplator cōsurgere ī cōtēplationē: admirationē: et dilectionē diuine bonitatis: que propter suā immēsitatē est diffusiua ī tot rerum varietates. ¶ Alio modo pōt cōtēplator sup istū gradū tertiū ascēdere hoc mō. ¶ Primo cōsideret attēte rerum multitudinē que est in terra vt pote. Multitudinem arene: lapidum: arborū: seminū: foliorum: fructuum: et animalium super terram gradientium et admirabit̄ de infinita bonitate dei. ¶ Hāc cōsiderationē habuit eximius cōtemplator cū admirās rerum terenarū multitudinē dixit in p̄s. ciij. Quam magnificata sunt opa tua dn̄e: oīa ī sapiētia fecisti: repleta est terra bonitate tua et possessione tua. ¶ Secūdo cōsideret multitudinē rerum et aīaliū q̄ sunt ī mari et aquis: que sunt quasi infinita: et obstupescet de bonitate diuina. Hāc multitudinē cōsiderabat Psalmista quādo dixit ī p̄s. ciij. Hoc mare magnum et spaciosum manibus. Illic reptilia quorum nō est numerus. Animalia pusilla cum magnis. Tertio multitudinem auium et omnium volatilium in aere viuentium et volantium: et inueniet tantam rerum multitudinem in substantia: in forma: in virtute q̄ obstupescet de diuina

bonitate q̃ tot innumerabilia ꝓduxit. ¶ Quarto multitudinem eoꝝ que generãtur in medio regione aeris ⁊ sunt inanimata: puta Multitudinez nubiũ fulminũ: tonitruoꝝ: grãdinũ: niuiuz: ⁊ guttaruz pluuie: ⁊ admirabitur omnino de imẽsa bonitate diuina. ¶ Quĩto multitudinẽ dierũ: ⁊ noctiũ qui causant a motu solis ⁊ lune Gen. j. Et oĩno admirabit̃ de diuina bonitate q̃ oĩ die diffundit radios sue bonitatis ĩ multiplicatione rerũ. Hãc cõsiderationem habebat sapiẽs Ecclesiasticus cũ dicebat Ecci. j. Arenã maris: ⁊ pluuie guttas: ⁊ dies seculi quis dinumerauit. ¶ Sexto multitudinẽ stellarũ q̃ sunt in firmamẽto. Quas nullus humanus intellectus ĩ corpore mortali existẽs numerare posset. Et sunt innumerabiles homini mortali ⁊ viatori: q̃s si hõ cõsiderat oĩo de diuina bonitate tantum multiplicata mirabit̃ ⁊ obstupescet. Hãc ꝯsideratiõẽ habebat p̃s cũ dixit in p̃s. 146. Qui numerat multitudinẽ stellaꝝ ⁊ omnibus eis nomina vocat: q̃si dicat tãtũ ẽ multiplicatus stellaruz numerus: ⁊ virtus: ꝙ solus deus eas numerat noĩat ⁊ cognoscit. ¶ Septimo multitudinẽ eoꝝ q̃ sunt sup celũ .s. substãtiaꝝ separataꝝ ⁊ beatoꝝ angeloꝝ qui sunt in nummro in cõprehẽsibili: ⁊ ex isto ꝯsurget ĩ admirationẽ diuine bonitatis q̃ in tot bona inumerabilia se diffundit. Hãc cõsiderationem habuit ille cõtẽplator qui de angeloruz multitudine admiratus dixit Job. 25. Nũquid ẽ numerus militũ eius. ¶ In hac cõsideratione ⁊ in hoc gradu ascẽderat ille vir desideriorũ ⁊ maximus cõtẽplatiuus Daniel quãdo raptus in cõtẽplationẽ vidit ꝙ antiquus dieꝝ sedit ⁊ vidit angeloꝝ multitudinẽ illi ministrãtiũ dicẽs. Dan. 7. Millia milliuz ministrabant ei ⁊ decies cẽtena millia asistebant ei. O contemplator ascende super gradum istum multitudinis rerum. Ex quo videre: contemplari: ⁊ admirari: ⁊ diligere poteris dei infinitam bonitatem que de sui natura est in tot innumerabilia bona diffusiua. Et cognosces q̃d illa est fons ⁊ pelagus omniũ bonitatũ ⁊ appropriat̃ spiritui sancto.

¶ Quartum Situatio siue collocatio. ¶ Que ẽ mirabilis ĩ hoc sensibili mũdo quã nouellus cõtẽplator sic potest cõtẽplari. ¶ Primo cõsideret quõ diuina sapiẽtia collocauit terrã q̃ ẽ vilius sunũ oĩum elemẽtoruz in ĩno ⁊ profundo huius mũdi. Et super eam collocauit aquã maris que fundatur super terram. Super aquam aerez. Super aerem ignem. Super ignem celus lune. Super lunã Mercuriũ. Super Mercurium Uenerem. Super Uenerem Solem. Super Solem Martem. Super Martem Jouẽ. Super Jouẽ Saturnum. Super Saturnuz Firmamẽtũ. Super Firmamẽtũ Celũ Christallinũ. Sup Christallinũ Celũ empireũ. Ita ꝙ corpora nobiliora collocauit in loco superiori ⁊ nobiliori. ¶ Secundo consideret q̃d ornamenta istorum corporum ordinauit ⁊ collocauit secundum ordinem dignitatis eorum. Nam posuit animalia terrestria super terrã. Pisces in aqua. Uolucres in aere. Hominem in paradiso deliciarum qui est altissimus a terra transiens mediam regionem aeris in qua habitant volucres celi secundum aliquos doctores. Lucem ⁊ stellas in celo ⁊ firmamento. Angelos in Celo empireo ita ꝙ digniora in locis superioribus collocauit secũdum vniuscuiusqꝫ dignitatem. ¶ Tertio conside-

ret quomodo in minori mundo silicet in homine omnia membra simili modo diuina sapientia collocauit. Nam in infimo posuit pedes. Post pedes tibias. Post tibias crura. Post crura ventrem. Deinde pectus: deinde: brachia: et deinde collum. Post caput: in quo ordinate collocauit os. Supra os nares. Supra nares aures. Supra aures oculos. Supra oculos cerebrum quod est instrumentum rationis et sic quanto sunt digniora tanto sunt loco superiora: sicut patet in oculo et cerebro que sunt dignissima et ideo in loco dignissimo collocata. ¶ Quarto consideret quomodo in vna arbore omnia sunt ordinate situata. Nam primo est radix in decora in profundo quasi in fundamento. Post radicem truncus. Post truncum rami. Post ramos frundes. Post frondes folia. Post folia flores. Post flores fructus. Et sic quanto sunt digniora et pulchriora tanto habent locum superiorem et digniorem. Consideret ergo contemplator quanta differentia est inter terram et celum empereum. Inter formicam et angelum. Inter oculum et pedem. Inter radicem incultam et florem radiantem: et cognoscet et admirabitur de diuina sapientia que omnia creata tam miro ordine situauit et collocauit. ¶ Hunc quartum contemplationis gradum ascenderat Salomon quando dicebat prouer. 25. Celum sursum et terra deorsum. Et ille magnus contemplator quando dixit sapientie. xi. Omnia in mensura et numero et pondere disposuisti. Et ps. cum dixit in ps. ciij. admirando dei sapientiam. Benedic anima mea domino. Domine deus meus magnificatus es vehementer. Extendens celum sicut pellem: qui tegis aquis superiora eius. Qui fundasti terram super stabilitatem suam: non inclinabitur in seculum seculi. Abissus sicut vestimentum amictus eius super montes stabunt aque. Ascendunt montes et descendunt campi in locum quem fundasti eis: et post multa enumerata subiungit dei sapientiam admirando. Quam magnificata sunt opera tua domine omnia in sapientia fecisti. O celestium contemplator ascende super gradum istum: quia ex ipso poteris clare videre contemplari: admirari: et diligere summam dei sapientiam que omnia suis locis decentissime et mirabiliter situauit.

¶ Quintum Operatio. Nam in hoc vniuerso sensibili mirabilis valde est varia creaturarum operatio. Quam potest contemplator hoc modo aduertere. ¶ Primo consideret quomodo vnaqueque pars principalis vniuersi habet propriam et distinctam operationem secundum gradum sue nature et dignitatis. Exemplum terra descendit simpliciter ad centrum: et germinat. Aqua descendit secundum quid et infrigidat. Aer ascendit secundum quid et humectat. Ignis ascendit simpliciter et desicat. Celi influunt. Luminaria celi illuminant. Angeli deum contemplantur amant et laudant: et vnumquodque operatur secundum sue nature qualitatem et dignitatem. ¶ Secundo consideret quomodo nature singule habent singulares operationes. Nam vegetabilia et plante germinant. Bestie terre parturiunt. Pisces maris ouificant. Aues aeree nidificant. Luna humectat. Sol desicat. Venus viuificat. Mars mortificat. Juppiter iocundat. Saturnus contristat: et sic vnaqueque natura specialem habet: et distinctam operationem. ¶ Tertio consideret quomodo in homine quasi in minori mundo quot sunt speciales partes tot sunt

spetiales operationes. Nam pedes am
bulant. Manus operantur. Cor viuifi
cat τ calefacit. Os comedit. Lingua
loquitur. Naris odorat. Auris audit.
Oculus videt. Memoria meminit.
Intellectus cognoscit: τ volūtas amat:
τ imperat: τ sic sūt mirabiles operatio
nes in minori mundo .s. in homine.
¶ Quarto cōsideret quomodo in vna
arbore. Radix nutrit. Trūcus regit.
Rami diffundūt virtutē. Folia coope
riunt τ defendūt. Flores spargūt odo
rem: τ fructus cibant. Et sic omnia in
vniuerso habent singularem τ propriā
operationem secūdum cōditionem sue
nature. Que operationes mirabiles si
cōtemplator diligenter consideraverit:
ex his facillime ascēdere poterit ad co
gnitionem τ contemplationem diuine
iustitie: que vnicuiqꝫ nature tribuit of
ficium suum τ sibi conueniens secūdū
suam dignitatem τ iustitiam distribu
tiuam: τ surget in magnam admiratio
nē diuine iustitie que tribuit vnicuiqꝫ
ſm cōditionē suam. ¶ In huius figu
ram legimus .3. Re. 10. Quod cum Re
gina Sabba ascendisset hierusalem
ad videndum Regem Salomonem:
cum vidisset in domo eius ordinē mi
nistrantium: quia vnusquisqꝫ erat de
putatus ad proprium officium. Aliqui
ad officium coquine. Aliqui ad officiū
mense. Aliqui ad offerenda sacrificia.
Aliqui ad consulendum. Aliqui ad lau
dandum deum: admirata de tam ordi
nata operatione: τ facta in spiritu cepit
laudare τ magnificare Regem Salo
monem. Sic moraliter anima sancta ꝙ
est regina corporis τ sensuum quos
bene regit: per desiderium diuine sapiē
tie τ contemplationis ascendit in hieru
salem supernam per gradus supradi
ctos: τ quando videt in isto mūdo sen
sibili qui est domus veri Salomonis
tot ordines ministrantium τ operātiū.
Ita quod aliqua agunt opera terrena:
Aliqua opa aquatica: animalia currūt
pisces natant: volucres volant: celi mo
uentur: angeli docent. In admiratione
subleuata cogitur laudare: τ benedice
re: τ magnificare Regem Salomonē.
O contemplator ascende prudenter ad
gradum istum: qꝛ ex ipso facile poteris
videre: contemplari: admirari: τ dilige
re diuinam iustitiam que tribuit om
nibus que sua sunt τ secūdum dignita
tem eorum.
¶ Sextus Gubernatio. In isto sensibi
li mūdo est diuina gubernatio: que est
valde mirabilis τ ad contēplationē di
uine pietatis subleuatiua. Quam no
uellus contemplator sic potest aduerte
re. ¶ Primo consideret quomodo di
uina pietas ordinauit: quod omnia su
periora influant suam bonitatem ad in
feriora quasi indigentia: que sine tali in
fluxu τ cōmunicatione viuere τ subsi
stere non possent. Exemplum deus ex
sua bonitate influit in angelos. Angeli
influunt in celos ipsos mouendo. Ce
li influūt in elementa: ipsa alterando.
Elementa influunt in elemētata vt sūt
plante τ animalia: que sine tali influen
tia τ cōmunicatione viuere nō possent.
¶ Secūdo cōsideret quomodo corpo
ra superiora cōmunicant τ influūt suā
bonitatem in inferiora ſm ratiōes par
ticulares. Nā septem planete influunt
ad cōciliationem elementorum ꝙ sunt
contraria τ remota ab equalitate: in mi
neralibus: puta in auro: argento: τ lapi
dibus. Firmamentum influit ad con
ciliationem in vegetabilia: vt sunt her
be τ plante. Christallinum influit ad cō
ciliationem in sensibilia: prout sunt ani
malia: pisces: aues. Empireum influit

ad conciliationem in corpora humana que disponuntur ad nobilissimam formam: videlicet animam rationalem: ad quam terminatur omnis appetitus nāe sensibilis ꝛ corporalis. ❡ Tertio consideret quomodo spiritualia superiora influūt inferioribus bonitates suas: sine quibus viuere nō possent spiritualiter. Nam deus influit in primam angelorum hierarchiā reuelādo ea q̄ vult. Prima hierarchia reuelat ꝛ īfluit in secūdam: ipsam de agēdis illuminādo. Secunda hierarchia reuelat ꝛ influit in infimam. Infima reuelat ꝛ influit ī homines spirituales ꝛ principales. Principales vero in īferiores: docēdo: arguēdo: increpādo: exhortādo. ❡ Quarto cōsideret quomodo ī minori mūdo membra principaliora īfluant ī minus principalia: sicut cor īfluit vitam: calorem: ꝛ motū omnibus mēbris alijs. ❡ Quinto consideret quomodo radix in arbore īfluit ꝛ communicat vitam ꝛ virtutem suam: trūco: ramis: folijs: floribus: ꝛ fructibus. Et omnia ista īferiora sine superiorum influētia ꝛ communicatiōe viuere nō valerent. Propter quod diuina pietas ordinauit: q̄ omnia superiora ꝛ habūdantia īfluāt ꝛ cōmunicēt īferioribus nō habētibus: quatenus omnia viuere ꝛ cōsistere possint. Ascēdat ergo cōtemplator ad gradum istum: ꝛ ide videbit quomodo diuina pietas gubernat mūdum istum cōtinue influēdo ꝛ mouendo: ꝛ instigādo superiora ad influendum in inferiora sine retardatiōe ꝛ tūc cognoscere poterit diuinam pietatem in sua creata. ❡ In huius figurā legimus Gen. 18. Quod cum tres viri trāsirēt iuxta tabernaculum Abrae in cōuale membre: ipse īuitauit eos ad comedēdum. Et illis annuentibus ipse Abraā cucurrit ꝛ festinauit ad armētum ad accipiēdum vitulum. Et fecit Sarram vxorem suam accelerare ad preparādum cibum. Et seruum suum fecit festinare ad coquēdū cibos. Quibus coctis tres viri comederūt. Et post comestionem promiserunt ipsi Abrae filiū Isaac. Moraliter Abrā pius ad peregrinos ꝛ pauperes: qui interpretatur pater multarū gētiū: est deus gloriosus: qui est pr̄ oīū viuorū ꝛ mortuorū: qui pius est ad oēs egētes ꝛ paupēs ꝛ maxime ad hoīes: qui ī hoc mūdo sūt pegrini ꝛ aduene. Et ꝑisto hoīe pegrino pascēdo ꝛ cōseruādo ipsemet deus q̄si alter Abraā festinat ꝛ currit in nos cōtinue īfluēdo suā bonitatē ꝛ nos ꝑueniēdo. Et nō solum ipse festinat: sed ēt angelos quasi sarram sibi cōiunctā per similitudinē nāe accellerare iubet: q: cōtinue facit currere de celo ad terram ꝛ mouere celos ad nostrā sustentationē. Et tertio facit festinare seruū: q: naturā celorū corporalē q̄si dei seruā: facit continue nobis influere ꝛ coquere cibū adiuuando ad digestionē: ꝛ nutritionē ꝛ cōseruationē. Quo facto: nascit̄ ꝛ ꝓmittitur risus ꝛ gaudiū quasi Isaac qui interpretatur risus. Quia omnes iste influentie ꝛ gubernationes per ipsū deū ꝛ per creaturas superiores ordinantur ꝛ terminantur ad hominis gaudiū ꝛ risum ꝛ letitiā sempiternā in vita beata. Ascēdat igit̄ cōtēplator ad gradū istū: q: ex eo facile poterit videre: cōtēplari: admirari: ꝛ diligere sūmā dei pietatē: q̄ cōtinua superiorū influētia mūdum istum regit ꝛ gubernat.

❡ Septimū Successio siue duratio: q̄ est mirabilis valde in hoc mūdo sensibili. Et hāc successionē cōtinuā pōt nouus cōtēplator sic aduertere. ❡ Primo

consideret quõ terre nascentia successi ua generatione: ⁊ annua resurrectione perseuerant ⁊ continuant: ita nunc sicut a mundi principio. ¶ Secũdo quõ oĩa bruta existentia super terrã cõtinua su scitatione prolis multiplicãtur ⁊ pseue rant. ¶ Tertio quomodo oĩa aquatica sicut sunt pisces continuata generatiõe in secula pseuerãt ⁊ pmanẽt. ¶ Quar to quõ omnes celi volucres multiplica ta prole continuo durant ⁊ subsistunt. ¶ Quinto quomodo homo dominus oium aĩaliũ successione cõtinua manet ⁊ subsistit dicẽte ps. Generatio pterit: generatio aduenit. ¶ Sexto quõ tota mũdi machina celorum. s. ⁊ elemẽtorũ in suo esse pseuerat: licet multa sunt ad inuicem contraria sicut in elementis ⁊ planetis patet. ¶ Septimo quomodo ipsum tempus continue renouando ⁊ transeundo perseuerat de die in diem: ⁊ de anno in annum. Et hec diligenter considerando poterit ex his contempla ri dei perseuerantem ⁊ permanentem eternitatem: que omnia ista cõtinuat ⁊ manutenet. Cum. n. omnia ista sint mu tabilia ⁊ corruptibilia ꝺ sui natura: per seuerare nõ possetit nisi ab aliquo eter no ⁊ permanenti conseruarent. ¶ Su per hunc gradum ascenderat propheta cum diceret in ps. ũ8. In eternum do mine verbum tuum permanet in celo. In generatione ⁊ generationem veri tas tua: fundasti terram ⁊ permanet. Ordinatione tua perseuerat dies: quo niam oĩa seruiunt tibi. Si super hos septem gradus ascenderet cõtẽplator: veniret ad octauum in quo inueniret vnum primuꝫ: summe potens: summe pulchrum: summe bonum: summe sa piens: summe iustum: summe pium: ⁊ summe stabile siue eternũ: qui est deus gloriosus. Et sic despiceret omnem po tentiam: pulchritudinem: bonitatẽ ⁊ sa pientiam temporalem ⁊ transitoriam. Hec scala septem graduum potest figu rari in illa scala qua ascendebať ad por tam aquilonarem muri medij: ipsius templi diuini quam in visione vidit ꝓ pheta Ezechiel. Que septem gradus habebat quibus ascendebatur ad ip sam portam aquilonarem. Moraliter per aquilonarem portam: que est altissi ma ⁊ videtur congruere maiestati diui ne quam lucifer voluit occupare dicẽs. Sedebo in monte testamenti in lateri bus aquilonis: Isa. 14. intelligitur di uina contemplatio siue ingressus ad di uinam contemplationem. Per septem gradus quibus ascenditur ad eam pos sunt intelligi septem predicta: quibus contemplatiuus ad septem dei mirabi lia contemplanda consurgit. Qui ergo vult ad aquilonarem portam ascende re: currat per septem mirabilia huius mundi ⁊ videbit dei mirabilia in profũ do. Uenite ergo ascendamus.

¶ De secũda ⁊ gñali cõtẽplatiõis scala ꝑ huius mũdi sensibilia. Cap. iiij.

V Enite ascenda mus ad montẽ domini: ⁊ do cebit nos vias suas. Q꞉ va rie sunt hominum voluntates: varij ap petitus: ⁊ quot capita tot sententie: ⁊ va ria atq꞉ diuersa sunt spũs sancti dona. Propterea diuersas dapes propone mus: diuersa itinera: variasq꞉ scalas di stinguemus q̃tenus quisq꞉ sumat qꝺ sibi sapit: ⁊ per illam scalam ascendat quam magis sibi viderit accommoda taꝫ. Descripta ergo prima scala que po test dici generalissima: describenda est secunda magis contracta que potest vo

tari generalis: et habet septem gradus quos siquis seriose conscenderit: omnino consurget in contemplationem: admirationem: et dilectionem diuine maiestatis quam principaliter querimus in hac arte.

¶ Primus gradus est contemplari ea que habent tantum esse: siue ea que existunt: que nouellus contemplator sic pot breuiter examinare et aduertere. ¶ Primo ergo consideret corpora huius mundi simplicia: que sunt quattuordecim: vz Terra: Aqua: Aer: Ignis: Luna: Mercurius: Venus: Sol: Mars: Juppiter Saturnus: Firmamentum: Christallinum: et celum empireum. ¶ Secundo consideret mixta imperfecta que .s. sunt composita ex aliquibus elementis: non tamen ex omnibus quattuor elementis: cuiusmodi sunt illa que in aere generantur: vz Nubes: Nebule: Fulgura: Tonitrua: Niues: Grandines: et pluuia: et ista omnia sunt perfectiora quam simplex elementum: quia continent in se saltem duo elementa virtualiter. ¶ Tertio consideret mixta perfecta que .s. composita sunt ex quattuor elementis prout sunt saxa: lapides: arene grana: que adhuc sunt predictis perfectiora: quia continent plura elementa. ¶ Quarto consideret omnia mineralia que in visceribus terre generantur: et sunt septem secundum correspondentiam septem planetarum: vz: Ferrum: Plumbum: Stagnum: Es: Auricalcum: Argentum: et Aurum: que adhuc predictis mixtis sunt perfectiora tum propter nobiliorem influentiam: tum propter nobiliorem mixtionis formam. ¶ Quinto consideret existentia preciosa: cuiusmodi sunt omnes lapides preciosi cum suis speciebus et naturis: vz Jaspis: Saphirus: Calcedonius: Smagradus: Sardonix: Sardius: Chrisolitus: Berillus: Topacius: Chrisopassus: Jacintus: Ametistus: et omnes Perle: Margarite: et alij lapides preciosi qui adhuc predictis omnibus iudicantur digniora. Cum hec omnia contemplator in mentem suam adduxerit. Aduertat attente: quod si hec omnia essent aurum mundum: vel essent tot gemme preciose. Et omnes celi essent pleni auro probatissimo. Omnia hec simul nihil sunt in comparatione bonitatis et preciositatis diuine que omnia ista creauit. Hec.n.omnia vt prouerbialiter loquar non sunt nisi quoddam sputum dei quod quasi proiecit de intimis suis: quando dixit et facta sunt. Et non sunt nisi quoddam superfluum diuine bonitatis. Et ideo quanta est differentia inter sputum hominis et suam essentiam. Tanta differentia est et maior inter creaturas et substantiam diuine essentie et maiestatis. Et sicut sputum hominis in eius comparatione est quedam abhominatio. Ita omnia creata predicta in comparatione diuine maiestatis sunt quasi abhominabilia. Et ideo si contemplator animaduerterit: quanto amore diligit quis vnam possessiunculam terre: vel vnam capsam plenam aureis: profecto erubescet totum sui amoris thesaurum non effundere in illum: in cuius comparatione hec omnia terrena que tamen diliguntur sunt stercora. O celestium contemplator aduerte quanto affectu diligit quis palacium ex calce et lapidibus compaginatum: et erubesce non effundere totum amoris tui thesaurum in illum qui creauit celum et terram. Venite ergo ascendamus.

¶ Secundus gradus est contemplari ea que tantum viuunt: siue viuentia tantum. Que contemplator sedulus sic succinte discurrat. ¶ Primo consideret herbas silvestres que de terra sine humana industria producuntur: et possunt dici filie

legittime ipsius terre quia sua virtute sine adulterino cōsortio parturiūtur ꝛ nutriūtur. ¶ Secūdo cōsideret herbas domesticas que de terra cum humana industria nascuntur ꝛ nutriūtur: sicut sūt omnia que ex seminibus iactis producuntur vt frumentum ꝛ omnia alia legumina: que ipsius terre dici possunt filie bastarde: quia quasi cum consortio extraneo ꝛ adulterino generantur ꝛ nutriuntur. Et iste sicut ꝛ predicte quot sint numero quis enarrare sufficeret. ¶ Tertio consideret fructus: fructeta ꝛ arbusta que tenent medium inter herbas ꝛ arbores proceras ꝛ a terra eleuatas. Et ista arbusta sunt inumerabilia: sicut patet in siluis i mōtibus ꝛ i nemoribus. ¶ Quarto cōsideret arbores siluestres ꝛ infructuosas que in montibus: vallibus: desertis ꝛ siluis sine humana industria: sola vi nature ꝛ celesti influentia generant̄: q̄ sunt q̄si sine numero. ¶ Quinto consideret omnes arbores fructificantes ꝛ domesticas: que etiam sine numero quasi dici possunt propter eoꝝ multitudinē: ꝛ hec nascunt̄ ꝛ nutriūt̄ multociēs cū adiutorio humane industrie. Et ista q̄ sunt in secūdo gradu digniora sunt q̄ȝ ea q̄ sunt in primo: dicēte Aug. viuētia nō viuētibus iure preponimus. Et cū cōtēplator hec omnia in memoriam suam adduxerit: cōsideret attente q̄ḋ si omnia folia predictorum ꝛ omnes fructus: ꝛ omnia semina eorū cōuerterentur in linguas explicare nō possent bonitatē diuinā: a q̄ hec omnia tā mirabiliter q̄ȝ misericorditer ꝓcesserūt. Et erubescat se tota intētione ꝛ mente nō intēdere i deū infinitū bonū: cū tn̄ rusticus arator totum studiū apponat ad secādū ꝛ colligēdū fenū. Heu heu me miserum. Si tanto amore diligitur fructus terre mar cessibiles. Si tantum diligitur materia lignea. Si tāto amore prosecuntur semina terre: granū: blada. Quāto amore diligi debet essentia diuina: ꝛ illa bona inmarcessibilia ꝛ sempiterna. O celistiū cōtēplator ascēde supius ꝛ fige gradū tue cōsiderationis in miseria humane cecitatis: que tota in amādo huius mūdi puluerem effunditur.

¶ Tertius gradus est contemplari ea que tantum sentiunt siue sensitiua tantum. Que nouellus contemplator sic succinte discurrat ꝛ videat. ¶ Primo consideret oīa aquatica que in aquis viuunt sicut sunt pisces maris ꝛ flumi num quorum species sunt a mortalibus innumerabiles ꝛ indiuidua incomprehensibilia. ¶ Secundo consideret omnia reptilia que corpore repunt super terram sicut sunt genera multa serpentum: ꝛ viperarum lacertarum: stellionum ꝛ aliorum corpore suo super terram reptantium. ¶ Tertio consideret omnia gressibilia que super pedes stantia ambulant motu progressiuo super terrā: sicut sunt leones: vrsi: boues: equi ꝛ huiusmodi quoruȝ numerus ꝛ spēs deus nouit. ¶ Quarto consideret omnia volatilia prout sunt aues cuiuscunq̄ȝ generis ꝛ alia animalia minuta: que volatu feruntur per aerem: prout sunt musce: vespe: apes: et hmōi innumerabiles species: Et hec omnia sunt prestātiora q̄ȝ ea que tantum viuunt dicente Aug. 15. de Trinit. c. 4. Sensu predita in sentientibus preferenda iudicamus. Et cum hec omnia ante mentis sue conspectum posuerit: diligenter aduertat: q̄ḋ si omnia animalia aquatica: oīa reptilia: omnia gressibilia: ꝛ omnia volatilia: conuerterentur in tot

angelos: omnes insimul nihil essent in comparatione diuine bonitatis: sapientie et maiestatis. Imo hec omnia insimul etiam si essent tot angeli minus essent in comparatiõe dei q̃ granũ milij in comparatione celi empirei. O miseriam magnam hominum mortalium qui tantũ diligũt: oues: boues: equos: canes: et aues: et dominum qui fecit oĩa obliuiscuntur. Si super hunc gradum contemplator ascenderit: profecto in cõtemptum venient omnia terrena et sapere incipient celestia et diuina. Uenite ergo ascendamus.

¶ Quartus gradus est contemplari ea que discernunt siue rationalia et mortalia quales sunt homines existentes ĩ hac vita. Que contemplator sic põt aduertere et in memoriam suã deducere. ¶ Primo consideret quot fuerunt ante nos a tempore conditionis humane nature vsq3 ad p̃ntem horam in omnibus mundi partibus: in oriente: occidẽte: septemptrione: et meridie: et ponat p casum possibilem quod omnes nunc superuiuerent. ¶ Secundo consideret quot modo supersunt et viuant in Asia: in Aphrica: et in Europa: in insulis maris ĩnumeralibus: et sic bene consideret ĩueniet eos quasi sine numero saltem vix cõprehensibili homini viatori de lege cõmuni. ¶ Tertio consideret quot in futurum nasciturі sunt et possent nasci deo volente: et adhoc influente. O deum mirabilem qui tanta fecit facit et faciet. ¶ Quarto consideret in his illos qui fuerunt principaliores in sapientia huius mundi: sicut fuerunt Philosophi: Astrologi: Medici: Oratores: Poete: Legiste: Canoniste: et cuiuscunq3 scientie principales qui fuerũt quasi stelle in mundo. ¶ Quinto consideret illos qui fuerunt eminẽtes in dominatu et potẽtia: vt Imperatores: Reges: Duces: Principes: Magistratus: Cõsules: et Bellatores: qui in multis victorijs exercitati ab hominibus dij appellati sunt. ¶ Sexto consideret viros eminẽtes in sanctitate: sicut fuerũt Patriarche: Prophete: Apostoli Euãgeliste: Martires: Confessores: Monachi: et Religiosi: Heremite ac solitarij qui inter ceteros homines mirabiles apparuerunt in signis: et prodigijs: et miraculis que faciebant: adeo q̃ ab ignorantibus aliquando sunt dij reputati. ¶ Septimo consideret quod minimus hominum solus p̃ponderat in nobilitate et dignitate omnibus predictis q̃ h̃nt: vel tm̃ esse: vel tm̃ viuere: vel tantum sentire: dicente Augustino vbi supra. Intelligentia non intelligentibus preferenda iudicamus. Cum hec omnia contemplator intra semetipsum aduerterit: consideret: quod si omnes homines predicti insimul forent cum omni sua sapientia: potentia: et sanctitate: nihil sunt in comparatione diuine bonitatis: diuine sapientie: et diuine potẽtie: quia finiti ad infinitum nulla est ꝓportio mensure. Et ex isto contemplator assurget in admirationem: contemplationem: et dilectionem diuine maiestatis. Et in contemptum cuiuscunq3 temporalis amicitie vel fauoris. O si tantum admiramur Aristotelis philosophiam: Cesaris potentiam: et Frãcisci sanctitatem: quis non surget in admirationem illius sũme sapientie: sũme potentie: et summe sanctitatis. Heu si tantum Regum: ac Imperatorum potentiam formidamus: gloriam admiramur: ac preceptis sine rebellione paremus. Quale cor ita ferreum quod nõ formidet: non admuret: ac non ꝓmpte obediat illi: cuius potestas est potestas

eterna: ꝛ regnū regnū eternū qđ nō corrūpitur. Si tm̄ diligitur muliercula: filius: aut maritus: qui sūt vasa cinerꝫ. Quis non totis visceribus diligat illū: qui omne hominum genus simili produxit ab ortu. O mortales venite ascēdamus ad montē dn̄i.

¶ Quintus gradus est contemplari ea que cōprehendunt siue beata prout sūt anime beate ꝛ angeli beati. Que contēplator potest sic breuiter considerare. ¶ Primo consideret animas beatas que sunt in paradiso ab ascensione xp̄i vsqꝫ ad diem p̄ntem: que sunt vt ita dixerim innumerabiles. ¶ Secundo cōsideret quod vna anima beata sola preponderat ꝛ superat in scientia: nobilitate: fortitudine: dilectione: omnes hoīes existentes in hac vita saltem intensiue: dicente Aug. Beata miseris preferēda iudicamus. ¶ Tertio consideret naturam angelicam beatam que est distincta in tres hierarchias: ꝛ in nouem choros. In quibus sūt angeli q̄si innumerabiles dicente Job. 25. Nunquid est numerus militum eius. ¶ Quarto cōsideret q̄ꝺ vnus angelus in naturalibus prepōderat omnibus animalibus: qꝛ de demone de quo minus videtur dicitur Job. 41. Non est potestas sup terram que comparetur ei. ¶ Quinto consideret quomodo virgo Maria est super omnes angelos ꝛ facit per se vnū chorum siue gradum inter deū ꝛ alias puras creaturas: qꝛ est sicut collum qđ est medium inter caput ꝛ membra siue corpus. ¶ Sexto cōsideret quomodo gloria virginis maior est intensiue q̄ꝫ gloria omnium animarū ꝛ angelorum simul. ¶ Septimo cogitet quod si oēs aīe: ꝛ oēs angeli: ꝛ virgo Maria ī vnū cōgregarentur: nihil in cōparatione dei essent. Et si omnes predicti gloriaꝫ dei explicare vellent: nec minimam partē enarrare possent. O gloriam magnam ꝛ admirabilē dei nostri: in cuius comparatione omnia sūt nihil: oīa fumus: oīa vmbra: in cuius enarratiōe omnes lingue deficiunt: ꝛ omnes intelligentie obscurantur. O celestium contēplator si tm̄ diligis aīam: Petri: Pauli: Joannis Baptiste. Si tantum amas: Michaelem: Gabrielem: Raphaelē. Si tātum diligis virginē Mariam que est vna mulier. Quanto amore: quāto feruore: quanta deuotione debes igniri: accendi: ꝛ inflāmari: in amando illū qui est sanctus sanctorum: qui creauit angelos: qui cunctos condidit sanctos. O celestium cōtemplator ascende super gradum istū: ꝛ videbis quāto amore debeat diligi deus: ꝛ quanta mirabilia eius sunt in profundo.

¶ Sextus gradus est contemplari ea q̄ transcendūt: puta humanitatē xp̄i que omnem puram creaturam transcēdit circa quam pōt contemplator considerare tria. ¶ Primum quomodo ipsa xp̄i humanitas sola prepōderat oībus creatis insimul cōiunctis. Ita q̄ si oēs creature corporales: ꝛ omnes anime: ꝛ omnes angeli: ꝛ virgo Maria: ꝛ tota mundi machina ponerentur ab vno latere: ꝛ ab alio sola humanitas xp̄i: ipsa sola dignior: nobilior: ꝛ potior est oībus predictis: propter vnionem ad diuinā naturam. ¶ Secundū est quod si creature multiplicarētur millies. Ita quod tot essent millia milliū angelorū quot modo sunt angeli numero. Et tot mundi quot mō stelle sunt in celo: ꝛ sic oēs creature insimul computarentur: non ascenderent ad equalitatem humanitatis Christi propter vnionem personalem: quā habet ad diuinum suppositū: propter quam transcendit limites

omniũ pure creaturarũ. ¶ Tertiũ ẽ q̃ ipsa humanitas xp̃i in cõparatione ad diuinitatẽ nihil est. Immo minus q̃ pũctus respectu totius mundi: q2 cum sit finita nullam proportionem mensurabilem habet ad infinitatem essentie diuine. Et cum contemplator fuerit in isto gradu: et viderit quomodo omnia inferiora nihil sunt. Cum etiam se ad superiora conuerterit: credo equidem q̃d cor eius nisi sit durius ferro ꝛ insensibilius petra: surget in admirationem: contemplationem: dilectionem diuinorum: ꝛ in contemptum: ꝛ fastidiũ omniũ terrenorũ. O celestiũ cõtẽplator ascende confidẽdo. Et cõfidas ascendendo: quia si perueneris ad gradum istũ: videbis mirabilia dei in profundo.

¶ Septimus gradus est contẽplari ipsum supessentialẽ: supsubstãtialez: ꝛ supdeã trinitatẽ beatã. Quã cõtẽplator põt cõsiderare inq̃tũ ẽ: prima oiuz cã: primũ entiũ oiuz principiũ: primus vniuersi rector: primus mundi motor. Rex regũ ꝛ dominus dominatium: ꝛ fons totius bonitatis create. ¶ De cuius eminentia ꝛ potentia dicunt Canones de summa trinitate ꝛ fide catholica. c. j. sic. ¶ Unus solus est verus deus eternus: inmensus: incommutabilis: incomprehensibilis. omnipotens: ꝛ ineffabilis: pater filius ꝛ spiritus sanctus. Unum vniuersorum principiuz: Creator omnium visibiliũ ꝛ inuisibilium. Spiritualium ꝛ corporalium. qui sua oĩpotẽti ṽtute simul ab initio temporis: vtranq3 de nihilo condidit naturam. Spiritualem ꝛ corporalem. Angelicam videlicet ꝛ Mundanam. Ac deinde humanam q̃si communem ex spiritu ꝛ corpore constitutam. Hec ibi et Boetius de eius potentia dicit. Rerum vnus pater est: vnus qui cuncta ministrat. Ille dedit Phebo radios: ꝛ cornua lune. Cum ergo ad hũc gradum contemplator ascenderit: profecto si non sit ferreus surget in admirationem: contemplationez: ꝛ dilectionem illius incomprehensibilis ꝛ inextimabilis boni. O si deus est tam immensum ꝛ altum bonum q̃d est cor tã ferreũ q̃d ipsum pre omnibus nõ amaret ꝛ pre ipsius amore oĩa terrena tãq̃ stercora non reputaret. Ascendat igiẽ contemplator per istaz scalã vsq3 ad septimum gradũ: q2 omnino inueniet ꝛ calorem diuine dilectionis: et lucem superne cõtemplationis. ¶ Hec scala potest figurari per illam scalam quam vidit Ezechiel Propheta in muro medio: qua ascendebatur ad portam australez templi de qua dicit Ezech. 40. Ecce porta que respiciebat ad austruz ꝛ in septem gradibus ascẽdebatur ad eam. Porta est per quam ingredimur domuz. Auster venit a meridie in quo sunt lux fulgida ꝛ calor ardens. Septem gradus sunt septez predicti gradus contemplationis: per quos si quis deuote ascenderit: omnino veniet ad portam templi idest ad ingressum celestium ꝛ diuinorum. Ubi inueniet ꝛ lucem contemplationis superne ꝛ feruorem dilectionis diuine. O monachi O serui dei. O mundialium contemptores: quid rimamur in pulueribus ꝛ festucis huius maris instabilis. Diuidamus aquas maris. Separemus preciosum a vili. Omnia probemus. Que bona ꝛ meliora sunt teneamus. Dimittamus caduca: suspiremus ad eterna. Uenite ascẽdamus ad mõtem domini ꝛ docebit nos vias suas.

¶ De tertia & speciali cōtēplationis scala p huius mūdi sensibilia. Cap. v.

Venite ascendamus ad montē domini: & docebit nos vias suas. Qr proprium est electorum & sanctorum ascēdere de virtute in virtutem donec perueniant ad visionem dei claram: ppterea varias assignabimus scalas vt deuotus contemplator pre manibus habeat viam ascendendi a hierico huius instabilis mundi in supernam & gloriosam hierusalem quietam stabilē & pacificam: & qr iam scalam generalissimā & scalam generalem cōpegimus: nunc specialem scalam cōponemus per rerū species ab infimis ad sūma ascēdētes. Et ista scala licet tot hēat gradus quot sunt rerum species specialissime in vniuerso: tn̄ ne sit nimis confusa: vel longa aut tediosa nouis contemplatoribus: ipsam in triginta gradus diuidemus secundum specialem & gradualem reruz preeminentiam. ¶ Et ista scala potest figurari i archa Noe que vt dicit Gen. vi. Erat trecentorum cubitorum in longitudine: quinquaginta in latitudine: & triginta in altitudine. Per archā intelligitur contemplatio: per cubitum operatio: per centum perfectio operatiōis: per tres: tres anime potentie intelliguntur: per quinqz & decem q̄ faciunt quinquaginta intelliguntur quinqz sensus & decem diuina precepta: per triginta cubitos intelligi possunt triginta gradus huius presentis scale. Quando ergo anima nostra per operationes perfectas trium potentiarum anime. s. p perfectam recordationem: perfectam speculationem: & perfectam dilectionē se extendit in deum: tunc archa nostre cōtemplationis est trecentorum cubitorū in longitudine. Et quādo per operationes quinqz sensuuz se extendit ad exequenda decem diuina mandata tūc est quinquaginta cubitorum in latitudine. Et tunc est completa & perfecta quādo per istos triginta gradus quasi per triginta cubitos ascendit in altitudine.

¶ Pro quorum graduum & scale clariori notitia: est primo notandū. Quod species vniuersi sunt sicut numeri: ita quod sicut non reperiuntur due species numeri equales: sic nec etiam due species vniuersi possunt esse equales: sed omnino sunt inequales: ita quod vna ē perfectior & dignior q̄ alia: etiā si eius indiuidua multiplicarētur in infinitū. ¶ Exemplum quod deseruiet toti isti scale. Leo & formica sunt due species: & leonis species ē perfectior & nobilior: vnus leo numero perfectior & nobilior est intēsiue: q̄ sunt īdiuidua oīa formicarum etiam si multiplicarentur: vt ita dixerim in infinitum. Nam omnes insimul nunq̄ equarent perfectionē leoninam. Similiter homo est species perfectior q̄ sit leo. Unus homo numero etiam infimus in tota humana specie p ualet infinitis leonibus. Ita qd omnes leones si plures numero essent q̄ maris arena: nunq̄ equarent perfectionem humanam. Hoc idem teneatur in omnibus alijs naturis adinuicem comparatis. ¶ Secundo notandum quod p istam scalam ascendemus per species specialissimas: & aliquando per species subalternas siue generales: & incipiemus ab infimis. s. a corporalibus inanimatis: deinde veniemus ad corporalia animata: & vltimo ad spiritualia pura: procedendo de imperfecto ad perfectū donec veniamus ad scale consumationem & verticem. Istis sic presuppositis

veniamus

veniamus ad primū & fundamētalem gradum scale.

¶ Primus gradus huius scale est ipsa terra que est nobis magis propinqua. ¶ Et sup istā ponat cōtēplationis sue pedē cōsiderādo quō ipsa est a deo remotissima: & materie prime propinquissima propter sui materialitatem qz multum participat de materia. Et quō ē oīuz rez villissima & rudissima & ideo sub pedibus hominū strata q̄si cōtemnēda & conculcanda. Et de isto gradu videbit hominum secularium stultitiam qui villissimam omnū terram plus dilligunt: q̄z dignissimum deum.

¶ Secundus gradus est aqua maris. ¶ Sup quā ponet pedē cōtēplationis deuotus cōtēplator cōsiderādo quomodo aqua ipsa fecūdat terram & quō terra sine aqua fecūdāte nihil produceret. Et sic aqua ē quasi forma & pfectio terre. Cōsiderabit etiaz quō aqua que est species distincta a terra est perfectior & nobilior terra: ita qd si terra haberet indiuidua infinita nunq̄z omnia illa equarent perfectionē aque que est species superior ipsa aqua: essentialiter ordinata ad vniuersi perfectionem.

¶ Tertius gradus est aer. ¶ Super quē ponet cōtēplator pedē mētis sue Cōsiderādo quō aer ipse totā circūdat aquā & quasi fouet & nutrit. Et est quasi forma & perfectio ipsius aque. Considerabit etiam q est tanto dignior & nobilior ipsa aqua q si indiuidua aque essent infinita nunquam ad eius perfectionem vel equalitatem ascenderent.

¶ Quartus gradus est ignis. ¶ Sup quē ponet mentis sue pedē cōtēplator cōsiderando. Quomodo ipse ignis circundat aerem: & est quasi forma & perfectio eius qz actualior & formalior. Cōsiderabit etiam qd ipse ignis preualet in nobilitate & dignitate omnibus individuis aeris etiam si in infinitum multiplicarent̄: preualet ēt oībus indiuiduis aque & terre insimul iunctis: etiam si in infinitum multiplicarentur.

¶ Quintus gradus sūt. Mixta inaīata ex his quattuor ellementis composita sicut sunt lapides: metalla: & gemme. ¶ Super quem ponet pedē cōtēplator considerando quomodo vnum mixtū inanimatū verbi gratia aurum vel argentum preualet omnibus quatuor elementis & eoz indiuiduis simul iunctis ēt si in infinitum multiplicarētur. Et est quasi formale respectu elemētorū & superius dignitate qz vltra elementa que in se virtualiter continet: cōtinet etiaz formam mixtionis digniorem.

¶ Sextus gradus est celū lune. ¶ Super quem ponet mentis pedem cōtemplator considerando quomodo ipsa luna est mater humidorū & immediate dispositiua oīuz generabiliū & corruptibiliū. Et est dignior & nobilior oī misto inaīato & corruptibili cū ipsū celū lune sit icorruptibile saltē ab agēte naturali. Jmo si multiplicarent̄ oīa mixta & oīa elemēta in infinitū nūq̄z ascēderēt ad dignitatē celi lunaris propter nobilitatem sue forme.

¶ Septimus gradus ē celū Mercurij. ¶ Super quē ponit pedē cōtēplator cōsiderādo quō Mercurius ē sciētificus & ingeniosus disponēs hominē ad scientiam & negociationes. Et quomodo superat in nobilitate celum lune in tantum qd si celi lune multiplicarentur in millia nunq̄z ad eius ascen

derent dignitatem: propter nobiliorem
⁊ digniorem formam.

¶ Octauus Gradus est Celuz veneris.
¶ Sup quē cōtēplator pedē ponet cō/
siderādo qūo venus est deliciosa hoīez
disponēs ad delectabilia ⁊ iocunda. Et
qūo superat mercuriū ⁊ oīa p̄dicta in
nobilitate: ita q̄ si Mercurius ⁊ oīa in
feriora ī īfinitū multiplicarent̄ nō ascē
derēt ad eius dignitatē.

¶ Nonus Gradus est Celum Solis.
¶ Sup quē cōtēplator ponet pedē cō/
siderādo qūo Sol est gloriosus: quia
Solus lucet inter luminosa ⁊ disponit
hoīem ad gloriam laudē ⁊ honorē. Et
qūo oīa inferiora in nobilitate superat:
ita qd̄ si celū veneris multiplicaret̄ q̄si
in infinitū cū oībus inferioribus simul
nūq̄ʒ ad eius dignitatē ascenderet pp
formā nobiliorē.

¶ Decimus Gradus est Celū Martis.
¶ Sup quē ponet pedē cōtēplator cō/
siderādo qūo Mars est bellicosus ⁊
iracūdus disponēs hoīem ad rixas: li/
tes: ⁊ bella. Et qūo oīa inferiora supat
in infinitū: ita qd̄ si celū solis in infini/
tū numero multiplicaret̄ cū oībus infe
rioribus nūq̄ʒ ad eius dignitatē ascen/
deret pp formā eius specificā superio/
rem ⁊ digniorem.

¶ 11° Gradus est Celū Jouis. ¶ Su
per quē cōtemplator ponet pedē cōsi/
derando qūo Juppiter est benignus ⁊
vitalis disponens hoīem ad benignita
tem ⁊ vitā. Et qūo in nobilitate supat
Martē: ita qd̄ si eius celum in infinita
indiuidua multiplicaretur cū oībus in
ferioribus simul nūq̄ʒ ad eius dignita
tem ascenderent propter formam eius
specificā ⁊ superiorē.

¶ 12f Gradus ē Celū Saturni. ¶ Su
per quē ponet pedē cōtēplator cōside/
rādo qūo Saturnus est tristis ⁊ mor/
tiferus disponēs hoīem ad tristitiam ⁊
mortē. Et qūo in nobilitate supat Jo/
uē: ita q̄ si Celū Jouis in infinita indi
uidua multiplicaret̄ cū oībus inferiori
bus p̄dictis nūq̄ʒ ad eius dignitatem
ascenderet propter formam illius spe
cificam superiorem ⁊ nobiliorem. Et
ista septem corpora planetarum influūt
super quattuor elementa cōtraria cōci
liando ea in mixto inanimato.

¶ 13f Gradus est. Celū stellatū siue fir
mamētū. ¶ Sup quē cōtēplator pedē
ponet cōsiderādo qūo ipsuʒ est virtuo
sum ⁊ vitale pp multitudinē stellarū ⁊
luminis. Et qūo influit ī vegetabilia. s.
herbas: plātas: ⁊ arbores cōciliādo q̄t/
tuor elemēta contraria ad receptioneʒ
forme vegetabilis. Et qūo in dignitate
est sup Saturnū: ita qd̄ si Saturni in/
diuidua millies multiplicarent̄ cū oīb⁹
p̄dictis nūq̄ʒ ad eiuʒ eq̄litatē ascēderēt
pp formā specificā supiorē.

¶ 14f Gradus est. Celū Christallinuʒ
siue primū mobile. ¶ Sup quē ponet
pedē cōtēplator cōsiderādo qūo ipsum
est motiuū valde: ⁊ ad eius motū mo/
uent̄ ⁊ mēsurant̄ oīa īferiora ⁊ motuʒ
eorū. Et qūo influit sup sensitiua: aues
s. pisces ⁊ bestias: conciliādo quattuor
elemēta ad dispositionē ⁊ receptioneʒ
aīe sensitiue. Et qūo in dignitate exce/
dit oīa inferiora: ita qd̄ si firmamēti in
diuidua in millia milliū multiplicarent̄
cū oībus inferioribus nūq̄ʒ ad eius eq̄
litatē ascēderēt pp formam eius speci
ficam superiorē.

¶ 15f Gradus est. Celū empireū supre
mū oīum corporū. ¶ Sup quē cōtem
plator ponet pedē cōsiderādo qūo ipm
est oīum cōtentiuū. Et qūo influit sup
rationalia. s. homines conciliādo quat/
tuor elementa ad dispositionem ⁊ con
gruam receptionem anime rationalis.

ꝛ q̄uo in nobilitate superat Celū chri-stallinū: ita qꝫ si eius indiuidua in infinitū multiplicarent̄ cum omnibus inferioribus simul nūq̄ ad eius equalitatem ascenderent: propter eius formā specificā superiorē ꝛ nobiliorem. Isti quindecim gradus sunt corporū inanimatorū super quos si deuote contēplator ascenderit profecto illuminabitur ad cognoscendam vilitatem rerum inferiorum ꝛ dignitatem superiorum. Accendetur nihilominus ad mundanorum contemptum ꝛ celestium ac eternorum dilectionem: admirationem: ꝛ contemplationem. Istis gradibus sic decursis: ascendat contēplator supius ad corpora animata ꝛ viuētia ī quibus inueniet ordinem perfectionis gradualem hoc modo.

¶ 16[us] Gradus est. Uiuum vegetabile .i. natura vegetabilis prout sunt arbores ꝛ herba terre que habent vitā siue animam vegetatiuam. Unde nascunt̄ viuunt: moriuntur: nutriuntur: augumentantur: generant ꝛ generantur.

¶ Super quē gradū cōtemplator ponet pedem sue speculatiōis cōsiderādo q̄uo natura vegetabilis habet vim nutritiuam: augumentatiuam: ꝛ generatiuā. Et pp hoc excedit in nobilitate celū empireū: ꝛ oīa inferiora que sunt inanimata: ita qꝫ si indiuidua celi empirei multiplicarentur in infinitum cū oībus inferioribus nunq̄ ascēderēt ad dignitatē ꝛ equalitatē vite vegetatiue: quia dicit Aug. 15. de Trini. c. 4. Uiuentia non viuentibus preferēda iudicamus. Cum ergo vegetabilia viuant: quia habent operationes vitales: ꝛ celum empireum ꝛ alia corpora predicta sunt inanimata secundum veriorem opinionē sequitur quod vegetabilia sint nobiliora digniora ꝛ perfectiora.

¶ 17[us] Gradus est. Sēsitiuū aqueū .s. pisces ꝛ natatilia que vident̄ tenere locum superiorē: sed primū vegetabilibus: q2 post vegetabilia fuerunt a deo creata sicut pꝫ Gen. j. ¶ Sup quē gradū cōtēplator ponet pedē considerādo q̄uo sensitiua aquatica hn̄t vitam sensitiuā: q2 vident: audiunt: comedūt: mouentur de loco ad locum saliendo: currendo: ꝛ volando super aquas. Et videbit quomodo vnum indiuiduum solū vnius minime speciei sensitiue que viuit in aquis preponderat in dignitate omnibus vegetabilibus mundi: vꝫ omnibus arboribus ꝛ plantis ꝛ virentibus super terram etiam si multiplicarentur in infinitū. Prepōderat etiā celo empireo: ꝛ omnibus inanimatis p̄dictis ēt si in infinitū multiplicarent̄: q2 nūq̄ possent ad equalitatē minime speciei sensitiue viuentis in aquis peruenire pp nobilitatē forme sensitiue superioris ꝛ dignioris: q2 dicit Aug. vbi supra: predicta sensu insentientibus p̄ferenda iudicamus.

¶ 18[us] Gradus est. Sensitiuū aereum siue volatile: qꝫ iuxta pisces īmediatū locum tenere videtur: quia post pisces sunt immediate creata volatilia Gen. j. ¶ Super queꝫ ponet cōtemplator sue speculationis pedem: nō cōsiderādo singulas auium spēs: q2 esset nimis tediosum: sed cōsiderādo generaliter volatilia celi. Q̄uo mirabili modo discurrūt per aeris regionē iubilando: cantando: ꝛ nidificando in arboribus: in cauernis petrarum. Et q̄uo excedūt in dignitate pisces maris sicut hn̄t dignius elemētū ad habitandum .s. aerem. Et sunt nature spiritualioris qꝫ apparet in leuitate nature. Apparent ēt digniores quia in primordio generationis: vbi pcedebat̄ de imp̄fecto ad perfectū prius fuerunt

pisces creati & postmodū aues sicut pz Gen.j. vbi pisces preponuntur in ordine narrationis: & aues postponuntur. Et licet ordo essentialis specierum in istis sit nobis ignotus: tn̄ supponamus qd̄ vna spēs auium minima sit supior ad omnem speciem piscium. Hoc stante dico quod si omnes pisces maris in infinitum multiplicarentur non ascenderent ad equalitatem illius auis propter formam specificam illius superiorem & digniorem.

¶ 19ᵘˢ Gradus est. Sensitiuū terrenū siue terrestre sicut sunt reptilia: bestie: & iumenta super terram gradientia. ¶ Super quē ponet speculatiōis pedē contemplator: considerando mirabiles figuras: generationes & operationes eorum. Et qūo vna species minima stāte casu p̄dicto est dignior omnibus volatilibus celi: & omnibus prenominatis etiā si indiuidua eoꝝ in infinitū crescerent propter formam specificam superiorem & digniorē. ¶ Et q̄ terrestria sensitiua sint volatilibus digniora ꝓbatur ex duobus. ¶ Primo quia Gen.j. vbi narratur ordo productionis rerū & proceditur de imperfecto ad p̄fectū post celi volatilia: ꝓducta dicunt̄: reptilia & iumenta terre: & iō q̄nto fuerunt homini producendo propinquiora tanto sunt p̄fectiora. ¶ Secundo qꝛ aialia terrestria habent corpus vt apparet p̄fectius: & quo ad multitudinē elemētorum vel saltem virtualitatē eoꝝ: qꝛ in corporibus terrestriū vident̄ plura elemēta vel saltem magis vigorosa quam in corporibus volatilium. Et quo ad organizationem: qꝛ terrestria animalia habent corpus diligentius organizatū q̄ volatilia sicut apparet in multis. Nobilior aūt materia arguit ī ipsis nobiliorē formā: qꝛ inter formā & mām dʒ eē commensuratio.

¶ 20ᵘˢ Gradus est. Rōnale corporeū qd̄ est homo. ¶ Super quē cōtēplator ponet speculatiōis sue pedem cōsiderādo quomodo homo est positus in medio & in orizonte rerū corporalium & rerū spiritualium. Et quomodo cōuenit cū ambobus: per corpus cū corporalibus: p̄aiam cū spūalibus. Et considerabit qūo minimus homo etiam si sit seruus & rudis prepōderat in dignitate oībus animātibus terrestribus volatilibus & natatilibus: & oībus corporibus predictis: ita q̄ si eorū indiuidua in infinitū multiplicarentur nūq̄ ascenderent ad equalitatem vnius minimi hominis: propter formam specificam superiorē & digniorē. Cuius dignitas monstrat̄ quia homo est finis omnium rerū corporaliū Gen.j. ergo est nobilior omnibus ordinatis ad ipsum. Et corpus humanum est diligentius organizatū q̄ aliud corpus: ergo habet formam omnibus alijs nobiliorem. Et etiam quia forma eius est ad imaginem & similitudinem dei Gen.j: & ideo omnium formarum dignissima. Unde Aug. vbi su supra dicit. Intelligentia non intelligentibus preferenda iudicamus. Et isti quinq̄ gradus sunt nature corporee animate & viuentis. Transeat post hec contemplator ad naturam spūalē ascendendo hoc modo.

¶ 21ᵘˢ Gradus est. Chorus angelorum qui est infimus inter substantias separatas: Et si in vna specie esset tantum vnicus angelus sicut multi tenēt posset fieri ascensus inextimabilis de specie in speciem sic ascendendo in semper p̄fectiora & nobiliora: sed ascendemus d̄ choro in chorum quasi omnes angeli qui sunt in vno choro sint vnius speciei. ¶ Super istum gradum ponet cō

templator pedem sue speculationis considerādo quō Angelus in dignitate nature precellit humanam naturam: ita qḋ si humana natura in infinita indiuidua multiplicaret̄ cū oībus inferioribus ad ipsam: nūq̄ȝ ad angelicaȝ perfectionem ascenderent. Jmo nec ad perfectionem ꝛ equalitatē vnius minimi angeli. ¶ Quod sic patet quia vnus angelus solus maiorem scientiam naturaliter habere potest q̄ȝ oēs homines simul: si simul existerēt super terrā. Jtē maioris potentie est vnicus angelus q̄ȝ tota humana natura simul naturalr̄ loquēdo. Unde vnus angelus mouet celum cū tanta velocitate qḋ non possent oēs hoīes preteriti presentes ꝛ futuri. Unus etiā angelus in vna nocte interfecit oīa primogenita egypti Exo. 12. Et in alia nocte vnus angelus interfecit centum octoginta quinq̄ȝ millia in castris assiriorum. 4. Re. 19. O mirabilis potentia. Unde Aug. dicit vbi supra Jmmortalia mortalibus. Jncorruptibilia corruptibilibus p̄ferenda iudicamus. Hi angeli primi chori sunt illi qui deputantur ad custodiam vnius persone singularis.

¶ 22° Gradus est Chorus archāgeloꝝ.

¶ Super quem ponet cōtemplator pedem cōsiderādo quō archāgeli sunt illi qui deputant̄ a deo ad regimē alicuius multitudinis puta prouincie: vel cōgregationis alicuius. Et quō precellunt in dignitate omnes angelos: ita quod si Angelica species in infinita indiuidua multiplicaretur omnes īsimul nō ascēderent ad equalitatem vnius minimi Archangeli: nec in scientia: nec in potentia: nec in natura intensiue loquendo propter formam specificam superiorē ꝛ digniorem.

¶ 23° Gradus est Chorus principatuū.

¶ Super quem ponet pedem contemplator considerando quō principatus sunt illi qui ad principum ꝛ dn̄oꝝ custodiam deputant̄. Et quō in dignitate precellunt oēs Archangelos: ꝛ oīa inferiora insimul: ita q̄ si oēs Archāgeli ēēt in infinitū multiplicati: ꝛ oīa indiuidua inferiorū essent simul: nō ascēderēt ad perfectionē vnius principatus pp̄ nature specifice sup̄ioris ꝛ dignioris formā. O dignitas magna.

¶ 24° Gradus est chorus virtutum.

¶ Super quem contēplator ponet pedem sue speculatiōis considerādo quō ipse virtutes sunt ille que faciunt miracula ꝛ mouēt celos. Et quō sunt digniores ꝛ nobiliores principatibus ꝛ oībus inferioribus: ita qḋ si indiuidua principatuum ꝛ oīum inferiorū insimul eēnt nō ascēderēt ad equalitatē nature aut scientie aut potentie vnius virtutis: intensiue loquendo pp̄ formā specificam superiorem ꝛ digniorem.

¶ 25° Gradus est Chorus potestatum.

¶ Super queȝ ponet cōtēplator pedeȝ considerando quō potestates sunt ille que ad resistendum demonibus ꝛ malignis spiritibus deputant̄. Et quō p̄cellūt dignitate virtutes cū oībus īferioribus insimul: ita qḋ si īdiuidua virtutū in infinitū multiplicarent̄ nō ascēderēt ad equalitatē vnius potestatis: nec ī nā nec in sciētia: nec ī potētia itēsiue semp̄ loquēdo ꝛ supponēdo hic sicut ꝛ ī alijs qḋ sint alterius speī.

¶ 26° Gradus est Chorus dn̄ationum.

¶ Sup quē ponet cōtēplator pedē cōsiderādo quō istis dn̄ationibus cōpetit p̄sidere angelis bonis sibi inferioribus ꝛ quō p̄cellūt oēs īferiores dignitate ꝛ nobilitate: ita q̄ si oēs potestates: ꝛ oīa inferiora p̄dicta essent insimul nō ascenderēt ad equalitatē vnius dn̄ationis:

nec in natura: nec in potentia: nec in scië tia intensiue loquendo. Et sic deuotus contëplator ascendëdo aduertere poterit quõ ista inferiora sũt nihil respectu superiorũ. Et quõ supiora sunt inextimabilia: τ iõ sũme diligenda.

¶ 27ᵘˢ Gradus est Chorus Tronorũ. ¶ Sup quë ponet cõtëplator pedë cõsiderando quõ troni sunt illi in quibus deus dicitur sedere: τ ipsis cõuenit perfecta tëtio dei: τ quõ sũt digniores dñationibus τ oĩbus ĩferioribus pdictis: ita φ si ĩdiuidua dñationũ in ĩfinitũ multiplicarẽt nõ ascëderẽt ad pfectionë vnius minimi troni: nec ĩ nã: nec ĩ scia: nec ĩ potẽtia itẽsiue loquẽdo.

¶ 28ᵘˢ Gradus est Chorus Cherubin. ¶ Sup quë cõtëplator ponet pedë cõsiderãdo quõ ipsi Cherubin hñt dei pfectã cognitionë τ sciam: qꝛ interptant plenitudo sciẽtie. Et quõ in nobilitate oẽs tronos τ oĩa inferiora trãscẽdũt: ita φ si indiuidua tronoꝝ in infinitum multiplicarent cũcta simul cũ oĩbus antedictis ad pfectionë vnius solius Cherubim nõ ascẽderẽt: nec ĩ nã: nec in scia nec in potentia propter formam specificam superiorem.

¶ 29ᵘˢ Gradus est Chorus Seraphin. ¶ Sup quë cõtemplator ponet gradũ contemplationis sue considerando quõ ipsi Seraphin habent perfectam dei dilectionë. Et p amoris incedium totaliter transformantur in deum. Unde dicunt ex sua interpretatione ardẽtes. Et considerando etiã quõ in dignitate oẽs Cherubin: τ oĩa inferiora transcendunt: ita qõ si indiuidua Cherubin in infinitum multiplicarentur τ oẽs angeli inferiores: τ oĩa animata: τ omnia inanimata insimul forent: non ascenderent ad equalitatem vnius minimi Seraphin: nec in natura: nec in scientia: nec in potentia: propter formam specificã superiorem. O stuporem magnuꝫ: sed veridicũ. Sicut.n. vnus homo numero preualet in natura scientia τ industria omnibus sibi inferioribus in natura etiam si multiplicarentur in infinitum: puta infinitis volatilibus: infinitis bestijs: infinitis piscibus: infinitis arboribus: infinitis lapidibus: ita vnus Seraphin pualet oĩbus naturis ĩferioribus simul iũctis intẽsiue loquẽdo. Si ergo tm̃ bonũ ẽ vnicus angelus: quale cor ita duꝝ ita obstinatũ qõ nõ oĩa terrena cõtẽneret: τ in celestiũ amorë se totalr inflãmaret. O serui dei. O monachi. Uenite ascẽdamus ad montë dñi τ docebit nos mirabilia sua.

¶ 30ᵘˢ Gradus est natura diuina. ¶ Ad quam ascendendo cõtëplator cõsiderabit quõ ipsa est infinita extensiue τ intẽsiue. Et quõ est infinite sapiẽ: infinite potẽtie: bõitatis: iustitie τ misericordie. Et quõ oĩa creata pdicta pcellit ĩ dignitate τ nobilitate in tm̃ qõ si oĩa spũalia: τ aĩata τ inanimata in infinitum multiplicarentur non ascenderent ĩ pfectione ad minimam partem diuine nature: qꝛ finiti ad infinitum nulla est proportio. ¶ Et ex isto gradu contemplator contemplari poterit cecitatem humane nature: que totum amorem effundit in rebus terrenis nihil vel parum de celestibus curanꝫ. ¶ Et ex isto gradu cõtëplator poterit assurgere in admirationem dilectionem τ stuporë diuine bonitatis q̃ est fons τ pelaguꝫ infinitũ oĩs bonitatis τ pfectiõis. O mortales venite ascẽdamus ad mõtë dñi τ docebit nos mirabilia in mari rubro huius amare τ sanguinolente nostre peregrinationis. ¶ Ista scala triginta graduum potest figurari in domo saltus Salomonis q̃ erat in altitudine triginta cubitorum:

et erat ornata multis picturis celaturis
et ornamētis varijs sicut patet. 3. Re. 7.
Moraliter Salomon pacificus est ip
se deus qui fecit mirabilē domū. s. mū
dum istum sensibilem. Cuius funda-
mētū rude est terra. Muri sunt ele-
mēta et celi. Fenestre sunt luminaria ce
li. Ornamenta et celature sunt varie re
rū species animate et inanimate. Habi
tatores sunt angeli et homines. Angeli
habitant in superiori pte domus. Ho-
mines in inferiori. Supra muros po-
suit tectum cooperiens omnia. Tectū
est diuinitas: que supra celos habitat p
clarā sui manifestationē et cooperit om
nia qz omnia conseruat. A fundamēto
vsqz ad tectum sunt triginta cubiti in
altitudine: quia a terra ascendendo per
ordinem naturarum sunt triginta gra
dus computando ipsum tectū pro vno
gradu. Et isti sunt gradus enumerati.
Qui ergo desiderat ad culmē cōtēpla
tionis ascēdere: saliat super istos gra-
dus qz deueniet ad summitatē domus
et ad tectum diuine maiestatis: que sua
dignitate omnia transcendit: et sua im-
mensitate omnia cōprehendit: et sua
potētia oīa cōseruat: et sua luminosi-
tate oīa obfuscat. O serui dei: venite
ascēdamus ad mōtē domini et vide-
bimus mirabilia eius in profundo ma
ris rubri.

¶ De qrta et specialissima cōtēplationis
scala p huius mūdi sensibilia. Cap. vj.

V Enite ascenda
mus ad montē domini et do
cebit nos vias suas. Quia in
scalis sensibilibus aliquando apponi-
mus spirituales gradus angelice natu
re: fortasse alicui videbit ineptuz: sed si
quis aduertat qd filij israel recedētes
ab egipto et ad terrā promissionis pro
perātes: in medijs fluctibus maris ru
bri sociū habuerūt angelū domini: cla-
rū erit: nō esse extraneū in cōtēplatio-
nis exercitio: incorporalia corporali-
bus: et īsensibilia sēsibilibus copulari:
cū sensibilia sint quasi scala media ad
insensibilia et incorporalia cōtemplan-
da qz ab extremo ad extremū nō per-
uenit nisi per mediū. Et ideo necessa-
rium est aliquādo talia adinuicē coa-
dunari: sed in sequētibus domino cōce
dēte de spiritualibus speciales scalas
faciemus. ¶ Viso ḡ ordine scale specia
lis que in tringinta gradibus cōsistit:
nūc super est de scala specialissima per
tractare. Que in quindecim gradibus
ordinate ascendēdo distinguet: p quos
cōtemplator deuote ascēdēdo videbit
dei mirabilia ī fluctibus huius maris
donec de gradu ī gradū q̄si de virtute
in virtutē ascēdēdo videat deū deoz
in sion: residētē in trono et solio sue al-
tissime maiestatis.

¶ Primus Gradus est materia prima.
¶ Super quē ponet cōtēplator sue spe
culationis pedem cōsiderando: qūo ip-
sa materia p̄ma est prope nihil propter
debilissimum esse: et ab ipso deo remo
tissima. Et est fundamētuz oīum gene
rationū et corruptionū: et est massa q̄dā
ex qua formantur oīa gñabilia et corru
ptibilia. Et quomodo fuit creata a prin
cipio mundi simul cum angelis: cum
celo empireo: et cum tempore. Et quo-
modo ex ipsa facta sunt omnia alia cor
poralia preter celum empireuz. Et qūo
ipsa est insensibilis: inuisibilis: impalpa
bilis: sine forma: sine figura: et sine aliq̄
pulchritudine. ¶ De ista dicitur Gen.
p. In principio creauit deus celum et
terram. Terra autem erat inanis et

vacua τ tenebre erāt super faciē abissi. Per celum intelligitur celum empireum. Per terram materiam primam: que in principio fuit creata sub vna forma cōmuni in gñe substantie: puta sub forma corporeitatis secūdū lyrā. Et iō diuersis nominibus nominatur: puta dr̄ terra: aqua: abissus: inanis: vacua: tenebrosa sicut patet Gen. j. Terra: quia sicut terra substat omnibus alijs elemētis: ita materia p̄ma oībus formis. Aqua quia sicut aqua faciliter ducitur ad omnē figuram: ita materia ad oēm formam. Abissus quasi sine candore: quia tunc non habuit decorē formarū. Inanis quia erat quasi quoddā incertum non determinatum ad aliquā certam formā τ particularē figurā. Uacua qr erat sine formis. Tenebrosa qr de se non est visibilis: τ carebat formis perficientibus τ illuminantibus eam. Et ita erat quasi quoddā chaos. ¶ Ex isto gradu contemplator surget in admirationem diuine potentie: que talem massaȝ primo de nihilo creauit ex qua postea formaret celos τ elemēta. Ista enim materia prima correspondere potest diuine potentie: qr sicut diuina potētia est illa qua effectiue producuntur oīa creabilia: ita materia prima est illa ex qua subiectiue producuntur oīa generabilia τ corruptibilia.

¶ Secūdus Gradus est Forma. ¶ Super quē cōtemplator ponet pedē cōsiderando quō forma est illa que dedit omnem pulchritudinē: ordinem: distinctionem τ operationeȝ ipsi materie. Et quō dicitur forma: quia format τ formosaȝ facit. Nam forma fuit illa que distinxit res ab initio. Nam forma terre impressa a deo in materiam primaȝ fecit elementum terre. Forma aque adueniens materie prime fecit elementum aque distinctum. Forma aeris aerem. Forma ignis ignem: τ sic ascendendo secundum dignitatē formarū facta est distinctio τ ordo rerum in vniuerso. Forma etiam dedit pulchritudinē materie τ rebus materiatis: puta forma rose impressa a deo in māā primā vel educta de mā prima τ impressa in ipsa: fecit rosam ita pulchram. Forma lilij fecit lilium ita pulchrū. Forma solis fecit solem ita formosuȝ: τ s̄m q̄ forma est nobilior sic ordinate fecit pulchrius τ formosius suum formatum. ¶ De ista forma dicitur post creationeȝ materie. Gen. j. Fiat lux τ facta est lux τ diuisit deus lucem a tenebris. Ista lux est forma que nobis indicat primam materiam τ omnia entia. Sicut enim sine luce omnia sunt obscura: ignota: τ tenebrosa: τ confusa: ita sine forma omnia in materia p̄ma erāt obscura τ ignota. Et sic p lucē oīa cognoscimus τ distinguimus. Ita per formam oīa cognoscimus τ ab inuicē separamus. Et sic lux est quidā ornatus τ decor rerum visibilium: sic forma est quoddaȝ ornamētū gloriosuȝ ipsiuȝ materie. ¶ Ex isto gradu poterit contemplator faciliter ascendere in admirationē diuine sapientie: q̄ talem confusam materiam per distinctas formas sic mirabiliter ordinauit ad constitutionē istius vniuersi secūdū ordinem dignitatis ascendendo. Ista enim forma diuine sapientie corrñdet: qr sicut proprium est sapiētie ordinare oīa in locis suis. Ita propriū forme est vnūqōq3 constituere in ordine suo. Et sicut p sapiam incarnatā q̄ est xp̄s: ē nobis manifestata occulta omnipotentia dei patris: qui habitat lucē inaccessibilē. Ita per formam est nobis manifestata materia prima q̄ prius erat occulta: inuisibilis: insensibilis: intāgibilis. Nō ve

ro per formā videmus eā licet nō in se: tamen in suo vestimento. Nā videmus eam sub forma ꝛ vestimento terre: sub forma aque: aeris: ꝛ celi. O dei mirabilem sapientiam que tali decore ꝛ tam vario primā materiā vestiuit. ¶ Ista forma est perfectio ipsius materie ꝛ nobilior ea: ita ꝙ si indiuidua materie prime in infinitum multiplicarentur non ascenderent ad perfectionem vnius minime forme. Et sicut melior est sapientia ꝙ̄ potētia ꝛ arma bellica: ita melior ꝛ nobilior est forma que appropriatur sapientie ꝙ̄ materia que appropriatur potentie. ¶ Huius forme pulchritudinem nos videmus: in celis: in luminaribus: in elementis: in arboribus: in animalibus: in hominibus: in quibus sunt tot varie forme: figure: liniamēta: qđ est mirabile. ¶ Super istum gradum posuerat pedē psal. cum dicebat in ps. 138. Confitebor tibi domine quia terribiliter magnificatus es. Mirabilia opera tua ꝛ anima mea cognoscet nimis.

¶ Tertius Gradus est Natura. ¶ Super quem contemplator ponet pedem speculationis cōsiderando quō natura est quoddam tertium ex materia ꝛ forma constitutum: quod nec est materia: nec forma sed effectus amborum. Exēplum agnus non est illud corpus solū ꝛ illa materia que videtur: nec est forma sola. s. anima illa: sed est quedā natura tertia que dicitur agnus vel ouis causata a materia ꝛ a forma: prout tenet Sco. in. 3. sententiarum: licet aliqui contrarium teneant. ¶ De ista natura dicitur post creationem terre ꝛ lucis īmediate Gen. j. Diuisitq̄ deus lucem a tenebris ꝛ factum est mane ꝛ vespere dies vnus. Nā lux est forma quā deus vidit esse bonam: quam diuisit a tenebris. s. a materia que erat imperfecta ꝛ obscura. Et ex vespere quod tendit ad tenebras. i. ex materia: ꝛ mane quo oritur lux. i. ex forma simul iunctis factus est dies vnus. i. tertium compositū qđ est natura que appellatur dies propter illuminationem quam habet: quia vnaquaq̄ nā distincte cognoscit̄ ab alia ꝑꝑ luminositatē forme. Dicitur etiā vnus q2 natura consistit in vnione materie ꝛ forme. ¶ Cōsiderabit ēt contemplator quō istā naturā aliquō per sensus cognoscimus. Uerbi gratia gustando vini: pomi: ac mellis dulcedinem: aliquō eius naturā intrinsecā cognoscimus. Similiter odorādo rosā: liliū: ꝛ flores: aliquō nām ipsorum cognoscimus. Similiter videndo aquam: aerem: celum: solem: eorū naturas aliqualiter cognoscimus. ¶ Cōsiderabit ēt quō nām intrīsecā rex ꝑꝑ Ade peccatū obtenebrati minime ꝑpendimus. Quis. n. hoīū viuēs super terram inuestigare posset que sit ꝛ qualis natura in vite ad ꝓducendum talem liquorē quale est vinū. Quis etiā inuestigare posset qualis sit ēt natura intrinseca rose: q̄ tā nobilem florē: sic format: sic figurat: sic dealbat: sic rubicūdat: sic odoriferū reddit: ꝛ sic virtuosum. Sic ēt nā intrinseca in seminibus: in arboribus: in aīalibus: in hoībus q̄ tales etiā mirabiles effectus germinat: est nobis ignota. Cōsiderabit ēt quō ista nā intrinseca est virtuosa ac cōicatiua. Nā natura que est in vite vel arbore est omni anno ꝓductiua ꝛ cōicatiua sue bonitatis. Ex isto gradu cōtēplator surget in admirationem ꝛ dilectionē ꝛ stuporē diuine bōitatis. Que suam bonitatē infinitā: tā diuersis naturis cōicauit: ꝛ tam copiose: vt ipe possint ēt bonitatē suā alijs cōmunicare. Ista enim natura correspondet diuine

bonitati: q2 sicut propriũ est diuine bo
nitati se habundãter diffundere τ cõti
nue cõmunicare q2 deus dat omnibus
affluenter τ nõ improperat: sic propriũ
est nature seipsam habundanter effun
dere τ cõtinue cõmunicare producẽdo
similia sibi bona. Q2 natura est vis in-
sita rebus ex similibus similia procreãs.
¶ De ista bonitate nature dicit Gẽ. 1.
Uidit deus cũcta que fecerat τ erant
valde bona. Nam postq̃ deus condi-
dit oẽs naturas vniẽdo formas diuer
sas cũ materia vidit qđ oẽs nature erãt
bone in sua naturali essentia: melio-
res in sua cõtinua diffussione τ cõmu-
nicatione τ optime.i.valde bone in vni
uersitatis ordine τ dispositiõe. ¶ Ista
natura est pfectio tã materie q̃ forme
τ nobilior τ dignior: ita qđ si materie
indiuidua τ forme ĩ infinitũ multipli-
carent nõ ascẽderẽt ad eq̃litatẽ vnius
minimi compositi proportionaliter lo-
quẽdo. Q2 nã siue cõpositũ est finis tã
mãe q̃ forme: τ iõ vtraq̃ nobilior τ di
gnior. Et sicut est melior bonitas q̃ sa
piẽtia aut potẽtia: q2 ambe possunt eẽ
cũ malicia. Ita melior est natura q̃ assi
milat̃ bonitati q̃ forma que assimila-
tur sapientie τ q̃ materia que assimi-
liat̃ potẽtie. ¶ Huius nãe bonitatẽ i-
trinsecã τ si nõ possumus p scientiam
agnoscere: tñ ipsa3 cõtinue pbamus p
expiẽtiã certã ĩ suis effectibus. Uerbi
gratia nature solis bonitatẽ cognosci-
mus ĩ sua luce. Planetarũ ĩ suis influẽ
tiis. Arbor3 in suis fructibus. Aialiũ ĩ
suis filiis: lacte: lana: carne: τ sic ĩ oĩbus
fructibus cuiuscũq̃ nature. ¶ Sup hũc
gradũ ascẽderat pph̃a cũ dixit. Me-
ditatus sũ ĩ oĩbus opibus tuis τ ĩ fa-
ctis manuũ tua3 meditabar.

¶ Quartus Gradus est opus natura-
le. ¶ Sup quẽ cõtẽplator pedẽ specu-
lationis ponet cõsiderãdo opera natu-
ralia q̃ ab ipa occulta natura diuersi-
mode exeũt: ẽm diuersitatẽ naturarũ.
¶ Primo cõsiderare poterit opa na-
ture celestis: q̃uo aliter illuminat sol: ali
ter luna: aliter stelle. Que diuersimo
de influũt celi: aliud ad generatione3:
aliud ad corruptionẽ: aliud ad viuifi-
cãdũ: aliud ad mortificãdum: aliud ad
letitiã: aliud ad tristitiã: aliud ad ste-
rilitatẽ: aliud ad habũdãtiã secũdum
luminariũ τ natura3 diuersitatem: ita
qđ est mirũ valde tot varias opationes
a celo pcedere. ¶ Secũdo opa nature
elemẽtaris q̃uo elemẽta ĩ aere gñant:
modo tonitrua: modo cometas: modo
fulgura: modo vapores igneos: modo
niues: modo grãdines: modo pluuias:
modo pruinam: modo nubes: modo
nebulã: ita qđ est mirabile valde tot va
rias elemẽtorũ operationes cõtẽplari.
¶ Tertio opera graminum seminum
τ herbarum. Quomodo semina oriũ
tur de terra. Quomodo crescũt τ agu
mentatur. Quomodo germinãt semi
na varia: flores varios: τ quomodo
maturescunt: senescunt: moriũtur τ ite
rum ad terram reuertuntur: ita qđ est
mirum valde: tot mirabilia opera con
templare. ¶ Quarto opera arborum:
quomodo oriuntur: faciunt truncum:
distendunt ramos: emittunt folia: pro-
ferunt germina: producunt flores: ge
nerãt fructus. ¶ Quinto opera aqua
tilium quomodo pariunt oua: q̃uo ge-
nerant: pisces tam varie coloratos: quo
modo natant: seinuicem prosecuntur.
¶ Sexto opera volatilium quomodo
nidificant: pariunt: fouent oua: nutri-
unt pullos: varie canunt: discurrũt per
aerem: volitando: cantando: iocando.
¶ Septimo opera animalium bru-
torum τ terrestrium: quomodo con-

cipiūt quō pariunt: quō alia nascunt: ꝛ alia moriunt: alia vno mō: alia diuerso mō opant. Canis latrat. Equus hinnit. Asinus rudit. Bos mugit. Ouis balat ꝛ sic d alijs opibus nāe varijs ꝛ diuersis. Quoꝝ cōsideratio est delectabilis ꝛ admirāda. ¶ Sup istū gradū ascenderat propheta quando dicebat. Delectasti me domine in factura tua: Et quando dicebat. Quam magnificata sunt opera tua domine omnia in sapiētia fecisti: impleta ē terra possessione tua. ¶ Istud opus naturale est perfecitus q̄ ipsa natura: itaq; infinite nature que non possent operari ꝛ producere: nihil essent incōparatione vnius ꝑductiue ꝛ operatiue. Opus enim naturale est finis ad quē ordinat materia: forma ꝛ ipsa natura ex ābobus cōposita: ꝛ ideo est nobilius his q̄ sunt ad finē. Et sicut est melius bonū opus exterius factū q̄ bona volūtas tātū ceteris pibus: ita melior ꝛ nobilior ē natura operās actu: q̄ non operās. In opatione.n.perfecta cōsistit rerū pfectio ꝛ ꝯsumatio. O siquis ascēderet sup istū gradū videret profecto mirabilia dei ī profundo huius mūdi. Et terribilia in mari rubro. ¶ Ex isto gradu surget hō cōtēplator in speculationē: dilectionē ꝛ admirationē diuine generationis: q̄ filius a pre eterno generat. ¶ Istd enim opus naturale, ꝛ productio ꝛ germinatio naturalis creature correspōdet ꝛ est similis generationi diuine ꝛ eam representat. Nam sicut pater producit naturaliter ꝛ necessario filiuz sic ꝛ natura producit neccessario ꝛ naturaliter opus suum. Sicut pater producit ꝛ generat filiū sibi similē sic ꝛ natura producit effectus sibi similes. Omnes enim ꝑductiones nature inferioris originātur ꝛ habent attributionez ad oio primam generationem qua pater eternus generat filiū. Et ideo ipe dicit Isa. c.vlt. Nūquid ego qui alios parere facio ꝛ ipse nō pariā. Si ego qui generationem alijs tribuo sterilis ero: ait dominus. Ascēdat ergo cōtemplator sup gradū istū ꝛ videbit mirabilia in mari huius mundi.

¶ Quintus Gradus est opus artificale. ¶ Super quē cōtēplator sue speculationis ponet pedē considerādo quomodo opus artificiale habet initum ꝛ ortum ab opere naturali. Uerbi gratia opus artificiale cōponendi vestimenta initium ꝛ originē habuit a pilis ꝛ pellibus animaliuz: que sūt vestes eorum naturales: quas primi videntes in eoꝝ similitudinez vestes artificales adinuenerunt. Considerabit etiā quomodo opus artificale pficit ꝛ cōplet opus impfectū nāe. Nā natura ꝑduxit hominē nudū ꝛ impfectū. Opus artificiale vestit ipsuz ꝛ sic complet ꝛ ornat quod natura inornatū ꝛ incōpletuz reliquit. Considerabit etiam quomodo opus artificiale est liberum procedens a volūtate que est libera per essentiaz: ꝛ in hoc differt ab opere naturali quod non est liberū: q2 nō ꝑcedit a volūtate sed a natura. Et vt cōtemplatio sit distincta: breuis ꝛ lucida consideret ista ordinate. ¶ P° cōsideret opuz artificiale: qd supplet vicem ꝛ imperfectionem nature quo ad alimenta nutriētia: ꝛ sic omnia opera que reducuntur ad cibaria ꝛ alimenta ꝛ medicinalia sicut est opus artificiale molendi: venandi: componendi: ꝛ coquendi tam varia genera ciborum. ¶ Secundo quo ad vestimēta calefacientia: considerando omnia artificia que reducuntur ꝛ ordinantur ad humanum vestimentum: sicut est opus lanificij: filandi: suendi: texēdi:

incidēdi. ¶ Tertio quo ad habitacula cooperientia considerando oia edificia ab humano artificio fabricata: sicut sūt omnes Ciuitates: Castella: Uille: turres: fortalicia: & omnis domus priuata. ¶ Quarto quo ad arma defensiua & offensiua: considerando omnia gīa armorum bellicorū que ad defensionē vel offensionem ab humano artificio sunt excogitata sicut sunt lancee: enses: lorice: galee: toraces: bombarde: & alia innumera. ¶ Quinto quo ad instrumenta coadiuuantia cōsiderando quo modo opus artificiale adinuenit & cōposuit innumerabilia instrumēta ad diuersas operationes: sicut sunt gladij: ferre: nouacula: & inumerabilia instrumēta ad pingēdū: ad scribendū: ad studendū: ad sedendū: ad dormiendū: ad operandū ī omnibus artibus mechanicis. ¶ Sexto quo ad vtilia & necessaria cōsiderādo qūo industria humana ad inuenit & cōpegit naues mirabiles per mare discurrentes ad deferenda vtilia & necessaria cū tot instrumētis & tam mirabili artificio qd est mirū valde. ¶ Septimo quo ad delectabilia & iocūda considerādo mirabiles picturas: celaturas & recamaturas ī parietibus: in tapetis: in lectis: in vestimentis que ad delectationem & iocunditatē inuenta sunt. O q̄ stupenda & mirabilia sunt ista opera artificialia. ¶ Ex isto gradu cōtemplator poterit assurgere ad contemplationem: dilectionem: & admirationē: productionis spūs sancti. Nam istud opus artificiale correspondet & est simile productioni spiritus sancti. Nam sicut spiritus sanctus procedit a principio libero. s. a diuina voluntate. Ita opus artificiale procedit a principio libero. s. ab humana volūtate. Et sicut ꝓductio spiritus sancti est cōplemētū diuine ꝓductiōis ad itra: ita opus artificiale est cōplemētū opis nālis ad extra. Ascende ergo o contemplator ad gradū istum & videbis mirabilia in mari rubro huius instabilis mundi.

¶ Sextus Gradus est institutiō humana. ¶ Super quem ponet pedem contemplator considerando qūo industria humana pp istam vitā inferiorē: & pp salutē & pacē & trāquillitatem vite temporalis multas leges ac regulas: instituta qꝫ cōposuit. Que sic breuiter cōtēplator discurrere pōt. ¶ Primo considerēt quot leges: ac regulas cōposuit industria humana circa naturalia inuestigāda: vz in Philosophia: ī Logica: ī Methaphisica: in Mathematica: ī Geometria: ī Astrologia: & hec oia ad pficiēdū intellectū in sapia & rerum cognitione. ¶ Secūdo circa historialia recolēda: vz describendo historias antiquas: Regū: Principū: Sapientū: & notabilium rerū occurrētiū. Et hec oia ad excitandū affectū ad bonū p antiquorū exēpla virtuosa. ¶ Tertio circa parabolica delectātia: vz describēdo metrice fabulas & alias parabolas in comedijs: tragedijs: ac carminibus resonātibus & auditū dlectātibus. Et hec oia ad mouēdū cor humanū ad pietatē: cōpassionē: aliasqꝫ virtutes p similitudines morales & parabolicas. ¶ Quarto circa moralia & virtuosa: vz cōponēdo & describēdo tot leges morales: ciuiles: mūicipales: tot plebiscita: tot statuta: & hec oia ad pficiendā humanā volūtatē p iustitiā & virtutes morales cōuenietes trāquillitati ac paci huius mortalis vite super terram. Hec institutio humana relucet in tot libris Phorū: in tot libris Historicorū: in tot libris Poetarū: & ī tot voluminibus legū qd ē mirabile valde ɔsiderare ea q̄ humanū ingenium adinuenit: statuit:

ac composuit. ¶ Ista humana institutio et ordinatio per leges predictas nobilior et perfectior est quam opus artificiale et quam omnia predicta insimul iuncta: quia est primo regulatiua ipsorum. Nam scientia et alia humana instituta regulant et ordinant opera artificialia: qualiter sint exequenda. Et secundo omnia predicta sunt extra animam rationalem vt patet: sed humana institutio est in anima: et ordinata est ad perfectionem anime. Nam regulat vim anime rationalem in cognitione rerum. Irascibilem in declinatione malorum. Concupiscibilem in appetitione bonorum. Et sic eleuat hominem in cognitionem anime sue que est quasi media inter deum et creaturas corporales. Et sic cognoscens animam videt quomodo lux diuina communicauit sibi maximum lumen ingenij naturalis ad inueniendas tot scientias: tot carmina: tot leges et instituta. ¶ Super istum gradum ascenderat ille magnus contemplator cum magna letitia quando dicebat in ps. Signatum est super nos lumen vultus tui domine: dedisti letitiam in corde meo. In isto gradu ornatur anima quo ad virtutes morales et politicas. Et ex isto faciliter ascenditur ad contemplationem dei: quia anima est sibi vicina cum sit eius similitudo.

¶ Septimus gradus est. Institutio diuina. ¶ Super quem ponet contemplator pedem speculationis sue considerando: quomodo diuina sapientia pro subleuatione anime ad celestium amorem et contemplationem diuersas instituit et condidit leges ac statuta et cerimonias tam in nouo quam in veteri testamento: sicut patet in Moisi libris. In psalmis: prophetis: Euangelio: Epistolisque canonicis. ¶ Et hec diuina institutio nobilior dignior et perfectior est quam humana: quia humane leges animam regulant quo ad vitam istam inferiorem: quo ad proximum: et quo ad seipsam: sed diuine leges animam illuminant non solum quo ad ista: sed quo ad deum et ad diuina et celestia contemplanda: speranda: desideranda et possidenda. ¶ Unde instituta diuina siue lex diuina miro ordine et miro modo animam ad celestium contemplationem subleuat et illuminat quadruplici modo: sicut exemplum in vna sola re ponam ad intellectum faciliorem. ¶ Primo illuminat quo ad historica narrans ea notabilia que a mundi exordio facta fuerunt in creatione mundi. In egypto. In deserto. In terra promissionis. In cultu vnius dei. In pace. In bellis. In miraculis. Ita quod nulla alia cronica siue Romanorum: siue Grecorum: siue Assiriorum huic valet comparari. Nec sunt alicuius momenti alie historie in comparatione historie sacrarum litterarum. ¶ Exemplum in hoc nomine ciuitatis hierusalem: que secundum sensum historialem fuit ciuitas Metropolis iudee: quam edificauit Melchisedech: Salomon postea ipsam dilatauit et fortificauit et regnauit annis multis in ea. In cuius tempore tanta fuit copia auri et argenti: quod argentum quasi lutum reputabatur. Et tantum fuit iste Salomon gloriosus quod vniuersa terra desiderabat videre eum: et audire eius sapientiam: et nulla fuit ciuitas in mundo sic gloriosa sicut illa ciuitas ad diuinum cultum deputata. Hoc modo diuina scriptura de multis nos illuminat et accendit quo ad historica cognoscenda et admiranda. ¶ Secundo magis illuminat et accendit: quo ad allegorica et credenda. Nulla enim scientia magis illuminat et certi

ficat de his que in concussa fide creden da & tenenda sũt q̃ sacra & diuina do ctrina. Exemplum ciuitas hierusalem allegorice nos illuminat ad credenduз vnam misticam ciuitatem .s. sanctam matrem ecclesiam: que vere potest di ci hierusalem que interpretatur paci fica: q2 pacẽ cõseruat: pacẽ colit: & deũ pacis auctorẽ predicat. Hec ecclesia est edificata a Melchisedech qui dr̃ Rex pacis rex iustitie & dilatatur & in habi tatur a Salomone qui etiam pacificuз appellatur: q2 ecclesia fabricata est & in habitata a xp̃o iesu qui est vere rex pa cificus: pacificans que in celis & que in terris sunt. In cuius tempore omnis terra desiderabat videre ipsum & eum audire & eum tãgere: q2 virtus de illo exibat & sanabat omnes. In ista eccle sia tanta est copia auri.s.caritatis & di uine sapientie: q̃ argentum huma ne eloquentie ac sciẽtie reputatur lutũ. Et nulla fuit vnq̃ secta aut congrega tio in mũdo tã gloriosa & famosa sicut ista ecclesia catholica que allegorice si gnificatur per hierusalem. Et sic scri ptura diuina nos illuminat & subleuat quo ad credenda per sensum allegori cũ. Hoc modo eleuatus erat Joannes Apl's quando dixit Apoc.21. Uidi ci uitatẽ sanctã hierusalem nouã descen dẽtẽ de celo a deo paratã sicut spõsam ornatã viro suo.s. ecclesiam militãtem: a diuina gratia defluentem & deriuan tem. ¶ Tertio adhuc magis illumi nat quo ad moralia & agenda. Nulla enim doctrina magis illuminat & in struit quo ad moralia q̃ ista diuina scriptura: que postq̃ nos docuit quid sit credẽdum: postmodum docet quid sit agendum. Exẽplum in ciuitate Hie rusalem: que moraliter significat ani mam rationalem. Et docet quomodo ipsa debet quasi vna ciuitas esse mura ta per prudentiam. Turrita per cõtẽ plationeз. Populosa per multitudineз virtutum. Armata per discretionem. Pacifica per passionum quietationẽ. In ea debз regnare rex pacificus xp̃s p fidem & caritatem. In ea debet esse tã ta copia auri diuine sapientie & carita tis q̃d argentum humane sapientie vel eloquentie reputetur lutum inquina tum. Et sicut hierusalem fuit ciuitas ad cultũ dei deputata: & in medio eius erat templum dei viuentis: ita anima nostra debet esse totaliter ad cultum di uinum mancipata. Et in corde anime nostre.i. in voluntate debet esse templũ diuine maiestatis: per caritatem & con tinuam dilectionem dei. Et hec omnia nos moraliter docet sacra pagina eleuã do ad contemplationem ipsius anime nostre. In hunc radium contemplatio nis erat eleuatus Isaias propheta quã do dicebat ipsi anime in spiritu loquen do Isa.52. Consurge cõsurge: induere fortitudine tua sion. Induere vestimẽ tis glorie tue hierusalẽ ciuitas sancti. ¶ Quarto adhuc nos magis illumi nat & ad contẽplationem subleuat quo ad speranda & desideranda. Nam sciẽ tia diuina anagogice nos docet sperare que oculus non vidit: nec auris audi uit: nec in cor hominis ascendit. Exem plum ciuitas Hierusalem in sacra pa gina anagogice significat ciuitatem hie rusalem supernam quam sperare cõ templari ac desiderare d̃bemus. Que vere est ciuitas pacifica & videns pacẽ quia ibi cessabit omnis questio: lis aut discordia & requiescent in perpetua pa ce & tranquillitate. Illa hierusalem su perna condita est a melchisedech qui di citur rex pacis & iustitie: q2 ab ipso deo qui & pacem & iustitias diligit. Illa hie

rusalem superna est dilatata a Salomone.i.a Christo filio dei qui per suas sapientiam et mortem ipsam per electorum multitudinem mirabiliter dilatauit. In ea regnat et dominatur Rex pacificus Christus i gloriosa stola sue humanitatis: cuius vultuz desiderat videre vniuersa terra. In ea est tanta copia auri diuine dilectionis et caritatis consumate: et sapientie sempiterne qp argentum humane siue create scientie tanquam lutum reputatur. Et tantum est gloriosa illa superna Hierusalem qp nunquam fuit ciuitas: tam fertilis: tam gloriosa: tam copiosa. Et sic patet quomodo diuina institutio et diuina lex nos illuminat et subleuat ad celestium contemplationem. Super hūc gradū ascenderat Paulus Apl's quando dicebat ad Gal. 4. Illa autem que sursum est hierusalem libera est q̄ est mater nostra. ¶ Ista scala septem graduum potest figurari in illa scala q̄ꝫ vidit Ezechiel propheta per quaꝫ ascēdebatur ad portam que viam orientalem respiciebat et habebat septem gradus: et erat i atrio exteriori Ezech. 40. Moraliter porta per quā ingredimur domum: est contemplatio per quā intra celestem mansionem contemplando ꝑducimur. Ista porta respicit viam orientalem vbi nascitur sol: quia contemplatio dirigit oculum ad deum qui est lux munda in qua tenebre non sunt vlle. Hec scala habet septem gradus per quos ascenditur ad illaꝫ portā qua intratur in templum: et est in atrio exteriori: quia contemplatio est per ista sensibilia et exteriora: et ascēdit per septem gradus: incipiendo a materia prima que est quasi tenebrosa: et ꝓcedēdo de gradu in graduꝫ donec perueniat ad portam contemplationis q̄ respicit lucem orientalem diuinam: et sic ingrediat̄ in tēplū diuine contēplationis per excessus amorosos: deuotos: et spirituales. O serui dei. Uenite ergo et ascēdamus ad mōtē domini et docebit nos vias suas.

¶ De quinta et particulari contemplationis scala per huius mūdi sensibilia. Cap. vii.

Venite ascendamus ad montē domini et docebit nos vias suas. Postq̄ꝫ declarauimus quartā et specialissimaꝫ contemplationis scalam: descendendum est consequenter ad declarationem quinte scale que vocatur particularis: q2 nō circa omnia sed circa aliqua sensibilia versatur. s. Circa septem sacramenta ecclesie que omnia sunt sensibilia signa: q2 sacramentum est inuisibilis gratie visibilis forma. Et secundum qp sunt septem sacramēta: sic ista scala septem continebit gradus ꝑ quos deuotus contemplator ascendens mirabiliter eleuabit. ¶ Et pro fundamēto huius scale accipio illud dictum Salomonis ꝓuer. c. 9. Sapiētia edificauit sibi domū excidit colūnas septem. Misit ancillas suas vt vocarēt ad arcē et ad menia ciuitatis. Christus qui ē dei sapiētia et dei virtus veniēs in mūdū ꝑ assumptā humanitatē edificauit ciuitatē magnā. s. sanctā matreꝫ ecclesiā et septē sacramētis quasi septē colūnis sustētauit eā vt in perpetuū staret. ¶ Hanc ciuitatem sex muris fortissimis in circuitu cinxit pro tuta custodia ab inimicis. Et in medio eius edificauit turrim siue arceꝫ seu fortaliciū pro meniuꝫ et totius ciuitatis custodia.

et defensione. Arx est altissima et muri quanto magis appropinquant ad arcem tanto sunt altiores. Arx seu fortalicium est sacramentum eucharistie quod est eminentissimum inter omnia sacramenta: et est in medio quia omnia alia isti sacramento deserviunt et ad istud sunt ordinata. Sex muri in circuitu sunt sex alia sacramenta quasi sex menia circundantia ciuitatem et ipsam munientia. Ancille sunt apostoli humiles et obedientes quos misit christus per vniuersum vt vocarent et inuitarent homines ad menia ciuitatis et ad arcem .i. ad septem ecclesie sacramenta suscipienda et credenda. Qui ergo ad turrim contemplationis cupit ascendere curat per muros istos de vno in alium et tandem veniet ad fortalicium altum diuine contemplationis. Muri autem siue menia huius ciuitatis sic sit ordinata et ordinate percurrenda a deuoto contemplatore si cupit ad arcem summam peruenire.

¶ Primus Murus siue prima menia huius ciuitatis .s. catholice ecclesie: qui est a turri remotissimus est sacramentum Baptismi. ¶ Super quem contemplator ponet pedem considerationis sue cogitando. Quomodo sacramentum baptismi est quidam murus cingens totam ecclesiam catholicam et separans ipsam ab his qui foris sunt et ab omnibus in fidelibus. Et quomodo defendit ipsam ab inimicis et idolatris inpugnantibus ipsam. Considerabit etiam quod per sacramentum baptismi homo fit de regno et dominio christi: vnde accipit caracterem in signum quod fit sub dominio christi qui prius erat sub dominio diaboli. Et quomodo etiam christianus fit dei filius adoptiuus. Et quomodo etiam per hoc sacramentum renunciauit omnibus his que foris sunt .s. diabolo et mundo et pompis eius. Et cum super hoc muro ascenderit contemplator cognoscet quantum sit eminens vita christiani a vita infideli quia christiani sunt dei filij adoptiui et sub dominio dei. Infideles sunt filij diaboli et sub eius dominio constituti. ¶ Super hunc primum murum pedem sue considerationis posuerat pastor ecclesie Petrus Apostolus quando dicebat baptizatis et credentibus .j. Petri. 2. Vos autem genus electum. Regale sacerdotium: gens sancta: populus aquisitionis vt virtutes annunciettis eius qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. Qui aliquando non populus dei: Nunc autem populus dei: qui non consecuti misericordiam: nunc autem misericordiam consecuti. ¶ Iste est primus murus circundans ciuitatem et separans et defendens ab extraneis foris existentibus. Et si super hunc murum saliret contemplator multum certe eleuaretur a terra per contemptum omnium terrenorum quibus in baptismo renunciauit. ¶ Hunc murum primum continue circuit diabolus in pugnando et temptando auertere hominem a vera fide et credulitate. Et ideo opportet hominem in hoc primo muro bene firmare pedem firmiter credendo ea que pertinent ad fidem christi: qui enim non bene firmat pedem facile deijcitur a diabolo: nec superius ascendere poterit nisi in hoc primo muro bene firmauerit pedem. Unde de isto circuitu et impugnatione diaboli et de firmatione pedum in hoc muro loquitur Petrus Apostolus cum dicit .j. Petri. 5. Sobrij estote et vigilate quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit querens quem deuoret. Cui resistite fortes in fide. O contemplator ascende super murum istum et bene firma pedes: quia multum eleuaberis a terra. ¶ Figura huius muri baptismalis precessit in circuncisione data abrae in qua facta est separatio populi dei

dei ab alijs Gen. 17. circūcidetur ex vobis omne masculinum. Et in transitu maris rubri in quo separatus est populus dei ab egiptijs qđ mare baptismuȝ significat Exo. 14.

¶ Secūdus murus est sacrm̄ chrismatis: qui est magis interior. ¶ Sup quē ponet cōtemplator sue speculationis pedē cōsiderādo quō iste murus est itra primum: q2 sacrm̄ baptismi est primuȝ quod confertur ꝛ separat hoīem ab extraneis ꝛ infidelibus. Et q2 in primo muro fiunt insultus terribiles ꝛ bella fortissima ab inimicis ꝛ demonibus infernalibus: propterea deus noster xp̄s Jesus fecit secundū murū chrismatis: in quo xp̄iani vnguntˀ ꝛ fiunt xp̄i milites: ꝛ propter istam vnctioneȝ chrismatis roborantur ꝛ fortificantˀ ad pugnā. Nam sicut antiquitus luctatores inungebantˀ ad fortius pugnandum: ita in fide xp̄i in qua est cōtinua ꝛ occulta pugna milites xp̄i chrismate inunguntˀ vt fortiores reddantur ad bellum. ¶ Hic murus est altior ꝙ primus: q2 dignius esse videtur: eē vnū de militibus regis ꝙ esse vnū de populo eius simpliciter. Et dignior videtˀ xp̄ianus chrismatus ꝙ nō chrismatus ceteris paribus: quia chrismatus ꝛ vnctus factus est miles xp̄i: vnctus ꝛ armatus ꝛ preparatus ad bellandum. ¶ De ista preparatione ad bellum loquitur Apl's Paulus exhortans Ephesios ad spiritualem pugnaȝ dicens ad Ephe. 6. Induite vos armaturaȝ dei vt possitis resistere aduersus insidias diaboli: q2 non est nobis colluctatio aduersus carnem ꝛ sanguinem: sed aduersus principes ꝛ potestates: aduersus mundi rectores tenebrarū harū cōtra spiritualia nequitie in celestibus: propterea accipite armaturam dei: vt possitis resistere in die malo: ꝛ in oībus perfecti stare. State ergo succinti lumbos vestros in veritate: ꝛ induti loricā iustitie. Et calciati pedes in preparationem euāgelij pacis. In omnibus sumētes scutum fidei ꝛ galeam salutis ꝛ gladium spiritus quod est verbum xp̄i. ¶ Ex isto muro cōtēplator considerabit ꝙte sit dignitatis: q2 non solum est subditus xp̄i p baptismū: sed est miles eius per chrismatis vnctionē. Cōsiderabit etiam ꝙ strenue debeat pugnare cōtra mundū carnē ꝛ diaboluȝ cū sit per vnctioneȝ chrismatis electus ad pugnā ꝛ segregatus a cōi populo. ¶ Figura huius muri in quo constituuntˀ xp̄i milites ꝛ a cōi populo separantur haberi potest Nūi. j. Ubi deus precepit Moisi vt numeraret omnes masculos filiorum israel a viginti annis ꝛ supra qui possent ad bella procedere: ꝛ separarēt eos a cōi populo senū: mulierū: infantiū ac seruorū. Q2 sicut bellatores debent esse iuuenes: magnanimi ꝛ robusti ac prudentes. Sic chrismate peruncti viriles: prouidi: robusti: atqȝ magnanimi contra temptationes esse debent. O cōtemplator ascende super murum istuȝ ꝛ appropinquabis ad arcem ꝛ multuȝ eleuaberis a terra.

¶ Tertius murus circūdans ciuitatem est sacramentum penitentie. ¶ Super quem contemplator ponet sue speculationis pedem considerando quō sacramentum penitentie est murus interior ordinatus ꝛ institutus rationabiliter a xp̄o: q2 propter fortissima bella ꝛ impugnationes que fiunt ab inimicis catholice religionis: a mundo carne ꝛ diabolo multi spiritualiter occiduntur: captiuātur ꝛ apostatant in primo ꝛ secūdo muro: ꝛ sic copulantur ꝛ amicitiam ineūt cum inimicis xp̄i. Et ideo fiunt eius inimici: q2 amicus inimici mei ē inimicus

mens. Unde vt possint ad eius amicitiam redire ordinauit tertium muruz circundātē ciuitatem suam in quo saliens potest faciliter ab inimicis euadere s. sacramentum confessionis et penitentie. ¶ Super quem qui salit vere penitendo et confitendo non soluz restituitur in familiam et militiam xpi: sed admittitur ad eius amicitiam et gratiam que ibidem infunditur: q2 vbi superhabūdauit iniquitas: suphabundauit et grā: et etiā appropinquat ad arcem ciuitatis i q̄ habitat xps rex: q2 dr̄ Mat. 4. Penitentiā agite appropinquabit. n. regnum celoruz. ¶ Iste murus est altior q2 dignius ē amicū regis eē q̄ esse militem eius. Et ex isto muro contemplator poterit videre dei maximam benignitatem que tot vicibus per istum tertium murum penitentie: nobis parcit errata: largitur gratiam: et ad suam cōciliat amicitiam. O pietas dei magna. Poterit etiam videre suam nobilitatē quia existens in isto muro penitētie est amicus carissimus regis quod est magnuz valde. ¶ Figura huius tertij muri penitentie habetur Leui. 4. et 5. Ubi datur lex reconciliationis anime peccatricis per oblationes et orationes sacerdotum: et Leui. 16. Ubi datur forma confessionis que fiebat per Aarō sacerdotem summuz qui confitebatur oēs iniquitates filioz isrl'. Si ḡ cupis ascēdere ad arcē cōtēplationis pone pedē super murū istum et appropinquabis ad arcē et ad fortaliciū quod est in medio ciuitatis positum.

figura d' cofessione i sacerdote Aaron

¶ Quartus murus circūdans ciuitatē est sacr̄m matrimonij. ¶ Super quez ponet contemplator pedē considerādo quō est murus interior et rationabil'r ordinatus a deo: q2. n. homines huius ciuitatis sunt mortales: ideo congruuz fuit ordinari hoc matrimonij sacr̄m q̄ mediāte multiplicantur ciues istius ciuitatis. Et quia etiaz multi de ista ciuitate captiuantur ab inimicis: ideo dignuz fuit institui tale sacr̄m ad ciuium multiplicationē. Et i isto muro ɔtēplator existens considerabit eius altitudinem et eminētiā. Quō vz istud carnale matrimonium significat et representat vnionem verbi ad humanam naturaz assumptam quod est mirabile valde. Et vnionē xpi spōsi ad ecclesiā spōsaz: quod est mirabile valde. Et vnionē aīe beate cuz beatissima trinitate in patria: quod est mirabile et delectabile valde: et ideo clamat Apl's: Sacramentū hoc magnum est. Hoc autem dico in xpo et ecclesia. Considerabit etiam in isto muro quomodo anima non solum est amica dei: sed fit eius sponsa per amplexus amorosos caritatis: et ingreditur in thalamum secretum cum sponso: vbi non ingrediuntur amici. ¶ Iste murus est altior q̄ predictus: q2 in predicto significatur dei amicitia cū anima: et anime cum deo. In isto significatur matrimonium spirituale aīe cum deo quod est maius. Ex isto altissimo muro poterit contemplator speculari nobilitatez anime que nō solum est serua: et amica dei sed eius gratiosissima sponsa. ¶ Figura huius quarti muri matrimonialis hr̄ Gen. 1. et 2. qn̄ celebratū fuit primū matrimoniū īter Adā et Euā qn̄ dixit Adaz. Quamobrē relinquet hō patrē suū et matrem et adherebit vxori sue: et erunt duo in carne vna.

¶ Quintus murus circundans ciuitatem est sacramentum extreme vnctionis. ¶ Super quem contemplator ponet pedem sue speculationis considerādo quomodo istud sacramētuz vel iste spiritualis murus rationabiliter est a

deo factus: quia in ista ciuitate sumus tanq̄ȝ peregrini ⁊ aduene: ⁊ non habemus hic ciuitatem manentem: sed futuram inquirimus in superna patria: pro tanto daт̄ istud sacramentū ad omnimodam purgationem: vt recedens de hac vita sit mūdus ⁊ idoneus ad ingrediendam ciuitatem supernam ⁊ triumphantem: in quam non intrat aliquid coinquinatuȝ. ¶ Iste murus est altior predicto: quia per predictum anima fit sponsa xp̄i: per istum autem introducitur in domum sponsi vȝ in supernam patriam: in qua sponsus per glorie nuptias habitat. Naȝ iste murus est quasi medius inter ecclesiaȝ militantē ⁊ triūphantem: vñ daт̄ transeuntibus de ista ciuitate terrena ⁊ mortali ad celestem ⁊ immortalem: ⁊ ideo datur in infirmitate ⁊ articulo mortis: dicente Jacobo Ap̄lo Jaco. c. v. Infirmatur quis in vobis: inducat presbiteros ecclesie ⁊ orent super eum: vngentes eum oleo in nomine domini: ⁊ oratio fidei saluabit infirmum ⁊ alleuiabit eum dominus: ⁊ si in peccatis fuerit remittent ei. ¶ Figura huius muri extreme vnctiōis haberi potest. 3. Re. 19. In quo dn̄s p̄cepit Helie vt vngeret Asahel in regem super syriam: ⁊ Hieu in regem super israel ⁊ vngeret Heliseū in prophetā. ¶ Moraliter Heliseus tenet vicem sacerdotum: qui habent officiuȝ vngendi infirmos. Hic ex precepto domini vngit in regem ⁊ in prophetam eos qui nec reges sunt nec prophete: qȝ christiani qui in hac vita sunt serui altissimi ⁊ non videntes deuȝ aperte: sed ī enigmate: in fine vite vnguntur oleo sancto: vt de non regibus fiant reges: ⁊ de non videntibus deum aperte fiant videntes. Unguntur dico vt de hac miserabili seruitute transeant ad regnum perpetuum ⁊ gloriosum. Et de hac enigmatica obscuritate perueniant ad claram dei visionem. ¶ Iste murus est altus valde quia introducit sponsam in celeste palatium sponsi. O contemplator ascende super murum istum: ⁊ videbis dei mirabilia in profundo.

¶ Sextus murus circūdans ciuitatem est sacramentum ordinis. ¶ Sup quē cōtēplator ponet sue speculatiōis pedē cōsiderādo quō istud sacr̄m ⁊ iste murus est eminētissimus: diuisuȝ in septē partes que sunt: Sacerdos: Diaconuȝ: Subdiaconus: Accolitus: Lector: Hostiarius: Exorcista. Huius muri eminentia monstratur: quia isti sunt principes ⁊ rectores totius ciuitatis: ⁊ habent officium fabricandi omnes muros ciuitatis. s. conferendi omnia sacramenta: ⁊ generandi filios spirituales huius ciuitatis per ordinum collationem: ⁊ reconciliandi populum cum rege. ¶ Iste murus ciuitatis huius videtur altior predicto: quia per predictum anima introducitur in domum sponsi: per istum autem appropinquat ad ipsum: quia sacerdotes non solum ingrediuntur domum sponsi: sed ingrediuntur in thalamum eius loquentes ei familiariter tanq̄ȝ amico: ⁊ ipsum amplexantes ⁊ palpantes manibus sicut faciunt ministrando sacramentum eucharistie: ⁊ magis appropinquāt ad ipsum q̄ȝ omnis alius populus.

¶ Figura huius muri ⁊ sue altitudinis habetur Exo. 28. Ubi dominus precepit Moisi vt applicaret sibi aarō ⁊ filios eius vt fungerentur sacerdotio: qui ad archam in tabernaculo existentem appropinquabant. Et Nūi. 3. Ubi precepit tribum Leui applicari ad ministerium sacerdotij ⁊ ad tractanda: portanda: ⁊ ministranda sacra

ad innuēdū qđ sicut in veteri testamē
to nullus tātuȝ appropinquabat ad ar
chā q̄ erat in tabernaculo federis q̄štū
Aaron atq̧ alij sacerdotes ⁊ leuite: ita
in ciuitate catholice ecclesie nullus or-
do nullum genus hominum tantū deo
appropinquat q̄štū ordo ecclesiasticus.
vȝ Subdiaconus qui preparat mām
cōsecrationis. Diaconus qui dispensat
sanguinē dñi. Et sacerdos qui sacr̄m
eucharistie cōsecrat: palpat: dispēsat: os
culatur: ⁊ recipit. O si quis ascenderat
super murum istum certe videret di-
gnitatem ⁊ altitudinem humane na-
ture: que etiam in hac vita mortali exal
tatur vsq̧ ad thalamū ⁊ secretum col
loquium ⁊ ad oscula ⁊ ad amplexus
spirituales eterni sponsi. O sacerdo-
tes. O serui dei. O monachi ⁊ religio-
si accipiamus virgā discretiōis Moisi
⁊ sepemus aquas ab aquis: p̄ciosuȝ a
vili: ⁊ venite ascendamus super murū
istum ⁊ appropinquabimus ad archa
na celestia ⁊ ad arcem contemplatio-
nis ⁊ videbimus mirabilia dei in ma-
ri rubro.

❡ Septimo in medio huius ciuitatis
est turris: siue arx: siue fortalicium to
tius ciuitatis altissimū: ⁊ hoc est sacra-
mētū altissimū eucharistie. ❡ Ad istā
arcem: siue turrim ascendet post predi
cta cōtemplator: cōsiderādo quomodo
in ipsa habitat rex ⁊ sponsus. Quomo
do est fortissima ⁊ altissima super oia
alia ciuitatis edificia ⁊ qui ad ipaȝ ascē
dit: maxime exaltatur. De ista turri ⁊
eius fortitudine ⁊ sublimitate dicitur
prouer. 18. Turris fortissima nomen
domini ad ipsam currit iustus ⁊ exal-
tabitur. ❡ Ista turris est altior q̄ mu
rus predictus q: ordo ducit vsq̧ ad os
cula ⁊ amplexus regis ⁊ sponsi: sed eu-
charistia nos vnit ⁊ transformat per
incēdium amoris ⁊ deuotā eius sum-
ptionem in sponsum amatum: q: ⁊ ip-
se nobis incorporat̄ ⁊ nos ipsi. ❡ Ista
turris duo facit que contemplator de-
uotus considerabit. ❡ Primo defen-
dit ab impetu inimicorum. ❡ Secun-
do conseruat ciuitatem vsq̧ in finem
presentis seculi donec perueniat ad ciui
tatem triumphātem in celis: ⁊ de istis
habet̄ figura i veteri testamēto. ❡ De
primo figura est Exo. 12. in sanguine
agni qui aspersus super postes filiorū
israel: eos ab angelo exterminatore li-
berauit: sic eucharistie sacramentum
ab exterminatore infernali omnes ve-
re israelitas defendit. ❡ De Secundo
est figura Exo. 16. In māna dato fi-
lijs israel: de quo aliti ⁊ sustentati sunt
vsq̧quo peruenirent ad fines terre ca
naam. Sic per eucharistie sacramētū
cōseruat̄ ⁊ nutrit̄ populus vsq̧quo p-
tingat ad terrā p̄missionis supernā: vn
de ⁊ recedētibus dat̄ ⁊ dicit̄ viaticum
❡ Cōsiderabit ēt cōtēplator q̄ō istud
fortaliciū. s. sacramētū eucharistie est
turris dauid. In qua sunt tria optima
pro defensione ⁊ augumēto totius ciui
tatis. ❡ Primo in ea sunt propugnacu
la ⁊ arma offensiua ad debellādū ho-
stes īpugnātes. Nā est ibi sanguis quo
necātur egiptij: sunt fenestre vulnerum
ex quibus emittuntur sagitte cōtra ini
micos. ❡ Secundo in ea sunt arma de
fensiua ab omnibus iaculis ⁊ percussio
nibus inimicoꝝ. Nā in ea sunt xp̄i vul
nera quasi quedam cauerne: in quibus
abscondimur a p̄secutoribus animaꝝ:
Sed in ea sunt etiam xp̄i vulnera qua
si quedam scuta: siue clipei quibus tegi
mur ab omnibus inimicorum sagittis:
Unde ait p̄s. Scuto circundabit te ve
ritas eius idest xp̄s ⁊ non timebis a ti
more nocturno. A sagitta vollāte ī die

a negocio perambulante in tenebris ab ab incursu et demonio meridiano. Cadent a latere tuo mille et decem millia a dextris tuis: ad te autem non appropinquabit. ¶ Tertio in ea sunt omnia instrumenta oīum perfectionum: quia in eucharistia sunt diuinitas: aīa: corpus: et sanguis xp̄i Iesu que sunt instrumēta oīum virtutum et perfectionum. In hac turri sancte Eucharistie est instr̄m summe humilitatis: summe caritatis: summe pietatis: summe patientie: summe paupertatis: et sic de omnibus alijs perfectionibus. ¶ Figura huius altissime turris cum his tribus adiutorijs habetur Cant. 4. Ubi sponsus loquēs ad sponsam dicit. Sicut turris Dauid collum tuum que edificata est cum propugnaculis. Mille clipei pendent ex ea omnis armatura fortium. Per turrim Dauid intellige sacramentum eucharistie in qua iacet Dauid misticus. Per propugnacula arma offensiua. Per clipeos arma defensiua. Per armaturam fortium intellige instrumenta et adiutoria omnium perfectionum. ¶ Ad sūmitatem huius turris ascendere debet contemplator omnia alia obliuiscēdo: et coram altaris sacramento se prosternens currat siue saliat de fundo huius turris vsque ad tectum. i. a pedibus saluatoris eius vulnera cōtēplando vsque ad caput reuerenter osculandum. Cum enim ad huius turris sūmitatem peruenerit: victoriam de inimicis reportabit: et in pace quietus remanebit. ¶ Figura est Iudic. 9. vbi dicitur quod cū Abimelech obsideret ciuitatem Thebes erat turris excelsa in media ciuitate: ad quam confugerant viri et mulieres et omnes principes: qui super turris tectum stantes erant per propugnacula. Huic turri Abimelech appropinquās oppugnabat vehemēter et ostio ignem supponere nitebatur. Sed vna mulier de turri proijciens fragmen molle contriuit caput Abimelech: et mortuus ē: et ipsi in turri remanserunt victores: pacati et securi. ¶ Moraliter Thebes quod interpretatur facta mea: est ecclesia catholica: que est opus Christi qui eam edificauit et formauit ex sanguine suo. Turris excelsa in medio huius ciuitatis est sacramentum eucharistie altissimum. Abimelech autem qui interpretatur pater meus rex: significare potest diabolum superbum: qui interfecit fratres suos spiritus. s. reprobos sicut et Abimelech fratres suos. Et iste oppugnat ecclesiam dei et maxime oppugnat turrim. s. eucharistie sacramentum. Et nititur apponere ignem ad ostium turris: quia a principio nixus est ponere ignem concupiscentie in christi generatiōe seminans per multas hereses: quomodo christus natus erat ex humana concupiscentia ex Ioseph et Maria. Sed mulier existens in sūmitate turris. i. anima humilis: et deo obediens et deuota atque subleuata per contemplationem sacramenti huius: accipit fragmen molle. i. considerat humilitatem et vilitatem carnis sue. Nā mola est corpus humanum: quod habet quattuor fragmina vel partes. s. Terram: Aquam: Aerem: et Ignem ex quibus componitur: et dicitur mola quia sicut mola continue circuit a puncto in punctum et redit ad idem vnde incepit: sic corpus humanum a deo exiuit et ad deum vadit. De terra nascitur et in terram resoluitur: quia puluis est et in puluerem reuertetur. Anima ergo humilis et contemplatiua considerans vilitatē sue carnis que ē terra pro maiori parte humiliatur et cōfunditur coram

deo. Et cū ista sua carne qua sic humi/liatur franget caput ⁊ cerebrum Abi-melech infernali: quia eius superbiam prosternit ⁊ confundit: ⁊ omnem eius sapientiam siue consilium siue temptationem contundit. Nihil.n.ita diaboli virtutem cōminuit sicut humilitas deuota ⁊ sancta. Fracto autē capite Abimelech omnis exercitus eius recedit: quia destructa superbia que est dux ⁊ caput viciorum: omnia alia vicia ⁊ temptamenta recedunt: ⁊ sic anima humilis ⁊ deuota remanet in summitate turris secura.i.in cōtemplatione huius altissimi sacramēti quieta ⁊ pacata: abiecto demone ⁊ omnibus impugnatoribus exercitus illius. Qui ergo ad contemplationis arcem peruenire festinat ascendat per gradus istos: se per omnem gradum perficiendo: quia sic cito perueniet ad altissimam turrim eucharistie: de qua conteret inimicorum caput ⁊ quietam victoriam obtinebit. Nam per baptismuz fit homo seruus dei: per chrisma eius miles: per penitentiam eius amicus: per matrimonium dei sponsa: per extremam vnctionem ducitur in eius thalamum siue domū: per ordinem sacrū ducitur ad eius amplexus ⁊ oscula ⁊ familiare colloquiū: per eucharistie vero sacramentum ei vnitur: incorporatur: ⁊ in ipsum totaliter transformatur. O serui dei venite ascendamus ad turrim altissimaz Dauid: contemplando deuote illud altissimum sacramētum: quod omni die est nobiscum ante altare: cui de propinquo accedere possumus: ⁊ ad eius sūmitatem faciliter ascendere. Si quis ergo est paruulus ⁊ humilis veniat ad arcem ⁊ ad menia ciuitatis.

¶ De sexta ⁊ singulari ɔtēplatiōis scala p huius mundi sensibilia. Cap. viij.

Venite ascendamus ad montē domini: ⁊ docebit nos vias suas. Q2 ordinauimus scalam per sensibilia sacramenta que diuinam gratiam representant ⁊ ducunt ad arcem eucharistie vbi vere ⁊ realiter est ipse deus: pro tāto in presenti capitulo ordinabimus scalam rerum sensibilium prout representant ipsum deum trinum ⁊ vnū: ⁊ ducūt ad ipsum in sua maiestate pure ⁊ simpliciter contemplandum. Habet autem scala ista septem gradus ordinate dispositos quibus ad verticem montis in caliginem ignorantie ascenditur. ¶ Pro cuius declaratione notādum quod aīa nostra tres oculos siue aspectus habet. Primus est oculus carnis ẜm quē aīa vocatur sensualitas siue animalitas. Secundus est oculus rationis secūdū quem anima dicitur spiritus. Tertius est oculus contemplationis secundum quem dicitur mens. Cum primo oculo carnis respicit corporalia in se: ⁊ in cōparatione ad deum ⁊ sic fiunt duo gradus scale. Cum oculo rationis respicit ea que sunt intra se quo ad potentias naturales: ⁊ q̄ ad virtutes gratuitas: ⁊ sic fiūt duo alij gradus. Cum oculo cōtemplationis respicit ea que sunt supra se.s.deum quo ad esse suum: ⁊ sic respicit vnitatem diuine essentie. Et quo ad bonitatem suam qua se in personas diffundit: ⁊ sic respicit trinitatem personarum: ⁊ sic fiunt duo alij gradus: post istos sex gradus ⁊ aspectus: anima sine oculis ⁊ ceca ignote ascendit ad caliginem ignorantie cum apice mentis affectiuo ⁊ relinquit post se omnes sen-

sus ꝛ intellectuales operationes: ꝛ sic scandit super septimum gradū in quo tota deificatur: ꝛ transit in diuinam similitudinem per vim amoris transformatiui. Qui ergo vult ad montem contemplationis ascendere dꝫ per gradus istos ordinate procedere: ꝛ sic ascēdet de virtute in virtutem donec videat deum deorum in sion.

¶ Primo cōtēplator cum oculo carnis: qui semper deseruire dꝫ intellectuali cōtēplationi cōsideret oīa ista corporalia ꝛ visibilia: Celū: Solē: Lunā: Elementa ꝛ alia ꝙ sunt multa: ꝙ magna: ꝙ pulchra: ꝙ diuersificata: ꝙ diuersimode figurata: ꝙ virtuosa in operationibus: ꝙ longeua in successionibus: ꝛ ex his surget in admirationem nō modicam conditoris. Caueat tñ cōtēplator ne cū isto oculo carnis videat curiosa: aut inhonesta: lasciua aut vana sicut sunt histriōes: ludi: mulieres: ꝛ ornatus impudici que aīam magis prouocent ad ruinam ꝙ ad spūalem profectū ꝛ ascēsum. ¶ Cum isto oculo carnis qui contemplatiōi itellectuali deseruire debet: videbit in mundo isto sensibili tria: pōdus rerum quo omnia inclinantur ꝛ collocantur in locum ꝛ situꝫ suum: alia sursum: alia deorsum: alia in medio borum. Numerum quo omnia ab inuicē distinguntur: Terra ab Aqua: Aqua ab Aere: Aer ab Igne: mensuram qua omnia limitantur ad certum gradum magnitudinis ꝛ paruitatis: puta agnuꝫ tante magnitudinis: Leonem maioris: Elephantem maxime ꝛc̄. ¶ Cum isto oculo carnis videbit substantiam rerū. s. substātiam terre: celi: solis: lune: ꝛ stellarum: substantiam dico non nudam sed accidentibus velatam. Et virtutem eorum quam habent ad effectus producendos. Et operationem eorū. s. effectus productos: vt puta fructificationē terre: motionem celi: ꝛ illuminatiōes solis: ꝛ ex his tribus consurgere poterit intellectus ad contemplandam immensam potentiā: sapiaꝫ: ꝛ bonitatē conditoris: ꝛ ad magnificādū: ꝛ laudādū suaꝫ altissimā maiestatē. ¶ Ad istū cōtemplatiōis gradū ascēderat ille magnus cōtēplator zorobabel qñ dicebat. 3. Esdre. c. 4. Magna ē terra ꝛ excelsū ē celū: ꝛ velox cursus solis: cōuertit in giro celū in locū suū in vna die. Nōne magnificus ē qui hec facit: ꝛ hic pmus gradus contēplationis consistit in imaginatione sensibilium.

fructificationem. Unde dicebant filij israel ad Moisen et Aaron Nũi. 20. Quare eduxistis nos in locum istum pessimum qui seri non potest: qui nec ficum gignit: nec vineam: nec malogranata: insuper et aquam non habet ad bibendum. Sic anima iniqua est inculta et infructuosa per voluntatem. ¶ Nam anima peccatrix omnia sua exteriora excolit et mundat: videlicet vineam: agrum: animalia: habitacula: vestes: et se ipsam totaliter incultam et inornatam deserit. ¶ Preterea anima peccatrix est serua diaboli: et ideo ea agit et ornat que pertinent ad dominum suum: et sic seipsam totaliter incultam relinquit. ¶ Et propterea anima peccatrix facta est serua sensualitatis: et ideo ornat et colit ea que pertinent ad sensualitatem et carnem quasi ad dominam suam: et sic semetipsam incultam deserit. ¶ Et propterea anima peccatrix est facta infirma per peccatum: et ideo non potest seipsam excolere extirpando malas herbas et sic se incultam dimittit. ¶ Hanc animam incultam quasi desertum considerabat Salomon quando dicebat Prouer. 24. Per agrum hominis pigri transiui et per vineam viri stulti: et ecce totum repleuerant vrtice et operuerant superficiem eius spine et maceria lapidum destructa erat. Et ideo talis anima merito comparatur deserto inculto. Anima etiam iniqua est infructuosa sicut desertum: quia ex quo dei gratiaʒ perdidit que est principium omnium bonorum fructuum: pro tanto ipsa remanet infructuosa nõ producens aliquem fructum bonum: quia mala arbor non potest bonum fructum facere. ¶ Figura huius sterilitatis anime inique habetur in euangelio Mat. 21. vbi dicitur. Quod Jesus videns fici arborem vnam secus viam venit ad eam et nihil inuenit in ea nisi folia tantum et ait illi: nunquam ex te fructus nascatur in sempiternuʒ et arefacta est continuo ficulnea. Ficulnea secus viam est anima in presenti seculo degens quod est via nostre peregrinationis: que tantum habet folia et nõ fructus: quia solum verba habet et nõ opera sicut et pharisei qui dicebant: sed nõ faciebant. Et ideo maledicitur a deo. Heu quot sunt de istis arboribus infructuosis: que tantum folia verborũ hñt. Merito ergo anima sic inculta et infructuosa per voluntatẽ: et per negligentiã deserto assimilatur.

¶ Quinto densum et plenũ arboribus siluestribus. Nã in d'serto sunt silue magne et arbores non domestice sed siluestres. Sic aĩa iniqua est cõdẽsata et plena prauis consuetudinibus quasi arboribus siluestribus: quia vicia que in principio erant paruula quasi plantule nouelle et poterant eradicari: nũc p longã consuetudinẽ creuerunt in arbores magnas et inextirpabiles: quia per cõsuetudinem facta sunt quasi naturalia. ¶ Nam licet aĩa in lauacro regenerationis fuerit plantata i terrã bonã fidei xpiane: tanquam arbor domestica: quia nõ sumus hospites et aduene sed ciues sanctorum et domestici dei vt pduceret fructus bonos. Tamen pp malã cõsuetudinẽ peccãdi mutata est in arborem siluestrẽ: quia consuetudo mutat naturam et quasi in aliam conuertit. Ecce carissimi anima baptizata est arbor bona et in terram bonaʒ plantata: sed pp malã parentum educationẽ: et demonũ cõtinuã infestationeʒ: et carnis importunam impulsionem: et malorum exemplorũ attractionẽ: ipsa aĩa ab ineũte pueritia cibis ac potibus imoderatis assuescit et sic per tempo-

cundia: serpens odium: serpens detra-ctio que omnia sunt venenosa. Generā tur etiam bestie multe. s. vicia carnalia ꝛ corꝑalia: bestia magna est luxuria: bestia magna gula: bestia magna auaritia: o quot serpētes ꝛ bestie sunt in hoc deserto spirituali qꝺ est anima. ¶ Figura Deutero. viij. Ductor tuus fuit in solitudine magna atqꝫ terribili: in qua erat serpens flatu adurēs: ꝛ scorpio ac dipsas: ꝛ nulle omnino aque. Moraliter: desertum siue solitudo magna atqꝫ terribilis ē anima peccatrix a deo ꝛ ab angelis derelicta ꝛ omni fructu bonoꝝ operum priuata. In tali anima est ser-pens flatu adurens. i. sṗbia q̄ suo spū ꝛ presumptiōe oīa bona opera cōburit: ꝛ scorpio. i. luxuria que sicut scorpio in principio applaudit: ꝛ in fine cauda pungit eternaliter interficiendo. Et dipsas que suo morsu facit siti interire. i. auaritia que cum mentem alicuius mordet: mori pre siti facit: qꝛ mens auari semel vicijs cupiditatis astricta semꝑ aurum semper argentum querit. Cū ergo anima iniqua sit serpētina merito desertū vocari potest.

¶ Octauo penuriosuꝫ ꝛ defectibile. In deserto solet esse penuria ꝛ defectuꝫ rerum oīum: qꝛ ibi nō est cultura: nec ar-bores fructificantes. ¶ Sic in aīa iniq̄ est magna penuria ꝑ appetitus ꝛ passiones q̄ sequntur ad vicia predicta. Nam vbi regnauit Superbia: Auaritia: Luxuria: Inuidia. Inde sequnt̄ appetitus ꝛ desideria insaciabilia circa bona temporalia. Nam superbus habet appeti-tum ꝛ famem honoris ꝛ laudiꝫ insaciabilem. Auarus appetitū lucri. Luxu-riosus appetitum delectationis: et sic in alijs. Similiter superbus etiā appetit lucrū vt possit acquirere honorē. Auarus etiam appetit honorem vt magis lucret̄. Luxuriosus appetit nūmos vt magis delectetur: et sic ex vicijs predi-ctis generantur appetitus insaciabiles: et anima fit penuriosa quasi desertum. ¶ Figura huius penurie moraliter habetur Nū. 21. Ubi murmurabat po-pulus dicens ad ductorem Moisem. Quare eduxisti nos de egipto vt more-remur in solitudine: deest panis: nō sūt aque. Desertū est aīa iniqua in qua est penuria et diuini verbi quasi cibi: et diuine gratie quasi aque. Populus murmurans et sitiens sunt vicia existentia in anima que generāt appetituꝫ insaciabilem circa bona temporalia. Et tātus est iste appetituꝫ et tanta penuria quod nunq̄ꝫ saciabitur: quia auarus non implebitur pecunia: sed semꝑ taliꝫ aīa erit ī penuria dicente Hiere. 17. Habitabit in deserto in sicitate ꝫ.

¶ Nono spinosum. In deserto .n. sunt spine īfinite. ¶ Sic ī anima iniqua sūt spine spirituales et remorsus conscientie qui sequntur ex viciis et appetitibuꝫ predictis. Nam post perpetrationē culpe sequitur in anima stimulus consciētie pungens et lacerans ipsam animam sicut spina lacerat carnē. Et in tali modo pungit animam iniquā quod nunq̄ꝫ inuenit requiem: sed semper est inquieta: vnde Isaie. 57. dicitur. Non est pax impijs dicit dominus. ¶ De istis spi-nis dicit Salomon Prouer. 24. Per agrum hominis pigri transiui et ope-ruerant superficiem eius spine. O iste spine quomodo lacerant infelices aīas homicidarum: latronum: inuidorum: lusorum: et fornicatorum qui licet letē-tur cum malefecerint et exultent in rebus pessimis. Tamē intus synderesis et cōscīa quasi spina acuta lacerat et pūgit animam vsqꝫ ad sanguinis effusio-nem. ¶ De his spinis prophetauit ille

magnus contemplator Job quando dicebat loquens de anima iniusta ꝛ spinosa Job.30. Qui inter huiuscemodi letabantur ꝛ esse sub sentibus delicias computabant. Has spinas pungentes sentiebat Dauid in anima sua quando dicebat in ps.50. Et peccatum meum contra me est semper. s. stimulando: pungendo: ꝛ lacerando animam meam. Cum ergo anima iniqua sit ita spinosa merito deserto assimilatur.

¶ Decimo inuium ꝛ inhabitatum. Deserta communiter sunt inuia ꝛ inhabitata propter loci horrorem ꝛ incongruitatem. Sic anima iniqua est inuia ꝛ inhabitata per sui effusionem ad exteriora. ¶ Nam anima sic stimulata ꝛ puncta a spinis ꝛ stimulis conscientie non inueniens in se requiem tota se effundit ad exteriores delectationes vt saltem ibi requiescat: sed quia bona huius mundi sunt instabilia ꝛ imperfecta: ideo animam quietare ꝛ satiare non possunt: propter quod anima iniqua facta inquieta discurrit de delectatione in delectationem: de obiecto in obiectum: de negotio in negotium: de opere in opus: ꝛ ita nunquam redit ad se ipsam: nec ad conscientiam propriam: nec habitat intra semetipsam. Sed semper habitat in rebus exterioribus cogitando: diligendo: disponendo: et operando exteriora: ꝛ hoc modo misera anima fit inuia ꝛ inhabitata. Unde anime inique imprecabatur propheta dicens in ps. Fiat habitatio eorum deserta ꝛ in tabernaculo eius non sit qui inhabitet.

¶ Figura huius egressionis anime a semetipsa ad huius mundi exteriora habetur in Cayn Gen.4. vbi dicitur Egressus Chayn a facie domini habitauit profugus in terra ꝛ ad orientalem plagam eden. Chayn qui interpretatur possessio aut acquisitio representat animas iniquam ꝛ rerum temporalium amatricem quas ꝛ acquirere ꝛ possidere desiderat. Hec anima misera occidit fratrem suum Abel iustum: quia peccando mortaliter occidit xpm innocentem ꝛ rursum eius sanguinem effundit. Et post peccatum commissum egreditur a facie dei: quia cadit ab eius gratia: egreditur a facie dei quia exit a semetipsa que est quasi facies vel imago dei: et sic habitat profuga super terram quia in nulla re inueniens requiem discurrit vagando per multa: modo hoc: modo illud querens. Et habitat ad plagam orientalem eden. Eden interpretatur quadrupliciter: vz voluptas: ornatus: diuitie: delitie. Per eden ergo intelliguntur ista quattuor: per plagam vero orientalem in qua incipit dies intelligitur principium. Anima ergo iniqua postquam egressa est a deo ꝛ facta profuga per diuersas creaturas: habitat in plaga orientali eden: quia querit principia ꝛ radices voluptatum: ornatus: diuitiarum et delitiarum. Habitat in plaga orientali eden: quia suum principale studium: ꝛ principale exercitium ponit in acquirendo delectationes carnales gule: luxurie: ꝛ somni. In acquirendo ornatus vestium: lectorum: ac domorum. In acquirendo diuitias mobiles ꝛ immobiles. In acquirendo delitias in sonis: iocis: ꝛ cantilenis: et sic anima misera extra se dispersa seipsam inhabitatam dereliquit. Contra istas animas iniquas extra se dispersas clamabat propheta dicens. Redite preuaricatores ad cor. ¶ Figura huius egressionis anime ad ista exteriora habetur Luc.xv. In parabola filij prodigi qui a patre recedens abijt in regionem longinquam ꝛ dissipauit totam substantiam suam viuendo luxuriose: ꝛ post hec missus est in villam ad pascendos porcos: ꝛ vescebatur

siliquis ꝛ fame moriebatur. Qui tandem ad se reuersus ꝛ suam infelicitatē recognoscens ad patrem suū reuersus est: ꝛ ab eodem gratiose susceptus.

¶ Moraliter filius prodigus a patre recedens est anima iniqua a diuina grā cadens: que a se exiens vadit in regionem longinquam bellando: mercando nauigādo in oriētē: occidentē ꝛ meridiē pp appetitum lucri temporalis: sed sic discurrendo dissipat totam substantiam viuendo luxuriose: qꝛ pdit ꝛ cōsumit oēs virtutes theologicas: fidē: spē ꝛ caritatē. Et cardinales: prudentiam: iustitiam: fortitudinem: ac temperātiā. Et omnes virtutes morales: humilitatem: mansuetudinem: continentiam: et tandem vescitur siliquis porcorum q̄ sūt fructus siluestres ꝛ moritur fame: quia in se facta sterilis sicut desertum nullum cibum exterius inuenit qui eā replere sufficiat. Sed dei gratia preueniente aliquando redit ad seipsā ꝛ postmodum ad patrem suum deum. Cū ergo anima iniqua sit plena spiritualibus cauernis: serpentibus: latronibus: ꝛ arboribus infructuosis. Cum sit inculta: penuriosa: spinosa: inuia: ꝛ inhabitata sicut desertum: merito deserto assimilari potest. ¶ De ista anima iniqua ꝛ ad modum deserti plena mōstris ꝛ animalibus ꝛ īhabitata atqꝫ desolata pōt intelligi illud quod scribitur Isa. 34. vbi dicitur. ¶ Desolabitur in secula seculorum: non erit trāsiens per eam: ꝛ possidebunt eā onocrotalus ꝛ ericius. Et ibis et coruus habitabunt in ea: et orientur in domibus eius spine et vrtice et paliurus in munitionibus eius. Et erit cubile draconum: et pascua strucionum. Et occurrēt demonia onocentauris: et pilosus clamabit alter ad alterum. Ibi cubauit lamia et inuenit sibi requiem. Ibi habuit foueam ericius et enutriuit catulos: et circūfodit et fouit in vmbra illius. Illic congregati sunt milui alter ad alterum. Requirite diligenter in libro domini et legite: vnum ex eis non defuit. Alter alterum non quesiuit. Hec omnia sunt signa terre vel ciuitatis deserte: que omnia sunt spiritualiter in anima iniqua. Et ideo merito comparatur deserto: quia est terra deserta inuia et inaquosa.

¶ Quomodo anime iuste optime deserti conditiones conueniunt. Cap. iiij.

Venite ascendamus ad montē domini: ꝛ docebit nos vias suas. Qꝛ cupientes de huius mundi egipto ad terrā promissionis peruenire: necesse hn̄t p desertū aīe rōalis ptrāsire. Postqꝫ vidimus quō aīa iniq̄ deserto assimilat̄ pp eius malas ɔditiōes: supest videre quō aīa iusta et vere hebrea siue israelita deserto illo figurat̄: p qd̄ trāsierunt filij israel de egipto ad terrā pmissiōis pficiscētes. Nā illud desertū.

¶ Primo erat medium inter egiptum et terram promissionis: ita quod filij israel necesse habuerunt illud desertuꝫ totum pertransire vsqꝫ ad eius extrema antequam terram promissionis intrarent. ¶ Sic anima iusta per suam essentiam et naturam est media inter mundum et deum. Inter sensibilia et intellectualia: inter visibilia huius mūdi et inuisibilia dei. ¶ Nam anima sub se habet quattuor genera rerum. ¶ Primo habet sub se simplicia corpora prout sunt oēs sphere cele-

stes & oia quattuor elementa. ¶ Secundo corpora mixta inanimata prout sunt lapides & terre mineralia & aeris impressiones. ¶ Tertio corpora vegetabilia prout sunt arbores & plante. ¶ Quarto corpora sensitiua prout sunt animalia bruta & corpus suum organicum perfectum aia sensitiua. ¶ Quinto est ipsa aia q cu suo isimo vnitur supremo corporis sensitiui & organici. ¶ Sexto angelica natura q pfectior est in nalibus. ¶ Septimo ipse deus gloriosus qui aiam ipsam in orizonte temporis & eternitatis creauit: qr ipsa anima inquatum vnitur corpori quod tempori & motui subiacet: participat cum tempore: inquantum vero spiritus est ad dei imaginem factus & incorruptibilis per naturam: participat cum eternitate. Et sic est in medio corporalium & spiritualium: sensibiliu & insensibilium: visibiliu & inuisibilium: corruptibiliu & incorruptibiliu: cotituta. Et sicut luna mediat inter solem & terram quam disponit & qualificat: sic anima mediat inter deum & corpus quod gubernat. Et quia omnis nostra cognitio a sensibilibus initiu hz: volentes ascendere ab huius mudi sensibilibus ad dei inuisibilia cotemplanda: prius necesse habent p aiam pertransire quasi per medium extremoru. Et sicut filij israel non puenerut ad terra pmissiois nisi prius pagrato deserto: sic ho deuotus no ascendet a sensibilibus huius mundi: ad cotemplatione dei: nisi prius intrauerit in desertu aie sue p contemplatione & cognitione sui. Quia ergo anima mediat inter mundu & deum merito deserto assimilatur. Cognosce ergo teipsum.

¶ Secudo luminosum: na desertuz per quod trasierunt filij israel fuit illuminatu p coluna nubis lucetis & illuminatis p nocte que p totu desertu non defecit eos sicut patet Exo.13.&.14.&.40. ¶ Sic anima iusta est luminosa p intellectu: qr het in se luce supsubstatialem deu qui habitat in aia taq in teplo suo & est lux in qua non sunt vlle tenebre. ¶ Secudo est luminosa qr het in se lume diuine gratie gratu facietis que est lumen spirituale aiam illuminas in tenebris temptationum. ¶ Tertio est luminosa quia het lumen spuale diuine scripture q est lucerna pedibus boium in huius mudi deserto comorantium. ¶ Quarto e luminosa: qr hz lume ronis i intellectu qd e qda impssio diuini luminis in aia ronali. ¶ Unde sicut sol materialis est lumen mundi maioris illuminans superiora: media & inferiora: & ad oem locale dnam. Sic & intellectus humanus siue ratio naturalis e quoddam lumen spirituale mundu minore illuminas quo ad supiora.s. q ad deu. Ad equalia siue media q ad seipz. Ad inferiora quo ad infernu. Ad ea q sunt retro.s.preterita. Ad ea que sunt ante.s.futura. Ad ea que sunt iuxta.s. psentia. Ad ea q sunt a dextris quo ad psperitates. Ad ea que sunt a sinistris quo ad aduersitates: & sic illuminat ad oem dnam. ¶ Figura huius lucis ronis nalis hr Gen.j. quando dixit deus. Fiat lux & facta est lux. Lux est ro nalis siue lumen intellectus illuminas terram humani corporis obscura & tenebrosam. ¶ Hoc lume ronis & intellectus nalis cognouit ille ppha eximius Dauid qn dixit ps.4. Signatu e sup nos lume vultus tui dne dedisti letitia in corde meo. Et sicut coluna ignis illuminans in nocte letificauit filios israel & nuq deseruit vsq ad terra pmissiois sic lume nale intellus est illud qd letificat veros israelitas i psenti pegrinatioe &

eos comitaẽ vsqz ad introitũ terre sup ne ꝓmissionis. Cũ ĝ aia iusta sit tota luminosa p intellectũ ꝛ rõnẽ naturalez merito deserto assimilatur.

¶ Tertio legiferũ siue legale. ¶ In deserto.n.data est lex diuina cũ magna solẽnitate:cũ tonitruis:fulgoꝛibus: nubibus:ꝛ clãgoꝛibus tubaꝝ sicut pꝫ Exo. 19.ꝛ.20. ¶ Sic aia iusta ẽ legifera siue legalis p memoriã. ¶ Nã in memoria aie iuste impssa est lex nãlis q̃ dictat alteri eẽ faciẽdũ:qd̃ sibi quisqꝫ fieri recte velit: ꝛ alij nõ faciẽdũ qd̃ sibi fieri nolet. ¶ In eadẽ memoria scripta est lex diuina que dictat deum timendum: adorandũ:diligẽdum:ꝛ ei obtemperãdum:in eadẽ memoria est lex moralis que dictat hoiem in seipso debere esse sobriũ pũ: cõtinẽtẽ:humilẽ ꝛ patiẽtẽ: ¶ De ista lege scripta in memoria anime rationalis dicit deus per os Hieremie prophete Hiere.3. Dabo legẽ meã in visceribus eoꝝ ꝛ in corde eoꝛuꝫ scribam eam:per viscera ꝛ coꝛ que sunt intima hois:intelligi põt memoria que ẽ virtus in intimis abscondens oia que apprehẽdit intellectus. De ista lege scripta in memoria aie rõnalis dicit Apl's ad Ro.2. Cum gẽtes que legem non habent:naturaliter ea que legis sunt faciũt:ipsi sibi sunt lex:qui ostẽdũt opus legis scriptũ i coꝛdibus suis: testimonium redente illis conscientia ipsoꝛum. Et sicut in deserto date sunt plures leges: sicut patet in Exo. Leui. ꝛ Nũi. Sic memoria anime cotidie promulgat leges:dictans volũtati:quid agẽdũ quid fugiendũ: quid timendum: quid amandũ:quid sperandum: ꝛ quid credenduꝫ: ꝛ propter hec anima iusta merito deserto assimilatur.

¶ Quarto seditiosum ꝛ contentiosum. Nã in deserto facta est multiplex seditio ꝛ cõtẽtio inter ipsos filios israel adĩuicẽ. ¶ Primo nãqꝫ murmurauit populus cõtra ductores suos Moisez ꝛ Aaron pp famẽ Exo. 16. ¶ Secũdo iurgati sunt cõtra eos pp sitim ꝛ aquaꝫ Exo.17. ¶ Tertio pugnauerunt Leuite cõtra fratres suos ꝛ cognatos: ꝛ interfecerunt q̃si viginti tria millia Exo. 32. ¶ Quarto choꝛe dathan ꝛ abiron rebellauerunt ɔtra Moisem ꝛ Aarõ: quos terra apta deuoꝛauit viuos Nũi. 16. Et sic in illo deserto fuerunt multe seditiones ꝛ cõtẽtiones filioꝝ israel adĩuicẽ ꝛ cõtra ductores ꝛ principes suoꝫ Moisen ꝛ Aaron. ¶ Sic aia iusta est seditiosa ꝛ cõtẽtiosa in semetipsa: quo ad voluntatẽ. Nã semp hẽt sensualitatem rebellantẽ: ꝛ sensus contra ipsam murmurantes. Et isti subditi aliquando murmurãt ꝛ rebellãt pp famem.i. pp gulam:qꝛ vellent epulari. Aliquãdo pp aquã ꝛ sitim.i.pp auaritiã:qꝛ vellẽt absoꝛbere omnia. Aliqñ pp idola.i.pp lasciuiã q̃ mulieres colit que sũt quasi simulacra picta. Aliqñ pp dignitates ꝛ officia qꝛ vellẽt dñari ꝛ preesse. Sed ipsa voluntas debet tales subditos in domo sua rebellãtes:quasi alter Moiseꝫ vel p oꝛationẽ cõpescere: deũ deprecando:vel interficere gladio diuini sermonis: vel p aptionẽ terre deuoꝛãtis.i.p considerationẽ pene infernalis extinguere ꝛ absoluere. O quot seditiones sunt in aia iusta ɔtinue. Omni.n.hoꝛa populus sensualis contra ipsam voluntatem rebellat. Sed ipsa debet eum seuera castigatione compescere. ¶ Hanc seditionẽ intra se habebat ille contemplatoꝛ magnificus Paulus Apl's quãdo dicebat ad Ro.7. Video aliam legẽ in mẽbris meis repugnãtẽ legi mẽtis mee ꝛ captiuãtẽ me in lege peccati q̃ est in mẽbris meis. ¶ Figura huius sedi

absorbere

tionis ꝛ rebellionis habet̄ Gen. 16. In agar ancilla sarre q̄ cōtēnebat dominā suam ꝛ illa eam affligebat quam angelus iussit humiliari sub domina sua. Sarra est voluntas principans in regno anime. Agar ancilla est sensualitas rebellans ꝛ murmurans contra eam quam illa debet affligere ꝛ castigare vt humiliet̄ sub manu eius. ℂ Hoc mō castigabat Paulus sensualitatez rebellātē qn̄ dicebat. j. ad Cor. 9. Ego sic pugno nō quasi aerē verberās: sed castigo corpus meū ꝛ in seruitutē redigo. Et propterea aīa iusta q̄ tales hꝫ seditiōes merito deserto assimilatur.

ℂ Quinto bellicosum ꝛ guerriferum. ℂ Naz in deserto fuerunt multa bella inter filios israel ꝛ inimicos extraneos quos expugnauerūt ꝛ vicerūt. Nā pugnauerunt ꝯtra amalechitas Nūi. 14. Contra Cananeum Nūi. 21. Contra Seon regem Amorreorum Nūi. 21. Contra Og regem Basam Nūi. 21. Contra madianitas Nūi. 31. ℂ Sic aīa iusta est bellicosa quo ad hostes extraneos ꝛ quo ad exteriora. ℂ Et primo pugnat contra amalechitas qui interp̄tant̄ gētes brute ꝛ significāt demones infernales contra quos aīa iusta semp̄ preliat̄. ℂ Secūdo ꝯtra cananeū qui interpretat̄ cōmutatus vl' cōmutatio: ꝛ significat istū mūdum ꝛ dignitates eius qui est in continuo motu ꝛ volubilitate cōtra quem aīa sancta cōtinue pugnat. ℂ Tertio contra Seon regē amorreorum: Seon interpretatur tētatio lacesēs. Amorrei vero iterpretātur amari vel populi illuminati: ꝛ significant aduersa ꝛ tribulationes aut persecutiōes huius mundi que nos temptant ꝛ puocant ad malum ꝛ amaricant sed illuminant: quia sola vexatio dat intellectum. Cōtra que aīa iusta continuo dimicat.

ℂ Quarto ꝯ Og regē basan: og interpretat̄ cōgregās: aceruans: aut ꝯgregatio: Basan cōfusio ꝛ significāt auaritiā ꝛ cupiditatē rerū tēporaliū q̄ semp̄ cōgregare ꝛ coaceruare festinat sed tādē ducit ad confusionē eterne nuditatis ꝛ paupertatis. Contra quā aīa iusta semp̄ decertat. ℂ Quinto ꝯ madianitas qui interpretant̄ rīdentes iniqui ꝛ ꝯdicentes ꝛ significāt hoīes mūdiales qui sūt iniqui ꝛ deo ꝯdicētes ꝛ ꝯ istos aīa iusta hēt cōtinuā pugnā tolerādo ꝛ sustinendo eorum mala verba et deteriora opera et pessima exempla. Et ideo aīa iusta sic bellicosa ꝯtra hostes externos merito deserto assimilatur.

ℂ Septimo angelicum. Illud desertuz per quod ambuleuerūt filij israel fuit angelicū: qꝛ angelus ductor eoꝝ fuit p̄ nubem in die et p̄ colūnā ignis in nocte: q̄ ministerio angeli gubernabat̄: sicut patet Exo. 14. 32. et. 23. Ubi dicitur. Ecce ego mitto angelū meū qui p̄cedat te et custodiat te in via et introducat in locū quē p̄paraui tibi: obserua eum et audi vocē eius etc̄. ℂ Sic aīa iusta est angelica qꝛ hēt angelū ductorem sui. s. xp̄m Jesum qui est magni cōsilij angelus qui cū nube sue carnis eaꝫ in nocte tribulationis illuminat: et in die p̄spe/ritatis refrigerat. Hic angelus domini p̄cedit aīam in hac nr̄a peregrinatione: qꝛ ip̄e cepit facere et docere et est via q̄ ducit ad vitā. Huius āgeli vocē debet aīa deuota audire et eū quo ad mores et vitā obseruare qui introducet eā in locū quē p̄parauit dn̄s. s. celestē paradisum. Et hic angelus aīam illuminat superius. ℂ Habet aliū angelū qui illuminat et dirigit interius: et est conscientia intus stimulās et illuminās. ℂ Habet aliū angelū qui illuminat et dirigit exterius siue inferius quo ad corporalia et

sensibilia: et hic est prelatus qui verbis operibus et exemplis eam illuminat et dirigit quo ad agēda: fugiēda: credēda et sperāda: et iō qz est tota angelica merito deserto assimilatur.

¶ Septimo variū et multiforme. ¶ Nā i d̄serto illo filij israel: aliqn̄ ꝓcedebāt: aliqn̄ retrocedebāt: aliqn̄ hēbāt habūdātiā: aliqn̄ penuriā: aliqn̄ vincebāt: aliqn̄ succūbebāt: aliqn̄ ꝯsolabāt̄: aliqn̄ tristabāt̄: aliqn̄ laudabāt deū: aliqn̄ murmurabāt ꝯ eū: aliqn̄ hēbāt tediū itineris: aliqn̄ timorē inimicoꝝ: aliqn̄ desideriū ruertēdi i egiptū: aliqn̄ appetitū carniū: ceparū: porroꝝ: et allioꝝ: cucumerū: et peponū: aliqn̄ figebāt tētoria et stabāt: aliqn̄ mouebāt castra et ꝓcedebāt: et p quadraginta duas māsiones procedēdo tādē ꝑuenerūt ad finē deserti et ad fines terre ꝓmissionis. Hec omnia sūt manifesta ītuēti Exodū: Leuiticū: et librū numeroꝝ. ¶ Sic aīa iusta et cōtemplatiua est varia et multiformis in motibus suis interioribus: nā mō ascēdit p spem: mō descēdit p desperationē: mō vincit: mō vincit̄: mō ꝯsolat̄: mō tristat̄: mō infestat̄ tedio laboris: mō strepitu tēptationū: mō timet dei iudicia: mō formidat inferni suplicia: mō ascēdit p ignitū feruorē: mō descēdit p ignauum torporē. Et nullus inexptus credere posset quot motibus et agitationibus internis vētillat̄ aīa cōtēplatiua q̄ ad terrā ꝓmissiōis ascendere festinat.

¶ Exēplū huius varietatis aīe cōtēplatiue et iuste est claꝝ in volatilibus celi: que ī volatu suo sunt varia et multiformia: nā mō sursū: mō deorsū: mō ante: mō retro: mō a dextris: mō a sinistris volāt: mō expāsis alis: mō cōstrictis volāt. Sic aīa cōtēplatiua q̄ est auis mistica i suo volatu variat̄ sicut auis: vn̄ dr̄. Hō nascit̄ ad laborē: et auis ad volatū. Homo qui dicit̄ ab humo est aīa peccatrix q̄ pp terre amorē peccat: et in terra inferni sepeliet̄. Hec aīa nascit̄ ad laborē: qz in hoc mūdo laborat p desideriū in anima: et per exercitiuz in corpore: et in inferno laborabit i vtroqz. Sed auis est anima cōtemplatiua que relictis terrenis per desideria in celestia eleuat̄: et more auis volantis motibus innumerabilibus alterat̄. O quot tedia: quot tēptatiōes: quot vicissitudines: quot statiōes necesse est ptrāsire āteq̄ ꝑueniat̄ ad fines terre ꝓmisse. ¶ Hāc varietatem anime contēplatiue viderat ꝓpheta cū dixit in ps. Ascendunt vsqz ad celos et descendunt vsqz ad abissos. Cuz ergo anima sit ita varia et multiformis in suis motibus interioribus merito deserto assimilatur.

¶ Octauo aquosum et potabile. ¶ Naz in illo deserto inuenerunt aquas multiplices p̄ aquas marath amarissimas Exo. 15. Aquas dulces. 12. fontiū q̄ erāt in Helin Exo. 15. Et aquas superna virtute productas de petra que erant dulcissime Exo. 17. ¶ Sic anima iusta et contemplatiua habet in se diuersas aquas. ¶ Primo habet aq̄s amaras pp recordationē et cōtritionē peccatoꝝ. Has aquas habebat ps[ta] qn̄ dicebat ī ps. 118. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: qz non custodierūt legē tuā.

¶ Secundo aquas compassionis quo ad miseriam proximi. Has aquas habebat ille magnus contemplator Job in sua prosperitate qui dicit de seipso. Job. 30. Flebam quondam super eo qui afflictus erat et compatiebatur anima mea pauperi. Et Hieremias tre. 3. Diuisiones aquaruz deduxit oculus meus in contritione filie populi mei.

¶ Tertio aq̄s deuotionis p̄ desiderio superne patrie. Has lachrymas habuit

ille cōtemplator qui dicebat in ps. Heu mihi quia incolatus meus prolōgatus est. Et illi qui dicebant in ps. Super flumina babilonis illic sedimus et fleui mus dum recordaremur tui sion: et iō anima cōtemplatiua que sic est aquosa deserto merito assimilatur.

¶ Nono cerimoniosū et sanctimoniale. ¶ Naz in deserto ordinatus est cultus dei: cerimonie: purgatiōes: oblationes: holocausta: altare: mensa: tabernaculū. archa federis: leuite ministrantes: et sacerdotes: et omnia que pertinent ad cultum diuinum: sicut patet in Exo. Nū. et maxime in leuitico. ¶ Sic anima iusta contemplatiua est tota cerimoniosa et sanctimonialis: quia ordinat ea que pertinent ad diuinum cultum. Naz purgationem facit quando confitetur. Ordinat cerimonias qn̄ regulat oēs sēsus Construit altare quando preparat cor offert holocausta: quādo do offert sua desideria. Preparat mensam qn̄ scrutatur sacram paginaz. Fabricat archā quando vacat contemplationi. Ordinat ministros quando applicat sensus ad opera deuota. Ordinat sacerdotes quando applicat voluntatem: intellectū et memoriam: ad ipsum deū et ad considerandа diuina. Offert oblationes qn̄ oia opera sua dirigit in deuz. Et sic aīa est tota cerimonialis et sanctimonialis. ¶ De ista aīa contemplatiua potest moraliter intelligi illud ps. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate. Regina est aīa iusta et contemplatiua bene regens corpus et sensus: que stat a dextris dei ꝑpter gratiaz quā hēt et cōtemplationē quā exercet: que sunt dei dona potiora. Et est circundata varietate quia omnes vires et omnes sensus ad diuersas cerimonias applicat. Et circundata varietate: quia modo purificat: modo offert: modo cōstruit altare: et inumera deuotiōis officia exercet. Et iō qr ē tota cerimonialis merito deserto assimilatur.

¶ Decimo montuosum. ¶ Nā in deserto illo facta sunt mirabilia in montibus vz in monte oreb apparuit dñs Moisi in flāma ignis Exo. 3. Totus mons synai fumigabat. Exo. 19. In monte synai viderunt seniores israel deuz Exo. 24. In monte synai Moises recepit legem dei Exo. 20. et 25. ¶ Sic anima iusta et contemplatiua post predicta est montuosa. Nam postq̄ inuenit aquas predictas et est facta cerimonialis et deuota incipit esse montuosa .i. contemplatiua: et eleuata. Nā eleuat mētis oculos s. memoriam: intellectum: et voluntatez ad patriam supernam considerandaz. In qua videt deum in flāma sue claritatis: videt montem fumigantē et buccinantem .i. supernam angelorum societatem orantem et magnificantem deum. Ibi etiam audit et recipit legem dei: qr ibi inuenit perfectam caritatem et dilectionem que est plenitudo legis. ¶ Super hos montes leuauerat oculos suos propheta cuz diceret in ps. Leuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi. Et sicut in illo deserto principes ppl'i: Moises: Josue: Aarō: et alii principales sepius in montem ascendebant sicut patet in Exodo: Nū: et Leuitico. Sic principes aīe contemplatiue .i. memoria: intellectus: et volūtas: qui sūt rectores totius corporis sepius ascendunt ad mōtes cōtēplatiōis: cogitādo: speculādo: et diligēdo celestia. Et iō aīa iusta et contemplatiua merito deserto assimilatur.

¶ xi° manifestū. ¶ In deserto illo filii israel nutriti sunt manna celesti per annos quadraginta donec attingerent fines

nes terre chanaã sicut dicit̃ Exo. xvj. Et illud manna dr̃ ros: panis de celo: quem colligebant in certa mensura ꝛ habebat omne delectamẽtum ꝛ oĩs sa poris suauitatem Sap. xvj. ¶ Sic ani ma cõtemplatiua post eleuationem in montes contemplationis incipit gusta re manna. i. celestes consolationes per manna designatas. Nã sicut manna de celo descendebat sic spũalis consolatio est a deo. Et sicut mãna erat quasi ros ꝛ pruina vel descendebat cum pruina Nũi. xj: Qui ros est refrigeratiuus sic ꝛ celestis ꝯsolatio aĩam a calore pas sionum refrigerat. Et sicut panis cõfor tat ꝛ confirmat cor hoĩs: sic ꝛ celestis cõsolatio aĩam confirmat. Et habebat omne delectamẽtũ qꝛ celestis cõsolatio vnicuiqꝫ appetitui se conformat ꝛ vni cuiqꝫ defectui nostro succurrit. ¶ De ista cõsolatione celesti dicit p̃s^ta in p̃s. Parasti i dulcedine tua pauperi deus. Et pp̃ hoc aĩa iusta ꝛ cõtẽplatiua meri to assimilat̃ deserto pp̃ gustũ superne manne ꝛ diuine consolationis p totum iter huius peregrinationis.

¶ 2° reuelatiuũ. ¶ In deserto illo fa cte fuerũt varie reuelationes ꝛ visiões angelorũ: flãmarũ: tonitruũ: fulgurũ: fumi: sicut patet Exo. 3. ꝛ 9. ꝛ alibi plu ries. ¶ Sic anima contemplatiua ꝛ iu sta post gustum superne suauitatis de uenit ad angelicas ꝛ diuinas visiões si ue intellectuales siue imaginarias ex quibus fit tota radiosa: luminosa ꝛ di uina. Sic enim Moisi post colloquiũ cum deo est facta facies eius ita radiosa quod filij israel in eum aspicere nõ pos sent Exo. 34. Sic anima cõtemplatiua per diuinas visiones ꝛ angelicas appa ritiões fit tota radiosa ꝛ luminosa atqꝫ diuina: ꝛ cum his diuinis reuelationi bus deducit̃ vsqꝫ ad terrã promissio nis supernam. Cum ergo anima iusta ꝛ contemplatiua habeat cõditiones de serti merito deserto assimilat̃. Et pro tanto si volumus de hoc mundo sensi bili ad deum inuisibilem contemplãdũ ascendere: debemus per hunc desertũ aĩe pertransire incipiẽdo ab eius initio ꝛ procedendo vsqꝫ ad extremum. Ue nite ergo omnes vere israelite ꝛ ingre diamur in desertum anime nostre con siderando eius magnitudinẽ: latitudi nem: dignitatẽ: cauernas: recessus vsqꝫ ad extremum profundissime humilita tis ꝛ sic ascẽdamus ad mõtẽ dñi.

¶ Notabilia septeꝫ ad rationalis anime quidditatem pertinẽtia. Cap. v.

Venite ascenda mus ad montẽ domini ꝛ do cebit nos vias suas. Qꝛ trãsi turi sumus per desertũ anime nostre quod est spaciosum valde: incipiendũ est a principio: quatenus ordinato pro gressu per mediũ veniamus ad extre mũ. Principiũ aĩe ptinet ad eius essen tiam potentias ꝛ vires. Mediũ vero ad eius virtutes. Extremũ vero ad vir tutum consumationẽ ꝛ profundissimã humilitatẽ. ¶ Et ideo a primis incipiẽ do primum occurrit inuestigare quid sit anima rationalis secundũ suã essen tiam. Huic questioni respondet theolo gorum scola a deo per fidem illumina ta. Quod anima rationalis est substan tia incorporea: rationis particeps: a deo creata de nihilo: ad imaginem dei: re gendo corpori accommodata: cum cor pore ad beatitudinem ordinata. In ista diffinitione aĩe sunt septẽ partes q̃ eius essentiam ꝛ dignitatem indicãt.

¶ Prima est substantia incorporea: in

Quid sit aĩa

qua sunt notanda tria. ¶ Primum est qd aia per hoc qd est substātia differt ab omnibus accidentibus: siue sint accidētia naturalia ꝛ corporalia sicut albedo: nigredo: siue sint spiritualia sicut sunt sciētia: virtutes morales: siue sint accidētia supnaturalia sicut sunt fides: spes: caritas. ¶ Unde anima per hoc quod est substantia q per se potest esse ꝛ stare. Non est aliquod accidens perceptibile a visu puta lux vel color. Nec aliquod perceptibile ab auditu puta sonus aut vox. Nec aliquod perceptibile ab odoratu: puta odor aut fetor. Nec aliquod perceptibile a gustu: puta dulcedo: amaritudo: sapor. Nec aliquod perceptibile a tactu: puta caliditas: frigiditas: humiditas: ꝛ siccitas: quia hec omnia sunt accidentia corporum.

¶ Preterea anima non est aliquis habitus vel virtus intellectualis: quia nō est sapientia que est habitus intellectualis altissimarum ꝛ primarū causarū. Nec intellectus qui est habitus intellectualis principiorum. Nec scientia que est habitus intellectualis conclusionū. Nec prudentia que est habitus intellectualis agendorum. Nec ars que est habitus intellectualis faciendorum in materia exteriori: sicut est de arte pictoris qui in tabula ponit ꝛ facit opus artis sue: quia hec omnia sunt accidentia intellectus: anima autem est substantia.

¶ Preterea anima non est aliquis habitus vel virtus moralis que sit in voluntate. Nā non est iustitia que est virtus distributiua secundum rationem: nec temperantia que est moderatiua passionū: nec fortitudo: nec est magnanimitas: nec magnificentia: nec liberalitas: nec māsuetudo: nec alia virtus moralis: quia hec omnia sunt accidentia voluntatis. Anima vero est substantia.

¶ Preterea anima non est aliquis habitus vel virtus theologica siue supernaturalis: nam non est fides que illuminat intellectum ad credenda supernaturalia: nec spes que eleuat memoriā siue irascibilem ad desideranda eterna: nec caritas que accendit voluntatem ad diligenda celestia: quia ista omnia sunt accidentia ipsius aie. Aia vero est subā.

¶ Preterea anima non est aliquis habitus beatificus ꝛ diuinalis. Nam aia non est tentio est q correspondens memorie siue in memoria. Nec visio que est in intellectu beato. Nec fruitio que est in voluntate: quia ista sunt accidentia anime beate. Nec est impassibilitas que est accidens corporis gloriosi reddens ipsū impassibile. Nec est agilitas que est accidens corporis gloriosi reddens ipsum velocissimum ad motum. Nec est subtilitas que est accidens corporis gloriosi reddens ipsum penetratiuum. Nec est claritas que est accidēs corporis gloriosi reddens ipsum lucidum ꝛ clarissimū: quia omnia ista sunt accidētia corporis gloriosi: anima vero est substantia. Et quia substātia est nobilior accidēte: ideo anima est nobilior omnibus accidentibus predictis simul sumptis: imo vnica anima est dignior: nobilior ꝛ preciosior cūctis accidētibus predictis: quia anima potest per se esse: ꝛ est capax beatitudinis quod non possunt oīa accidentia simul. Omnia etiā accidentia predicta sunt ordinata ad animā tanq̄ ad finē ad perficiendum ipsā in se ꝛ in suis potentijs: ꝛ in suo corpore. Et ideo aia tanq̄ finis oium accidētium est ipsis nobilior ꝛ dignior. Et ꝑ tanto: si homo tantum laborat pro istis accidentibus sensibilibus: pro saporibus cantilenis: delectationibus: spectaculis: q̄to magis debet laborare pro anima

que est substantia. Si tantum laborat pro artibus acquirendis. Si tantũ pro scientia ꝛ sapientia mũdiali: quãto magis laborare debet pro anima q̃ est finis omnium: sine qua nec ipsa accidentia anime prosũt. Propter hoc dicebat saluator. Quid prodest homini si vniuersum mũdum lucretur: anime vero sue detrimentum patiatur quasi dicat nihil. Cotemplator ergo qui vult intrare ad cognitionem substãtialem anime transcendat gradatim omnia accidentia p̃dicta ꝛ cognoscat quod omnia sũt nihil in comparatione ad ipsam animã sicut vestis nihil est in comparatiõe ad ipsum corpus. Et omnia predicta de se sunt corruptibilia: anima vero incorruptibilis. Et ideo dicitur anima est substãtia quia per hoc differt ab omnibus accidentibus ꝛ excedit ea. ¶ Secundũ est quod aĩa per hoc qꝺ dicitur incorporea differt ab omnibus corporibus: que sunt in genere sex vꝫ quinqꝫ corpora simplicia: Terra: Aqua: Aer: Ignis: ꝛ quinta essentia. s. celi: ꝛ cõposita que habent esse a quattuor elementis: ꝛ a quinta essentia: dico corpora ianimata vt lapides: metalla: ꝛ impressiones. Aĩa ergo non est terra: nec aqua: nec celum: non lapis: non aurum: non argẽtum: qꝛ hec omnia sunt corporea ꝛ sunt longa: lata ꝛ profunda: qꝛ habẽt trinam dimẽsionẽ. Aĩa vero est incorporea: ꝛ iõ omnibus predictis nobilior. Imo vnica sola anima est omnibus p̃dictis insimul sumptis nobilior ꝛ dignior quia capax beatitudinis in se non sic illa corpora. Preterea omnia corpora predicta ordinantur ad corpus humanũ: corpus humanum ad aĩam: ergo anima tanq̃ finis omnium corporum est dignior omnibus corporibus. Et propterea si homo tantum laborat pro acquirẽdis terrenis possessionibus: pro auro argẽto pecoribus ꝛ huiusmodi corporalibus: a fortiori laborare debet ꝓ aĩa q̃ corporibus oĩbus p̃ponderat. Et iõ dicebat ille rex sodomorum Gen. xv. Da mihi aĩas cetera tolle tibi. Contemplator ergo qui vult ad cognitionem substãtialẽ aĩe intrare transcendat gradatim oĩa corpora predicta ꝛ cognoscat oĩa esse nihil in comparatione ad ipsam animam q̃, dr̃ incorporea ꝑ qꝺ differt ab oĩbus corporibus. ¶ Tertiũ est qꝺ aĩa ꝑ hoc qꝺ dr̃ incorporea denotaᷓ qꝺ ipsa est incorruptibilis secundum suam essentiã ab agentibus naturalibus. Nã ex quo est incorporea nõ põt corrũpi a celestibꝰ influentijs: nec a qualitatibus elemẽtorum: nec a virtutibus corporum mixtorum: qꝛ nullũ corpus põt destruere spiritũ: qꝛ nõ est passũ proportionatũ: ꝛ iõ cõtẽplator trãscẽdat oĩa corpora: ꝛ virtutes oĩuꝫ corpoꝝ ꝛ cogitet aĩam eẽ digniorẽ: qꝛ ĩcorporea ꝛ ĩcorruptibilis.

¶ Secũda est rationis particeps: vbi notãda sunt tria. ¶ Primũ est qꝺ anima per illam particulam rationis distinguitur ab omni anima irrationali. s. ab oĩ anima vegetatiua que plantas: arbores ꝛ omnia terrenascentia viuificat: ꝛ ab omni anima sensitiva q̃ volatilia: aquatica ꝛ omnia gressibilia viuificat: ꝛ propter hoc contemplator cupiens intrare ad cognitionem essentialem anime: trãscendat oĩa vegetabilia ꝛ oĩa sensitiua que rationis capacia esse non possunt. Aĩa vero rõnalis est ratiõis particeps. ¶ Secundũ est qꝺ aĩa per illam particulam: particeps conuenit cum angelica natura in duobus. Primo quia nec angelus nec homo perfectam rationem habet sed imperfectam quia finitam ꝛ limitatam: nam ꝛ angelicus ꝛ humanus intellectus sunt finiti quia creati.

Secundo quia nec angelus nec homo habēt rationē ex se siue ex natura sua: quia habent ipsam ab alio acceptam.s. a deo producente. Et ista notant̄ in hoc quod dicitur particeps: quod notat partem ⁊ captionem siue acceptionē illius: quia ⁊ angelus ⁊ homo illius rationis que est in deo perfecta ⁊ illimitata partem capiunt.i.aliqualez participationē per creationē cōicāt. Et iō cōtemplator qui ad cognitionē aīe substātialē intrare desiderat ad angelicam cognitionem appropinquare debet q₂ ambo sunt rationis diuine participes. ¶ Tertiū est quod anima per istas duas particulas predictas vz: substantia incorporea: rationis particeps: distinguit̄ a deo benedicto. Primo quia deus nō est substātia: sed supersubstantia siue supersubstantialis secundum diuinum Dionisium.c.j.de mistica theologia. Secundo q₂ deus non habet partez rationis sed totā imo fontalem rationez q₂ infinitā ⁊ illimitatam. Tertio q₂ deus non hēt rationem ab alio captam siue acceptaz: quia ex se ⁊ ex natura sua ⁊ a se habet rationem sicut ⁊ essentiā. Et ideo bene dicitur ꝙ aīa est substantia incorporea rationis particeps. Et pp hoc cōtēplator qui ad cognitionem substantialem anime ītrare desiderat debet esse rationalis: ⁊ debet subterponere omnia accidentia: oīa corpora: oīa vegetabilia: oīa sensitiua: ⁊ iuxta angelicā naturam se collocare: ⁊ solum deum supra se ponere: ⁊ sic aliqualiter ad aīe cognitionem penetrabit: ⁊ ad contemplationem magnam paulatim ascendet.

¶ Tertia est a deo creata. Ubi notanda sunt tria. ¶ Primum est quod aīa est creata a deo glorioso ⁊ benedicto īmediate tanꝗ̄ a causa sua efficiente: ⁊ non ab aliqua intelligētia vel creatura. Nec est creata a deo mediante aliqua intelligentia prout dixerūt quidā ethnici suo ingenio cathenas quasdam cōtorquentes ⁊ obliquantes: sed īmediate a deo: q₂ nullum creatum siue limitatuz pōt aliquid de nihilo creare: sed sola diuina potētia infinita: ⁊ ideo dicit̄ a deo creata.s.īmediate qđ pertinet ad causā efficientē ipsius anime. ¶ Secūdū est quod deus in corporis humani fabricatione vult adiutoriuz siue sociū habere quia ad corporis productionez concurrunt deus: sol: elementa: ⁊ homo. Sed in creatione anime nullum vult consortium nec habere potest: sed solus ipse animā creat. Et hoc recte agitur ne aīa rōnalis alicui agēti obligēt̄ nisi soli deo a quo solo totum suum esse suscepit. ¶ Tertiū est quod anima propter istaz suam creationem a solo deo īmediate metaphorice ascendit vsq₃ ad manus dei per dignitatem ⁊ nobilitatem: a quibus est formata ⁊ creata. Magna est enim dignitas est tractari manibus regijs a quibus non nisi electa ⁊ digna cōtrectantur. Et ideo cōtemplator volēs ad substantialē anime cognitionē intrare: trāscēdat oē creatū ⁊ ascēdat vsq₃ ad manus dei ⁊ cōsideret nobilitatem essentie aīe ꝗ̄ talibus manibus est compaginata: cōsideret ēt ꝙ aīa quo ad suū esse nulli est obligata nisi soli deo: ⁊ iō ipsi soli debet totū amorē impendere. O quātū obligatur anima deo.

¶ Quarta est de nihilo. Ubi notanda sunt tria. ¶ Primū aīa nō est creata de substātia dei q₂ dei substātia vl' essētia nō est diuisibilis. Nec est creata de mā celesti: vel de luce celesti: q₂ aīa est incorporea: nec de mā angelica ita qđ de essētia āgeli sit anima facta: nec de materia quattuor elementorum quia esset corruptibilis sicut illa. Nec est ex traduce

idest ex alia aia producta: sicut caro est ex traduce quia ab alia carne traducta et producta siue propagata: sed est de nihilo creata. Est tamen dubium magnum inter doctores. Utrum anima in se sit cōposita ex materia et forma: aliqui dicūt quod nec aia nec angelus habet materiam et formam qr sunt spūs simplices: tamen habent aliquid quasi materiā et aliquid quasi formā. s. quid et quale vz materiā et formā methaphisicā. Alij dicūt qđ aia et angelus sunt compositi ex materia et forma: q̄ materia est eiusdē rōnis cū materia corporū celestiū et elemētorū: sed est spūalis sublevata supra extēsionē: pvationē et corruptionē: ita q nec extēdit: nec priuat̄ nec corrumpit̄. Et quia talis materia non facit quantum: ideo non tollit simplicitatē ab aia vel angelo: qr sunt simplices carentes partibus q̄titatiuis: sz compositi habendo partes ↄstitutiuas siue quidditatiuas vz mām et formaz. Sed data qualibet istarum opinionuz sufficit quod anima est creata quo ad suum esse de nihilo. ¶ Secundū deus de nihilo produxit aiam: quia vel nulla materia digna videbatur pro tā nobili essentia producēda qualis est aia rōnalis. Uel ne anima nimis īclinaret amorem suum ad diligendam materiā illam de qua foret producta: quia simile naturaliter diligit sibi simile: sicut corpus nostrū terrenū nāliter terrā et terrena diligit. Sic aia si fuisset producta de terra nimis ardenter ipsam amaret sicut videmus q propter vnionem cū ipsa tm̄ diligit corpus terrenū. Sic si fuisset facta de materia alicuius elementi siue lucis siue celi nimis ardēter ea diligeret: vt ergo ad nullū diligēdū creatū se cōuerteret: sed ad solū deum: noluit eā deus producere de aliqua mā creata sed de nihilo. Et ppterea aia rōnalis quo ad suū esse essentiale nullum habet comertiū vel dependentiā a creatis sed a solo creatore et conditore deo benedicto. ¶ Tertium aia pducta est a deo de esse ideali: quod erat ab eterno in mente diuina: ad esse reale actualis existentie: quando actualiter creat̄ et infunditur corpori. Et quia illud esse ideale est in mente diuina et est idem qđ deus: possumus dicere sane intelligendo quod anima est producta de esse diuino: accipiendo illud de exemplariter nō materialiter: quatenus anima rōnalis totum suum amorem ↄuerteret ad illam diuinam essentiam: a cuius esse suū eē viuere: posse et diligere accepit. Et sic aia rōnalis quo ad causam suam materialem vel quasi materialē trāscēdit oīa creata quia de nihilo est creata .i. de nullo creato facta: et ascendit vsqz ad viscera vel vsqz ad pectus dei: methaphorice loquendo: in quo recondita est idea anime: de qua idea aia exemplariter est condita siue producta: o dignitas magna anime rationalis. Et propterea contemplator volens ad substātialē aie cognitionem intrare: ascendat vsqz ad viscera et pectus dei et ↄsideret: de q̄ nobili idea et principio exemplari sit anima pducta: qr de nullo alio extrinseco: sicut sunt alie corporales creature q̄ de subiecta vel cū subiecta materia producte sunt. Quod si dicas aiam rōnalem nō habere ideam in mente diuina particularem sicut alie creature: sed est ad imaginem totius trinitatis in se non alicuius idee particularis quod est magis verum ƀm Hugo. de sacris li. j. parti. v. c. iij. Hoc magis dignificat illam: et de hoc videbimus in sequenti particula.

¶ Quinta est ad imaginez dei: vbi sunt

tria videnda. ¶ Primum est qd deus animam produxit ad imaginem suam quantu3 ad naturalia ipsius anime: qz sicut deus est vnus in essentia τ trinus in personis. Ita aia est vna in essentia τ trina in potentia quia habens memoriam: intellectu: τ volutatem: produxit etiam eam ad similitudiné suá in gratuitis siue quátum ad dona gratuita: q erat iustitia originalis: τ mó est gratia gratú faciés. Sed qz ista similitudo est per culpá deformata: τ reformata est p gratiam in iustificatis τ beatis aiabus solum: nec est in oibus reformata. Idcirco in diffinitione anime non ponitur similitudo: sed imago: que inest omnibus: qz naturalia remanét ét in aiabus iniustis: vt diffinitio sit vniuersalis τ cóis oibus animabus. ¶ Secundú est quod deus creauit animaz ad imaginé suá τ non ad imaginem alicuius creati: qz similitudo é causa amoris vt aia ex hac imagine τ similitudine dei: ad ipm diligendum moueretur tanq̃ sibi simillimum. Et ad nullú creatú diligédum inclinaretur. Si.n. fecisset eam ad imaginem terre vel solis: aut alicuius alterius creature in eius amorem totaliter effunderetur: cum etiam nunc quod é ad imaginem dei: tam ardenter τ inordinate ea concupiscat τ diligat. Et hinc apparet q̃ magna sit anime deformatio: cui omnia alia sapiunt preter deu3: nam aia rónalis in amorem hominum .s. filiorú: vxorum: τ amicorú tota effúditur. In amoré pecunie ac rerú corporalium tota dilatatur. In amore3 labétiú delectationú tota liquescit. In amorem honorum: dignitatú: τ laudú: tota euanescit. Solum ad dei amorem inuenitur tepida τ sopita. Heu miseria magna. ¶ Tertium est quod anima p istá dei imaginem methaphorice loquédo ascendit per dignitatem vsq3 ad faciem dei. Ná imago τ similitudo corporalis duorum adinuicé: maxime attédit in facié vtriusq3. Et ió cú aia sit ad dei imaginé τ similitudiné: vr vsq3 ad eius facié ascédere p dignitaté. Et ió cótéplator volés vsq3 ad substátialé aie cognitioné ascédere siue itrare: deb3 se vsq3 ad dei facié subleuare τ sic contépládo dicere cú ps[to]. Signatú est sup nos lumen vultus tui domine. Et ista imago dei in aia ptinet ad causam formalem ipsius anime.

¶ Sexta est regendo corpori accómodata: vbi sunt aliqua notanda. ¶ Primú est qd aia non solum deo est similis in essentia τ suis operationibus in se manentibus: sed etiá in operationibus tráseuntibus ad exteriora. Ná sicut deus est vnus solus rector vniuersi huius τ mundi maioris: qz si essent plures principales rectores: non esset bonú aut vtile rerum vniuersitati. Sic aia rationalis est vna sola accómodata ad regédú τ gubernandum vniuersum rationale siue mundú minoré qd est homo. Uel ad regendum ipsum corpus humanú: τ sic assimilatur deo quo ad presidentiam τ múdi gubernationem. Et ideo dicitur regédo corpori accommodata. ¶ Secúdú est qd sicut deus est in vniuerso suo vbiq3 totus oia viuificans: mouens τ gubernás nec maior in celo q̃ in terra: nec pulchrior i sole q̃ in stella sed vbiq3 totus. Sic aia est i suo corpore in oi parte tota: tota in corde: tota i capite: tota in pede: nec est maior in capite q̃ in digito: nec pulchrior in oculo q̃ in calcaneo. Sed est tota in toto τ tota in qualibet eius parte: nec maior i toto q̃ in parte: sed vbiq3 eadem τ eque magna: ná sicut vna sanitas est eadé in toto animali perfecte sano: τ i qualibet

¶ 54° per vim concupiscibilem intellectiuam appetit bona intellectualia sicut est scientia quam omnis anima rationalis desiderat tanq̃ bonum suum naturale. Nam omnes homines scire & intelligere desiderant: sicut etiam sunt virtutes morales: quas anima rationalis per vim concupiscibilem tanq̃ sui perfectionem desiderat: quia ratio semper deprecatur ad optimum: sicut etiã sunt virtutes theologice: quas anima rationalis desiderat summe: tanq̃ medium ad suum finem consequẽdũ necessariũ: vnde dicebat propheta in ps. 118. Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore. Figura huius concupiscibilis fuit in dauid propheta: qui vt dicitur 2 Re. vij. Concupiuit edificare domum domino deo israel. Dauid qui vultu desiderabilis: & manu fortis dicitur: significat animã rationalem: que et vultu desiderabilis est propter dei ymaginem & similitudinem: et manu fortis propter arbitrij libertatẽ: propter quam cogi non potest. Hec anima naturaliter concupiscit fabricare tẽplum domino. i. ornare voluntatem suẽ cor virtutibus moralibus & gratuitis: et ipsum deaurare auro ignite caritatis et c̃.

¶ 55° per vim irascibilem intellectiuam odit & refugit mala intellectualia sicut sunt ignorantia: vicia moralia: priuationem diuine gratie: dei inimicitiam: & similia: que anima rationalis naturaliter odit & refugit tanq̃ cõtraria sue nature: vnde dicebat propheta in ps. 118. Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam odio habui.

Figura huius irascibilis itellectiue fuit in moise: qui ad euitandum peccata fugit a filia pharaonis: de quo dicit apostolus ad hebreos. xj. Fide moises grandis factus negauit se esse filium filie pharaonis: magis eligens affligi cum populo dei: quam temporalis peccati habere iocunditatem: maiores diuitias existimans thesauro egiptiorum: improperium christi.

¶ 56° per sinderesim stimulat ad bonum et retrahit a malo. ¶ Nam anima rationalis postquam cognouit per rationem bonum et malum: iustum et iniustum: habet sinderesim per quam stimulat hominem ad bonum et retrahit ipsum a peccato et ad ista duo fortiter pungit quasi gladius dicente salomone prouer. 12. Est qui promittit et quasi gladio pungitur conscientie. ¶ Figura huius sinderesis fuit in susana: que inuitata a senibus ad peccandum: ab vno latere timebat incurrere infamiam et mortem: ab alio timebat dei offensam: que tandem a sindresi stimulata adhesit bono et fugit a malo: de qua dicitur Dan. 13. Ingemuit susana et ait. Angustie sunt mihi vndique. Si enim hoc egero: mors mihi est: si autem non egero: non effugiam manus vestras: sed melius est mihi absque opere incidere in manus hominum quam peccare in conspectu domini.

¶ 57° per voluntatem siue per liberum arbitrium eligit quod sibi placet et consentit cui vult. Nam postquam homo per rationem cognouit bonum et malum: et per sinderesim stimulatur ad bonum et retrahitur a malo: tamen per voluntatem et arbitrij libertatem eligit quod sibi placet siue bonum siue malum: et consentit cui vult: et ideo dicitur Eccl. 15. Deus ab initio constituit hominem et reliquit eum in manu consilij sui: adiecit mandata et precepta sua: ante hominem vita et mors: bonum et malum: quod placuerit dabitur illi. ¶ Figura huius libertatis habetur in chaym cui dixit dominus Gen. 4. Quare iratus es et cur concidit facies tua: nonne si bene egeris recipies: si autem male: statim in foribus aderit peccatum tuum. Sed sub te erit appetitus tuus et tu dominaberis illius: idest in libertate tua erit eligere hoc vel illud: et assentire huic parti vel illi: bono vel malo.

¶ 58° per ingenium anima querit media ad illum finem assequendum quem elegit: siue malum sit siue bonum. Exemplum de ingenio querente media ad malum finem electum in Saul: qui querebat per diuersa media tradere dauid in manus philistinorum. 1. Re. 18. Et in iuda qui querebat opportunitatem ut christum traderet iudeis ad mortem. Mat. xxvj. ¶ Exemplum de ingenio querente media ad bonum finem in Ruben: qui fecit ioseph proijci in cisternam: vt sic ipsum a morte liberaret Gen. 37. Sic electi dei querunt in hac vita media congrua perueniendi ad perfectionem et ad eternam felicitatem: declinando mundialia et dei beneplacitum inuestigando: quibus dicunt paulus ad Roma. 12. Nolite conformari huic seculo: sed renouamini in nouitate sensus vestri vt probetis que sit voluntas dei bona: et beneplacens: et perfecta.

¶ 59° per reflexionem anima cognoscit seipsam et sui similia: ¶ Nam cum anima considerat tot operationes que ab ipsa procedunt circa exteriora ista corporalia: reflectitur super seipsam veniens per suos effectus ad sui

cognitionem. Et ad cognitionem suorũ equalium vz angelorũ ac spirituũ beatorum. Et tunc leuatur super omnia corporalia ⁊ ascendit ad naturam spiritualem creatam: Et ibi anima ad semetipsam ingrediens scrutatur suos defectus ⁊ profectus: inclinationes malas ⁊ bonas: vitia ⁊ virtutes: dignitatem sue nature: indignitatem sue miserie: ⁊ sic abstergit maculas peccatorum: ⁊ querit ornamenta virtutum. ¶ Per hanc reflexionem intrauerat ad animaz suã propheta: cum diceret in ps. 76. Cogitaui dies antiquos ⁊ ãnos eternos in mẽte habui. Et meditatus sum nocte cum corde meo: ⁊ exercitabar ⁊ scopebam spiritum meum. ¶ Figura huius intime cognitionis habetur in abraam: qui seipsum cinerem ⁊ puluerem cognouit dicens Gen. 18. Loquar ad dominum meum cum sim puluis ⁊ cinis.

¶ 60. per contẽplationem siue per intelligentiam cognoscit deum qui est supra se: vnde dicit ,ppheta in ps. Ad te domine leuaui animam meam. s. contẽplãdo. ¶ Ex̃ huius contemplationis siue intelligẽtie hr̃ in propheta ysaia: qui de seipso dicit. Ysa. 6. Uidi dominum sedentem super soliũ excelsum ⁊ eleuatuz: ⁊ plena erat domus a maiestate ei⁹: et ea que sub ipso erant replebant templuz. Et iste sunt. 12. operationes aĩe rõnalis in q̃tuz est intellectiua: ⁊ sunt quasi corona duodecim stellarum in capite anime rõnalis quasi vni⁹ mirabilis regine: et iste operationes appetunt optimuz esse. Et ex istis patet quõ anima rõnalis habet sexaginta milabiles operationes: que omnes procedũt ab ipsa aĩa sola: per potentiam vegetatiuam: sensitiuam ⁊ rationalem: et est mirabile valde: quõ vna aĩa nũero simplex in natura sit taz multiplex in virtute: Sed hoc non est mirum: quia anima est ad ymaginem dei qui licet sit vnus et simplex in essentia: est tamen multiplex in perfectionibus ⁊ virtute. Hui⁹ anime ⁊ suarum operationũ habetur figura Cant. 3. vbi scribitur. En lectulum salomonis sexaginta fortes ambiũt ex fortissimis israel: omnes tenentes gladios: ⁊ ad bella doctissimi vnius cuiusq̃ ensis super femur suum propter timores nocturnos. ¶ Moraliter lectulus salomonis est anima rationalis: que est reclinatorium christi: qui est verus salomon: q̃ anima iusti sedes est sapientie. Hunc lectulum ambiunt ⁊ circundant sexaginta fortes. i. sexaginta operationes predicte: que sunt validissime vnaqueq̃ in specie sua: que circũdant ipsam animã: quia alique sunt sub ipsa anima puta operationes vegetatiue: Alique extra eã puta operationes sensitiue: Alique intra eam puta operationes reflexiue quibus cognoscit seipsam: Alique supra se ipsam puta operationes contemplatiue quibus apprehẽdit deum. ¶ Isti sexaginta fortes sunt ex fortissimis ysrael israel interpretaĩ vidẽs deũ: ⁊ potest significare animam rõnalem siue intellectiuam: que ad deum videndum creata est: ex qua oriuntur omnes predicte sexaginta operationes: quia nõ est ymaginandum quod in hoie sint plures anime secundum scotum: sed vna sola videlicet anima intellectiua que est israelitica ⁊ cognitiua dei ex qua oriuntur predicte operationes. ¶ Omnes isti sexaginta fortes habent bellum apertum et manifestum contra inimicos: quo ad quinq̃ sensus exteriores ⁊ quo ad opera exteriora: ⁊ sunt doctissimi ad bellum per rationem regulantem ⁊ dictantem quid vidẽdũ sit ⁊ quid non: quid audiendum ⁊ quid non: quid loquen-

dum ꝛ quid non: ꝛ sic in alijs sensitiuis operibus: Et contra istos inimicos aptos tenent gladium diuini ꝛ aperti siue clari sermonis. quo mediante incidunt et interficiunt viciosas operationes iuxta illam saluatoris sententiā: Si manus tua vel pes tuus scandalizat te: abscide eum ꝛ proijce abs te. Et si oculus tuus scandalizat te: erue eum ꝛ proijce abs te Et sic q̄ ad belluz apertū quo ad inimicos exteriores tenent gladium ꝛ sunt ad bella doctissimi. ❧ Habent etiam bellum ocultum cū inimicis nocturnis ꝛ insidiantibus: vz cum sensibus interioribus: ymaginatione: fantasia: et cogitationibus: que oculte in mente suggerunt delectabilia: et tales significantur per femur quod est ocultum sed delectationi pronum. sic motus iteriores sūt oculti ꝛ nocturni ocul te suggerentes delectabilia: Sed cōtra istos aduersarios nocturnos isti fortes habent semper ensem eleuatum. ensis qui est gladius subtilis ꝛ stricte[9] significat subtiles ꝛ sinceras sententias diuini sermonis comminantis non solum pro peccatis exterioribus sed ēt pro interioribus: sicut est illud. Si oculus tuus simplex fuerit: totum corpus tuum luciduz erit. Et illud. De corde exeunt cogitationes male que coinquinant hominez. Et illud Omni custodia serua cor tuum: quoniam ex ipso vita procedit. Et ideo isti fortes ꝑpter timorem nocturnum delectationum interiorum oculte subintrantium: semper tenent super tales delectationes eleuatuz ensem diuini sermonis cohibentis et costringentis fluxum internarum cogitionum ꝛ delectationum. Et hoc modo circundant. ꝛ muniūt lectulum Salomonis tam ab occultis quam a patētibus inimicis; Uenite ergo omnes ꝛ discurramus per desertum anime nostre et videbimus mirabilia que fecit deus in hoc deserto latissimo. O dignitatem magnam anime rationalis.

❧ De perfecta ꝛ essentiali ymagine ac similitudine aīe rationalis ad deū. ca. 8

profund. Theologia subtilis.

[illegible] Trinit. in aia nostra — N.

Uenite ascendamus ad montem domini ꝛ docebit nos vias suas.

Quia verus celestium cōtemplator post egressum de huius seculi egipto: debet diligenter ꝛ solicite itinerare per desertum anime rōnalis: que est medium ascendendi ad ipm̄ deum in terra promissionis contemplandum. Propterea postq̄ vidimus: quid sit anima rōnalis: que sint eius officia: et que operationes: superest modo videre in quibus ꝛ in quot anima rōnalis sit ad perfectam ꝛ essentialem ymaginem ꝛ si͞litudinem dei. Et secundum catholicorum doctorum sententiam dico: ꝙ ad perfectam ac essentialem ymaginem ꝛ similitudinem aīe rōnalis ad ipsum deum creatorem suum: octo pri͞cipaliter requiruntur vz.

❧ ꝓ Unitas Essentie siue nature. Nam deus in toto vniuerso vnus solus est q̄ ad essentiaz: ꝛ ita vnus qḋ nullo modo pōt esse plures dij: Nam si essent duo dij vnus nō intelligeret aliū ita perfecte sicut essz intellegibilis: nec ita perfecte amaret sicut esset amabilis: Et omnipotētia vni[9]: alteri[9] omnipotētiā frustraret: Et eiusdē effectus essent due cause effectiue sufficiētes: ꝛ duo vltimi fines eius dependētiam terminantes: q̄ sunt inconuenientia ꝛ impossibilia fm̄ Scotū: Et ꝑpterea dicendū qḋ tm̄ est vnus deus ꝛ vnica nā diuina Deutero. 6. Au

vnitas essentie dei.

di israel dominus deus tuus vnus est. et Deutero.32. Uidete quod ego sim so lus et non sit alius deus preter me. In hoc est anima ad ymaginē dei: quia vna est secundū essentiam et naturā in vno corpore et nō possunt eē plures. quia in vno perfectibili sufficit vna forma perficiēs: nec possunt eē plures. quia vna frustra eēt. Deus autem et natura nihil agūt frustra. Et quod anima sit vna sola in vno corpore monstratur in conditione primi hominis. de quo dicitur. Gen.2. Formauit dominus deus hominem de limo terre et inspirauit in faciem eius spiraculū vite: et factus est homo in animam viuentem: vbi in hoc quod dicit spiraculum vite et animam viuentem in singulari numero: denotat vnicam esse animam in vnico corpore et non plures. ¶ Figura vnitatis anime rationalis potest haberi Mat.xxij. In denario cui superscripta erat ymago cesaris: per quē denarium significatur anima cui impressa est ymago summi imperatoris dei. Et ideo sicut denarius oblatus christo erat vnus: sic anima rationalis vna est in essentia in vnico corpore. Et propter hoc est ad ymaginē dei: quia sicut deus est vnus in essentia: ita anima vna in essentia: et hic cadit documentum quod vnusquisque debet sollicite custodire animam suam cū sit vnica. Sicut enim qui vnicum oculum vel filium hēt cum summa diligētia custodit illum: sic cum homo vnicā animam habeat rationalem sollicite custodire debet vnde dicitur curam illius habe: luce.x.

¶ 2° fecunditas memorie. Nam in deo ē memoria fecunda hoc modo quia in deo siue in persona patris est intellectus diuinus infinitus: et essentia diuina infinita presens illi intellectui et ista duo simul sumpta dicitur memoria: et per istā deus semper meminit sui ipsius. Ista memoria dicitur fecūda ad similitudinē mulieris grauide: quia sicut mulier dicitur grauida vel fecunda que potest parere filium sibi similem et equalē in natura: ista memoria diuina predicta dicitur fecunda: quia potest producere notitiam sibi similem et equalem. i. notitiam que sit infinita: sicut ipsa memoria constans ex intellectu infinito et essentia infinita: est infinita: et sicut memoria diuina est deus. ita notitia ab ea producta est deus: et ista memoria dicitur actus primus inquantum est productiua notitie sicut oculus dicitur actus primus inquantum est productiuus visionis. Et attribuitur patri qui est prima persona in trinitate a qua procedūt alie. Eodem modo in anima nostra est memoria: quia in ea est intellectus finitus: et anime essentia finita presens illi intellectui: et ista duo sic presentia sunt memoria: per quam anima meminit sui ipsius: et ista memoria dicitur fecunda modo predicto in deo. quia potest producere notitiam sibi similem. s. finitam sicut et ipsa memoria est finita. Dicitur etiam actus primus inquantum est productiua ipsius notitie. Et ista est prima perfectio anime rationalis et representat primam personam in trinitate. s. patrem quia sicut in deo pater prius est origine quam filius et spiritussanctus: sic in anima prius est memoria quam notitia aut amor. ¶ Per hanc memoriam meminerat sui ipsius anima Jeremie prophete quando dicebat Tre.iij. Memoria memor ero et tabescet in me anima mea: Et propterea si anima debet esse ad ymaginem dei perfectā debet sui ipsius esse memor iuxta illud Apoc.ij. memor esto itaque vnde excideris et age penitētiā et prima opera fac.

¶ 3° Claritas intelligentie. Nam in deo est secunda persona producta a memoria fecunda que persona dicitur filius inquantum oritur ex essentia tanquam ex

Mem.ª fecunda

N.

N.

clara intelligētia

principio formali non totali et inquantum est similis patri in essentia siue in natura diuina: dicitur verbum: inquantum ex intellectu tanquam ex formali principio emanat dicitur sapientia et notitia: inquantum est declaratiua eorum que sunt in memoria diuina et per istam notitiam genitam filius intelligit essentiam suam et ista sapientia siue notitia attribuitur secunde persone in trinitate: que est filius productus a patre: qui dicitur notitia genita siue sapientia genita: de qua dicit paul⁹ p ad Cor. p. Predicam⁹ christum dei sapientiam. Eodem modo in anima nostra est vna perfectio prima: que recipit notitiam productam a memoria et illa perfectio vocatur intelligentia: per quam anima intelligit seipsam: Et ista intelligentia representat secundam personam in trinitate. s. filium: quia sicut filius procedit a patre ita intelligentia producitur a memoria: et sicut filius per notitiam genitam intelligit seipsum et essentiam diuinam et omnia alia: ita anima per intelligentiam intelligit semetipsam et omnia alia. Hanc intelligentiam anime sue habebat propheta quando dicebat in ps. 76. Meditatus sum nocte cum corde meo: et exercitabar: et scopebam spiritum meum. i. animam meam. Hanc habebat iob quando dicebat Job. 14. Homo natus de muliere breui viuens tempore: qui quasi flos egreditur et conteritur et fugit velut vmbra: et nunquam in eodem statu permanet. Et propterea si anima vult esse ad dei ymaginem perfectam debet semetipsam continue intelligere inspicere et considerare: et ad seipsam dicere illud Mat. 22. Cuius est ymago hec et superscriptio.

¶ 4° Caritas voluntatis. Nam in deo patre et filio est diuina voluntas infinita et essentia infinita que est illi voluntati prius: et ista duo sunt voluntas fecunda que ideo dicitur fecunda: quia sicut mulier fecunda potest parere. ita voluntas diuina fecunda potest producere amorem sibi coequalem. s. infinitum: qui est spiritussanctus siue amor spirat⁹: qui spiritussanctus est tertia persona in trinitate producta a patre et filio: et quia est amor formaliter: ideo semper amat essentiam suam et omnia que relucent in illa. Eodem modo in anima rationali est voluntas fecunda. s. essentia anime prius ipsi voluntati: que ambo sunt voluntas fecunda: et dicitur voluntas fecunda quia possunt producere et spirare amorem sui: sicut mulier fecunda filium similem sibi. Et iste amor recipitur in voluntate que est perfectio prima: et iste amor representat tertiam personam in trinitate. s. spiritum sanctum: quia sicut spiritussanctus procedit a patre et filio: sic amor in nobis producitur post memoriam et intelligentiam Et sicut spiritussanctus amat essentiam suam cuius est amor ita anima per amorem diligit seipsam. Animam suam diligebat Job qui dicebat. c. xiij. Quare lacero carnes meas dentibus meis et animam meam porto in manibus meis. Carnes sunt peccata et delectationes viciose Dentes sunt correptio et castigatio. Manus sunt opera nostra. Qui ergo diligit animam suam lacerat carnales delectationes castigatione seuera: et animam suam in bonis operibus se diligere manifestat: et ideo si anima vult ad dei perfectam ymaginem fieri debet semetipsam diligere et sibiinet dicere illud mat. 16. Quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur anime vero sue detrimentum patiatur: aut quam dabit homo commutationem pro anima sua: anima ergo quo ad ista quattuor est ad ymaginem dei: quia sicut in deo est vna essentia et tres persone: Ita in. Anima vna

ginem et similitudinez dei: quia licet sit ibi similitudo quo ad vnitatē anime et trinitatem potentiarum vel productionem actuū: non tamē est ibi similitudo obiecti amati.s.dei qui tunc non amatur actualiter: Sed magis est in ea similitudo creature quā recolit intelligit. 2. diligit: Et si aīa nō sit in gratia et diligat ista inferiora plusq̄ deū: non remanet in ipsa anima ymago trinitatis: licet in ea sit trinitas et ratio trinitatis: secūdū aliquos: Nam tunc anima fit similis illis rebus quas recolit: Considerat: et diligit. Unde de talib⁹ dicit ꝓpheta Osee 9. Facti sunt abbominabiles sicut ea q̄ dilexerunt. Aut aīa actualiter se ꝯuertit ad seipsam recolēdo: ītelligēdo et amādo se: et tunc si sit in gratia: est ad ymaginem et similitudinem dei: q2 licet non actualiter conuertat̄ in deum: ipsuz diligendo. recolendo et considerādo: tamen actualiter cōuertit se ad eius ymaginem: inqua aliquo modo relucet ipse de⁹. Et ideo si anima vult fieri ad ymaginem dei perfectā frequenter conuertatur ad se ipsam: diligēdo: recolendo et considerando Quid sit: vnde sit: vnde venit: Quo vadit. Quō viuit. Aut aīa actualiter conuertitur ad ipsum deū: Recolendo: Cōsiderando: et diligēdo: et tunc si est in gratia: est ad ymaginem dei ꝑfectam: quia vltra similitudinez et ymaginē: quo ad vnitatem Aīe: quo ad trinitatē potentiaꝝ et actuum: Quo ad habitū gratie: hēt etiam similitudinem ipsius obiecti dei: quem actualiter recolit: cōsiderat: et diligit: Nā aīa diligens aliquod obiectū in eius similitudinem trāsformat̄ Et ꝓpterea quādo aīa que est in grā etiam actualiter cogitat: cōsiderat: et diligit deū: ei perfecte assimilatur. ¶ Ad hanc perfectā ymaginem et similitudinez dei nos incitabat saluator quando dicebat mat. 22 Diliges dñm deum tuū ex toto corde tuo.i. ex tota voluntate. Ex tota anima tua.i. ex toto intellectu: Et ex tota mente tua.i. ex tota memoria: Ad hanc actualem ꝯuersionem ad deū recolendū: intelligenduz: et amandum: dēbet creatura rationalis referre et ordinare omnia opa sua et totā vitam suam: vnde dicit Augus. 15 dē trinitate c. 20 Ad beatissimā trinitatē reminiscendam: videndā: diligendā totuz debet homo referre quod viuit.

¶ 7° Trāsformatiua Contēplatio. Aīa rationalis licet sit in gratia et actualiter conuersa ad ipsum deū recolendo: Cōsiderando: et diligendo ipsum: tamē q2 corpus qđ corrumpitur aggrauat aīaz: ideo aliquādo remisse: et tepide: recolit considerat et diligit deū: et ideo nō ei ꝑfecte assimilatur. Sed quando per feruentem cōtemplationez fertur in deuz: figendo memoriā: Intelligentiā: et totā dilectionez in ipm deū: tunc trāsformatur in ipm et tota fit deiformis ſ3 Diosium: et tunc fit ad ꝑfectissimā similitudinem dei possibilez aīe rationali in hac vita. Ex quādo ferrum aliqualiter aꝓpinquat igni: tūc recipit aliqualez eius similitudinē. vz caliditatez: Si aūt totaliter intrat ignez. nō solum recipit eius aliqualez siliitudinem. sed ꝑfectā q2: fit totū igneum siue ignitū. Sic aīa rōnalis si ꝑ peccatū sit a deo lōginqua: est ei dissimilis: q2 similis bestiis et dmoniis Si aūt ꝑ grāz gratū facientē dō aꝓpinquat tūc ei assimilat̄: Si aūt magis aꝓpinquet: ipm deū actualiter recolēdo: ꝯsiderādo et diligēdo tūc magis assimilat̄. Si autez ipm deuz contemplādo penetrat: in ipsum offūdēdo totā memoriā: totam intellectionem: et totam suam dilectionez: tunc perfectissime sibi assimilatur in hac vita: quia sicut deus est ca-

ritas. et ignis ita aia fit tota caritatiua et ignea siue ignita. ¶ Ad hac pfectissimā ymaginem et similitudinem dei ascendebat gradualiter propheta quando in ps 38 dicebat Concaluit cor meum intra me et in meditatione mea exardescet ignis. Nam in contemplatione quanto cor magis deo apropinquat: tanto magis calescit: donec totaliter exardescat et candescat sicut ignis. Si ergo aia cupit deo perfecte in hac vita assimilari: ascendat ad montem contemplationis: Sed ve nobis quia magis diligimus lutuz carnalium delectationū cuz porcis. quam serenitatem et amenitatem mōtium et celestium contēplationū cū volatilibus celi.

¶ 8° Consumatiua glorificatio. Anima rationalis licet sit deo similis et ad eius ymaginem in hac vita quando hēt predictas conditiones: non tamen est ad similitudinem cōsumataz vel possibilem ipsi anime: Nam aia licet sit in gratia: tamē deum videt in enigmate et non in se. Et licet in contēplatione aliquādo deuz in se videat. Hoc tamen fit raptim et transitorie: et ideo non potest complete dici ad ymaginem et similitudinem dei. Preterea Corpus semper impellit aiam ad rebellandum deo etiam post altissimas contemplationes: sicut patet in illo celestium contemplatore paulo apostolo: qui post raptum vsque ad tertium celum gemebat dicens. Datus est mihi stimulus carnis mee angelus sathane Et video aliam legem in membris meis repugnantē legi mentis mee et captiuantem me in lege peccati. Et pro tanto anima in hac vita non pōt esse ad completā et consumatam dei similitudinem: licet per gratiam et cōtemplationem sit ad aliqualē eius similitudinem. Sed cum in suo corpore glorificata fuerit et deum facie ad faciē viderit: tunc pfectissime in ipsum transformabitur et ei assimilabitur. Hoc est quod dicit Joannes apostolus .i. Jo. 3. dicens: Carissimi nūc filij dei sumus. s. per gratiā: et nundum apparuit quid erimus: Scimus quoniā cum apparuerit: similes ei erimus. quoniam videbimus euz sicuti est. Et si liceret dicere. Tunc anima nō soluz perfecte assimilabitur deo. sed deificabitur quodāmodo: Et totum corpus in deo transformabitur et aia et corpus perdēt omnem appetitum proprium et viciosuz et in diuinū desiderium transformabuntur. ¶ Unde Anima cum suo corpore glorificata dicere poterit illud ps. 72. Inflāmatū est cor meum: et renes mei cōmutati sunt: et ad nihilum redactus sum et nesciui: Tenuisti manū dexteraz meam et in voluntate tua deduxisti me et cum gloria suscepisti me. Defecit caro mea: et cor meum. Deus cordis mei: Et pars mea deus in eternū. Dicit ergo aia inflāmatuz est cor meū. i. spūs meus totaliter in deum cōmutatus est. Nam illud quod inflāmatur non solum assimilatur igni. sed in ignem cōuertitur: sic aia glorificata non solum deo assimilabitur sed in deo totaliter trāsformabitur: Et renes mei immutati sunt. i. Appetitus carnis qui antea deo et spiritui rebelles erant: nunc in diuinum amorem et diuinā similitudinem cōmutati sunt. Et ad nihilum redactus sum: quia vz tam caro quam aia deficient quo ad esse viciosuz et proprium sensum: et in diuinū beneplacitū transformabuntur. et hoc mō ad nihiluz redigētur. Et hec omnia hēt anima per gratiam diuini adiutorij cōducentis ad salutem vnde dicit. Tenuisti dexteram meam. et in voluntate tua deduxisti me et cuz gloria suscepisti me. Si ergo Anima desiderat ad dei perfectissimam et consumatam similitudinem peruenire. Totis viribus se disponat ad ap

prehendendū brauium superne felicitatis et cōsumatiue glorificationis. ¶ In his ergo octo gradibus consistit perfecta ymago et similitudo consumata aīe rationalis ad ipsum deum: Et qui vult ipsam dei ymaginem in anima videre: ascēdat gradatī per istos octo gradus: quia ingredietur in ipam dei ymagine3 contēplandam. Ista consideratio diuine ymaginis et similitudinis ī aīa rōnali per ista octo figurari pōt. per illā portam muri vel Atrij interioris que respiciebat ad austrū et ī octo gradibus ascēdebatur ad ipa3 Ezech. 40 Moraliter porta q̄ respicit ad austru3: vbi est meridies et lux et calor siue feruor solaris ē contēplatio q̄ ducit ad lucē et feruorē diuine dilectionis: Atriū siue murus interior est aīa rōnalis intra corpus hūanū inclusa: Ad hūc murum siue ad hoc atriū ↄtemplandū qui peruenire ↄ̄siderat: debet p octo gradus ordinate cōscēdere. ¶ p̄ considerādo vnitatē aīe et tunc
1 videt in ea ymagine3 et sīl'itudinē essentie diuine que est vna.
¶ 2 fecunditatē memorie et tūc videt in
2 ea ymaginē patris. ¶ 3 Claritatē intel
3 ligentie et tunc vidit in ea ymaginē filij.
¶ 4 dilectionē voluntatis et tūc videt ī
4 ea ymaginē spūssancti. ¶ 5 Considerā
5 do in ea hītum grē gratum facientis: et tunc videt in ea dei sīl'itudinē. ingratuitis incipientē. ¶ 6 Actualē ↄuersionē
6 ad deū: et tunc videt in ea dei sīl'itudine3 proficientē. ¶ 7 Transformatiuā con
7 tēplationē: et tunc videt in ea dei sīl'itudinē perfectā. ¶ 8 Consumatā glīfica
8 tionē: et tunc videbit in ea dei ymaginē et similitudinē consumatissimā et cōpletissimā. Et tunc ibi inueniet lucē et feruorē diuine claritatis et dilectionis. O mortales venite ascēdamus ad montē dñi et docebit nos vias suas. Curram⁹ per desertū aīe nostre inuestigando oc̄s eius potentias opationes. et intētiones.

¶ De accidentali sīl'itudine anime rationalis ad deum. Cap. ix.

Venite ascendamus ad montē domini: et docebit nos vias suas. Q2 ppositū nostrum est totius aīe rationalis naturā diligenter inuestigare: quatenus p illius clara3 notitiam ad sui ymaginati contēplatione3 valeamus ascendere: postq̄ꝫ vidimus quō ipsa aīa deo est similis in suis essentialibus: et requisitis ad rōnē ymaginis: Sup est nō videre quō aīa deo assimilatur in accidentalibus et extrinsecis: que non ita respiciūt ymagine3 sicut predicta. Et dico qđ aīa rōalis deo singularit̄ assimilat̄ ī mltis. ¶ p̄ Deus est spūs. Jo. 4. Deus spūs ē. Et ideo non est corporeus nec vllam habet dimensionem: q2 nec longitudine3: nec latitudinem: nec profunditatem: ¶ Sic aīa est spūs. Eccl. 3. Quis nouit, si spūs .i. aīa filiorꝫ ada3 ascēdat sursum. et ideo non est corporea nec vllam habet dimensionē: Et quia deus est spiritus: ideo delectatur rebus spiritualibus dicēte saluatore nr̄o. Jo. 4. Pater tales querit qui adorēt eum in spū et veritate. Et ppterea si aīa vult deo pfecte assimulari: d3 spūalib⁹ delectari: et carnalia abhorrere. dicente aplo paulo ad galatas. 6. Si spū viuimus. spiritu ambulemus. Nō efficiamur inanis glīe cupidi: inuicē prouocātes: inuicem inuidentes. Et ideo si aīa rōnalis viuit scd'3 carnem: tunc fit similis asino qui in lasciuia carnis habūdat dicēte propheta de luxuriosis. Ezech. 23. Quoru3 carnes sunt vt carnes asinoru3 Manifesta aūt sunt opera carnis: fornicatio: immūditia: impudicitia: luxuria. Ad Gal. 5.

Anime ad deum assimilatio in accidētalib.

Dei simplicitas Animae

¶ Secūdo deus est simplex in natura. Nā vt dicunt doctores in p̄ sententiarū distinctiōe octaua: deus nullo modo est compositus. Nec ex materia ꝛ forma: nec ex subiecto ꝛ accidēte: nec ex concepu: ꝛ ꝯceptu sꝫ ē sūme simplex ꝛ indiuisibilis. Sic ꝛ aīa rōnalis ꝑ veriorē opinionem nō est composita ex materia ꝛ forma: sed est simplex in natura ꝛ essentia licet sit multiplex in officijs ꝛ potentijs dicente Augu. de spū ꝛ aīa. Anima in essentia est simplex: i officijs multiplex.

M. ¶ Nō tamen est tanta simplicitas aīe q̄ta est simplicitas diuina. Nā deus ē ita simplex ꝙ non est componibilis cū aliquo accidente: anima vero est componibilis cū multis accidētibus. ¶ Deus est ita simplex qḋ est quicquid hēt: ita ꝙ suū esse: est suuꝫ viuere: suū bene esse: ꝛ suum beatum esse. Naꝫ essentia diuina est intellectus diuinus: est intelligere diuinuꝫ: est bonitas diuina: est beatitudo diuina: Anime autem essentia licet sit intellectus suus, Nō tamen est suum intelligere: nec suuꝫ bene esse .s. grā gratum faciens. Nec suum beatum eē .s. gloria: q2 ista sunt accidentia anime: ꝛ aīa potest esse sine istis: sicut patet in anima peccatrice ꝛ anima dānata. Est tamen similis deo in simplicitate: quia sicut deus est indiuisibilis i partes: ita anima est indiuisibilis in partes. Et sicͭ deus est summe simplex: ita anima est aliqualiter simplex. Et q2 deus est simplex: ideo amat simplicitatem ꝛ abhominatur astutiam ꝛ duplicitateꝫ. ¶ Figura ī Jacob qui fuit vir simplex Gen. 25. ꝛ ideo deus dilexit illuꝫ Malach. j. Et in Esau qui fuit vir gnarus venādi: ꝛ ideo deus odiuit illuꝫ. Unde dicitur Prouer. 3. Abbominatio dñi ē omnis illusor: ꝛ cum simplicibus sermocinatio eius. ¶ Propter hoc si anima deo cupit perfecte assimilari debet abijcere omnem duplicitatem: ꝛ cum simplicitate cordis: oris: ꝛ operis deo ꝑuire: dicente Sapiente Sap. j. Sētite de dño in bonitate: ꝛ in simplicitate cordis querite illum: qm̄ inuenitur ab his qui nō temptāt illū: apparet auteꝫ eis: qui fidē habent in illum.

Anima q[uomod]o sit deo similis in simplicitate.

¶ Tertio deus est essentia rōnalis. Naꝫ est agens intellectuale ꝛ volūtariū: ꝛ io est natura rōnalis. ¶ Sic aīa intellectiua est rationalis: habet enim intellectū ꝛ voluntatem ꝛ liberum arbitrium: ꝛ viuit ratiōe discurrēdo ab vno in aliū: a preterito in p̄sens: a p̄senti ad futurū. ab effectu ad causaꝫ: a causa ad effectū. Et ideo anima vocatur rōnalis: ꝛ sue potentie dn̄r rationales: q2 sunt discursiue ꝛ ratiocinatiue. ¶ Et q2 deus est rōnalis: propterea diligit illos qui rōnabiliter viuūt. ¶ Figura Exo. 28. ꝛ leui. 8. Nā deus ordinauit vt sūmus sacerdos in pectore suo gestaret rationale in quo erat veritas ꝛ doctrina. Ad innuēdum quod deus amat seruitores illos qui in pectore suo habent rationem vigentem veritate ꝛ doctrina qui ꝑm rōnem viuere sciunt. ¶ Unde si aīa cupit deo assimilari debet cū rōne ꝛ ꝑm rōnē viuere dicente aplo Paulo ad Ro. xij. Obsecro vos fratres per misericordiam dei: vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem sanctam deo placētem: rationabile obsequium vestrum: ꝛ nolite cōformari huic seculo: qḋ .s. viuit ꝑm sensualitatem. Et Petrꝰ Apls ait. j. Petri. 2. Sicut mō geniti infātes rōnabiles: sine dolo: lac ꝯcupiscite: vt i eo crescatis i salutē. Aīa aūt q̄ ꝑm sensualitatē viuit: nō ꝺo: sꝫ ꝛ mulo ꝛ equo assimilat̄: qui sine intellectu viuūt dicēte ꝓpha in ps. Nolite fieri sicͭ equus ꝛ mulus in quibus nō est intellectus.

¶ Quarto

¶ 4° Deus est immortalis. Nam non pōt corrumpi per sua intrinseca: qꝛ non habet materiam que est principiū corruptionis: Nec ab aliquo agēte superiori ꝛ fortiori: qꝛ nullum agēs est fortius ipo: Nec potest tabescere ꝓpter longitudinem tēporis: qꝛ non subest tēpori ꝛ ideo est immortalis. Unū dicit paulus. j ad Thi. ꝓ. Regi seculoꝝ īmortali ꝛ inuisibili soli deo honor ꝛ gloria ī secula seculoꝝ amen. ¶ Sic aīa rōnalis est immortalis: nec pōt ab aliquo agente creato interfici vel occidi: nec ex seipsa corrūpi cum nō habeat in sua essentia materiā: que sit ei corruptionis principiū: ꝛ ideo dixit infalibilis veritas xp̄s ytħe matthei 10. Nolite timere eos qui occidūt corpus: aīam aūt non possunt occidere. Et quia deus est immortalis ꝛ incorruptibilis: ideo diligit immortalia ꝛ īcorruptibilia: vꝫ celestia in quibus singulariter seu specialiter habitat ꝑ singulares effect⁹ sue bonitatis dicente ꝓpha in p̄s. Dn̄s in celo parauit sedē suā. Et iō aīa que deo cupit ꝑfecte assimilari: debet imortalia ꝛ īcorruptibilia diligere: non terrena ꝛ corruptibilia: dicēte Joāne euangelista. 1. Jo. 2. Nolite diligere mundū neqꝫ ea que in mundo sunt: qm̄ mūdus transit ꝛ cōcupiscentia eius: Et paulus ad Colossenses. 3. Si consurrexistis cū xp̄o que sursum sunt querite: vbi christ⁹ ē ī dextera dei sedēs: Que sursum sunt sapite: nō que sup terram. Mortificate ergo mēbra uestra q̄ sūt super terrā: fornicationē immundiciā: libidinē: concupiscētiā malam: ꝛ auaritiam: ꝓpter que venit ira dei sup filios incredulitatis. ¶ Unde Aīa que inordiate diligit ista terrena ꝛ corruptibilia assimilatur serpenti: qui terrā comedit ꝛ cū pectore per terram vadit: ꝛ est maledictus sup oīa animātia: cui dixit de⁹ Gen. 3. Quia fecisti hoc maledictus es inter omnia animantia et bestias terre. Sup pectus tuū gradieris: ꝛ terrā comedes cūctis diebus vite tue.

¶ 5° Deus in seipso habet notitiam preteritoꝝ: presentiū ꝛ futuroꝝ. Nā in ipo sunt rationes: cause: prescientia: siltitudines: forme: ꝛ dispōnes ꝛ prouidentie futuroꝝ: qꝛ cuncta que creauit et fecit: superno duxit ab exemplo. Mundum mente gerēs similiqꝫ ymagine formās. Sic aīa rationalis habet ī seipa rōnes: causas: formas: similitudīes: dispōnes: presciētiā: ꝛ prouidētiā futuroꝝ ꝛ agēdorum: ꝛ habet in seipa notitiā preteritorum: presentiū: ꝛ futuroꝝ: ꝛ ideo assimilatur deo: ¶ Hanc notitiā habebat anima prophete qn̄ dicebat in p̄s 76. Cogitaui dies antiquos: quo ad temp⁹ preteritum: Et annos eternos in mēte habui: quo ad futuꝝ: Et meditat⁹ sum nocte cū corde meo ꝛ exercitabar ꝛ scopebam sp̄m meum: quo ad tempus presens. Et qꝛ deus habet istā triplicē sapientiam: pro tāto diligit sapientes dicēs Deutero 32. Gens absqꝫ consilio est et sine prudentia. vtinam saperent preterita: ꝛ intelligerent presentia ac nouissima. i. futura prouiderēt. Et ideo anima que deo cupit ꝑfecte assimilari: debet ī se cōtinue habere sapientiā: cogitando diligenter: ꝛ conferendo preterita: presentia et futura. Unde clamat deus aīe dicens Baruch. 3. Disce vbi sit prudentia: vbi sit virtus: vbi sit intellectus: vt scias simul vbi sit longiturnitas vite et victus: vbi sit lumē oculorum ꝛ pax. Deutro. 32. Memento dieꝝ antiquoꝝ cogita gn̄atiōes singulas: Interroga patrē tuū ꝛ annūciabit tibi: maiores tuos ꝛ dicēt tibi. ¶ Aīa autem que nō habet istā sapientiā preteritoꝝ presentium ꝛ futurorum similis est giganti

¶ Secu͂do deus est simplex in natura. Nã vt dicunt doctores in p̃ sententiarũ distinctiõe octaua: deus nullo modo est compositus. Nec ex materia ⁊ forma: nec ex subiecto ⁊ accidẽte: nec ex conceptu: ⁊ ꝯceptu sȝ ẽ sũme simplex ⁊ indiuisibilis. Sic ⁊ aĩa rõalis ꝑ ꝫ veriorẽ opinionem nõ est composita ex materia ⁊ forma: sed est simplex in natura ⁊ essentia licet sit multiplex in officijs ⁊ potentijs dicente Augu. de spũ ⁊ aĩa. Anima in essentia est simplex: ĩ officijs multiplex. ¶ Nõ tamen est tanta simplicitas aĩe q̃ta est simplicitas diuina. Nã deus ẽ ita simplex ꝙ non est componibilis cũ aliquo accidente: anima vero est componibilis cũ multis accidẽtibus. ¶ Deus est ita simplex q̇ᵭ est quicquid hẽt: ita ꝙ suũ esse: est suuȝ viuere: suũ bene esse: ⁊ suum beatum esse. Naȝ essentia diuina est intellectus diuinus: est intelligere diuinuȝ: est bonitas diuina: est beatitudo diuina: Anime autem essentia licet sit intellectus suus, Nõ tamen est suum intelligere: nec suuȝ bene esse .s. grã gratum faciens. Nec suum beatum eẽ .s. gloria: q̃ꝛ ista sunt accidentia anime: ⁊ aĩa potest esse sine istis: sicut patet in anima peccatrice ⁊ anima dãnata. Est tamen similis deo in simplicitate: quia sicut deus est indiuisibilis ĩ partes: ita anima est indiuisibilis in partes. Et sicͤ deus est summe simplex: ita anima est aliqualiter simplex. Et q̃ꝛ deus est simplex: ideo amat simplicitatem ⁊ abhominatur astutiam ⁊ duplicitateȝ. ¶ Figura ĩ Jacob qui fuit vir simplex Gen. 25. ⁊ ideo deus dilexit illuȝ Malach. j. Et in Esau qui fuit vir gnarus venãdi: ⁊ ideo deus odiuit illuȝ. Unde dicitur Prouer. 3. Abhominatio dñi ẽ omnis illusor: ⁊ cum simplicibus sermocinatio eius. ¶ Propter hoc si anima deo cupit perfecte assimilari debet abijcere omnem duplicitatem: ⁊ cum simplicitate cordis: oris: ⁊ operis deo seruire: dicente Sapiente Sap. j. Sẽtite de dño in bonitate: ⁊ in simplicitate cordis querite illum: qm̃ inuenitur ab his qui nõ temptãt illũ: apparet autem eis: qui fidẽ habent in illum.

¶ Tertio deus est essentia rõnalis. Naȝ est agens intellectuale ⁊ volũtariũ: ⁊ iõ est natura rõnalis. ¶ Sic aĩa intellectiua est rationalis: habet enim intellectũ ⁊ voluntatem ⁊ liberum arbitrium: ⁊ viuit ratiõe discurrẽdo ab vno in aliũ: a preterito in p̃sens: a p̃senti ad futurũ. ab effectu ad causaȝ: a causa ad effectũ. Et ideo anima vocatur rõnalis: ⁊ sue potentie dñr rationales: q̃ꝛ sunt discursiue ⁊ ratiocinatiue. ¶ Et q̃ꝛ deus est rõnalis: propterea diligit illos qui rõnabiliter viuũt. ¶ Figura Exo. 28. ⁊ leui. 8. Nã deus ordinauit vt sũmus sacerdos in pectore suo gestaret rationale in quo erat veritas ⁊ doctrina. Ad innuẽdum quod deus amat seruitores illos qui in pectore suo habent rationem vigentem veritate ⁊ doctrina qui ꝑm rõnem viuere sciunt. ¶ Unde si aĩa cupit deo assimilari debet cũ rõne ⁊ ꝑm rõnẽ viuere dicente ap̃lo Paulo ad Ro. xij. Obsecro vos fratres per misericordiam dei: vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem sanctam deo placẽtem: rationabile obsequium vestrum: ⁊ nolite cõformari huic seculo: q̇ᵭ .s. viuit ꝑm sensualitatem. Et Petrᵘˢ Ap̃ls ait. j. Petri. 2. Sicut mõ geniti infãtes rõnabiles: sine dolo: lac ꝯcupiscite: vt ĩ eo crescatis ĩ salutẽ. Aĩa aũt q̃ ꝑm sensualitatẽ viuit: nõ deo: sȝ ⁊ mulo ⁊ equo assimilatᷣ: qui sine intellectu viuũt dicẽte ꝓpħa in ps. Nolite fieri sicͭ equus ⁊ mulus, in quibus nõ est intellectus.

¶ Quarto

¶ 4° Deus est immortalis. Nam non pōt corrumpi per sua intrinseca: qz non habet materiam que est principiū corruptionis: Nec ab aliquo agēte superiori z fortiori: qz nullum agēs est fortius ipso: Nec potest tabescere ꝓpter longitudinem tēporis: qz non subest tēpori z ideo est immortalis. Unde dicit paulus. j ad Thi. 6. Regi seculoꝝ īmortali z inuisibili soli deo honor z gloria ī secula seculoꝝ amen. ¶ Sic aīa rōnalis est immortalis: nec pōt ab aliquo agente creato interfici vel occidi: nec ex seipsa corrūpi cum nō habeat in sua essentia materiā: que sit ei corruptionis principiū: z ideo dixit infalibilis veritas xp̄s ybs matthei 10. Nolite timere eos qui occidūt corpus: aīam aūt non possunt occidere. Et quia deus est immortalis z incorruptibilis: ideo diligit immortalia z īcorruptibilia: vz celestia in quibus singulariter seu specialiter habitat p singulares effect⁹ sue bonitatis dicente pp̄ha in p̄s. Dn̄s in celo parauit sedē suā. Et iō aīa que deo cupit pfecte assimilari: debet īmortalia z īcorruptibilia diligere: non terrena z corruptibilia: dicēte Joānne euangelista. 1. Jo. 2. Nolite diligere mundū neqz ea que in mundo sunt: qm̄ mūdus transit z cōcupiscentia eius: Et paulus ad Colossenses. 3. Si consurrexistis cū xp̄o que sursum sunt querite: vbi christ⁹ ē ī dextera dei sedēs: Que sursum sunt sapite: nō que sup terram. Mortificate ergo mēbra uestra q̄ sūt super terrā: fornicationē: immundiciā: libidinē: concupiscētiā malam: z auariciam: ꝓpter que venit ira dei sup filios incredulitatis. ¶ Unde Aīa que inordiate diligit ista terrena z corruptibilia assimilatur serpenti: qui terrā comedit z cū pectore per terram vadit: z est maledictus sup oīa animātia: cui dixit de⁹ Gen. 3. Quia fecisti hoc maledictus es inter omnia animantia et bestias terre. Sup pectus tuū gradieris: z terrā comedes cūctis diebus vite tue.

¶ 5° Deus in seipso habet notitiam preteritoꝝ: presentiū z futuroꝝ. Nā in ipso sunt rationes: cause: prescientia: similitudines: forme: z dispōnes z prouidentie futuroꝝ: qz cuncta que creauit et fecit: superno duxit ab exemplo. Mundum mente gerēs similiqz ymagine formās. Sic aīa rationalis habet ī seipsa rōnes: causas: formas: similitudīes: dispōnes: prescīētiā: z prouidētiā futuroꝝ z agēdorum: z habet in seipsa notitiā preteritorum: presentiū: z futuroꝝ: z ideo assimilatur deo. ¶ Hanc notitiā habebat anima prophete qn̄ dicebat in p̄s 76. Cogitaui dies antiquos: quo ad temp⁹ preteritum: Et annos eternos in mēte habui: quo ad futuꝝ: Et meditat⁹ sum nocte cū corde meo z exercitabar z scopebam spm̄ meum: quo ad tempus presens. Et qz deus habet istā triplicē sapientiam: pro tāto diligit sapientes dicēs Deutero 32. Gens absqz consilio est et sine prudentia. vtinam saperent preterita: z intelligerent presentia ac nouissima. i. futura prouiderēt. Et ideo anima que deo cupit pfecte assimilari: debet ī se cōtinue habere sapientiā: cogitando diligenter: z conferendo preterita: presentia et futura. Unde clamat deus aīe dicens Baruch. 3. Disce vbi sit prudentia: vbi sit virtus: vbi sit intellectus: vt scias simul vbi sit longiturnitas vite et victus: vbi sit lumē oculorum z pax. Deutro. 32. Memento dieꝝ antiquoꝝ cogita gn̄atiōes singulas: Interroga patrē tuū z annūciabit tibi: maiores tuos z dicēt tibi. ¶ Aīa autem que nō habet istā sapientiā preteritoꝝ presentium z futurorum similis est giganti-

Notitia oīū t[illegible] (marginal note)

N. (marginal note)

bus ꝛ principibus gentiuȝ ꝛ filiis agar: qui propter suam īsipientiā interierūt: de quibus dicitur Baruch 3. Et quoniam non habuerunt sapientiā interierunt: propter suam insipientiam.

¶ 6° Deus est liberi arbitrij ita ꝙ nullū habet superiorem qui possit eū restringere a suo velle: nec violentare ad aliq̄d volendū vel agendum: vnde dicit deus de seipso Deu. 32. Uidete ꝙ ego sim solus et nō est alius deus preter me. Ego occidam ꝛ viuere faciam: pcutiā et ego sanabo: et non est q̄ de manu mea possit eruere: Leuabo in celum manū meam: et dicam viuo ego in eternum. ¶ Sic aīa rōnalis est liberi arbitrij: ita ꝙ a nullo pōt violentari vel cogi ad aliquid volendum vel nolendū. Non em̄ potest violentari a creatura aliqua: nec cōdecens est violentari a deo. ¶ De isto libero arbitrio aīme dicitur Ecc̄i. 15. Deus ab initio constituit hominē ꝛ reliquit illum in manu consilij sui: Apposuit tibi aquā et ignem: ad quod volueris porrige manum tuā. Et quia deus cū suo libero arbitrio semper eligit bonum: propterea diligit illam aīam que liberum arbitriū in bonum exercet: et odit illam que in malū exercet. ¶ Figura in Caym Geū. 4. Cui dixit domin⁹: Quare iratus es: et quare concidit facies tua: Nonne si bene egeris recipies: si aūt male: statim in foribus aderit peccatum tuum: sed sub te erit appetitus tu⁹ et tu dominaberis illius. Et ideo anima que deo cupit perfecte assimilari debet cum libero arbitrio derelinquere malum et adherere bono: iuxta illud Ro. 12. Odientes malum: adherentes bono: Et ideo clamat apostolus ad Gala. 5. Nolite errare: deus non irridetur: Que enim seminauerit homo: hec et metet: quoniam qui seminat in carne sua de carne metet et corruptionem: Qui autem seminat in spiritu: de spiritu metet vitam eternam. ¶ Anima autem que per liberum arbitrium adheret carni magis q̄ȝ spiritui: vel malo potius q̄ȝ bono: assimilatur lucifero et diabolo: qui magis adhesit bonitati create seipsum diligendo q̄ȝ bonitati diuine ipsam plusq̄ȝ se diligendo: et propter hoc fundauit ciuitatem inferni et amisit ciuitatē paradisi Ysa: 14. Ueruntamē ad infernum detraheris in profundum laci.

¶ 7° Deus est caritas: iustus: bonus: patiens: mittis: misericors: mundus et oībus virtutibus ornatus dicēte ps. Dominus regnauit decorem induit. s. virtutum: induit dn̄s fortitudinem et precinxit se virtute. Sic anima rationalis est capax caritatis: bonitatis: iustitie: misericordie: mansuetudinis: et q̄nto magis est caritatiua tanto magis deo assimilatur: et quanto magis virtuosa tā to deo est propinquior et similior dicēte Joanne euangelista in prima epistola cap. 4. Deus caritas est: et qui manet in caritate in deo manet: et deus in eo. Et quia deus est iustus: bonus: et virtuosus: ideo diligit et approbat vtutes: et detestatur vicia dicente ꝓpheta in ps. x. Justus dominus et iustitiā dilexit: equitatem vidit vultus eius. In huius figuram deus ad munera iusti Abel respexit: sed ad munera Caym iniqui non respexit Gen̄. 4. Ad innuendum ꝙ approbat iustitiam et reprobat iniustitiam. Et propter hoc si anima vult deo perfecte assimilari: debet virtutes diligere. et vicia abbominari: vnde Leui. 19. Sancti estote quia ego sanctus sum dominus deus vester. Si autem anima sit viciosa non est deo similis: sed bestijs terrenis quas imitatū

in diligendo terram dicente pphета in ps. 48. Homo cum in honore esset nõ intellexit: comparatus est iumentis insipientibus et similis factus est illis: Et iste sunt septem similitudines quas habet anima ad deum in seipso non comparando ad aliquid extrinsecum.

¶ 8° Deus est vnus in toto mundo et non est alius deus. Deutero 32. Uidete quod ego sim solus: et non sit alius deus preter me. Et apostolus ad Ephe. 4. Unus deus: vna fides: vnum baptisma: vnus deus: pater omnium: qui ẽ super omnes: et super omnia et in oĩbus nobis. Sic anima rationalis vnica est in toto corpore humano: nec alia esse potest: quia vnica forma sufficit vni materie. et vni regno vnus rector satis est. et quia deus est vnus: ideo diligit vnitatem et concordiam dicente saluatore Jo. 17. pater serua eos quos dedisti mihi: vt sint vnum sicut et nos. ¶ In huius figuram in principio creationis rerũ scriptum est Geñ. 1. Factum est vespere et mane dies vnus et non primus ad commendandam vnitatem. Et ideo si anima deo cupit perfecte assimilari debet cum omnibus eẽ vnita in vinculo pacis et concordie: quia dicitur Eccli 25. In tribus beneplacitum est spiritui meo que sunt probata coram deo et hominibus: concordia fratrum: amor proximorum: vir et mulier sibi bene consentientes. Si autem anima sit litigiosa et non vnita cum proximis: non est similis deo: sed illi mulieri inique que condẽnata fuit a Salomone que dixit. 3. Re. 3. Nec mihi nec tibi sit: sed diuidatur.

¶ 9° Deus non continetur a mundo: sed econuerso continet mundum vniuersum. Nam deus est mundi superior ipsum regendo: inferior portando: interior replendo: exterior circundando: ¶ Sic secundum Damascenum libro. 1. ca 18. Anima non continetur a corpore sed continet illud: sicut ignis ferrum et in ipso existens suas operationes operatur: Unde anima qua si superior regit corpus: quasi inferior portat: quasi interior replet: et quasi exterior circundat: Et quia deus continet vniuersum: nec ab eo continetur: ideo diligit illas animas que sua corpora continent sub regula ipsius anime. Et si anima deo cupit assimilari perfecte debet ipsum corpus continere sub suo imperio non ab ipso contineri quia dicit Paulus ad Galathas. 5. Qui autem sunt christi carnem suã crucifixerunt cum vicijs et concupiscentijs.

¶ 10° Deus potest viuere et intelligere sine mundo: quia ante mundi constitutionem in seipso viuebat sine mundo: quia bonorum nostrorum non eget. sic anima rationalis potest viuere sine corpore: et intelligere sine corpore: Hoc modo vidit Joannes euangelista animas interfectorum viuere et clamare et dicere Apoc. 6. Usquequo domine sanctus et verus non iudicas et non vidicas sãguinem nostrũ de his qui habitant in terra.

¶ 11° Deus videt omnia que sunt ĩ mundo ad Heb. 4. Et non est vlla creatura inuisibilis in cõspectu eius: Omnia autem sunt nuda et aperta oculis eius: et tñ non videtur Exo. 33. Non videbit me homo et viuet: Et Jo. j. Deum nemo vidit vnq̃. Sic aĩa rõnalis cognoscit oĩa que sunt in corpore et tñ ipsa nõ videtur. Et sicut deus videtur p suos effectus quos producit in mũdo. Ro. j Inuisibilia dei p ea q̃ facta sunt ĩtellecta ↄspiciũt: sic aĩa p suos effect⁹ ĩ corpe cogñscit: et sic a fructib⁹ eoꝝ cognscetis eos

Sic Arist. p° de An.

¶ 12° Deus licet nō audiatur: minime tamen dormit ī mundo maiori iuxta illud psal. Ecce nō dormitabit neq3 dormiet qui custodit israel: sed semp opatur creando nouas creaturas vel cōseruando creatas. Sic aīa rationalis licet corpus dormiat: non tm̄ ipsa dormit sed vigilat: vnde dicit Homo Ego dormio quo ad corpus: ꝛ cor meū vigilat quo ad animā. Et quia de° ē vigilans ideo diligit vigilātes. Figura hui° est Luc. 2. Nā angelus dn̄i apparuit pastoribus vigilātib° ꝛ custodiētibus vigilias noctis supgregē suū. Et ideo si aīa deo cupit perfecte assimilari debet esse vigilās quia dicit xp̄s iesūs Mathei 24. Uigilate q2 nescitis qua hora dn̄s vester vēturus sit. Que autē est ociosa similis ē illis de sodoma. qui igne celesti consumpti sunt Gene. 19. Sic ociosi igne concupiscentie incenduntur.

¶ 13° Deus implet totū vniuersum: et est ī omnibus partibus vniuersi Iere. 23. Celū et terrā ego implebo dicit dominus. ¶ Sic aīa implet totum corp° et est in oībus partibus eius. Et sicut deus ī oībus partib° vniuersi aliquid operatur: quia vt dicit Ber. ad Eugeniū. Deus in seraphin amat vt caritas: ī cherubin nouit vt veritas: in tronis sedet vt equitas: in dn̄ationibus dn̄atur vt maiestas: in pr̄icipatibus regit vt pricipium: ī potestatibus tuetur vt salus: in virtutibus operatur vt virtus: in archangelis reuellat vt lux: in angelis assistit vt pietas. ¶ Sic aīa rōnalis ī omnibus partibus corporis aliquid operat᷑. Nam ī oculis videt: in auribus audit: ī naribus odorat: ī palato gustat: ī līgua loquitur: in pectore digerit: ī corde mouet: ī manibus operatur: ī pedibus ambulat. Et omnia mēbra ī suo esse conseruat: O mirabilis dignitas aīe rōnalis: que ita in esse conseruat suum vniuersum sicut deus conseruat suum.

¶ 14° Deus non maculatur sordibus huius mundi q̄uis ipsum totum impleat. sicut radius solis non maculatur a sordibus luti super quod transit. ¶ Sic aīa rōnalis non īquinatur sordibus corporis nisi consentiat: Ymo pōt se a peccato mundam preseruare cum dei adiutorio: quia peccatum nō est peccatum nisi sit voluntariū. Et ideo si aīa cupit deo pfecte assimilari: debet cauere ne īquinetur ab aliqua corporis parte: nō a visu: non ab auditu: non a pedibus: et sic de alijs: sed dicat cum ps. Fiat cor meum īmaculatū ī iustificationibus tuis vt non cōfundar.

¶ 15° Deus nobilius ornat in vniuerso suo vnam partē q̄3 aliam. Nam nobili° ornauit solem: lunā: stellas: aurum: argentum: lapides preciosos: arbores: q̄3 alia multa: quamuis omnia in suo ordine sint condecenter ornata: quia vidit deus cūcta que fecerat et erāt valde bona. Gene. 1. Sic aīa rōnalis licet omnē sui corporis partē ornet: nobili° tamē vnam q̄3 aliā. Nam decentius ornauit manus q̄3 pedes: et caput q̄3 manus: et oculum q̄3 calcaneum. Et ideo si cupit deo perfecte assimilari: debet decentius ornare aliquas corporis partes: puta oculos per pudicū aspectum: linguam per silentiū discretum: gulam p rigidā abstinentiā: manum per sollicitā operationē: vt dilect° dicere possit illud Cāt. 4. Tota pulcra es amica mea: ꝛ macula nō est ī te: Uulnerasti cor meū ī vno oculoꝝ tuoꝝ: Fauus distillans labia tua sponsa: mel et lac sub lingua tua.

¶ 16° Deus q̄uis sit in omni parte vniuersi: tamen mediāte vna parte influit in aliā et regit aliam: verbi gratia Mediantibus corporibus celestibus fluit

in hec corpora inferiora corruptibilia: et mediantibus angelis fluit in corpora celestia ipsa mouendo: et mediante sole influit lumen et virtutez in alios planetas et in viuentia inferiora. Sic anima quãuis sit in toto corpore et in omni parte: tamen principaliter vr esse in corde: sic deus est principaliter in celo: et mediante corde influit motum in omnes partes corporis: et mediante cerebro in omnes sensus: et ideo sicut deus est vnicus imperator in vniuerso habens oẽs sub suo dominio: sic anima est vnica imperatrix in suo corpore habẽs sub se oẽs sẽsus et dicit huic vade et vadit: veni et venit: o dignitas magna.

¶ 17° Deus in suo vniuerso est cã incrementi et augmẽtationis: nutritionis et generationis in plantis: herbis: arboribus: floribus: fructibus et animalibus: quia si subtraheret suam influentiam: nullũ fieret incrementum. nec augmentuz nec generatio Ysa. 66. Ego suz qui alios parere facio. ego qui generationem alijs tribuo. Sic anima rõnalis in suo vniuerso est causa generationis: nutritionis: et augmentationis membrorum: qz sine ipsa non fieret generatio aliqua nec augmentatio: et si cupit deo perfecte assimilari debet augmentare sensus tã exteriores quã interiores in processu virtutum et morum: ascendẽdo de virtute in virtutem donec veniat ad completũ augmentum perfectionis: quia dicitur ꝓuer. 4. Iustorũ semita quasi lux splẽdens procedit et crescit vsqz ad perfectũ diem.

¶ 18° Deus regit et gubernat vniuersuz suum et disponit cum summa prouidẽtia Sap. viij. Attingit ergo sapientia a fine vsqz ad finem fortiter: et disponit oĩa suauiter: et siquid inordinatum acciderit: per condecentem iustitiam et correptionẽ ordinat et regulat iuxta illud ps. 88. Si autem derelinquerint filij eius legem meam et in iudicijs meis nõ ambulauerint: si iustitias meas ꝓphanauerint et mandata mea non custodierint: visitabo in virga iniquitates eoruz et in verberibus peccata eorum. Sic anima rationalis gubernat et regit et disponit suum vniuersum. Et debet cum prudẽtia et sapientia gubernare omnes partes huius sui vniuersi: qz sic deo assimilat et placet vñ paulus Ad thesal. 4. Hec est voluntas dei sanctificatio vestra: vt sciat vnusquisqz vas suum possidere in sanctificatione et honore: non in passione desiderij: Si autem quid iniustuz in sensibus acciderit: debet cuz debita punitiõe ordinare et corrigere Hoc modo corrigebat anima pauli in suo vniuerso occurrentes deffectus: quando dicebat. j. Cor. 9. Castigo corpus meum et in seruitutem redigo: ne forte cum alijs predicauerim ipse reprobus efficiar.

¶ 19° Deus vnitus est nature humane passibili pͦ. et postmoduz impassibili qz verbum caro factum est Jo. pͦ. Et in illa natura passibili se humiliauit vsqz ad mortem: mortem autẽ crucis: Ad phil. 2. Et tanquã agnus ad occisionem duct⁹ est et non aperuit os suum ad maledicẽdum: nec ad comminandũ Ysa. 53. Sic anima rationalis pͦ vnita est corpori passibili et corruptibili. Sap. 9. Corpus qđ corrumpitur agrauat animam: 2°. vnitur corpori impassibili et immortali. j. Cor. 15. Seminatur corpus in corruptione: surget in incorruptione: seminat in ignobilitate surget in gloria: sed non prius quod spirituale est sed quod animale deinde quod spirituale. Et ideo si anima deo vult perfecte assimilari debz in ista carne passibili se hũiliare ad passiones: non murmurando: non maledi-

cendo: non reddendo maluʒ pro malo: nec maledictum pro maledicto: j. petri. 2. Christus passus est pro nobis: vobis relinq̃ns exẽpluʒ: vt sequamini vestigia eius: q̃ cũ malediceret nõ maledicebat: cũ pateref nõ cõminabat: tradebat autẽ iudicanti se iniuste: Qui peccata nr̃a ipse pertulit in corpore suo super ligmuʒ vt peccatis mortui iustitie viuamus. O q̃ꝫ rare anime deo perfecte assimilãtur.

¶ 20 Deus est omnipotens quia potest omnia que vult: nec est qui eum possit impedire sed omnia quecũq; voluit fecit in celo ꝛ in terra. Sic anima rationalis quando erit glorificata: erit omnipotens q: quidquid volet fiet ꝛ quicquid nollet nõ fiet. Et ratio est quia aĩa glorificata erit adeo conformis voluntati diuine q̃d quicquid illa volet ꝛ ip̃a volet: ꝛ quicquid nollet: ꝛ ip̃a nollet ꝛ iõ ei⁹ adimplebit desideriũ ꝛ nulla creatura poterit impedire ꝑꝑ conformitatẽ cuʒ voluntate diuina: ꝛ tunc implebitur illud dictum prophete loquentis ad animam suam in p̃s. cij. Qui replet in bonis desiderium tuuʒ. O dignitas magna anime rationalis.

¶ 21⁹ Dei secreta consilia sunt inuestigabilia per naturam: dicẽte apostolo ad Ro. xj. O altitudo diuitiarum sapiẽ ꝛ scientie dĩ q̃ꝫ incõprehẽsibilia sunt iudicia eius ꝛ inuestigabiles vie eius: quis cognouit sensum dñi: aut quis consiliarius eius fuit. Sic anime rõnalis secreta consilia sunt per naturam inuestigabilia: Iiere. 17. Prauum est cor hominis ꝛ inscrutabile: quis cognoscet illud. Et hanc sĩlitudinem aĩe rõtionalis ad deũ facit paul⁹ dicẽs ꝓ ad Cor. 2. Quis enim scit hominum que sunt hominis: nisi spiritus hominis qui in ipso est: ita et que dei sunt nemo cognouit nisi spiritus dei. Et sic patet quomodo anima rationalis est quasi alter deus.

¶ 22⁹ Deus in mente sua habet totum vniuersum descriptum ꝑ ydeas ꝛ similitudines omniuʒ vnde dr̃. Jo. j. Quod factũ est. s. mũdus iste: in ipso vita erat. Et paulus ad Ro. xj. In ipso sunt omnia: ꝛ Boetius dicit de ipso deo. Mundum mente gerẽs similiq; ymagine formans. Sic anima rationalis in se continet oĩum rerum corporalium ꝛ totius mundi ydeas ꝛ sĩlitudines: vnde vocatur locus specierꝫ ꝛ sĩlitudinum rerꝫ sicut. n. potest omnia cognoscere ita pot omniũ spẽs ꝛ sĩlitudines in se ipsa recipere ꝛ cõtinere. Figura huius continentie põt haberi in veste poderis: que erat ornamentuʒ summi sacerdotis: in qua erat descriptus vniuersus orbis representatiue ꝛ figuratiue: quia illa particularia ornamẽta representabãt singulas mundi partes. Exo. 28. ꝛ Sapien. 18. Moraliter summus sacerdos est verbum summi p̃ris vel christus qui ẽ sacerdos ineternuʒ. Uestis qua se induit est anima rationalis quia habitu inuentus est vt homo ad Phil. 2. In hac veste sunt descripte omnes mundi partes per earum sĩlitudines exñtes in anima. Et ideo sĩlis est deo.

¶ 23⁹ Deus est in seipso pulcerrimus in paradiso. Sap. 7. Candor est lucis eterne speculum sine macula: Et. j. ad Cor. 2. Oculus non vidit: nec in cor hominis ascẽdit que preparauit deus his qui diligunt illum. Sic anima rõnalis est pulcerrima. Cant. v. O pulcerrima mulierꝫ Figura hui⁹ pulchritudinis hr̃ iudith. ꝫ In iudith vidua: quã cũ vidissent ornatã filij israel stupẽtes mirati sunt nimis eius pulchritudinẽ: Judith q̃ interp̃tatur ↄfitẽs ꝛ ẽ vidua ẽ aĩa rõnalis ad cõfitendũ ꝛ laudãdũ deũ creata: q̃ vidua dr̃ ꝑꝑ sui spõsi mortẽ: q̃ cũ ornata fuerit

vestibus suis gloriosis stupentes angeli illi⁹ pulchritudinē admirabunt̄. Ecci. 43. Pulchritudinē cādoris eius admirabit̄ oculus. Hui⁹ anime pulchritudinē τ sapiētiam admirant̄ babilonici.i. mūdi sapiētes dicētes illud Judith.xi. Nō est talis mulier sup terrā in aspectu et pulchritudine τ sensu verborum. O magna formositas aīe rōnalis qñ est virtutibus adornata: si aūt sit viciosa est similis carbonib⁹ dicēte ꝓpha denigrata est sup carbones facies tua.

¶ 24⁹ Deus est infinit⁹ in essentia: in potentia: in duratione dicēte ꝓpha in ps. 144. Magnus dñs τ laudabilis nimis τ magnitudinis ei⁹ nō ē finis. Sic anima rōnalis: quo ad capacitatē est infinita: q2 est capax dei infiniti. q̄ ad memoriam τ volūtatē τ intellectū: τ ideo in signum huius nullo finito pōt saciari dicente saluatore Jo. 4. Oīs qui biberit ex hac aqua sitiet iterū: qui autē biberit ex aqua: quā ego dabo ei: nō sitiet in eternum: τ ex istis patet quō anima rōnalis est similis deo: τ quasi alter deus p istas viginti quattuor silitudines. ¶ Et iste silitudines anime rōnalis ad deum pñt figurari in illis viginti quattuor seniorib⁹ qui circunstabāt tronū dei: τ ꝓcidētes adorabāt sedentē sup tronū: τ mittebāt coronas suas añ tronū τ laudabāt deū dicentes. Dignus es dñe de⁹ nr̄ accipe gloriam τ honorē τ virtutē: quia creasti omnia τ pp voluntatē tuā creata sunt: Apoc. 4. τ. v. Moraliter p tronū in q̄ sedet deus intelligi pōt aīa rōnalis: q2 aīa iusti sedes est sapiētie. Per viginti quattuor seniores circunstantes tronū intelligūtur iste viginti quattuor silitudines aīe ad deū. que bene p seniores designant̄: q2 sicut senectus reddit hoiem: venerabilē. dignū: τ sapiētē: sic iste ad deū silitudines reddūt ipsā animam venerabilem τ dignam τ sapientē. Et isti seniores ꝓcidebant ante sedentē in trono: τ ꝓiiciebant ad pedes eius coronas suas τ ipm̄ laudabant τ glorificabāt: q2 anima istas silitudines ad deū que sunt eius singulares prerogatiue τ omnē gl̄iam τ honorē quem habet ex eis debet ꝓhijcere ante pedes sedētis in trono: cognoscēdo oīa ista dona singularia esse a diuina bonitate τ liberalitate donata: τ debet se ante ipsū incuruare τ adorare τ laudare τ magnificare dicēdo. Dignus es dñe deus noster accipere gloriā τ honorem τ virtutem: quia creasti omnia τ pp voluntatē tuam creata sunt: Ex quibus patet quomodo anima est deo silis in accidentalibus proprietatibus: venite ḡ ascendamus ad montem domini τ docebit nos vias suas.

¶ De duodecim rationalis anime passionibus. Cap. x.

De passionibus anime

Venite ascendamus ad montē domini τ ad domum dei iacob τ docebit nos vias suas: Postq̄ ingressi sumus in desertum τ solitudinē aīe rōnalis inuestigādo ei⁹ nāā: noīa: officia. ꝓcedēdū ē vlteri⁹ τ interi⁹ ad indagādū mirabilia q̄ i ei⁹ abditis occultāt̄. Cū. n. aīa rōnalis sit ad ymaginē τ silitudinē dei isiniti: infinitatē quādā in se ↄtinet i exhaustibilē pp ↄtinētiā oīu; isemetipsa vñ in pñti cap̄ videbim⁹ eius passiones q̄ sunt q̄si ianue quib⁹ oīa igrediunt̄ ad aīa; ipsā. Passio aūt sic magistralit̄ describitur. ¶ Passio est mot⁹ appetitus ꝓueniēs ex apphensione alicui⁹ vt conuenientis vel disconuenientis: presentis vel absentis. Ad passionem tria requirun-

Anima quodāmodo est infinita.

tur. Prima est apprehensio boni conuenientis presentis vel absentis. vel mali disconuenientis presentis vel absentis. Secūda est appetitus siue potentia appetitiua. Tertia est motio siue inclinatio media causata in appetitu ex illa preuia apprehensione. Et talis motio siue inclinatio est formaliter passio inchoata in virtute apprehensiua ꝛ derelicta ꝛ terminata in virtute siue potentia appetitiua. ¶ Passio est quadruplex: cui correspondet 4ᶠ apprehensio preuia et quadruplex subiectum. Prima est naturalis que est inclinatio forme naturalis ad bonum sibi conueniens siue ad proprias operationes. Sicut materia inclinatur ad formam: ignis ad ascendendum: celi ad influendum. Ista passio naturalis sequitur cognitionē et apprehensionem principij separati dei qui est primus motor dirigens opus in finem suū. cuius cognitio siue apprehensio est in igne ascendente sicut cognitio et intentio sagittantis est in sagitta missa. Subiectū hui⁹ passiōis est ipsa potentia naturalis appetitiua sui conueniētis ꝛ refugitiua sui discōuenientis. Secūda est animalis siue sensitiua que formaliter est inclinatio appetitus sensitiui ad aliquod bonū vtile vel delectabile ꝓsequendum. Et ista sequitur apprehēsionem sensitiuā interiorem siue exteriorem. Subiectum ei⁹ est appetitus sensitiuus. Tertia est rōnalis que est formaliter inclinatio appetitus rationalis ad aliquod bonū vel malū prosequendum vel fugiēdum: et ista sequitur cognitionem ꝛ apprehensionem rationis deliberantis ꝛ dictantis de particularibus agendis vel vitandis. Subiectum eius est appetitus rationalis. Quarta est intellectualis que est inclinatio quedam ad bonum faciendum ꝛ ad malū fugiendum in vniuersali. Et ista sequitur cognitionem seu apprehensionē pure intellectualem: seu dictamen consciētie simplicis: ostendentis principia practica in vniuersali: vt omne bonū est faciendum: et omne malū est vitandum. Et ista est sinderesis: que est quedā inclinatio seu stimulatio ad bonum amādum et malū odiendum in vniuersali. Subiectum huius passiōis intellectualis est voluntas. ¶ Causa autē harum passionum maxime animaliū, est quadruplex. Nam vel originantur ab innata cōplexione calida: frigida: humida: ꝛ sicca: siue sanguinea: colerica: fleugmatica et melācolica: vel originātur ab ipsis sensibilibus exterioribus agentibus in sensus exteriores ꝑ: deīde in interiores. Uel originantur a celorum influētia dispositiue ꝛ remote qualificāte diuersimode corpora: ꝛ inclinante ad diuersa appetibilia: vel originātur a ratiōe. Nā ex actibus rationis discurrentis vel cōferentis: deriuantur immutationes ad cor humanū: ꝛ exinde ad cerebrum: et a cerebro ad sensus exteriores puta ad oculos per lachrimas: ad linguam per clamorem: ad manus per complosionē aut alijs modis varijs. ¶ Obiectū harum passionum est triplex bonū: ꝛ triplex malū sibi oppositum. Primū bonum est bonū vtile: quod appetitur non ꝓpter se: sed propter aliud: quasi vt q̄ddam mediū per quod ī aliud tendit vt puta diuitie sūnt bonū vtile q̄ appetuntur vt quoddā mediū p qḋ hō possit habere victum: vestitum: delicias: et honores: Hoc bonum ordinatur in finem aliquem extra se: ꝛ sibi opponitur malum damni: hoc bonum vtile naturaliter magis appetunt senes q̄ȝ iuuenes. ¶ 2ᵐ bonum est delectabile quod appetitur propter se sicut quies in re desi-

De subiecto passionū

detata & propter complacentiam & delicias: vt puta delectatio aliorum ludorum & venereorum que solum propter complacentiam appetuntur: Hoc bonum delectabile est finis appetitus sensitiui: & sibi opponitur malu3: pene hoc bonum delectabile maxime appetũt iuuenes passionum sectatores. ¶ 3m bonum est bonum honestum: quod appetitur vt terminans appetitum intellectiuum: & tale bonum sunt virtutes: gratia: dona: beatitudines: fruct9 & vltimo ipse deus: qui simpliciter terminat appetitum intellectiuum videlicet voluntatem: & tale bonum est finis appetitus intellectiui. s. voluntatis secundu3 quid in via & simpliciter ĩ patria: & sibi oppõitur malum culpe prout sunt vicia atq3 peccata: & hoc bonum appetunt homines sapiẽtes. ¶ Ex istis obiectis diuersimode consideratis prout conuenientia: & disconuenientia: presentia: & absentia: facilia: & ardua sunt: colligũtur in anima varie passiones siue inclinatiões: sex in virtute concupiscibili: & sex in irascibili que hic ordinate disponuntur incipiendo a virtute concupiscibili.

¶ Prima passio virtutis concupiscibilis est amor. qui est quedã inclinatio anime ad bonum absolute sibi commodum et conueniens. Nam bonum habet virtutem attractiuam. Bonum ergo apprehensum mouens appetitũ concupiscibilem: causat in eo quandam inclinationem ad bonum commodi absolute: non ad aliquod bonum contractũ. Et ista inclinatio causata in appetitu est amor qui est prima passio & origo omnium aliarum sequentium passionum. Nam ex amore alicuius rei oritur odium sui contrarij. spes adipiscendi illã: gaudium de eius presentia: tristitia de eius absentia: &c. ¶ Iste amor est triplex: Naturalis qui est inclinatio ad bonum conueniens proprie nature: et isto amore ignis appetit & inclinatur ad esse sursum: et terra deorsum. Sensualis qui est inclinatio ad bonum delectabile conueniens appetitui sensitiuo: & isto amore ocul9 appetit & inclinatur ad visibilia delectabilia sensui visu3. De isto amore sensuali dĩ Eccs. j. Nõ saturaẽ ocul9 visu: nec auris auditu implet. Rationalis siue intellectualis qui est inclinatio quedam ad bonum conueniens appetitui rationali. i. voluntati. Et cum isto amore anima amat ea q̃ sunt conuenientia appetitui rationali. i. voluũtati puta virtutes et ipsum deum. Uirtutem amabat ille cui dicitur ĩ ps. 44. Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatẽ. Deum amabat ille qui dicebat in ps. 17 Diligam te domine fortitudo mea: Et Boetius inest. n. mentibus nostris quedam summi veriq3 boni naturaliter inserta cupido9 ¶ Iste amor si preuenit iudicium rationis est indifferẽs nec bonus nec malus moraliter. si contra iudicium rationis est malus: si secundũ iudicium rationis est bonus moraliter secundum proportionem debitã. Preterea aduertendum q3 iste amor si intẽdatur vocatur zelus: qui est amor vehemens siue intensus non compatiens consortium in amato: nec compatiens aliquod contrariũ fieri cõtra rem amatam. Hoc modo maritus zelotypus intense amat vxorem non compatiens cõsortium in illa re amata. Hoc etiam modo Christus habuit zelum & amorem intensum diuini honoris quando eiecit vendentes de templo Jo. 2. de quo scribitur in ps. zelus domus tue comedit me. Iste zelus si non sit secundum sciẽtiam & prudentiam malus est: de quo ad Ro. 10, Emulationẽ quidẽ dei ha

Amor. Zelus.

bent sed non secundum scientiam. Si autem sit regulatus a prudentia ⁊ scientia tunc est laudabilis: et talis fuit zelus Helie prophete contra transgressores diuinorum mandatorum qui dixit. 3. Re. 19. zelo zelatus sum pro domino deo exercituū. ¶ Ultimo aduertendū ꝙ ista prima passio videlicet amor est radix origo et fundamentum omnium aliarum passionum: et est prima ianua qua omnia alia ingrediuntur ad animam. et ideo summa cum diligentia regulandus ne labatur ad nociua vel inutilia. Nam si ipse sit viciatus omnia q̃ ingrediuntur ad animam sunt viciata: ⁊ econuerso si sit sanus omnia que ad animam ingrediuntur sunt saluberrima: quia non potest arbor mala bonos fructus facere: neque arbor bona malos fructus facere Math. 7. Et ideo clamat Salomon dicens prouer. 4. Omni custodia serua cor tuū: qd̄. scz. est fons amoris quoniam ex ipso vita procedit.

¶ 2. passio est odium: Quod est quedā disconuenientia ⁊ repugnantia passi ad agens. Nam malum habet virtutem expulsiuam siue repulsiuā: et ideo malum incommodi apprehensum causat in appetitu vnam passionem que dicit̄ odium: et est contraria amori. ⁊ est quedam disconuenientia siue repugnantia ⁊ disproportio ipsius appetitus ad ipʒ malum incōmodi. Istud odium est triplex: Naturale qd̄ est dissonātia appetitus naturalis ad sibi repugnans vel ad malum sue nature cōtrarium. Hoc modo appetitus naturalis in igne odit locum deorsum tanq̄ dissonum sue nature. Et appetitus naturalis ligni odit ignem suam naturam destruentē. Sensuale qd̄ est disconuenientia appetitus sensitiui ad sensibile sibi incōmodū et nociuum. Hoc modo Lippus odit lucem oculum contristantem quia oculis egris odiosa est lux. Rationale qd̄ est dissonantia appetitus intellectiui. s. voluntatis ad malum sibi incōmodum et nociuum. Hoc modo iustus odit iniquitatem sicut odibat ille ꝓpha qui in ps. 118. dicebat: Omnem viam iniquam odio habui. Istud odium si sit multum intensum vocatur abbominatio que est intensa et vehemens dissonantia appetitus ad malum sibi incommodum. Hoc odium intensum habebat ille qui i ps. 118. dicebat Iniquitatē odio habui et abbominat⁹ sum. Istud odium si sit naturale tantum vt in brutis in quibus non est ratio: sicut ouis odit lupum: non est peccatum. Si etiaʒ preueniat iudicium rationis sicut accidit in primo occursu inimici sic est indifferens. Si autem sit contra iudicium rationis sic est vicium. Hoc modo odibant filij Iacob fratrem suum Ioseph: nec poterant ei quicq̄ pacifice loqui. Gen. 37. Si autem sit secūdum iudiciū rationis tunc est virtus. Hoc modo ꝓpheta odibat scelestos qui in ps. 118. dicebat Iniquos odio habui: et legem tuā dilexi. Preterea aduertendum ꝙ odiū oritur ex amore. Nihil. n. oditur nisi quia oppositum eius diligitur: et ideo sequitur conditiones amoris. Nam si amor est indifferens: sic ē odium. Si amor malus: odium est malum. Si amor sanctus odium sanctum. Si amor intenditur: odium intenditur: si remittitur: remittitur. Si eradicatur: eradicatur. Et pro tanto diligenter vigilet contemplator ad custodiendam primam passionem amoris que est ianua omnium aliarum.

¶ 3. passio est desiderium qui est amor boni absentis. Nam bonum inquantum conformat sibi appetitum causat

in eo passionem illam que dicitur amor inquantum vo ipsum bonum absens attrahit ad seipsum appetitum causat in eo passionem que dicitur desideriū: quod est amor rei absentis. Istud desiderium si sit intensum nominatur cō cupiscentia que nihil aliud est q̄ deside rium intensum rei absentis. Istud desiderium et concupiscentia est triplex: videlicet Naturalis que est desideriuз intensum siue appetitus intensus aut vehemens rei delectabilis absentis conuenientis nature animalis: siue conseruantis naturam animalis: vel quo ad speciem et sic est concupiscētia venereorum: vel quo ad indiuiduum et sic est concupiscentia ciborum et potus: Et d̄ isto desiderio et concupiscentia dicitur in ps. Sicut desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te deus. Animalis que est desiderium intensum siue appetitus intensus delectabilis absentis secundum imaginationis apprehensionem. Et sic est cō cupiscentia diuitiarum: pecunie: vestiū: domorum et vasorum: que non afferunt delectationem secundum sensum carnis: sed secundum apprehensionem ymaginationis. De ista concupiscentia dixit Judas Machabeus militibus suis Mach. 4. Non concupiscatis spolia quia bellum contra nos est. Spiritualis que est intensum desiderium rei absentis conuenientis appetitui rationali. i. voluntati: Et isto modo desiderā tur virtutes et ipse deus. De hac concupiscentia et intenso desiderio spirituali ardebat ps. cum diceret: Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore. Ista concupiscentia si preuenit iudiciū rationis est indifferens ad bonū vel malum: quia primi motus non sunt in potestate nr̄a. Hoc modo filij concupiscunt lac sine dolo. 1 petri. 2. Quasi mō geniti infantes sine dolo lac cōcupiscite. Et si sit contra vel preter iudiciū rationis est vicium atq; petm̄: hoc mō filij israel in deserto contra iudicium rōnis concupiuerunt carnes: et venit ira dei super eos et mortui sunt et sepulti: et vocatus est locus ille sepulcra concupiscentie. Nūeri. xi. Hoc modo Achan filius charmi concupiuit spolia et aurū ierico contra preceptū domini dicens iosue. 7. Uidi inter spolia palliū coccineū valde bonuз: et ducētos siclos argenti et cōcupiscens abstuli &c̄. ¶ Si autē sit scd̄m rectam rationē est virtus et meritoria regni celestis. Sap. vj. Concupia sapiētie deducit ad regnū perpetuum. Et ppea debet esse contemplator cautus circa istud desideriū et cō cupiscētia quaten⁹ sub regula rōis restringatur. Et ista 3ª passio sequit̄ ɔditiones pme. s. amoris: q2 ad ei⁹ intēsionem intēdit̄ ad remisionē remittit̄ et ad eradicationem eradicatur.

¶ 4ª passio Fuga q̄ opponit̄ desiderio nā maluз aprehensuum vt absens et imminēs causat i appetitu ɔcupiscibili passionē q̄ dr̄ fuga q̄ est quedā discōuenientia et improportio siue resiliētia appetitus ab ipō malo aprehēso et iminēti. Et cū ista fuga intēdit̄ vocatur abhominatio siue horror. Hoc mō canis videns baculū eleuatū ad pcutiēdū horret et fugit apphēsionem mali iminentis. Ista fuga est triplex. Naturalis que est disconuenientia et resilientia quedam a malo aprehenso et imminenti disconueniente ipsi nature: sicut homo fugit mortem imminentes: Hoc modo fugit Dauid a facie saulis querentis interficere eū. i. Re. 18. et. 21. ¶ Animalis siue sensualis que est disconueniencia seu resilientia quedā ab obto malo apprehē

so vt imminente discōueniente appetitui sensitiuo: sic gustus fugit amara: et tactus dura et aspera. Hoc modo fugit agar ancilla a dn̄a sua sarra qr verberibus affligebat eam. Gen̄: 16. Spiritualis qui est resilientia quedā a malo imminente disconueniente appetitui rōnali.i: voluntati: sic vir iustus fugit pctm̄ q̄si colubrum. Hoc mō ioseph patriarcha fugit adulterium relinquens palliū in manu vxoris pharaonis ipsum inuitantis ad peccandum. Gen̄ .39. ¶ Ista fuga mali si sit preueniens iudiciū rōnis est indifferens: qr sic est primus motus: si sit preter vel contra iudicium rōnis est vicium et peccatum. si sit secundū iudiciū recte rationis est virtus atq meritum: et ista fuga sequitur odium quo ad intensionē et remissionem et eradicationē. Unde cautus sit contemplator vt ista aīe passio debita ratione reguletur: ne fugiat non fugienda: et nō fugiat fugienda quia qui timet pruinam irruet super eum nix.

¶ 5ᵃ passio est gaudiū: Nam bonum apprehensū vt presens adeptum et aquisitū dat ipsi appetitui concupiscibili quietationem quandā in ipso bono adepto et presenti et sic in ipso appetitu generatur passio que dicitur gaudiū: quod ē formal'r quedā quies appetitus in aliq̄ bono sibi conuenienti amato desiderato et presenti siue adepto: sic sitiens qui amauit et desiderauit et adeptus est vinum: in eius gustu gaudet letaī et quiescit. Istud gaudiū si intendatur diuersimode nominatur scd̄m effectus. Nam vno modo dr̄ letitia quasi latitia quia gaudium intensum dilatat cor: dr̄ exultatio inquātum tale gaudium manifestatur ex per pedes quasi ex saltatio: dr̄ plausus inq̄tum manifestatur ex per manuū repercussionē a plaudo plaudis: dr̄ hylaritas inquantum manifestatur p faciē et oculū ab hilaro as: q̄ est letificare: dr̄ iocūditas inquātū manifestaī per alia membra et alios actus. vt pz in iocis. vnde et iocunditas dicta est. Istud gaudiū siue delectatio est quadruplex sicut est quadruplex vis apprehēsiua. Prima est in sensu exteriori quando habet obū delectabile pn̄s: sicut oculus gaudet et delectatur in visione solis. Eccs. xj. Dulce ē lumē et delectabile est oculis videre solem. ¶ 2ᵐ in sensu interiori.i.in ymaginatione quando obm̄ delectabile est sibi pn̄s: sicut mater gaudet et delectatur ymaginando filium absentē. Hoc mō gaudebat mr̄ tobie ymaginando filium absentē quādo dicebat Tob. x. Heu me fili mi: vt quid te missimus perigrinari lumen oculorū nr̄orū: baculum senectutis nr̄e: solacium vite nr̄e. ¶ 3ⁿ in ratione inferiori quando hēt obm̄ quesitum et adeptum siue pn̄s. sicut delectatur qui scientiam aliq̄ diu quesiuit et inuenit. Hoc mō gauisi sunt magi videntes stellam quam amiserant et inquirebant de quibus dr̄. Mat. 2. Uidentes aūt stellā gauisi sunt gaudio magno valde: et hoc gaudium fuit in inferiori portione rationis qr immediate circa creaturam. ¶ 4ᵐ est in ratiōe superiori qn̄ habet obm̄ sibi conueniēs pn̄s et vnitū: sicut anima in contemplatione deo vnita gaudet et delectatur cum sponso: hoc gaudium habuit Abachuc propheta cū dixit Abach. 3. Ego autem gaudebo in domino et exultabo in deo iesu meo. Et virgo maria quando dixit. Luce. P. Et exultauit spiritus meus in deo salutari meo. ¶ Istud gaudium si preueniat iudicium rationis est indifferens sicut in pueris qui gaudent et delectantur in suggēdo mr̄is vbera. Et si sit contra vel preter iudicium rationis. sic est pec-

Si sit cõtra vel preter iudicium rationis sic est peccatũ vel passio consequẽs ad peccatũ. Hoc modo adam ꝛ eua delectati sunt in pomo videndo ꝛ gustando: d qua dicit Gen.3. Uidit igitur mulier lignum ꝙ esset bonum ad vescẽdũ et pulchrũ oculis aspectu ꝙꝫ delectabile tulit ꝛ comedit. Si autẽ sit ꝫ rationẽ tunc est meritũ ꝛ virtus. Hoc mõ gauisi sunt discipuli de christi resurrectione de quibus Jo.xx. Gauisi sunt ergo discipuli viso domino. Caueat ergo diligenter contemplator istud ostiũ: ne gaudium aliquod contra rationem ingrediatur ad animam.

¶ 6ª pasio est dolor siue tristitia nã cuꝫ apprehenditur malum vt presens ꝛ cõiunctum: vel bonum vt amissum qđ vt sic habet rõnem mali nociui: oritur in appetitu concupiscibili displicentia quedam de malo presenti siue de bono absente que dicit dolor siue tristitia: que ẽ perceptio disconuenientis coniuncti vel conuenientis amissi. Iste dolor seu tristitia si sit intensa vocatur accidia: vnde dicit Damascenus: quod accidia est tristitia aggrauans immobilitãs in tantuꝫ vt vocem auferat qꝛ prohibet locutionẽ. Iste dolor est quadruplex. ¶ Primus est sensualis exterior: qui consurgit ex apprehensione obiecti discõueniẽtis ipsi carni ꝛ dicitur ꝓprie dolor. hoc dolore fuit affectus anthiocus rex de q̃ dicitur 2 mach.9 Apprehendit eum dolor dirus viscerum ꝛ amara interioruꝫ tormẽta. ¶ 2ª est animalis interior qui causatur ab apprehensione extimatiue interioris naturalis: ꝛ ymaginatiue: ꝛ fit frequenter sine lesione carnis: verbi gratia mulier ymaginatur filium suuꝫ verberari vel occidi licet sic nõ sit in re: ex ista ymaginatione oritur quidam dolor in appetitu qui dicitur animalis dolor: ꝛ proprio nomine vocatur tristitia: hoc modo tristatur latro ymaginando supplicium ¶ 3 est rationalis siue voluntarius: qui causatur per rationem aprehendentem malum culpe ꝛ per voluntatem dissentientem ei: ꝛ vocatur ꝓprie displicentia: hoc dolore dolet homo de peccato ꝛ culpa commissa: sicut publicanus qui percutiebat pectus suũ dicens deus propicius esto mihi peccatori. ¶ 4 est intellectualis ꝛ spiritualis qui oritur ex solis malis culpe apprehensis sub ratione offense diuine iustitie ꝛ bonitatis: ꝛ opponitur gaudio spirituali predicto: ꝛ iste dolor vocatur luctus: cuius proprium est tristari de offensa diuina: sicut proprium est luctus mundialis tristari de malis siue incommodis temporalibus apprehensis sub ratiõe pene afflictiue hoc dolore cruciabatur propheta quando dicebat Plangam ꝛ vlulabo vadam spoliatus ꝛ nudus Michee.p. ¶ Iste dolor si peruenit iudicium rationis est indifferens: si sit contra iudicium rationis est vicium si secundum rationem est virtus: Et primus nec meretur nec demeretur .2. demeretur ꝛ aquirit mortem .3. meretur ꝛ aquirit salutem dicente paulo .2. ad Cor. vij. Que enĩ secundũ deum tristitia est penitentiam in salutem stabilem operatur: seculi autẽ tristitia mortem operatur: et ideo sit cautus contemplator circa dolorem vt ratione moderetur. ¶ He sunt sex passiones anime que sunt in vi concupiscibili. Quarum prima scilicet amor ꝛ secunda .s. odium sunt tam absentis ꝙꝫ presentis: desiderium ꝛ fuga respectu absentis: gaudiuꝫ et dolor respectu presentis. Et iste sex passiones que sunt in concupiscibili respiciunt bonum vel malum. facile: non difficile vel arduum.

¶ Alia est vis in aīa que dicit̄ irascibilis ab ira per similitudinē: qr sicut ira fortiter indignatur contrarijs et fortiter tenet quod cupit. sic vis irascibilis fortiter indignatur contrarijs et fortiter tenet quod cupit: et ista vis irascibilis tendit solum in bonum cōmodi absens tanq̄ difficile ꝛ arduum ad obtinendum et in malum incōmodi absens tanq̄ difficile ꝛ arduū ad refugiendum vel depellendum: ratio est quia motus ire non surgit ex minimo sed ex quadā magnitudine: ꝛ ideo vis irascibilis respicit bonum arduū ꝛ difficile ad adipiscendum ꝛ malum arduum ꝛ difficile ad euadendum ꝛ scdm hoc hēt sex passiones vz.

paß. irascib. 6.

¶ Prima passio irascibilis ē spes que ē inclinatio siue motus appetitus sensitiui ad aliquod bonum arduum ꝛ difficile sibi possibile cum fiducia aquirendi illud: ad istam passionem concurrūt multa. ¶ p̄ quod eius obiectū sit bonū et per hoc differt a timore qui est passio de malo ¶ 2° qd̄ non sit bonum minimum: qr ex tali non consurgit ira cum pro nihilo reputetur. ¶ 3° quod non sit bonum sibi impossibile: quia spes non se extendit ad id quod est impossibile adipisci. ¶ 4° qd̄ sit bonū difficile ad habendū: tñ possibile: ꝛ hoc dicitur bonum arduū ꝛ per hoc differt spes a desiderio qd̄ est de bono futuro absolute. ¶ 5° qd̄ sit bonū futurū: ꝛ p hoc spes differt a gaudio: quod est de bono presenti: ista spes si intendatur vocatur presūptio que non est aliud q̄ spes multū intensa. ¶ Ista spes est 3ᵖ. animalis siue sensualis: que est inclinatio appetit⁹ sensitiui ad aliquod bonum arduū sibi possibile cum fiducia adipiscendi illud. Et ista est in animalibus qui venantur alia spe adipiscendi: hoc modo leo venatur onagrum sperans cum labore ipm adipisci. Eccs. 13. Uenatio leonis onager in heremo. Rationalis ꝛ voluntaria: que est inclinatio appetitus rōnalis .i. voluntatis ad aliquod bonum arduum possibile cum fiducia adipiscendi illud: sic vir bellator spat se posse assequi victoriam tanq̄ bonū magnum ꝛ arduū. Hoc modo iudas machabeus sperauit se posse obtinere victoriam de inimicis de q̊. 2. Mach. xv. dr̄ Machabeus autem semper confidebat cum omni spe aux̄ sibi a domino affuturū ꝛ hortabatur suos vt sperarent ab omnipotente sibi affucturā victoriam. Spiritualis ꝛ diuina que est inclinatio appetitus spiritualis ad aliquod bonū sibi conueniens arduum sed sibi possibile cum fiducia aquirendi illud: sic sancti ꝛ spirituales viri sperant victoriā de inimicis ꝛ tribulationib⁹: sperant aquirere virtutes: sperant obtinere regnum celoꝝ: victoriam in tribulationibus spauit susanna que in articulo peccādi vel moriendi posita habuit fiduciam in domino sic̄ scribitur Dan. 13. Uirtutē pati ētie sperauit iob possidere cū dixit iob 13. Etiam si occiderit me in ipso sperabo. Regnum celorū sperauit obtinere Thobias. cui cum diceretur vbi est spes tua: respondit Uitam illam expectamus: quam deus daturus est his qui fidem suam nūq̄ mutant ab eo thobie. 2. ¶ Ista etiam passio que dicitur spes: si peruenit iudicium rationis est indifferens. si contra iudicium rationis est viciosa: si secundum iudicium rationis est virtuosa: et ideo diligenter caueat contemplator vt secundum rōnē debitam reguletur: et aduertendum q̄ spes ista q̄ est passio non est spes theologica vna de tribus virtutibus theologicis.

¶2ª passio est desperatio:non illa que ē peccatum in spiritum sanctum que opponitur spei virtuti theologice:sed illa q̄ opponitur spei passioni. Et ista desperatio est quidam recessus appetitus a bono arduo cum diffidentia adipiscendi illud:nam sicut spes tendit in bonum arduum cum fiducia adipiscendi:vnde dicitur spes quasi pes ad ardua progrediens:ita desperatio discedit a bono arduo propter diffidentiā ꝛ impossibilitatem adipiscendi quam considerat:vnde dicitur desperatio quasi deest pedis operatio:quia non vr̄ sufficere ad adipiscendum illud. Ista passio si intendatur non habet nomē sed dicatur desperatio intēsa. Ista passio si sit scđm primū motum vel si perueniat iudiciuz rōnis: vel sit in nālibus tantum: tunc nō est vicium:nec virtus:licet nomē eius quod est desperatio sonet in vicium: Exemplum siquis videns se in magno piculo vel maris:vel infirmitatis desperet euadere mortem. Sic desperati erāt de salute illi qui cum paulo ap̄lo nauigabāt de creta de quibus dr̄ Act.17. Neq3 sole neq3 sideribus apparentibus ablata erat omnis spes salutis nostre. Si aūt fit contra iudicium rōnis tunc est viciū. Hoc modo desperauit chaym de diuina misericordia adipiscenda dicēs. Ge. 4. maior est iniquitas mea q̄3 vt veniaz merear:ꝛ iudas qui laqueo se suspendit. Mat.xxvij. Si autem sit secunduz rationem tunc est virtus:sicut viri sancti desperāt de viribus suis siue de sufficientia sua ad aliquod bonuz peragēdum sicut Gregorius papa desperabat se posse papatus officium regere ꝛ ideo fugiebat ipsuz: hoc modo Daniel de ꝓprijs meritis desperabat quando dicebat deo Dan.9. Neq3 .n. in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam : sed in miserationib9 tuis multis . Et ideo caueat diligenter christi seruus circa passionem istam vt sub debito moderamine reguletur.

¶3ª passio est audacia. Que est quidaz motus siue inclinatio appetitus in aliquod malum arduum cum spe victorie siue cū cōfidētia repellendi. Et ista audacia dicit excessum ꝛ intensionem confidētie in agrediēdo terribilia. Nec est illa audacia que opponitur fortitudini per excessum quia illa est actus siue habitus viciosus: ista autem est passio opposita timori. Ista audacia ē.3x. Animalis siue sensualis : que est in brutis vt in leone vrso qui cum audacia difficilia agrediuntur Prouer. 30. Leo fortissimus bestiarum ad nullius pauebit occursum. Rationalis que procedit ab appetitu rationali scilicet voluntate deliberata:ꝛ si sit secundum rationē regulata est virtus:sin autem est viciū. Hoc modo erant audaces iudas machabe9 et eius milites de quib9 dicitur .j. mach. 4. Uidens autem lysias suorum fugam ꝛ iudeorum audaciam ꝛ quod parati sunt aut viuere aut mori fortiter abijt anthiochiaz. Spritualis ꝛ diuina: que ꝓcedit ab appetitu spirituali videlicet a voluntate gratia informata ad agrediēdū malum arduum cuz spe ꝛ cōfidentia superandi:sicut viri sancti mouentur contra vicia fortissima cum spe superādi illa. Hoc modo ex diuina gratia sumpsit audaciam Rex iosaphat. ad exterminandam ydolatriam de iuda . De quo dicitur.2. Parali.ca.xvij. Cum sumpsisset cor iosaphat audaciam propter vias domini.etiam excelsa ꝛ lucos de iuda abstulit. ꝛ iō caueat ꝯtēplator q̄ten9 ista passio rōne regulet̄.

¶4ª passio est timor Non timor qui ē vnus de septē donis sp̄us scti. Ysa.xi. Timor. —

Nec timor siue timiditas que est habitus vel actus viciosus oppositus fortitudini p defectum sm phm 2. ethy Sed timor qui opponitur audacie et est passio in appetitu respectu mali ardui iminentis cum diffidentia euadēdi ab illo vel repellendi illud. Sicut exns in periculo mortis propinque videns se nō posse ab illa euadere vel nō posse illā repellere timet. Iste timor si intendat non habet nomē illam itensionē exprimens. Sed potest dici timor intensus: et ē.3 . ¶ Animalis seu sensualis qui est iappetitu sēsitiuo respectu mali iminentis et ardui cum diffidētia reppellēdi. Et isto modo timet lepus canem: et oues lupum: et homo mortem timore aiali et sensitiuo. Hoc modo timuerūt oēs habitatores terre Holofernē principem milicie Nabucodonosor regis: de quo dicit Iudith.2. Cecidit timor illi super oēs ihabitantes terrā. ¶ Rationalis et voluntari: qui est i appetitu rationali.s. volūtate deliberāte rspectu mali ardui iminentis cū diffidentia reppellēdi. Hoc timore rōnali et deliberato timuit tertius quinquagenari quē misit Ochozias: quia vidit duos primos quinquagenarios mortuos ab igne celesti 4. Re.1. ¶ Spiritualis et diuinus qui est respectu mali ardui iminentis et culpe: et sic viri sancti timent peccata et eorz iductiua siue icentiua: et ipsuz deum. Hoc modo Eleazarus scriba iudeorum pter timorem dñi et pter timorē peccati noluit comedere carnes porcinas sed sustinuit mortē dicēs 2. Macha.6. Dñe qhabes sanctā sciētiā manifeste tu scis qz cum a morte possē liberari: duros corporis sustineo dolores: scōm aiam vero pter timorē tuū libenter hec patior. ¶ Iste dolor si sit i primis motibus est idifferens. Si cōtra rationem est viciū. Si secundum rationem est virtus: et ideo caueat contemplator.

¶ 5. passio est ira. Non ira est vnum de septem vicijs capitalibus: qz ista est actus uel habitus viciosus de quo habetur 4. ethicorz. Nec ira que est volūtas puniendi aut vidicādi aliquod malefactū: qz sic ira est i deo: et sanctis: et i volūtate ēt seu portiōe superiori. Sed ira hoc loco est iclinatio appetitus sensitiui isurgentis ad vidictā mali illati et iiurie illate: inqstū apprehēditur ut lesiua proprie excellentie et cōcupiscentie: et vt iductiua vilipensionis et minorationis. Ista ira si intendatur nominat furor: qui est ira multū itēsa. Et si sit i brutis caret ratione et vicij et virtutis: Et sic irascitur leena rapientibus eius catulos. ¶ Si autem sit contra rationē est ira per vicium: Hoc mō iratus est Saul contra Ionathā filiū suū obiurgās et mittēs lanceā cōtra ipsū.1. Re.20 ¶ Si autem sit secūdum rationē vocat ira per zelum et est virt. Hoc modo iratus est Iesus quando fecit flagellū de funiculis et eiecit omnes vendentes et ementes de templo sicut scriptum ē Io.2. et ideo caueat contēplator vt ista passio sub rationis regula moderetur.

¶ 6. passio est Mansuetudo: que secundū aliquos opponit ire que est passio. Nā quando malū arduum iminet: siue isligat difficultatem: siue periculū siue malum iā sit illatum et preteritum. Si aīa moueatur seu tendat i vidictā: illa motio siue tēdentia vocatur ira. Si vero non moueatur nec tendat i vindictā: sed magis in contrariū tūc dr: mansuetudo: que est vltima passio virtutis irascibilis. ¶ Alij dicunt qp mansuetudo opponitur ire que est vicium: et ipsa est virtus. Et qp motus ire nō potest ha

bere aliquem motum in anime contrariū. Sed opponitur ei cessatio ab ira. vnde dicit phūs in sua rethorica q mitescere opponitur ei quod est irasci: quod non est oppositū contrarie sed negatiue vel priuatiue. Eligatur opinio q̄ magis placet. Ista māsuetudo siue sumatur affirmatiue siue priuatiue. Aliquando pōt esse indifferēs sicut in agno vel oue qui non mouetur ad vindictaȝ de malo illato. Ysa.liij. Quasi agnus coram tondente se obmutescet τ non aperiet os suū. Aliqn̄ est vicium: cum est preter vel cōtra rationem: vt puta qn̄ quis pp mansuetudineȝ non vindicat iniuriam diuinam. Hoc modo mansuetus fuit Heli sacerdos: qui non viriliter corripuit filios suos peccantes nec vindicauit iniuriam diuinam. j. Re. 2. Hoc ēt modo fuit mansuetus dauid: qui noluit contristari nec reprehendere filium suum Amon qui sororem suam violauerat sicut scribitur. 2. Re. 13. Aliqn̄ est virtus qn̄ est secūduȝ rationem regulata. Hoc modo mansuetus fuit xp̄us: qui nō surrexit in vindictam iniuriaꝝ illatarū dicente petro. j. Petri. 2. Christus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius: qui cū malediceretur non maledicebat: cū pateretur nō cōminabatur. τc̄. Et ideo caueat contemplator vt passio ista rōne reguletur. ¶ Iste igitur sunt duodecim passiones aīe rationalis quasi duodeciȝ porte vnius ciuitatis. per quas ingreditur quicquid ad aīaȝ ingreditur τ quicquid in anima recipit̄. Et pro tāto cōtēplator sit prouidus ad istas portas custodiendas τ dedicādas ad diuina τ celestia amanda: desideranda: speranda; ¶ Figura harum. 12. passionum anime haberi potest. Apoc. xxj. Ubi ioannes in spiritu vidit ciuitatem sanctam Hirl'ȝ nouā: τ vidit ei⁹ duodecī portas Ab oriēte tres: ab occidēte tres A meridie tres: τ A septentrione tres. Hec ciuitas hierusalem moraliter est anima rationalis: que dicitur ciuitas propter similem ordinem quem habet in seipsa ad ciuitatem materialeȝ: quia habet episcopum: Regem. cōsiliarios: subditos τc̄. Ista ciuitas habet duodecim portas: per quas transeunt omnia que ingrediuntur τ egrediuntur ab anima: videlicet duodecim passiones predictas per quas ad animam intrāt omnia mala τ omnia bona: omnia vicia τ omnes virtutes. omnia merita τ omnia demerita: O mortales venite ascendam⁹ ad montem domini.

¶ De generalibus virtutibus seu viribus aīe rōnalis. Cap. xj.

Venite ascendamus ad monteȝ domini τ ad domū dei iacob. Uiso de passionib⁹ anime rationalis: que sunt quasi ianue ad eius ingressuȝ. Superest videre de eius viribus seu virtutib⁹ quibus ipsa anima quasi egreditur ad extrinseca consideranda. Et secunduȝ sāctorum atq; doctorum sententiam anima rationalis sex generales vires apprehensiuas habet quibus oīa obiecta considerat τ gradatim ad apiceȝ perfecte contemplationis ascendit.

¶ Prima vis anime rationalis est sensus qui sic diffinitur. ¶ Sensus est illa vis anime que rerum corporearum formas presentes percipit: Et est quinquepartitus. Nam sensus tactus percepit calida: frigida: humida: sicca τ horum media: Sensus gustus dulcia τ amara atq; horuȝ media: Sensus odo-

[gu]status redolentia et fetentia: auditus omnia sonora: visus omnia lucida: luminosa atque colorata. Et in ista operatione anima rationalis multum diffunditur ad exteriora sensibilia et valde delectatur in eorum consideratione dicente Salomone. Eccs. xj: Dulce lumen et delectabile est oculis videre solem. Et psal. dicebat Delectasti me domine in factura tua. Et in ista operatione anima rationalis multum ad sui creatoris cognitionem et contemplationem ascedit: si ista visibilia in deum refundere et referre assuefecerit: nam ista omnia sensibilia radij quidam sunt ipsius diuine bonitatis indicantes et manifestantes ipsum fontem summe bonitatis deum. Unde dicit. Ber. super Cant. sermone. xxxv. Quid est quod hic est tanta formaruz varietas atque numerositas specierum in rebus conditis: nisi quidam radij diuinitatis monstrantes quidem: quia vere est a quo sunt non tamen quid sit prorsus diffinientes. ¶ Ad hunc gradum contemplationis ascenderat propheta quando visibilia ista considerando dei sapientiam laudabat dicens in ps. ciij. Quam magnificata sunt opera tua domine: omnia in sapientia fecisti: impleta est terra possessione tua. Hoc mare magnum etc.

¶ 2ª est ymaginatio que sic diffinitur. Ymaginatio est ea vis anime que formas corporeas recipit rerum corporearum: presentium: absentium: preteritorum: et futurorum: et ista vis anime est simplicior et nobilior quam vis predicta: quia sensus solum presentia aprehendit: ymaginatio etiam absentia preterita et futura. Et vna sola vis ymaginatiua recipit et aprehendit similitudines et formas omnium obiectorum quinque sensuum: nam ymaginatio apprehendit lucida. dulcia: calida: sonora redolentia et omnia sensibilia: et est media inter sensum et rationem: quasi ancilla inter seruum et dominum. ¶ Cum ista vi ymaginatiua anima rationalis ad altiorem diuine contemplationis gradum ascendit: nam transcendit omnia ista visibilia presentia: et ymaginatur supercelestia corporalia puta magnitudinem: pulchritudinem et ornatuz celestis patrie siue celi empirei: ymaginatur etiam gloriosas dotes: pulchritudinem et ordinem corporum gloriosorum: vel glorificandorum: et in ista ymaginatione mirabiliter admiratur de diuina potentia: et mirabiliter delectatur. Ad hunc gradum contemplationis propheta Baruch ascederat quando dicebat Baruch. c. iij. O israel quam magna est domus dei: et ingens locus possessionis eius: Magnus est et non habet finem excelsus et immensus. Ad hunc graduz admirationis et delectationis propheta ascenderat quando dicebat in ps. 83. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum: Concupiscit et deficit anima mea in atria domini.

¶ 3. est ratio que sic diffinitur. Ratio est ea vis anime que rerum corporearum naturas: formas: differentias: proprias: et accidentia percipit. Abstrahit. n. a corporibus sua consideratione ea que fundantur in corporibus. Hec vis excellit ymaginatiuam sicut domina suam ancillam. Nam ymaginatiua apprehendit formas seu similitudines accidentales corporum. Ratio autem inuestigat et apprehendit eorum naturas: formas: naturales et substantiales: differentias naturales proprietates: et etiam inuestigat eorum causas inuisibiles. Exemplum: Sensus apprehendit solem cum suo motu: Ymaginatio apprehendit eius speciem quando est absens. Ratio

autem inuestigat: et apprehendit causam illius motus: et inuenit quod causa illius motus est intelligentia mouens: que est inuisibilis: Unde ratio distinguit verum a falso: non sic sensus aut ymaginatio. Preterea ymaginatio solum apprehendit singularia: Ratio autem vniuersalia: que abstrahit a suis singularibus. ¶ Cum ista virtute anima rationalis ad sublimiorem gradum contemplationis et ad maiorem sui conditoris cognitionem conscendit: quia non solum ista sensibilia presentia: et sensibilia absentia sicut sensus et ymaginatio apprehendit: sed et horum et illorum causas: naturas: differentias et proprietates diligenter inquirit. Ad hunc gradum contemplationis ascenderat Salomon quando dicebat Eccs. 1. Ego ecclesiastes fui rex in ierusalem: et proposui in animo meo querere et inuestigare diligēter de omnibus que fiunt sub sole. Oritur sol et occidit: et ad locum suum reuertitur etc. Cuncte res difficiles non potest eas homo explicare sermone.

¶ 4. est intellectus qui sic diffinitur. Intellectus est ea vis anime que inuisibilia percipit: sicut angelos: animam: spiritum omnem creatum: Et ista est vis nobilior quam ratio: quia magis penetrat essentiam rerum quam ratio: vnde dicitur intellectus quasi intus legens: quia intelligendo intrat essentiam rei: quia eius obiectum est quod quid est: vt dicitur in. 3. de Anima. ¶ Cum isto intellectu anima altius in contemplatione conscendit: et magis ad dei cognitionem appropinquat. quia omnia corporalia transcendit: et, speculatur animas separatas: spiritusque celestes: qui sunt speculum in quo relucet ipsa beata trinitas: que est fons omnium rerum. Cum ista vi anima discurrit per angelorum: beatorū spirituumque choros atque hierarchias: contemplando eorum naturas: sciētiam: motum: gaudium: ordinem et distinctionem: in quorum consideratione mirabiliter subleuatur et iocundatur. ¶ Ad istum gradum contemplationis ascenderant illi quibus dicebat Paulus Hebre. 12. Accessistis ad montem syon: et ciuitatem dei viuentis hierusalem celestem et multorum milium angelorum frequentiam et ecclesiam primitiuorum qui conscripti sunt incelis. ¶ Ad istum gradum ascenderat daniel propheta quando dicebat Dan. 7. Millia millium ministrabant ei et decies centena millia assistebant ei. O quanta suauitas et quantus est anime profectus intellectum extendere ad beatorum spirituum deuotam contemplationem: sed multi abscondunt intellectum sub terra semper infima discutiendo et inuestigando.

¶ 5ª est intelligentia que sic diffinitur. ¶ Intelligentia est ea vis anime que immediate supponitur deo et cernit ipsum supremum verum et incommutabile. Et ista intelligentia in sua actione transcendit omnia predicta: quia non habet pro obiecto aliquod creatum: sed ipsum deum immensum et infinitum: vnde in ista operatione intelligentie anima non coartatur ad aliquod vnum limitatum: sed extenditur et dilatatur in pelagus immensum diuine bonitatis contemplando personas diuinas: atributa: omnipotentiam. sapientiam infinitam: iustitiam inobliquabilem: pietatem incomprehensibilem: prescientiā oīum rerum et alia multa sicut videbimus in sequētibus. De ista intelligētia

dicit Ricardus li. v. de contemplatione c. 3. Per intelligentiam siquidem sinus mentis in immensum extenditur: et cõtemplantis animi acies acuitur: vt capax sit ad intelligibilia comprehendenda et perspicax ad subtilia penetranda. Et aduerte q̄ sine viuacitate intelligentie nunq̄ potest esse contemplatio. Ad istum gradum contemplationis ascenderat Paulus: quando admirans de diuina sapientia et scientia clamabat ad Ro. xi. dicẽs O altitudo diuitiarum sapientie et scientie dei: q̄ incomprehensibilia sunt iudicia eius et inuestigabiles vie eius. Quis cognouit sensum domini: aut quis cõsiliarius eius fuit: Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt oĩa. ipsi gloria in secula amen. Sed ve humane miserie: que totam suam intelligentiam mergit in puluere huius mundi et raro vel nunq̄ ipsam ad deũ leuat. ¶ 6. est sapientia que sic potest describi. Sapiẽtia est quidam mentis gustus ex diuina contemplatione procedẽs: vnde differt ab intelligentia quia intelligẽtia precedit: sapientia sequitur. Intelligentia est visio mentis circa deum: Sapiẽtia est gustus mentis circa deum. Intelligentia contemplatur: sapientia gustat et delectatur. ¶ Sed notandum q̄ duplex est sapientia: Una acquisita per humanum studium que est virtus intellectualis: de qua loquitur phõs in sua methaphisica: et hec docet contemplari diuina: et perficit operationes aĩme. Alia ẽ infusa que desursum est vt dicitur Iaco. 2. et est donum spiritus sancti: et ista non solum perficit operationes anime: et non solum docet contemplari diuina: sed etiam gustare per mirabiles suauitates: per vnionem spiritus et anime ad ipsum deum: vnde dicta est sapientia a sapore et gustu: de qua dicit Ber. in lib. de amore dei. Sapientia a sapore dicitur: sapor autem iste i gustu quodam est: Gustum autem illum nemo exprimere potest: nec etiam ille qui meretur gustare: sed dicere potest Gustate et videte quoniam suauis est dominus. Et ista sapientia licet videatur esse virtus appetitiua magis q̄ apprehensiua quia consistit in quodam gustu: tamen potest dici vis apprehensiua et magis perfecta q̄ intelligentia: quia intelligentia consistit in solo intellectu: sapientia aũt in intellectu per apprehensionem et in affectu per gustum et delectationẽ. Ad istum gradum cõtemplationis propheta ascẽderat qñ in ps. dicebat. Memor fui dei et delectatus sum. Ad istum gradum pauci conscendunt: quia nesciunt in ipso deo delectari: sed statim in principio orationis et contemplationis tedio afficiuntur: et conuertuntur ad delectationem carnalem: animalem: terrenam et diabolicam in ludis: crapulis: ebrietatibus: et lasciuiis: de quibus ait ps. Qui letantur cũ male fecerint et exultãt in rebus pessimis. Post hos sex gradus anima contemplatiua derelinquit omnem cognitionem: et ascẽdit ad caliginem ignorantie: et vnitur ipsi deo ignote et ineffabiliter et in eo q̄ nihil cognoscit: fit supra modum cognoscens et illũinata sicut dicit Dionisius c. 2. de mistica theologia. Figura istorũ graduũ ascẽsiõis per istas sex vires anime sigillatim ponitur Mat. 17: vbi dicitur q̄ Yesus post dies sex assumpsit Petrum Jacobum et Joannem: et duxit eos in montem excelsum seorsum: et transfiguratus est ante ipsos: ex qua transfiguratione ceciderunt in facies suas audientes vocem diuinam. ¶ Moraliter anima rationalis illuminata per fidem cũ Petro: Casta et munda per con

tinentiam cum ioanne: supplantatrix vitiorum per fortitudinem cum Jacobo post sex dies idest post sex predictas operationes: nam consideratio visibiliu3 et presentium est prim⁹ dies ⁊ prima anime illuminatio. consideratio ymaginabilium ⁊ absentium est. 2ᵘˢ. dies: cōsideratio vniuersalium naturarum est tertius dies. consideratio spirituum creatorum est quartus dies: consideratio ipsius summi dei est quintus dies. consideratio ipsius summi dei cum spirituali gustu: dulcedine ⁊ sapore est sextus dies: post hos dies anima ducit̄ ad verticem contemplationis: in quo videt deum transfiguratum non in nostra s3 in sua qualitate: ideo dicitur transfiguratus ante illos. Et ideo si anima cupit ad hanc contemplationis caliginem peruenire: necesse est prius per sex dies ordinate ascendere: alias frustra laborat. ¶ Sed notandum q̄ iesus est ille qui post sex dies ducit ad montem: quia sicut dicunt doctores christus sibi magisteriu3 mistice theologie reseruauit: nec aliquis ad montis summitatem peruenire perualet: nisi illuc ducatur a christo iesu. Et propter istas duas causas paucissimi ad montem contemplationis ascendunt. ¶ Prima quia non ambulant per sex dies predictos sed stant semper in primo die solum visibilia et presentia considerantes: et si ambulant vsq3 ad secundum diem ymaginando sensibilia absentia que sunt in superna patria: non continuant per dies sequentes. Et ideo si cupis ad ipsum montem pertingere perseuera: perseuera ⁊ curre cotidie per predictos dies donec peruenias ad perfectum die3. ¶ 2ᵃ q2 non habent secum iesum ⁊ ideo frustra currunt: frustra laborant: propterea si cupis ad montem pertingere habeas tecum iesum: tecum dico in intentione: tecum in memoria: tecum in corde: tecum in dilectione: tecum in contemplatione alias frustra laboras: frustra curris: O mortales quid stamus continue in prima die circa hec sensibilia agitanda. Uenite ascendamus ad montem domini ⁊ docebit nos vias suas: Isti sex dies cum societate iesu possunt applicari ad sex siue ad septem necessaria ad aquirendum summam felicitatem per istam transfigurationem figuratam. Ex hijs patet quomodo anima rationalis licet sit vnica in essentia ē tamē multiplex in potentia secundum multitudinem obiectorum contemplabilium.

¶ De duodecim generalibus rationalis anime possessionibus. Cap. xij.

V Enite ascendamus ad monte3 domini ⁊ ad domum dei iacob: quia anima est ad dei ymaginem creata quo ad suum esse: quia trina in potentijs ⁊ vna in essentia sicut deus est trinus in personis ⁊ vnus in essentia: ita similis est deo in dominio ⁊ possessione: quia dictum est primo homini Gen̄.j. Dominamini volatilibus celi ⁊ piscibus maris ⁊ vniuersis animantibus que mouentur super terram. Et ideo sicut domini est terra ⁊ plenitudo eius ita anime rationalis sunt omnia: quia secundum apostolum omnia sunt nostra inferiora: equalia ⁊ superiora: vnde sicut deus est dominus ⁊ possessor vl'is omnium reru̅: sic anima rationalis ad eius ymaginem facta est domina omnium rerum: q2 constituit eam dominus sup omnia opera manuū suarum. Et istud dominium anime rationalis manife-

statur in duodecim possessionibus magnis et mirabilibus cōcessis ipsi anime a suo creatore et conditore deo. in quibus gubernandis et dispensandis: si anima fuerit fidelis et prudens in presenti vita: cōstituetur super maiora et introibit in gaudium domini sui in aliena vita.

¶ Prima anime rationalis possessio est multitudo rerum corporaliū ꝓut sunt pecunia: vestes: cibaria. animalia bruta: domus: palatia: alia instrumenta ad humanū vsum necessaria: quorum omnium anima est domina et vtitur eis ad libitum suum: nam dominus dedit hec omnia in manu sua. Et circa istam possessionem oportet animam rationalem esse cautam: ne nimio affectu ad illaz afficiatur: qꝛ creature dei facte sunt in muscipulam pedibus insipientiū sicut scribitur Sap^e. 14. Propter istum amorem inordinatum Esau vēdidit et perdidit suam progenituram et paternam benedictionem Geñ. 25. et consequenter eternam salutem dicente paulo aplo ad Hebre. xij. Non inuenit misericordie locum quāquā cum lachrimis q̄siuisset eam. Debet etiam cauere: ne nimia sollicitudine circa illam occupetᷣ ne veniens mors inueniat ipsam imprepa ratā et rapiatur ad penas. Propter hāc nimiam sollicitudinem ducta est ad penam anima diuitis auari: qui in terrenis occupatus cogitabat destruere horrea sua et facere maiora: cui dictum est Luc. xij. Stulte hac nocte repetent animam tuam a te: que autem preparasti cuius erunt. Et ideo clamat xp̄us Luc. xij. videte et cauete ab omni auaritia: qꝛ non in abundantia cuiusq̄ vita eius est ex hijs que possidet. Debet etiam anima rationalis esse cauta circa istaz rerū temporalium possessionem: quatenus ad vsuram spiritualem congrue dispensentur per eius distributionem: quia veniet dominus et cū vsuris exiget possessionem istam: sicut scribitur Luc. xix. Hoc modo zacheus diues bene dispensauit possessionem istam dimidiū suorū bonorum dando pauperibus: propter quod salutem inuenit sibi et domui sue sicut scribitur Luc. xix. Sed difficile ē talem retinere possessionem et non declinare ad iniquitatem qꝛ dicitur Eccl. xxxi. Beatus diues qui inuentus est sine macula: et qui post aurum non abijt: nec sperauit in pecunia et thesauris: quis est hic et laudabimus eum fecit. n. mirabilia in vita sua: vnde anima contemplatiua debet a se remouere talez possessionem et eius curam abijcere: quia onusti pondere graui cum difficultate ad summitatem montium ascendunt.

¶ 2^a possessio anime rationalis sunt mūdi huius honores ac dignitates: puta dignitas papalis: imperialis: regalis: ducalis et huiusmodi: que omnia sunt in facultate anime rationalis: Circa istam secundam possessionem gubernandā debet anima esse prudentissima: quia plurimis fuit causa ruine et dānationis sicut patet. ¶ Primo in celo in angelica natura. Naz lucifer qui fuit principiuz viarum dei Job. 40. et naturaliter erat princeps omnium spirituum creatorum: et si stetisset in veritate etiā fuisset omniū princeps sicut dicunt doctores: occasionaliter ex tali principatu et dignitate superbiēs precipitatus fuit de celo in profundum inferni Ysa. xiiij. ¶ 2° in veteri testamento primus omnium regum israel Saul ex suo honore regio tumēs et ideo inobediens malo fine consumptus est atq̄ damnatus sicut cōmuniter dicunt doctores. p̄. Re. ca. vlt. ¶ 3°. In nouo testamento multi imperato-

res ꝛ reges ex honore mundano tumentes rebelles fuerunt euangelice doctrine ꝛ sic in sua infidelitate mortui et damnati sunt sicut Nero: Domicianus et alij plurimi: et licet Joseph: dauid: petrus: linus: Gregorius ꝛ alij in tali honore ꝛ dignitate siue temporali siue ecclesiastica fuerunt probi ꝛ virtuosi. tamen rara est talis auis in terris: et ideo anima ad montem contemplationis aspirans debet talem possessionem abijcere ꝛ repellere ꝛ ad altum contemplationis montem sola conscendere exemplo xpi de quo scribitur Jo. vj. Jesus ergo cum cognouisset quia venturi erant vt raperent eum ꝛ facerent eum regem: fugit iterum in montem solus orare.

¶ 3ª possessio est Fama sanctitatis ꝛ bonitatis: sicut est bonuꝫ nomen apud homines: ꝛ ista possessio est magna valde quia scribitur prouer. xxij. Melius est bonum nomen quam diuitie multe: super argentum enim ꝛ aurum gratia bona. Circa istam possessionem anima debet esse solicita ꝛ cauta ꝛ ad augēdā illaꝫ ꝛ ad conseruandaꝫ per opera bona ꝛ exēpla virtuosa: quia multum confert ad bene viuendum: vnde dicitur Ecci. 41. Curam habe de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi: quam mille thesauri preciosi ꝛ magni: Hanc custodiebat paulus apostolus vsqꝫ ad mortem quando dicebat. 1. Cor. ix. Bonum est mihi magis mori quam vt gloriam meam quis euacuet: Hāc male custodiuit Salomon: qui cuꝫ esset famosus super omnes reges terre: adherendo mulieribus infamatus est ꝛ perdidit non solum famam sed ꝛ partem regni temporalis in filio suo ꝛ regnum sempiternum secunduꝫ multos doctores super. 3. Re. xj. Et licet ista possessio sit custodienda tamē anima contemplatiua que mori mundo totaliter cupit: debet ipsam paruipēdere: ꝛ non curare dummodo ex operibus suis scandaluꝫ non prebeat: nec debet querere hominibus placere sed deo: vnde paulus. j. ad thessal. 2. Ita loquimur nō quasi hominibus placentes sed deo qui probat corda nostra. Neqꝫ querentes ab hominibus gloriaꝫ: neqꝫ a vobis neqꝫ ab alijs: sed multi volunt istaꝫ famam bonam: sed nolunt opera bona nisi in conspectu hominum: intrinsecus autem ꝛ in abditis sunt lupi rapaces: auari: raptores: lasciui: inuidi. Iste sunt tres anime possessiones rerum temporalium: que sunt sub ipsa anima rationali: quibus si bene vsa fuerit sunt causa salutis: si male dānationis.

¶ 4ª est fortitudo corporis: que ipsi anime est occasio multorum malorum si incaute reguletur. Nam inde oritur audacia: superbia: oppresio proximorum: homicidia: rapine ꝛ huiusmodi mala: ex quibꝰ sequiť mors ꝛ corporis ꝛ anime. Exemplum habemus. j. Re. 17. In illo fortissimo gigante Goliath: qui ex sui corporis fortitudie ɔfidēs ꝛ tumēs aduersus populum dei viuentis dimicare volens mortem corporis ꝛ anime incurrit: sic accidit multis qui ex corporis fortitudine imbecilles opprimere nituntur: sed ipsi a dauid. j. christo occidūtur. Si a ūt ista corporis fortitudo prudenter reguletur vtilis est anime querēti deum. Exemplum est in Sampsone qui sua corporis fortitudine pro populo dei pugnauit et multos phylisteos interfecit Judic. ca. xv. Sic qui regulate regit corporis fortitudinem interficit multa vicia: tamen ista fortitudo debet sub ipsius anīe dominio cogi. ne ascendere ad contemplationem desiderans impediatur ꝛ deorsum trahatur.

¶5. est prosperitas et sanitas sensuum tam interiorum q̄z exteriorum: et ista est mirabilis et dignissima possessio a/nime rationalis: quando sub suo domi nio habet visum: auditū: gustum: odo ratum: tactum: et omnes sensus inte/riores: integros: sanos: et prosperos. Et quia isti sensus sunt fenestre que dā: per quas exteriora ad animā ingre diuntur: nisi diligenter custodiantur: ni hil est q̄ tātum maculet animam ratio nalem et furetur eam de manibus dei quātum sensus isti exteriores vñ Tre. 3. Oculus meus depredatus est animā meam in cunctis filiabus vrbis mee. Gustus interfecit Adam et Euā Geñ. 3 Oculus interfecit Dinam filiā Jacob Geñ. 34. Tactus interfecit Amon fili um Dauid 2. Re. 13. et sic in omnibus alijs sensibus interficitur anima si non solicite illos regulauerit. Si autem de bite disponantur sunt ipsi anime in ad/iutorium diuine laudis: et celestis con/templationis: que incipit ab istis sensi/bilibus et temporalibus: et ascendit ad insensibilia ⁊ eterna: sed rarissimi sciūt istam sensuum possessionem regulare: et ideo implent animam sensibilibus ⁊ corporalibus obiectis: que ipsam ad in sensibilia et intelligibilia ascendere non permittunt. Anima ergo contempla/tiua claudat omnes sensus sub signacu lo ne aliquid hauriant. quod ad ipsam contemplationem non prestet adiuto/rium.

¶6. est libertas omnium membrorum et totius corporis. Nam in potestate a/nime est mouere pedes: manus: caput: linguam et alia membra: et totum cor/pus quocunq̄ voluerit: et potest hec a/nima inclinare vel ad bonū vel ad ma lum operandum Ecci. xv. Deus ab ini tio constituit hominem et reliquit illū in manu cōsilij sui. Apposuit tibi aquā et ignem ad quod volueris porrige ma num tuam. Circa istam possessionem oportet animam esse strenuam et vigi/lantem ad ista corporis membra refre nanda: quia membra corporis sepissi/me rebellant ipsi domine: et multotiēs trahunt ad iniquitatē: vnde dicit Pau lus ad Ro. 7. Uideo aliā legem in mē bris meis repugnantē legi mētis mee: et captiuantem me in lege peccati: que est in mēbris meis. ¶ Secūdo oportet esse solicitam ad exercenda ista mem/bra corporis ad opera iustitie ⁊ pietatis que primo fuerunt instrumenta iniqui tatis: ideo Paulus ad Ro. vj. Sicut exhibuistis membra vestra seruire im mundicie et iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra serui re iustitie in sanctificationē. ¶ Tertio oportet esse solicitam ad mortificanda ista membra per discipline rigiditatē: alias recalcitrant nec dominam animā in quiete contemplationis requiescere sinunt: propter quod dicit Paulus ad Colo. 3. Mortificate ergo membra ve stra que sunt super terram: fornicatio/nem: immundiciam: libidinem: concu/piscentiam malam: et auaritiam. O q̄z magna possessio et difficilis ad regen/dum. Ista triplex possessio est rerum corporalium siue membrorum corpo/ralium et est iuxta ipsam animam.

¶7. est ratio sensata siue ingeniū natu rale: vel lumen rationis naturalis. Nā deus ipsi anime concreauit lumen natu rale rationis: quo inter bonum malum q̄z discernit: de quo ꝓpħa in ps̄. dicit: Signatū est super nos lumen vultus tui domine: dedisti letitiam in corde meo. et Jere. 31. Dabo legem meā in visceribus eorum: et in corde eorū scri bam eam. Ista est mirabilis possessio

anime rationali concessa: qua carent omnia animalia bruta. Et circa istã possessionẽ aïa debet summo moderamine vti ne ipsa vtatur in malũ sed in bonũ: ne ab angelica silitudine in bestialẽ transeat conformitatẽ. Hanc possessionez rõnis et luminis naturalis bene gubernabãt illi de qb⁹ ap'ls dicit ad Ro. 2. Cũ .n. gentes que legem nõ habẽt: naturalr ea que legis sunt faciunt eiusmõi legẽ non habentes: ipsi sibi sunt lex: qui ostendũt opus legis scriptũ in cordib⁹ suis: testimoniuz reddente illis conscia ipsoꝝ. O q̃ mirabilis ẽ ista possessio: quam aïa totam cõuertere debet ad opus et exercitiũ contẽplatiõis: ad cognoscendũ eum a quo recepit eã: sed multi conuertunt ipsam ad inueniendã bona tp̃alia: diuitias: delicias: laudes.

¶ 8. est sciẽtia acquisita sicut sunt septẽ artes liberales: et phisica scia: methaphisica atq̃ sacra theologia: q̃ possessio est dignissima. Cum ipsa mediante aïa cognoscat omnia creata et oĩuz creatorẽ deum: saltẽ aliqualiter et si nõ ad plenũ ¶ Circa istam possessionẽ gubernandaz debet aïa esse prudentissima. q2 est valde periculosa inclinãs ad innumera mala: et maxime ad radicem oĩum malo ꝝ superbiaz: dicẽte Paulo .1. Corin. 8 Scientia inflat. Si aũt bene disponat adiuuat multum valde ad contẽplationem celestiũ et diuinorũ. Hanc possessionẽ scientie acquisite male dispẽsauerunt antiqui philosophi ex ista scientia superbientes: ceteros despicientes: deũ datorem non glorificantes: sed semetipsos exaltãtes: et iõ merito tanq̃ serui infideles dño suo in carcerẽ infernalẽ missi sunt: donec reddãt vniuersum debitũ vsq̃ ad minimũ quadrãtẽ: de quibus ap'ls ad Ro. j. Qui cũ cognouissẽt deũ: non sicut deũ glorificauerunt: aũt gratias egerunt: sed euanuerunt in cogitationibus suis: et obscuratum est insipiens cor eoꝝ: dicentes .n. se esse sapiẽtes stulti facti sunt: O quot sunt de istis Hac possessione scientie acquisite bene vsi sunt. Moyses doctus in oĩ scientia egiptioꝝ Act. 7. Et Daniel instructus in omni scientia Caldeorum Dan. j. q2 cõuerterũt eam ad intelligẽtiã diuine legis et volũtatis: et iõ vterq̃ illoꝝ peruenit ad apicẽ sũme cõtẽplationis siẽ pꝫ in Exo. et Da. Sꝫ rari sciũt hãc possessionẽ fidlr dispõere ad diui⁹ ɔtẽplãda ¶ 9. est scientia diuinitus infusa: que vꝫ non hũano studio: sꝫ spũs sãcti infusione possidet: et ista ẽ nobilior q̃ pdicta: et ad contẽplationez magis accõmodata. circa quã anima rõnalis debet esse prudẽtissima in custodiẽdo et deo gratias agendo. Hanc possessionem aliqñ habuit Salomõ: qui sapientiam a deo infusam habundanter suscepit super omẽs alios reges: sicut de eo dicit dñs 3. Re. 3. dicens: Ecce dedi tibi cor sapiẽs et intelligens: intantũ vt nullus ante te similis tui fuerit: nec post te futurus sit. Sed hanc male custodiuit: sed amisit eundo post mulieres et ydola gentium et delicias mundiales sicut patet. 3. Re. xj. Sic multi alij tale donum desuper acceptum propter suam negligentiam perdiderunt: sicut seruus imprudens: qui talentum domini sui in terra abscõdit: priuatus est illo Mat. 25. Hãc possessionem etiam scientie diuinitus infuse habuerunt apostoli: quibus yesus aperuit sensum vt intelligerent scripturas Luc. vltimo: et hãc bene dispensauerunt docendo: instruendo: predicando: euangelizando: et celestia contemplando. Sic aïa contẽplatiua q̃ hanc diuinitus possessionẽ accepit debet ipsã prudẽter et fideliter dispensare: et iste tres

possessiones sunt in ipsa anima.

¶ 10. est mentalis eleuatio: que est qdā mētis eleuatio ad diuina cōsideranda: uel ad ipsa creata referendo tñ ad diuina: Hec possessio aīe rōnalis est mirabilis valde: qz per ipsaз aīa eleuatur ad considerationem celestis yerusalem: ac sanctoꝝ spirituū: et altissime ac diuine maiestatis: qd non oībus datuз est. in qua eleuatione si anima fuerit solicita: maximam spem ꝛ cōfidentiā salutis inuenit: quia in ea et diuinū et angelicum adiutoriū implorat et meretur. Hāc dignissimā possessionem habuit eximius ꝓphetaꝝ Dauid: ꝛ in ipsa diuinuз atqȝ anglicū adiutoriū iuenit: qñ dicebat ī ps Leuaui oclos meos ī mōtes. s. sps beatos: vñ vēiet auxiliū mihi Auxiliū meū a dño qui fecit celū et terraз: In hac eleuatione reperit confidentiā et speз: quādo dicebat in ps. Ad te dñe leuaui aīam meam. deus meꝰ in te confido nō erubescā ¶ Circa istā possessionē eleuationis mentalis debet aīa esse solicita ꝛ nō sōnolēta: vt cotidie magis ac magis in mentali eleuatione conscendat donec inueniat miaз dñi. Hoc modo ꝓficiebat in eleuatione mentis ille egregius cōtēplator qui dicebat in ps. 122: Ad te leuaui oculos meos: qui hītas in celis. Ecce sicut oculi seruoꝝ in manibus dñoꝝ suoꝝ. sicut oculi ancille in manibus domine sue: ita oculi nostri ad dominum deum nostrum donec misereatur nostri. De istis eleuatiōibus mētis in deū dicit ꝓpħa in ps. ciij. Ascendunt mōtes ꝛ descendunt cāpi in locum quē fundasti eis. Cāpi plani: humiles: et fructuosi sunt actiui p opera mīe fructificātes: sз p mentis eleuationē non ascendentes. Montes steriles sed celo ꝓpinquiores sunt contēplatiui: qui p mentis eleuationem a terrenis recedūt ꝛ celestibus appropinquant. Aīa ḡ contemplatiua derelinquat infima et p mentis eleuationē ad summa conscendat: sed multi descendunt.

¶ 11. est diuina abstractio: que ē quedam alienatio mētis seu aīe ab omnibꝰ corporis sensibus diuina benignitate ꝓcurata. Naз qñ aīa rationalis est assueta mētalibus eleuatioībus: qz fuit fidelis sup pauca: constituitur a dño super multa et eleuatur ad raptū siue ad mētis abstractionē totaliter deserēdo officia sensuū. Ad hanc diuinā abstractionem ꝑuenerat Paulus apl's qñ raptus fuit ad tertiuз celū: et tñ nesciebat vtrū in corpore an extra corpus raptus fuisset: qz erat a sensibus corporis eiꝰ mens abstracta sicut ipēmet testaṫ 2. ad Cor. 12. dicens. Scio hominem in xp̄o ante annos. xiiij. siue ī corpore siue extra corpus nescio: deꝰ scit: raptū huius modi vsqȝ ad tertiuз celum. Et ista possessio aīe rationali concessa est dignissima: diuinissima: et maxime desiderabilis: qz in ipsa aīa vnitur vel saltē multum approꝑinquat diuino lumini.

¶ 12. est diuina degustatio siue delectatio: que qualis sit nullus dicere potest: nec etiam ille qui delectatur et gustat. Nam anima rationalis mentalibus eleuationibus et abstractionibus assueta: diuina pietate: et sponsi celestis gratia: aliquotiens introducitur in quoddam gaudium siue gustuз: siue delectationeз: quo tota liquescit et transformatur in deum. Cuius gaudij dulcedinem seu magnitudinem ipsemet gustus exprimere non sufficit: Unde dicit Ber. in libro de amore dei. Gustum autem illum nemo exprimere potest: nec etiaз ille qui meretur gustare: sed dicere potest: gustate et videte quoniam suauis est dominus. Hanc possessionem ha-

bebat seraphicus pater noster Franciscus: qui superna delectatione nutritus quadragesimam totam cum dimidio panis peregit. ¶ Hanc suus primogenitus frater Bernardus: qui more hyrundinis volitans de soliis consolationibus celestibus viuere videbatur. Hanc frater Egidius: Joannes de La uerna: et alij multi qui pre nimia celestis consolationis dulcedine aliquotiens deficere videbantur. O beata anima que talem possessionem a domino suscipere meruit. ¶ Figura huius duodene possessionis anime rationalis accipi potest Apoc. 12. vbi scribitur: Signum magnum apparuit in celo mulier amicta sole: Et luna sub pedibus eius: Et in capite eius corona duodecim stellarum Ista mulier moraliter potest esse anima rationalis sponsa dei: Dicitur amicta sole: quia dei similitudine circumuestita. Sub eius pedibus est luna: videlicet corpus quod subiacet corruptioni et mutabilitati sicut et luna subiacet soli: et est mutabilitatis causa in istis inferioribus: Et istud corpus est sub pedibus anime: quia ipsa dominatur corpori: et illud disponit ad libitum suum: Duodecim stelle in eius capite stantes in modum vnius corone sunt predicte duodecim possessiones: que tanquam stelle ipsam animam totam luminosam faciunt: Et quia in modum sunt vnius corone: ipsius anime rationalis dignitatem regiam manifestant. O vere dignissimam et altissimam dominam: que a suo sponso celesti tot et tam mirabilibus possessionibus est dotata. quas omnes anima rationalis ordinare debet in dilectionem et contemplationem sui celestis sponsi qui tam singulariter ipsam dotauit. Uenite ergo transeamus per desertum anime rationalis eius mirabilia considerantes: et sic ascendamus ad montem domini.

¶ De sex mundis rationalis anime vestimentis: Ca. xiij.

Venite ascendamus ad montem domini: et docebit nos vias suas. Post quam vidimus anime rationalis mirabiles possessiones: quas veluti quedam regina et domina possidet. Uidendum est consequenter de illius vestibus gloriosis: quibus veluti sponsa decentissime adornatur. Nam anima rationalis est illa sponsa que in canticis canticorum a capite usque ad pedes tota pulcra atque ornata describitur: Cuius odor nimius est in vestimentis eius: Hec sponsa celestis si sponso suo fuerit fidelissima: eius honorem semper et in omnibus procurando: sex mundissimis et gloriosis vestibus adornatur ab ipso: etiam in vite huius presentis miseria: que ipsam reddunt omnibus commendabilem.

¶ 1. Uestis munda anime rationalis et contemplatiue: est sensitiua que ornat sensus corporis exteriores. Nam anima apprehendens ista sensibilia exteriora per sensus corporis: et in ipsis contemplans creatorem: recipit in omnibus sensibus exterioribus species siue formas aut similitudines omnium obiectorum sensibilium: et ex illis speciebus et similitudinibus quasi quibusdam vestibus adornatur: Et iste vestes sunt munde et gloriose: quia sicut apprehensio istorum obiectorum dicitur munda: quia refert in deum vel ad deum: dum anima in ipsis deum contemplatur et laudat: ita forme et similitudines illorum obiectorum in sensibus impresse dicuntur munde et gloriose: quia ad deum relate et ordinate. ¶ Exemplum in omnibus sensibus exterioribus. Tactus apprehendit

calorem ignis: frigus niuis: et dolorem verberum et discipline. anima contemplatiua refert hec omnia ad diuinam iustitiam considerans ex his seueritatem diuine iustitie in punitione damnatorum per ignem frigus et verbera. tunc imprimitur in sensu tactus species et silitudo caloris et frigoris: et tactus illis formis quasi quibusdam vestibus induitur. Et gustus aprehendit dulcedinem atque amaritudinem gustabilium: anima contemplatiua refert ad deum considerans dulcem refectionem electorum in celo: et amarissimam degustationem reproborum in inferno. species illius dulcedinis et amaritudinis imprimitur in gustu: et illa induitur gustus tanquam veste. ¶ Odoratus odores varios: fetoresque atrahit: anima refert ad deum: ex odore isto odorem beatorum corporum considerans: ex fetore presenti dānatorum corporum fetorē considerans: ex horum spē et forma quasi veste quadā vestitur odoratus. ¶ Auditus varias melodias: varios ploratus et clamores aprehendit. Anima refert ad deum: illas ad beatorum gaudia: illos ad dānatorum gemitus conformando et tunc ex istorum silitudinibus auditus impressis quasi quibusdam vestibus auditus adornatur. ¶ Uisus pulchritudinē corporum: florum: solis et lune et deformitatem corporum vlcerosorū et plagatorum percipit: anima refert ad deum ex hijs considerans beatorum pulchritudinē et damnatorum deformitatē: ex his dei misericordiā: ex illis dei iustitiam. ex specie illorum pulcriuz et deformiū quasi quibusdaz vestibus visus induitur: et iste omnes sunt vestes mūde et gloriose quia ad deum ordinate: et beata illa anima que talibus vestibus fuerit induta ne nuda appareat vel sordidis vestibus induta coram sponso celesti. His vestibus mūdis anima induitur quādo abstinet ab illicito gustu: ab illicito visu: ab illicito odoratu: ab illicito tactu. Hac veste induebatur anima sancti bernardini de senis patris nostri. qui cotidie ibat ad contemplandam virginis ymaginem que erat super portam ciuitatis. Hac veste induebatur seraphicus pater noster Franciscus vna cū socijs suis: qui de mandato eiusdem patris: continuatis aspectibus: diebus ac noctibus intendebant in dominicam crucem et in vulnera crucifixi. O xpi miles si cupis animam gloriosis vestibus adornare: incipe ab hac veste sensitiua: assuesce oculos pijs et deuotis aspectibus: inspiciendo in ymaginem virginis: vel crucifixi aliorum ve sanctorū: quia ex tali veste sensitiua generantur alie subsequentes. Assuesce aures: linguam: nares: manus: pedes et omnes sensus ad deuotas sensationes: omnia semper referendo ad deum. Sic faciebat pater noster seraphicus franciscus qui omnia referebat ī deū: vnde et canitur de ipso: Quidquid in rebus repperit delectamenti refert in gloriam factoris.

¶ 2ª vestis est Fantastica que ornat sensum anime interiorem qui dicitur fantasia: nam anima deuota et contemplatiua que habet sensationes exteriores mundas et in deum ordinatas: recipit in fantasia interiori species et formas obiectorum exteriorum etiam mundas et in deum ordinabiles. ¶ Exemplū siquis frequentatis aspectibus intē derit in vulnera xpi vel ymaginē virginis aut crucifixi: in fantasia sua interiori imprimet speciem illarum vulnerum et ymaginem: et sic fantasiam suam interiorem induit illa mūda et gloriosa veste: que est simili-

tudo virginis et vulnerum xpi yesu: vñ et remota exteriori visione remanet in ipsa fantasia similitudo illa: que est quedam vestis ipsius fantasie: que p illam similitudinem quãdo vult fantasiatur xpm vulneratũ et virginem gloriosam: etiam si illa non videat exterioribus oculis. Hanc vestem habebãt filij israel in captiuitate babilonis positi: qui habentes in mente sua.i.in fantasia similitudinem templi dei destructi: flebant propter honorem diuinum et tẽpli illi⁹ destructionem dicentes in ps.136. Super flumina babilonis illic sedimus et fleuimus dum recordaremur tui syon. i.templi quod erat in syon. Hãc gloriosam et mundam vestem in fantasia habebat ille eximius contemplator seraphic⁹ pater noster Frãciscus: qui adeo habebat xpz et eius vulnera in sua fãtasia descripta et impressa vt in omni loco et tempore: in oĩi exercitio siue labore semper illa vulnera sacra ita contemplaretur ac si xpz psentem coram corporalibus oculis habuisset. Et vix posset lachrimosis gemitibus continere. O anima deuota que cupis ad montis cacumen ascẽdere: indue te sollicite hac gloriosa stola: vt semper in tua fantasia requiescat ymago vulnerum xpi vel virginis gloriose. Ex hac.n. veste digna efficieris maiori approximatione ad sponsum celestem et ad celestium cõtemplationem.

¶ 3. est ymaginaria: que mentis interiorem virtutem ornat: que vocatur ymaginatio. Nã quando mens ẽ adornata duabus predictis vestibus: deus ipsam diligens tanq̃ sponsam ornatam et pulchram. hac etiã veste ymaginaria magis adornat: ostendendo ei vel vigilanti vel dormienti visiones ymaginarias.

¶ Hanc vestem mundam et gloriosam habuit Jeremias ,ppheta quãdo vidit visione ymaginaria ollã succẽsam a facie aquilonis Jere. 1. ¶ Hãc Ezechiel quando in visione vidit quatuor aĩmalia: rotas et turbinem. Ezech. 1. Hanc Petrus apostolus quando in extasi factus vidit lintheum de celo submitti: et animalia quadrupedia: serpentia et volatilia in eodem Actu x. Hanc habuit et seraphicus pater noster Francicus: quando vidit in visione ymaginaria arborem magnã inclinãtez ramos: quando vidit de micis fieri polentam: et quando vidit palacium plenum militaribus armis: et ista vestis est predictis mirabilior: quia a deo immissa supernaturaliter et est plena misterijs multis et altissimis sacramentis: sicut patet in visionibus ymaginarijs pdictis: O beata illa anima que ita se preparat et ornat duabus primis vestibus vt hac tertia a domino supindui mereatur. Iste tres vestes munde sunt ex parte corporis et sunt corporales.

¶ 4. est illuminatiua: que mentis oculũ videlicet intellectum ornat mirifica vel creatoris vel creaturarum cognitione. Nam postq̃ anima est tribus predictis vestibus adornata: spõsus celestis supinducit aliam vestem illuminatiuam: quia animam eleuatam ad talem ymaginariam visionem vel ad altam mentis eleuationẽ per assiduam orationẽ. mirabiliter illumĩat ĩ creatoris vel creatorum cognitione. Hec vestis sequitur ad precedẽtem: quia post visiones ymaginarias sequitur illuminatio: quemadmodum Pharao post visionem ymaginariam boum et spicaruz illuminatus fuit in cognitione vitatis a Joseph Gen. 41. Et Nabucodonosor post visiones suas ymaginarias illuminatus fuit a Daniele sicut patet ĩ toto libro Da-

nielis prophete. Hanc vestem illuminatiuam habuit beatus Joannes euangelista quo ad cognitionez creatoris: quã do supra pectus domini orans: eternã diuini verbi generationem a patre cognouit dicenz: In principio erat verbuz et verbuz erat apud deum. Jo. 1. Hãc vestem illuminatiuam habuit beatus Benedictus abbas quo ad cognitionẽ creaturarum: quando in oratione sublevatus totum munduz vidit in vno solis radio contineri. Hanc vestez illuminatiuam habuit seraphicus pater noster Frãciscus quo ad cognitionez creatoris et creature simul: quando in contemplatione et creatoris et creature sublevatus dicebat: Deus meus et omnia. Deus me⁹ quis es tu: et quis sum ego. De ista veste illuminatiua que acquiritur per orationem et contemplationez dicit propheta ps. 75. Illuminans tu mirabiliter a montibus eternis. Montes a terra eminentes sunt eleuatiões contemplatiue anime rationalis: qui dicuntur eterni quia vita contemplatiua non deficiet in eternum: ymo proficiet dicente saluatore Luc. x. Maria optimam partem elegit que non auferetur ab ea: In istis montibus deus mirabiliter illuminat quia dat aĩe mirabiles illuminationes in istis contemplatiõis eleuationibus: Unde anima que in contemplationis montes non frequenter eleuatur: iacet quasi in profundo vallis tenebrose: Et ideo enitere anima deuota ad ascensum montium ne in tenebrosis iaceas et in vmbra mortis.

¶ 5. est reuelatiua: que intelligentiaz nostram ornat in cognitione occultorum: que in dei solius scientia reconduntur. Hec vestis habet multas plicas. Nam aliquando anime contemplatiue eleuate in orationibus: et illuminate in cognitione conditoris: et suspirius reuelãt alĩ qñ p̃terita: aliquando presentia: aliquando futura: aliquando omnia ista simul: aliquando diuina iudicia: et aliquando humani cordis occulta. ¶ Preterita reuellata sunt Moysi qui de mundi creatione et eius ornatu multisq; alijs diu preteritis amplissime prophetauit sicut patet in Geñ. Presentia reuellata sunt Danieli prophete quãdo reuelauit maliciam senum contra Susannam sicut scribitur Dañ. 13. Futura reuelata sunt Joanni euangeliste in insula Pathmos existenti sicut ipsemet testatur Apoc. 1. et claret in toto processu illi⁹ libri. Oia hec tria simul reuellata sunt sancte Elisabeth matri Joannis baptiste in visitatione virginis Marie. Preterita fuerunt reuellata quãdo dixit: Beata que credidisti: presentia quãdo dixit: Unde hoc mihi vt mater domini mei veniat ad me Nã cognouit Mariam esse matrem domini et ipsum dei filium habere in vtero suo. Futura cognouit quando dixit: Perficientur ea que dicta sũt tibi a domino. Diuina iudicia reuelata sunt Abrae sicut patet Geñ. 18. vbi dixit dominus. Nunquid celare potero Abraam que gesturus sum cum futurus sit in gentem magnaz. Occulta cordis reuelata sunt beato p̃ri nostro Frãcisco q̃ in contemplatione suspẽsus: tãta diuini luminis habundantia replebatur vt ei cordis occulta et conscientiaz secreta patescerent. O q̃ mirabilis et q̃ gloriosa est vestis ista.

¶ 6. est iocundatiua siue deliciosa: que ornat animam rationalem quantuz ad apicem ipsius siue quantum ad sapientiam. Nam postq̃ anima est ornata vestibus predictis: induitur a sponso vltima veste mirabilis iocunditatis et delectatiõis que sequitur ad predicta. Hec

vestis deliciosa ē ineffabilis et ienarrabilis: quia etiam ipsa anima que hac veste induitur: et actualiter in deo delectatur: ipsam exprimere non sufficit: Uñ de ista veste deliciosa admirando exclamat eximi⁹ cōtēplator in ps. xxx. dicens ad ipsum deum: Quā magna multitudo dulcedinis tue domine: quā abscondisti timentibus te. Notate verba et signate misteria. Dicit: Quā magna: quo ad quantitatem: Multitudo quo ad numerositate3: Dulcedinis tue s. diuine quo ad excellentiam: Abscondisti quo ad ineffabilitatem. O vestis supra mirabilis et ineffabilis rc. ¶ Hac veste induta erat anima virginis post conceptione3 filij dei quādo dixit Luc. i. Et exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Hac veste induta erat et anima sancti patris nostri Francisci et sociorum eius: qui in suis assiduis contemplationibus et orationibus indicibili gaudio et iocunditate replebantur sicut patet eorum gesta studiose legentibus. O anima mea misera: quid moraris in terris: Cur queris porros: cepas: allea: et carnes egipti. i. mundi huius delectatiōes: que plus aloes q̄3 mellis habent. Ascende ad montem contemplationis: et inuenies suauissimum manna: et mel dulcissimum suauitatis diuine: et ridebis in die nouissimo. ¶ Figura huius anime contemplatiue tam gloriosis vestibus adornate habetur in illa muliere forti: de qua dicitur prouer. vltimo: Mulierem forte3 quis inueniet: procul et de vltimis finibus precium eius. Confidit in ea cor viri sui et spolijs non indigebit. Non timebit domui sue a frigoribus niuis: omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus. ¶ Mulier fortis est anima rationalis que est fortis quo ad essentia3: quia incorruptibilis: quo ad libertate3: quia violentari non potest ad bonum vel ad malum: quo ad operationem q3 resistit ei cui nō est equalis potestas super terram. Precium huius mulieris fuit procul: quia de celo venit: fuit de vltimis finibus: videlicet de deitate que est finis in ascendendo: et de terra. s. corpore Christi: que est finis in descendendo. Nec non timebit a frigoribus nec malicie in presenti: nec pene siue supplicij in futuro. Nam omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus. Domestici eius sunt sensus: fantasia: ymaginatio: intellectus: intelligentia: sapientia: Hij vestiuntur duplicibus: quia exterius vestiuntur operatione: et interius caritate viuifica. Et propter istum ornatum extrinsecum et intrinsecum confidit et delectatur in ea cor viri sui.

¶ De sex vestibus imūdis anime rationalis. Cap. xiij.

V Enite ascendamus ad montem domini: et docebit nos vias suas: Quia anima rationalis est summi regis sponsa: et pulcherrima mulierum: hinc est q̄ infernalis adulter ea3 omnibus modis atq3 vijs a sponso suo abducere nititur: et si eam blandicijs suis allicere preualet: sex immundissimis et adulterinis vestibus induit: que ipsam tam deo: q̄3 hominibus abbominabilem reddunt. Cui dici potest: Abbominabilem fecisti decorem tuum.

¶ i. vestis ē sensitiua q̄ sens⁹ exteriores vestit. Nā quādo anima rōnalis vel incaute vel intentione mala videt non videnda: puta mulierem ad concupiscendum eam: sensus visus induitur spe-

cie siue similitudine illius obiecti visi: que species est quedā diabolica uestis: et ornatus meretricius ⁊ adulterinus. Hāc vestem diabolicam in visu habuerūt filij Seth: qui vidētes filias Chayn q̄ essent pulchre: acceperunt sibi vxores ex omnibus quas elegerant: vnde ⁊ postea in diluuio submersi sunt Gen. 6. Similiter quādo anima rationalis incaute audit non audienda: vel audit intentione mala: puta ad detrahendum vel machinandum malum: tunc eius auditus induitur specie ⁊ similitudine illius obiecti quasi veste diabolica ⁊ adulterina. Hanc vestem habuit Eua in suo auditu: quando incaute audiuit verba serpentis: vnde ex tali veste consensit diabolo ⁊ meretricata est cum illo: ⁊ facta est illius adultera quia suscepit vestem illius Gen. c. 3. ¶ Similiter quando anima rationalis incaute gustat non gustāda: vel intētione mala puta ad prouocādum lasciuiam vel ad ebrietatem: tunc eius gustus recipit speciem illius gustabilis: ⁊ induitur illa tanq̄ veste diabolica ⁊ infernali: que ipsum postea inclinat ad consentiēdum diabolo adultero qui talem vestem contulit. Hanc vestē habuit Adam in suo gustu quando gustauit pomum vetitum: pcipiēs illius saporē ⁊ consensit diabolo ⁊ adulteratus est cum illo: et sic a sponso celesti iudicatus est ad mortē cū tota sua posteritate Gen. 3. Sic accidit in sensu odoratus ⁊ tactus: Et ista est prima vestis diabolica: a qua originaliter pcedit omne malum anime rationalis: quia mors intrat per fenestras istas. Nam sicut mulier adultera que recipit ab adultero vestes cogitur ei consentire ad omne quod voluerit: sic anima rationalis que recipit a diabolo has vestes sēsitiuas q̄si cogit postmodum ei consentire ad alia mala: et ideo anima deuota et contemplatiua caue summopere: ne recipias has diabolicas vestes. Noli audire vel videre: vel sētire quod pōt occasio esse ruine. Claude hostia sensuum: Intra in cubiculum domus tue: et in abscondito ora patrem tuū. Dina filia Jacob: q̄ curiose voluit videre mulieres regionis illius pdidit v̄ginitatē suā Gen. 34.

¶ Secunda est fantastica: que inferiorem anime fantasiam vestit. Nam quando anima per visum curiose vel maliciose pulcras ymagines considerauit: verbi gratia viros vel mulieres ornatas. quando auditus verba iniuriosa: lasciua: vel detractoria hausit: qn̄ gustus deliciosa dulcia ue gustauit: quādo tactus mollia ac delectabilia palpauit. Tunc omnium istorum sensibilium species ⁊ similitudines intus in fantasia imprimūtur: ⁊ ipsam istis vestibus immundis cooperiunt. Anima vero induta intus talibus adulterinis ⁊ diabolicis indumētis vix resistere potest quin diabolo adultero consentiat ad peccatum. Nā ipsa fantasmata in mente siue in fantasia impressa prouocant ipsam animam: modo ad gulam: modo ad luxuriam: modo ad irā: modo ad inuidiā: et ad alia huiusmodi mala: secundum cōditionē fantasmatum et obiectorū que in ipsis representantur. Et quādo anima est in occultis vel in solitudiē aut in loco quetis: tunc insurgunt iste diabolice vestes videlicet ymagines mulierum aut virorū: ciborum aut verborum: et animam ipsā stimulant ad delectationem ⁊ ad cōsensum diaboli. O quot malorum est causa ista fantastica et diabolica vestis. Hec vestis fantastica instigabat filios israel ad gulam quando dicebāt Nūi. xi. Recordamur piscium quos comedebamus in egipto gratis: in mentem nobis veniūt cucumeres

cucumeres et pepones: porriq̃ꝫ et cepe
et allia. O anima contēplatiua lania: di
uide: expolia te et abijce hanc diabolicā
et infernalem togam: quia inumerabi-
lium est causa malorum.
¶ 3. est ymaginatiua: que virtutem ani-
me ymaginatiuam induit: Naꝫ quādo
anima est predictis vestibus induta et
quasi cum diabolo iā cōfederata: ipso
maligno spū procurante generatur alia
vestis in virtute ymaginatiua interiori
in sōnis: que aīaꝫ ipī diabolo consentire
ad peccandū inclinat vel cogit. Hanc ve
stem in sua ymaginatiua habent aliqui
in somnis: maxime ille fatue et incanta
trices mulieres: que credunt se in nocte
equitare cum Diana paganorum dea:
quibus diabolus in somnis per ymagi
narias formas videre facit viros mu-
lieres: equos: ludos: choreas: cōuiuia:
lasciuias atq̃ꝫ alia multa: de quibꝰ dicit
Augꝰ. Quedā muliercule post sathā-
naꝫ cōuerse: illusionibus et fantasma-
tibꝰ seducte: credūt se et ꝯfitenē noctur
nis horis cū Diana paganorū dea, et cū
Herodiade et innumera mulieꝝ mul-
titudine equitare: eaꝝq̃ꝫ iussiōibꝰ obtē
pare. Ipse nāq̃ꝫ sathanas qui transfigu
rauit se in angelū lucis: cū mentē cuiuſ
q̃ꝫ muliercule cepit: et hanc sibi p infide
litatē subiugauerit: illico diuersarū ꝑso
narū spēs: et mentē quā captiuā tenet ī
sōnis deludens: mō leta: mō tristia: mo
do cognitas: mō icognitas ꝑsonas ostē
dens: p deuia queque deducit: Et tñ so
lus hec patit̄ ifidelis spūs .i. ymaginatio:
et nō in aīo sꝫ in corpore opinet̄ euenire
Idcirco nimis stultꝰ et hebes ē qui hec
oīa que in spū sunt accidere arbitratur
in corpore. O quot aīe seducūtur et cōn
sētiūt adultero diabolo ꝑpter istā yma
ginariam vestem: quam in somnis im-
mittit homini dormienti.

¶ 4. est illuminatiua: que rationeꝫ siue
intellectum induit. Nam postq̃ꝫ anima
est a diabolo adultero prefatis vestibꝰ
ornata: superinduit aliam vestem dete
riorem false et erronee doctrine: que vi
detur animam illuminare: sed excecat.
¶ Hec illuminatio est illa quam diabo
lus suggerendo in intellectum hominis
seminat varias et diuersas illuminatio
nes siue industrias vel ad malum ope-
randum: vel ad damna temporalia eui
tanda: vel ad homines seducendos: vel
veritatem impugnandam: vel ad facie-
enda miracula vel mirabilia. ¶ Ad o-
perandum malum illuminauerat illos
quibus dicebat ꝓpheta Iere. 4. Sa-
pientes sunt vt faciant mala: bene au-
tem facere nescierunt. Ad vitāda dam
na temporalia illos illuminat: ymo exe
cat: quos magicis artibus siue incanta
tionibus imbuit ad euadenda pericula
infirmitates: vulnera: mortem et huius
modi. Hoc modo illuminauerat ymo
excecauerat Ochogiam regeꝫ israel qui
ad euadendam infirmitatem mittebat
nuncios ad consulendum Belzebub
deum Acaron: propter quod diuino iu
dicio mortuus est sicut scribitur 4. Re.
j. ¶ Ad seducendos homines illu-
minat quando in corde suggerit diuer
sas vias alliciendi alios ad peccanduꝫ:
¶ Hoc modo illuminabat Balac re-
gem Moab per prophetam suuꝫ Ba
laam quando docebat eum seducere fi
lios israel: et eos ad peccandum inclina
re per ornatuꝫ mulierū sicut scribitur
Nū. 24. O q̃ꝫ pessima et diabolica et
tenebrosa est vestis ista. Ad impugnan
dam veritatem illuminauit: ymo exe-
cauit philosophos: et hereticos: quos
docuit argumenta mirabilia ad impu
gnandam veritatem christiane et euan
gelice vite atq̃ꝫ doctrine. Hoc modo il-

luminabat pharifeos et fcribas qui cõfilium contra chriftum faciebant vt eũ caperẽt in fermone Mat.22. ¶ Ad faciendia mirabilia vel quafi miracula illuminat multos et quafi innumerabiles per artem nigromantie vt videãtur inter alios mirabiles et fanctitate precellentes. Hoc modo illuminauit Simonem magum qui mira facere videbatur: et quafi deus inter homines apparebat fiue reputabatur. Hoc modo illuminabit filiuz perditionis antechriftum ad multa mirabilia operãda: quibus quafi deus ab immundibilib⁹ adorabit. Hoc mõ illumiauit magos Pharaonis ad conuertendũ virgas in ferpẽtes: et aquas in fanguinẽ ficut fcribitur Exo.7. O quot pducit ad interitũ fempiternũ ifta diabolica doctrina. Nã aĩa induta vili doctrina fiue illuminatione diabolica: cogit̃ quafi diabolo confentire ad inumera mala: ficut mulier adultera que ab adultero veftẽ recipit cogit̃ ei ad malum confentire et ad eius libitum lafciuire.

¶ 5. eft reuellatiua: que etiam animã miferã ⁊ deceptã veftit. Nam diabol⁹ mirabiliter et miferabiliter decipit aĩaz infipientẽ p varias reuellationes. Nã aliqñ reuellat furta ficut apparet in incantationib⁹ et magicis apparitiõibus ipi⁹ diaboli in aqua vel in alia materia. Aliqñ reuellat multa occulta. q2 multa sũt diabolo cognita: q̃ homini funt ignota. Hoc mõ diuinabat p illã phitoniffam q̃ magnũ fignũ q̃ftuz pftabat dñis fuis: pp quã facta ẽ feditio in ciuitate: ⁊ paulus et focij verberati et incarcerati fũt: Act.17. Hoc etiã mõ deceperũt añ xpi aduentũ quafi totũ vniuerfuz dãdo refpõfa per ydola enea ⁊ lignea. Aliqñ reuellat futura: Et hoc modo Saul confuluit phytonifam ad fciendum futura 1. Re.28. propter quod perdidit regnũ et interfectus eft ficut fcribitur 1. paralip.c.10. Aliqñ orantibus et contemplãtibus apparet in varijs formis et figuris puta i forma angeli vel virginis aut alicuius fanctorũ: et etiaz ipfius xpi crucifixi. Nã angelus fathane trãffigurat fe in angelũ lucis ꝓut dicit Paulus 2. Cor.11. Et hoc mõ fecũdum fanctorũ determinationẽ et certe ex̃pientie ꝓbationẽ multos decipit et feducit: qui credunt tales apparitiones et reuellatiões effe diuinas: que tamen funt diabolice et finaliter inducunt ad errorez et multotiens ad mortem tã nature q̃ culpe: tã temporalem q̃ fempiternã. His apparitionibus legimus in vitis patruz multos fuiffe deceptos: et finaliter defperatos. Propter huiufmõi apparitiones et reuellationes: Frater Ruffinus focius beati patris noftri Frãcifci quafi iam venerat in abyffum defperationis: Sed ei fanctus pater Francifcus diabolicas fraudes reuellando fuccurrit. O deuote contemplator: caue ne infernalis adulter talem veftem inducat in animam tuam: quia ex ea precipitaberis in foueam tenebrarum et defperationis. De hoc tamen latius in fequentibus domino fauente dicetur.

¶ 6. eft deliciofa fiue delectatiua. Nam ficut dicunt doctores et deuoti contemplatores diabolus poteft in anima caufare quandam deuotionem: faltem apparentem et quandam fpiritualem letitiam: Et fimiliter poteft in fenfibus caufare quandam deceptoriam delectationem ex commotione aliquorum humorum: vel alio modo. Que omnia anima fimplex et ignara credit effe ab ipfo deo: cũ tamen funt a diabolo. Hoc autem facit diabolus quatenus homo

ex tali delectatione vel deuotione ruat in superbiam vel in aliud malum: Uel ideo dat diabolus deuotiones vel delectationes tales vt homo ex illarũ postmodum substractione in abyssum cadat desperationis diffidens iterũ posse ad pristinam suauitatem: deuotionem et delectationem redire. ¶ Unde anima deuota et contẽplationi intenta caute et vigilanter attendere debet ne credat omni spiritui: nec omni dulcedini superuenienti in hora contemplationis: quia angelus sathane in angelum lucis se trãsfigurat: et habet mille nocendi modos: et maxime tendit laqueos contemplationi et deuotioni vacãtibus. Et cum talibus delectationibus multos seduxit sicut dicunt doctores deuoti: propter quod in talibus recurrendũ ad cõsilium expertorũ et sapientum licet paucorum ⁊ eorũ attẽdere doctrine: nec in suo sensu confidere: ne propter superbiam in manibus diaboli derelinquat: Nam anima sic decepta quantuʒ se glorificauerit et in delicijs fuerit in talibus delectationibus tantum dabitur ei tormentum luctus Apoc. 18. Quia decepta dicit in corde suo. Sedeo regina et vidua non sum. Iste sunt sex vestes siue ornamenta que dat diabolus anime adultere: et derelinquenti sponsuʒ suuʒ legittimum deũ. Que vestimenta sunt cõtraria et aliena ab ipsa anima: et ipaʒ obligant et subiciunt diuino iudicio: vñ clamat deus Sopho. 1. Uisitabo super omnes qui induti sunt veste peregrina. Uestis peregrina ẽ maliciosa sensatio: maliciosa fantasiatio: maliciosa ymaginatio ⁊c. Hec vestis delectationis inique est vestimentuʒ mixtum sanguine s. peccato quod erit in cõbustionẽ eterne damnationis. De quo dicitur Ysa. 9. Uestimentum mixtum sanguine erit in combustionem et cibus ignis. Ueni ergo transeamus per desertum latum et spaciosum anime rationalis: et diligenter perscrutamur eius latebras: et sic ascendamus ad montem domini: et docebit nos vias suas.

¶ De septem gradibus quibus aĩa rationalis ad creaturas inclinat̃ et descendit Ca. 15.

Venite ascendamus ad monteʒ domini: Aĩa rationalis cum sit ad dei infiniti ymaginem cõdita: infinitatem quãdam participat. Est.n. quodammodo omnia: per manum factibilia: per sensum sensibilia: per fantasiã fantasiabilia: et per intellectũ intelligibilia: Et qꝛ potest omnia intelligere superiora equalia et inferiora: potest et oĩa amare vel odire. Amor autẽ eius est pes eius: et eo fertur quocũqꝫ fertur: Unde aĩa ipa per amorẽ ambulat: et si amat superiora: ad superiora tẽdit: si inferiora ad inferiora descẽdit: qꝛ magis est vbi amat qꝫ vbi animat. Cũ ergo ipsa aĩa sit inter deũ: et ista sensibilia intermedia: si diuina eam gr̃a deserat: septẽ gradibus ad ista sensibilia inferiora descendit paulatine: donec in profũdissimũ damnationis infernũ deueniat.

¶ 1ᵘˢ. gradus est cum desiderio appetẽdo ista tp̃alia et sẽsibilia anteqꝫ habeãt. Nam desideriũ ẽ quidã appetitus rei absentis. Aĩa ꝗ rationalis p̃ incipit desiderare ista bona infima: et sic vno gradu descendit et appropinquat ad illa. Et istud desideriũ si sit intensum et inordinatũ interficit ipam aĩaʒ. puer. 21. Desideria occidũt pigrum: noluerũt. n. quicqꝫ. s. sp̃uale manus eiꝰ opari. Tota

vie concupiscit et desiderat. ¶ Figura huius desiderij interficientis aĩaz habetur Nũ. xi. vbi dr̃ quod vulgus promiscuuz quod ascẽderat cũ filijs israel: simul cũ filijs israel flagrauit desiderio carnium: et piscium: cucumerum: et peponum: qui cum fuissent a domino carnibus satiati: interfecti sunt ab eo in sepulchris concupiscentie: nec puenerunt ad terrã promissionis: sed sepulti sunt in sepulcris concupiscentie. ¶ Moralr desideriũ inordinatũ rez temporaliuz interficit animã et ipsam sepellit in sepulcro concupiscentie: nec ad terrã promissionis cõtemplandã et possidendã puenire pmittit: Et idõ aĩa cõtemplatiua ac deuota caue ne hoc primo gradu descẽdas ad infima inordinate desiderando aliquod tpale q̃ntũcũq3 minimum. Heu quot aĩe moriũt in isto gradu z sepelliũt in sepulcris ꝯcupie nec ascẽdere valent ad cõtẽplandã terraz pmissionis: cũ in infimis sint sepulte.

¶ 2. est cum exercitio procurãdo et querẽdo ista tpalia. Nã postq̃ aĩa vulnerata est inordinato desiderio rerũ tpaliũ: tunc incipit p varios modos: varias vias: multiplicesq3 labores desiderata q̃rere inuestigare et procurare donec illa possideat: z sic aĩa misera tempus amittit in talibus acquirẽdis et suijp̃i⁹ obliuiscit: et cum hijs tpalibus tandem piclitatur: vñ Eccs 4. Unus est et secundum non habet: non filiũ non fratrem: et tñ laborare nõ cessat: nec satiant oculi ei⁹ diuitijs: Nec recogitat dicẽs. Cui laboro et fraudo aĩaz meã bonis. Heu quõ et quantuz et quoties fraudat aĩa bonis suis spũalib⁹ et eternis pp nimiã et inordinatã solicitudinez acquirendi bona ista tpalia et terrena. ¶ Exemplũ huius secũdi gradus habetur Nũ. 15. In Chore: Dathan et Abiron cum cõplicibus suis: qui procurantes inordinate primatum populi et dignitatem sacerdotalem morte subitanea mortui sunt: et a terra viui deuorati: et in infernum demersi. Sic nimirum sic anima misera inordinate querẽs bona hec temporalia: dum nimio studio in illis cumulandis occupatur inopinate moritur sicut accidit in multis auaris: Et cum bonis suis sepelitur in terra in profunduz inferni. Uñ paulus ad Timo. vj. Qui volunt diuites fieri incidunt in tẽptationẽ: et ĩ laqueũ diaboli: z desideria multa ĩutilia et nociua: q̃ mergũt hominem in interitum et perditionez. O anima cara caue ne nimium ymo paruz quid sollicitaris in querendis transitorijs: qz sic recedes a deo et appropiquabis ad portas mortis: et peribis cum eis.

¶ 3. est cum delectatione possidẽdo: Aĩa rationalis cupida postq̃ acquisiuit ista transitoria: inordinate delectatur in ipsis: comedendo: bibendo: epulando: ludẽdo: luxuriãdo. Et in hoc actu adhuc magis elõgatur a deo et appropinquat ad portas mortis: De talibus dicit ppheta: Letant̃ cuz male fecerint et exultant in rebus pessimis: sed ista inordinata delectatio trahit miseram animã in foueam eterne amaritudinis: et separat atq3 elongat a dei consortio z amicitia. Exm habemus in illo habũdantissimo Salomone qui iordĩate delectat⁹ est in rebus istis tpalibus que possidebat: in cibis: potibus: cãtilenis: et luxurijs dicens Eccs. 2. Feci mihi cantores et cantatrices et delicias filiorũ hominũ: ciphos et vrceolos in ministerio ad vina fundenda: Et oĩa que desiderauerũt oculi mei nõ negaui eis. Nec phibui cor meũ quin oĩ voluptate frueret̃ et oblectaret se in hijs q̃ preparauerã.

Et propter istam inordinatam delectationem elongatus est a deo et damnat⁹ vt dicunt multi doctorum. ¶ Aliud exemplum in illo diuite epulone qui in rebus possessis inordinate delectabatur induendo se purpura et bisso: et epulando cotidie splendide: sed ab ista delectatione transiuit ad cruciatum inferni q2 mortu⁹ est diues et sepultus ē in inferno Lu. xvj. Sic aīa misera q̄ in rebus possessis inordinate delectatur: a deo recedit et appropinquat eternis cruciatibus: q2 dicitur Job 21. Tenent timpanum et citharam et gaudent ad sonitū organi. Ducunt in bonis dies suos et in puncto ad inferna descendunt. Ideo caue aīa deuota ne hac delectatione capiaris: q2 appropiquabis ad portas mortis ¶ 4. est cum amore diligendo. Aīa rationalis possidens bona temporalia: et inaniter gaudens de ipsorum possessione: inordinato et nimio amore ea diligit: et sic adhuc magis elongatur a deo et descendit ad infima. Quia magis est vbi amat q̄3 vbi animat. Et cū isto amore inordinato ligata fuerit: ad deum appropinquare nō valet: Exemplu3 est in illo iuuene diuite qui interrogauit xp̄m Quid faciendo vitā eternam possidebo: Cui cum xp̄s dixisset Si vis perfectus esse vade et vende omnia que habes et da pauperib⁹ et habebis thesaurum in celo et veni sequere me: Audiēs hoc verbu3 abijt tristis. Erat. n. habēs multas possessiones Mat. 19. Ecce q̄modo amor inordinatus temporalium retrahit anima3 ab ipso deo: nec appropinquare ad ipsum sinit. Unde subiunxit ibidem xp̄s: Amen dico vobis quia diues difficile intrabit ī regnum celorū. Anima etiam isto inordinato amore ligata circa temporalia perit cum illis. Figura est in vxore Loth: que ex inordinato affectu conuersa ad respiciendū Sodomam et Gomorrā mortua est et conuersa in statuam salis Gen. 19. Sic aīa misera que nimio amore ad ista temporalia afficitur perit in illis et cum illis. Exemplū in illo diuite qui nimio amore diligens terrena: inordinato et superfluo labore solicitabatur circa illorum custodiā dicens. Quid faciam q̄r nō habeo quo congregem fructus meos: ⁊ dixit Hoc faciam: Destruā horrea mea: et maiora faciam et illuc congregabo omnia que nata sunt mihi et bona mea et dica3 anime mee: Anima mea habes multa bona posita in annos plurimos requiesce: comede: bibe: epulare. Nocte autem sequenti rapta fuit anima eius ab eo: et sic non habuit fructum ex diuitijs suis: sed perijt cum illis Luc. 12. Unde Eccl̄s. 5. Qui amat diuitias fructum non capiet ex eis.

¶ 5. est cum timore custodiēdo. Anima infelix capta inordinato amore temporalium: maximo cu3 timore custodit ea semper timens amittere: et tali amore solicita nun̄q̄ inuenit requie3: nec quiescere potest: sed semper est plena anxietate ⁊ amaritudine Eccl̄s. 2. Cuncti dies eius doloribus et erūnis pleni sunt nec per noctes mente requiescit. Et anima misera que cum isto inordinato timore bona peritura custodit: semetipsa3 perdit: et cum illis bonis temporalib⁹ perit. Exēplum in principibus iudeorum et phariseis qui timentes amittere ciuitatem suam et gentem et inordinato timore custodientes illam interfecerunt xp̄m dicentes Jo. xj. Quid facimus q2 hic homo multa signa facit: Si dimittimus eum sic: omnes credent in illum: et venient romani et tollent nostrū locum et gentem. Et q2 inordinato timore custodierunt: ideo perdiderunt ea et

Timor.

Anima eorū perijt cum illis: Et ideo
dicit Job.6. Qui timet pruinam ir=
ruet super eū nix. Sic anima cupida:
que timet amittere bona minima mū=
di huius: multotiens perdit celestia: et
diuina: et semetipsam cum illis. Heu
quot periclitātur in mari: in terra: in se
culo: in religione: in curia: et in ecclesia:
propter timorem amittendi tp̄alia.

¶ 6. est cum dolore perdendo. Anima
alligata inordinato amore ad ista tem=
poralia: et timida in eorum custodia: ni
mis dolet si perdiderit ea: et nimis con
tristatur: Exemplum in Esau: qui pro
pter amissionem boni temporalis eiula
tu magno fleuit sicut scribitur Gen.27
Et iste dolor immoderatus multotiēs
est causa perdendi vitam tam natura=
lem q̄z spiritualem: Exemplū est clarꝫ
3.R.2. In semei qui dolens de amis=
sione seruorꝫ qui fugerāt ab eo: iuit ad
querendū eos. et egressus est ciuitatem
cōtra preceptū regis Salomōis: ꝑpter
qḋ ab ipso morti est cōdemnatus: Sic
profecto sic dolor inordinatus de amis
sione rerum temporaliū est causa amis
sionis vite: tam temporalis q̄z eterne:
Nam Esau propter amissionē tēpora
lis boni icurrit odiū petuū ꝯ fratrē suū:
et sic male finiuit ꝛ damnatus est. Heu
heu quot mala cōmittit anima cupida
propter rerū temporalium amissionē:
propter q̄ saluator insinuat non esse do
lendū de taliū amissione dicēs Mat.
v. Qui vult tecum in iudicio contende
re et tunicā tuā tollere: dimitte ei ꝛ pal
lium. Caueat ḡ anima contēplatiua nec
hoc dolore immoderato descendat ad
ima.

¶ 7. est cum penoso precio appreciando:
Anima rōnalis dei gr̄a derelicta ꝛ tē=
poraliū amore alligata: ipsa temporalia
nimis estimat: ꝛ iudicat ea digna precio
penoso: ymo penosissimo: dum tn̄ dili
git ea q̄ libenter ꝓ eorum amore ꝛ pos
sessione in p̄nti vita labores innume=
ros: et pericula innumerabilia et sepissi
me mortē corporalem et vulnera susti
net: et in futura vita cruciatus eternos
subire nō formidat. Hoc est clarꝫ ꝑ coti
dianam experientiā: qua videmus mul
tos oīa supradicta amore pecunie ꝛ tp̄a
liū leto animo tollerare. Nā pro amo
re pecunie libenter vendūt aīam: deū:
vitā. et paradisum: et emunt sibi carce
rem infernalem: et hoc propter iniustā
appreciationē ipsius pecunie: quam di
gnam reputāt tantis penalitatibꝰ. Hoc
mō Judas xp̄i proditor penoso precio
estimauit illos triginta argenteos: pro
quibꝰ ꝛ tēporalis ꝛ eterne mortis picu
lo se exposuit: ꝛ tandē sustinuit vtranq̄
sicut pꝫ Mat.27. Sic nimirū sic acci
dit aīe cupide q̄ tantū estimat ista tē=
poralia q̄ amore ipsorum vtranq̄ mor
tem incurrit: vñ Ecci.x. Nihil iniquiꝰ
q̄z amare pecuniā. hic. n. aīam suā ve=
nalem habet: qm̄ in vita sua ꝓiecit inti
ma sua: Uendit. n. auarus pro rebus tē
poralibus animā suam diabolo: et pro
ijcit intima sua: vꝫ virtutes que sūt sue:
pro rebus tp̄alibus: que sunt aliene et
non sue: et hoc mō penoso p̄cio estimat
hec trāsitoria. ¶ Isti septē gradus de=
scēdendi ad infima ista possunt oēs in
vno homie auaro assignari: que primo
ista tēporalia desiderat: secūdo ea que=
rit: tertio delectat̄ in quesitis: quarto di
ligit ea in quibus delectat̄: quīto cum ti
more custodit: sexto cū dolore ꝑdit: sep
timo penoso precio digna estimat: et sic
tādē ad profundū descēdit. ¶ Figura
huius descensus aīe rōnalis ad infima
huius mundi hētur Lu.x. In illo hoīe
qui descendebat ab hierusalē in hieri=
co: et incidit in latrones qui dispoliaue

runt eũ: et plagis impositis abierũt se= miuiuo relicto: sꝫ Samaritan⁹ superue niẽs mĩa motus sup eum alligauit ei⁹ vulnera: et infudit oleũ et vinũ: et impo nẽs sup iumentum suũ duxit in stabu lum et curã eius egit. Moralr: Hõ iste significat aĩam vel hoĩem peccatorem: qui dr̃ Quidã: ꝑpter suaꝫ vilitatẽ: Nã qui diligit infima ista efficit̃ filius illiꝫ qꝛ si terrã diligis: terra es. Et ꝑpha dicit Facti sunt sicut ea q̃ dilexerũt. Sicut ḡ ista terrena vilia quedã sunt: sic qui dili git illa: vilis efficit: et hõ quidam. s. vilis et despectus. Iste hõ descendit a ihr̃l'm q̃ dr̃ pacifica vel visio pacis: in hierico que dr̃ luna: vel odor eius vel deficiens qꝛ deserit gratiã dei in qua est vera pax aĩe. et appropinquat ad odorem istoꝝ tp̃alium que sunt defectuosa ex sua na tura et mutabilia: sicut luna que nunq̃ in eadem dispositione permanet: Sed sic descendens incidit in latrones vide licet in manus demonum quia in om̃i gradu istius descensus homo peccat vt vidimus supra: et sic incidit in manus demonum: qui ipsum spoliant quia pri uant eum gratia gratum faciente: que est vestis nuptialis: Spoliant qꝛ priuãt eum virtutibus moralib⁹ que sunt ve= stes ciuiles et curiales. Imponunt vul nera: qꝛ ꝑdiuem et ꝑnum ad malũ red dũt. Relinquũt semiuiuũ qꝛ interficiũt morte culpe: sꝫ ꝑmittũt viuere vita na ture: et sic partiꝫ est viuus. et parti mor tuus: sed Samaritan⁹ xp̃s ꝑ assumptã hũanitatem inde transiẽs mĩa motus suscepit sup iumentũ sue humanita= tis siue carnis: quia peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum: Duxit in stabulum. i. in ecclesiam: Alli gauit vulnera per sua precepta et consi lia: et infudit oleum sue mĩe ꝑ grãm: Et vinum sue iustitie per penitentiam: Et sic curaꝫ eius egit et liberauit eum. Et nisi succurrisset pisset ex vulneri= bus latronum. Sic accidit anime mise re ad ista inferiora per inordinatum a= morem descendenti: nisi redemptoris misericordia auxiliũ prestiterit: Caueat ḡ aĩa contemplatiua ne ꝑ gradus istos descendat. Si aũt incaute descenderit: recurrat ad oleũ et vinuꝫ Samaritani. Uenite ergo ascẽdam⁹ ad montẽ dñi.

¶ De septẽ gradibus quib⁹ aĩa rõnalis ascendit ad deũ. Ca. xvj.

V Enite ascenda mus ad montem domini: et ad domuꝫ dei Jacob: Quia ad montem contemplationis ascensu= ri sumus. Postq̃ vidimus quot passi bus anima rationalis ad sibi inferiora descendit: et a monte contemplationis seipsam elongat: superest videre: qui= bus gradibus ad superiora conscendit et deo suo spiritualiter appropinquat. Ubi sciendum ꝙ anima rationalis di= uina gr̃a cõfortata septẽ passibus ordi natis creaturas infimas deserit et deo cõtẽplando appropinquat.

¶ Pͣ Uoluntate ipsa tp̃alia non diligẽdo nec desiderando: Nam anima diuino amore inflammata: que ad montem cõ templatiõis et pfectionis anhelat: prio gressu oĩa ista tp̃alia õrelinquit: ipsa nõ amando: nec desiderando: sed oĩa par= uipendit et cõtemnit: ac vilipendit: sciẽs ꝙ nemo põt deo seruire et mammone: sciens etiã ꝙ tanto quis a sũmis ⁊ cele stib⁹ elongat̃ q̃to in infimis ⁊ terrenis delectatur ꝑpter quod omnia reputat quasi nihilum: In hoc gradu ascen= dẽdi ad deũ erat paul⁹ ap̃s qñ dice= bat ad Phil. 3. Que mihi fuerũt lucra hec arbitratus sũ ꝑpter xp̃ꝫ detrimẽta

propter quem omnia detrimentum feci et arbitror vt stercora vt xp̄m lucrifaciam: Ex quibus pz quantum illa despexerat: que tanq̄ stercora reputabat. Hic est primus gradus anime contemplatiue appropinquantis ad deum: sine quo nihil vel parum proficit in ascensu contemplationis: Et ideo aīa cara enitere quantum vales ad extirpandum de radicibus cordis tui omnem amorem etiam minimum oīum rerum pereuntiū: quatenus ea omnino vilipendas: et pro nihilo et tanq̄ nihilum reputes: et arbitreris vt stercora: vt ad xp̄m contēplandum accedas.

¶ 2° relinquendo et abijciendo ip̄a temporalia. Non sufficit anime contemplatiue temporalia nō diligere: sed necesse est etiam abijcere et a se elongare quia tēporalia bona graue pondus sunt anime rationalis etiam si ab ipsa nō amantur. Et vix possunt ista temporalia disponi et gubernari sine aliqua contagione peccati propter multitudinē occupationum et verborum ac cogitationum occurrentium in tali dispositione et gubernatione temporalium: Vñ dicit Sapiens Eccī. xi: Fili ne in multis sint act⁹ tui ꝛ si diues fueris: non eris immunis a delicto: ꝓpter quod aīa que ad montem contēplationis et perfectionis aspirat debet ista omnia corruptibilia a se elongare: Unde dicebat xp̄s Luc. 14. Omnis ex vobis qui non renūciat omnibus que possidet: non potest meus esse discipulus. Abijciat ḡ terram qui vult appropīquare ad deū. ¶ In hoc gradu erant illi primi eccl'ie discipuli: qui oīa sua vendebant et ponebāt preciū ad pedes apostoloꝝ: de quibus dr̄ Actu. 2. Omnes qui credebant erant pariter ꝛ habebant oia cōmunia: possessiones et sbās vendebāt et diuidebāt illa oibus prout cuiq̄ opus erat: cotidie ꝑdurantes vnanimiter in tēplo: O aīa cara vēde distribue et derelīque oīa terrena: ꝛ cotidie ꝑseuera in tēplo orādo: meditādo: cōtēplādo: q: sic appropīquabis ad iesū: et ꝑuenies ad apicē cōtēplatiōis.

¶ 3° Utendo tp̄alibus cū penalitate: anxietate et dolore: Nam aīa aliqn̄ nō potest tēporalia abijcere et derelinquere: sed cogit̄ ea administrare ꝑ superioris obedientiā vel aliam piā necessitatem. Et tunc aīa deuota vtitur eis cū quadā penalitate et anxietate: quia sunt quasi plumbū alligatū alis volatiliū. Et ī hac penalitae aīa deuota accedit ad ipsum deum vtendo istis temporalibus cum quadā afflictione ꝛ penalitate: q̄ libenter orōni et contēplatiōi vacaret: et ista terrena derelinqueret si cōmoditas affore. ¶ In hoc tertio gradu erant duodecim apl'i qn̄ dispensabant bona tp̄alia eoꝝ qui conuersi erant ad fidē. Q̄ ō faciebāt cū quadā penalitate et afflictione q: libentius vacassent predicatiōi et orationi: vñ conuocantes multitudinē discipulorum dixerunt eis sicut scribit̄ Act. 6. Non est equū nos derelinquere verbū dei ꝛ ministrare mensis. Considerate ḡ fratres viros ex vobis boni testimonij septē plenos sp̄ū sc̄tō et sapiā: quos cōstituam⁹ sup hoc opus: nos vo orōni et ministerio v̄bi instātes erim⁹. In hoc gradu erat Moyses qn̄ sustinebat regimē populi cū penalitate ꝛ afflictiōe: et a tali administratiōe liberari cupiebat qn̄ dicebat dño Nūi. xi: Cur afflixisti seruū tuū: Q̄uare nō inuenio grāz corā te: Cur imposuisti pōdus vniuersi populi hui⁹ sup me: Nō possuz solus sustinere omnē hunc populū q: grauis ē mihi: sed m̄lti nō sic faciūt q: se ingerūt administrationibus et negocijs rerum secularium: et ideo ad montem contem

plationis vix ascendunt.

¶ 4° Odiendo tpalia ipsa sine peccato. Nam aia que ad pfectionis et contemplationis culmen aspirat non solũ vtit̃ tpalibus cu3 quadã penalitate:sed etiã odio quodã sacto odit ea. Ratio est qr spũalia et celestia non perfecte diligit:nisi tpalia sibi opposita sancte et prudẽter odio habuerit. Hoc mõ Paul° apostolus odibat carnis delectationes quas ĩ corpore suo inuitus sustinebat dicens ad Ro.8. Non.n.quod volo bonũ hoc ago:s3 quod odio malũ illud facio. Si aũt quod nolo illud facio:iã non ego operor illud: sed qđ habitat in me peccatum. ¶ Ad hunc gradũ vocabat yesus xp̃s discipulos suos qñ dicebat Lu.14 Si quis venit ad me et non odit patrẽ suum et matrẽ:et vxore3:et filios et fratres:et sorores:adhuc aũt et aiam sua3: nõ potest meus esse discipulus. Odiat ergo aia deuota omnia terrena si cupit effici discipula xp̃i: et ad ipsu3 p gratiã ɔtẽplatiõis appropiquare.

¶ 5°. Non se nimis sollicitando in eoru3 custodia:nec timendo de eorum perditione. Nam aia que nimis sollicitatur circa temporalia vel acquirenda vel custodienda:vacare non potest celestium contemplationi propter multiformem turbationem que in custodiendis temporalibus occurrit. Exemplum est in Martha: que p̃ nimia solicitudine et turbatione vacare non poterat diuinis sermonibus sicut patet Luc.x. Unde dicitur Mat.13. Solicitudo seculi istius et fallacia diuitiaru3 suffocat verbum et sine fructu efficitur. Eode3 modo anima que timet bona terrena amittere non potest liberis gressibus ad celestia contemplanda euolare. Nam tali timore sollicitatur in eorum custodia. Et semper remanet inquieta. et cũ pat sit:semper insidias suspicatur: Ex tali vero inquietudine inepta redditur ad sursum eleuationes. ¶ In isto gradu erat ille patientissimus contemplator Job:qui in rerum temporalium custodia non se sollicitabat:nec de eoru3 perditione timebat:Unde in eorum amissione non est conturbatus: sed deo gratias agens dixit: Dominus dedit:dominus abstulit: sicut domino placuit ita factum est:sit nomẽ dñi benedictũ: Job.i. Ab hoc timore sollicito rerum temporalium reuocabat saluator discipulos quando dicebat Luc.12. Nolite solliciti esse anime vestre quid mãducetis:neq3 corpori quid induamini. Uerũtñ primu3 querite regnũ dei et iustitiã ei°:et hec oia adijciẽtur vobis. ¶ In hoc gradu erat Paulus quando de tẽporalibus nihil sollicitus:tantũ se ad celestiũ contẽplationẽ et desiderium extẽdebat dicens ad Phil.3. Que quidem retro sunt obliuiscens: ad ea vero q̃ priora sunt extẽdẽs meipsum:ad destinatũ psequor:ad brauiũ superne vocationis dei in xp̃o iesu: Quicũq3 g̃ perfecti sumus hoc sentiam°:hec ille. Aia ergo q̃ ad perfectionẽ aspirat abijciat solicitudinẽ:abijciat timorẽ:abijciat custodiã rex̃ t̃renax̃ et oi3 si fieri põt obliuiscat̃ et ad sola supna ɔtemplãda se extẽdat.

¶ 6° Gaudendo de temporaliũ amissione: Aia que ad montis cacumẽ per contemplationis exercitium aduolare festinat de temporaliũ pditione letari debet quia obstaculum sui volatus ablatum est. Nam ista terrena quãda3 naturalẽ in se grauitatem habent: qua rõnalem animam ad infima deprimũt: Et iõ ipsa debet de earũ amissione gaudere: quasi de depositione grauissimi oneris: nec ullo modo de talium perditione tristari. Hoc modo seraphicus pater noster

franciscus cum semel per viam laudes dño in galica lingua cantaret: inuctus a latronibus ꝛ vestibus spoliatus nõ solum nõ est contristatus: sed gaudio exhilaratus laudes cepit dño altius decãtare. In hoc gradu erant illi qui bonoꝝ suoꝝ rapinã cũ gaudio sustinuerũt: expectãtes ꝛ spirãtes ad mercedẽ supne ꝓmissiõis: quib⁹ dicebat paul⁹ ad He. x. Nam ꝛ victis cõpassi estis ꝛ rapinam bonoꝝ vr̃orum cuz gaudio suscepistis: cognoscẽtes vos habere meliorẽ et manentem substantiam. s. futuram in celis et perpetuam: Gaudeat igitur aĩa contẽplatiua de temporaliũ amissione q2 fortior ꝛ vigorosior assurget in celestium contemplationem.

¶ 7° Expectando mirabile preciuz de rebus non possessis: siue debite possessis. Nam anima rõnalis que oĩum temporalium possessiones ꝑꝑ celestium contemplationẽ vel abijcit vel modeste disponit: expectare debet ab ipso deo mirabile ꝛ inextimabile precium: vnde ad Ro. 8. scriptũ est. Non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis: nam expectatio creature reuelationem filiorum dei expectat: quia ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem glorie filioruz dei: O si anima deuota expectaret attẽte illud inextimabile precium quod retribuet deus his qui pro eius amore temporalia oĩa derelinquũt: quantum ascẽderet in altuz: quantum deo suo apropinquaret. Hoc precium expectabat paulus qñ dicebat. i. ad Cor. 2. Oculus non vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascẽdit que preparauit deus his qui diligunt eum: nobis autem reuellauit deus ꝑ spirituz suum. ¶ In hoc gradu erant apl̃i quãdo dicebant xp̃o. Mat. xix. Ecce nos reliquimus oĩa ꝛ secuti sumus te: quid ergo erit nobis. Jesus aũt dixit illis: amen dico vobis q2 vos qui reliquistis omnia et secuti estis me: in regeneratione cum sederit fili⁹ hõis in sede maiestatis sue: sedebitis ꝛ vos sup sedes duodecim iudicãtes duodecĩ trib⁹ israel. Et oĩs qui reliq̃rit domum vel fratres: aut sorores: aut prẽz: aut mr̃ez: aut vxorẽ: aut filios: aut agros ꝑꝑ nomẽ meum centuplum accipiet ꝛ vitam eternam possidebit. O preciũ desiderandũ quod ꝓ contemptu terrenoꝝ dei electis preparatur. Eya igiĩ anima deuota curre ꝛ festinãter ascende ꝑ gradus predictos q2 in breui ad mõtis summitatẽ propinquabis.

¶ Hos gradus percurrit ille exim⁹ celestiũ cõtẽplator paulus apostolus qui vsq3 ad tertiũ celum contẽplando peruenit et audiuit archana verba q̃ non licet homini loqui: nec publicare. Naz voluntate oĩa contempserat mundalia qñ dicebat ad Gal. 6. Mihi mundus crucifixus est ꝛ ego mũdo: quasi diceret sicut mundus me non diligit sed contemnit: sic ꝛ ego mundũ non diligo: sed paruipendo ꝛ derelinquo. Desiderabat a mũdo ꝛ omnibus mundialibus separari quando dicebat ad Phil. j. Coartor autem e duobus: desiderium habens dissolui ꝛ esse cum xp̃o: si cupiebat separari a vita multo magis a temporalibus huius vite. Cum penalitate ꝛ anxietate vtebatur hoc mũdo quãdo dicebat ad Ro. 7. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius: si anxiabatur vsu proprij corporis multo magis vsu temporalium. Odio etiam habebat delectationes quas in suo corpore inuictus sustinebat quando dicebat ad Ro. 7. Non quod volo bonum hoc ago: sed quod odio malum illud facio: si sancte odibat carnis dl̃ectationes:

multo magis et alia tēporalia ꝓut sunt diuitie: delicie: honores. Non timebat perdere mundialia quando rogatus a fratribus et ab amicis flentibus ne iret in hierusalem respondit dicens Act. xxi. Quid facitis flentes et affligentes cor meum: ego autem non solum alligari: sed et mori in hierusalem paratus sum propter nomen domini iesu: Si nō timebat amittere vitam: multo minus alia temporalia que propter vitam appetuntur. Gaudebat et letabatur in amissione temporalium quando dicebat ad Phil. j. Mihi viuere christus est et mori lucrum. Sicut ergo lucrum delectat mercenarium sic et mors paulum: Si ergo gaudebat de amissiōe vite propter xp̄um: multo magis gaudebat de amissione omnium temporalium. De predictis omnibus premium mirabile et laudabile expectabat quando grauatus tribulationibus dicebat. 2. ad Cor. 4. Licet is qui foris est noster homo corrumpatur: tamen is qui intus est renouatur de die in diem: id enim quod in presenti est momentaneū et leue tribulationis nostre: supra modum in sublimitate eternum glorie pondus operatur in nobis: non contemplantibus nobis que videntur sed que non videntur: scimus enim quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur: ꝙ edificationem ex deo habemus: domum non manufactam sed eternam in celis: et quia per hos gradus cucurrit apostolus ideo ad summum contemplationis verticem pertīgere promeruit: O anima deuota. derelinque terrena et de gradu in gradum et de virtute in virtutem ascende donec accedas ad caliginosum montem diuine contemplationis et claritatis.

¶ Quomodo sensuales appetitus anime rationalis exterminentur. Ca. xvij.

Venite ascendamus ad montem domini et docebit nos vias suas: Quia anima rationalis est quasi terra deserta in via et inaquosa dicente. ps. Anima mea sicut terra sine aqua tibi: in qua sunt spine sensualium appetituū et vipere carnalium desideriorum: que reddūt ipsā inuiā et ad transeundū difficilem: inuigilandum est ad huius terre emundationem: eradicando spinas malorum appetituum: et extinguendo viperas sensualium desideriorum: quatenus per ipsam sic mundatam veluti per quendam desertum locum ad terram promissionis contemplandam facilius transeamus. ¶ Sciendum autē ꝙ ista sensualia desideria per aquas iordanis non incongrue figurantur: quia sicut aque ille iuxta desertum fluunt: sic desideria sensualia more aque iuxta animam continue dilabuntur sibi inuicem succedentia: et sicut aque ille sunt dulces et deorsum dilabuntur: sic sensualia desideria semper ad delectabilia et infima descendunt. ¶ Notandum etiam quod aque iordanis fluminis quadrupliciter variate sunt sicut legitur Josue. 3. et. 4. ¶ Primo ante trā situm filiorum israel in terram promissionis fluebant deorsum magno impetu. ¶ 2° in transitu eorum aque descēdētes steterunt in loco vno et firmate sunt iosue. 3. ¶ 3° in transitu eorum aque predicte que de superius descendebant tumefacte sunt et sursum eleuate ad instar montis et ad suum fontem conuerse. Josue. 3. ¶ 4° post in-

gressum terre promissionis aque reuer se sunt in alueum suum et fluebant sic ante consueuerant Josue. 4. Sic aque sensualium desideriorum et terrenorum appetituum multipliciter variate sunt et cotidie variantur. ¶ Nam in statu innocentie iste aque stabant nec ad ima defluebant: quia oia desideria sensualia sub dominio rationis ligabantur ne descenderent ad infima et illicita: sed sursum trahebantur ad deum: quia quicquid delectamenti in istis sensibilibus prim⁹ homo experiebatur: totum in laudem conditoris regerebat. ¶ In statu culpe aque iste fluunt magno impetu: quia post nature infectionem per peccatum cuncta cogitatio cordis humani prona et intenta est ad malum ab adolescentia sua. Gen. vj. Et sic homo querit delectationes quasi aquas dulces in istis infimis et terrenis. ¶ In statu conuersionis aque firmantur et stant: quia cum anima ad deum conuerti ceperit: desideria sensualia et terrena refrenat ac firmat: vnde cum filij israel ceperunt ingredi iordanem aque defluentes steterunt: quia cum anima humilitatem confessionis ingreditur: propositum firmat ad amplius non peccandum: nec ampli⁹ in terrenis delectandum. ¶ In statu profectus aque ascendunt ad instar montis et eleuantur in altum vt alonge videri possint: quia cum aia incipit in bono proficere desideria sua ad celestia eleuat: vt nunc delectetur in summis que prius delectabatur in imis et tamen eleuantur quod alonge videntur quia per exempla patentia proximis exhibita: celestia desideria manifesta fiunt. ¶ In statu vero perfectionis aque reuertuntur ad suum fontem et ascendunt vsque ad sartban quod interpretatur tribulatio eorum: quia viri perfecti omne desiderium suum conuertunt ad suum fontem et principium deum: et omne suum solacium in deum suum conuertunt: Ascendunt vsque ad sartban quia tamen crescit celestium desiderium: quod pro ipsorum amore libenter sufferunt tribulationes et amaritudines. ¶ In statu vero beatitudinis: aque reuertentur ad locum suum et fluent sic ante consueuerant: quia in illo statu omnes sensus delectabuntur in suis obiectis: ymo maiori impetu descendunt aque iordanis post transitum filiorum ysrael quam ante propter ipsarum eleuationem ad instar montis. quia post huius misere vite transitum desideria oia maiori gaudio et maiori motu in sua obiecta ferentur: quietabuntur: et saciabuntur quam ante: et hoc sine vlla iniquitatis vel iniusticie macula: quia talia desideria et gaudia etiam sensualia: nec contra rationis iudicium: nec contra diuine voluntatis imperium complebuntur. Quia ergo isti appetitus sensuales anime rationalis qui semper more aque dulcis ad infima et delectabilia hui⁹ mundi descendunt: reddunt animam ipsam in uiam: impertransibilem et ad celestium contemplationem inhabilem: et quasi aque iordanis intermedie eius transitum impediunt ad terram promissionis contemplandam: videndum est quomodo possint exterminari et quietari. et more aque iordanis sisti: Dico ergo quod multa sunt que ista terrena desideria refrenant: mortificant et totaliter exterminant et ad celestia conuertunt. N.

¶ Prima est consideratio infernalis siue finalis amaritudinis. Nam si anima rationalis attente consideraret finem delectationum et desideriorum carnalium qui est amaritudo interminabilis inferni: statim a talibus desiderijs abstineret: nam sicut aque fluminis dulces descendunt ad aquas maris amaras et ex earum admixtione amarescunt: sic oes carnales et sensuales delectationes in amaritudi

nem terminatur: vel temporalem p penitentiã: vel eternalem p finalem dãnationẽ: vnde dicit sapiens Prouer. 14. Risus dolore miscebitur & extrema gaudij luct⁹ occupat: et saluator dicit. Luc. 6. Ue vobis qui ridetis nũc quia lugebitis & flebitis. ¶ Hanc finalẽ amaritudinem in quam ɔuertuntur delectationes mũdiales & terrene si diligenter attenderet aĩa feliciter tales appetitus firmaret & exterminaret. Unde in huius figura dicitur Josue. iij. Qđ aque que in iordane inferiores erant descẽderũt in mare solitudinis quod nũc vocatur mortuũ vsq quo oĩo defecerunt. Hoc mare quod vocatur & solitudinis & mortuũ: signare potest infernũ in quo est amaritudo: solitudo & mors: In hoc mare descendunt aque inferiores: vz omnes delectationes sensuales: carnales & mũdiales q̃ more aquaꝝ & dulces sunt et labiles: In hoc mari omnino đficiũt aque dulces qꝛ ibi omnia cõuertuntur in luctum & amaritudinẽ. Et quãto maius fuerit gaudiũ & letitia sensualis in hac vita: tanto maius dabitur tormentum & luctus. ¶ In hoc mare oĩo deficiũt aque inferiores quia oĩs illicita delectatio que in pñti vita p penitentie amaritudinez nõ fuerit amaricata: in mari mortuo infernalis cruciatus amaricabitur & deficiet. Unde dicit sapiens. Eccs. j. Omnia flumina intrant mare et mare nõ redundat Oĩa flumina intrant mare qꝛ oĩs dulcedo mundialis p aquaz dulcem fluminum designata in amaritudinez pñie: vel infernalis pene terminatur. Mare nõ redundat qꝛ deus nõ cruciat nec punit vltra: ymo citra condignum: anima ḡ deuota que tales appetitus delectabiliũ firmare vel eradicare desiderat: finalem eoꝝ amaritudinẽ consideret: et sic que prius tangere nolebat dura vz & aspera nunc pre angustia fient illi cibi dulcissimi. ¶ Aquas dulces biberat ille diues qui epulabatur cotidie splendide: sed defecerunt in mari mortuo qꝛ postea cruciabatur in flamma in inferno. Cui dixit Abraã. Memẽto qꝛ recepisti bona in vita tua & lazar⁹ silr mala: nunc ãt hic consolatur tu vero cruciaris Luc. xvi. O q̃ vtilis talis cõsideratio aĩe contẽplatiue.

¶ 2m est Consideratio mundialis vilitatis & seruitutis. que ẽ quasi causa formalis delectationũ mũdialium. ¶ Nam si anima deuota attẽte ɔsiderauerit: videre poterit q̃ viles sunt mundiales & illicite delectationes: Omnis. n. illicita delectatio vel est de fumo honoris vel glorie transeũtis: vel est de luto lascivie et terrene substantie que puluis est: et stercus terre. Et cũ tam vilia sint q̃ desiderat aĩa paupcula: grauissimũ tamẽ iugum diabolice seruitutis pro talium amore cogitur sustinere: qꝛ q̃diu talia querit: tã diu sub diaboli dominio serua captiuaq tenetur: que duo si anima attẽte pensaret: vilitatez vz talium delectationũ et diabolicã seruitutem: libenti animo tales appetitus cohiberet et exterminaret. ¶ Figura hẽtur Exo. j. & v. Ubi dicitur quod pharao rex egipti cũ satellitibus suis filios israel opprimebat in laboribus durissimis: palee: luti: et lateris: insuper & verberibus angebat. Quibus filij israel oppressi dño adiuuante verterũt sibi terga & de eius seruitute atqꝫ laboribus duris liberati sũt. ¶ Moraliter pharao ẽ diabolus Filij israel vidẽtes deũ sunt aĩe rõnales ad visionem diuinã condite & ordinate: has diabolus occupat in operibus paleaꝝ. i. in delectationibus superbie & inanis glie q̃ q̃si palea rapitur a vẽto mũdialis fauoris. In opibus luti. i.

Momentaneũ est q delectat, eternũ autem quod cruciat; Gregor.

in delectatione luxurie: q̃ nihil aliud est nisi lutũ ⁊ stercus q᷑ mulier fornicaria q̃ si stercus in via conculcabitur: in opib⁹ lateriũ q̃ coquuntur in fornace .i. in delectatiõe auaritie: q̃ est fornax incẽdẽs aĩas et indurãs more lapidũ: q̃ auaritia nil aliud est q̃z amor lapidũ ⁊ terre conglutinate. Ultra hec cedũtur flagellis quia aĩa misera ꝓ habendis delectationibus mũdialibus miserabilẽ seruitutẽ sustinet. Et iõ si aĩa hec consideraret attẽte more filiaꝝ isrl' terga verteret Pharaõi: et finẽ imponeret opibus paleatũ luti: ⁊ lateꝝ: q᷑ dicit ꝓpħa Naum.3. Omnis qui viderit te: resiliet a te.

¶ 3^m est ꝯsideratio internalis inquietudinis q̃ est in aĩa ꝓpter ista terrena ac sensualia desideria: ¶ Nã si homo ꝑ subtilem ꝯsideratiõẽ intraret in aĩam suã: et diligenter consideraret ei⁹ appetitus ac desideria videret eã admoduz aque decurrentis semꝑ ad inferiora: Querere semꝑ vel ea que oculos delectãt: vel que auditũ vl' gustũ aut tactũ. Et in his inquirendis: acquirẽdis: et cõseruãdis totũ tempus expendere: et ipsã cõtinue agitari: inquietari: et solicitudinib⁹ pungi atq̧ anxietatibus lacerari: Hoc si attẽte faceret profecto clamaret cũ ꝓpħa et diceret: Uerũtñ vniuersa vanitas: oĩs homo viuens. Hoc si deuote pensaret clamaret ꝓfecto et diceret: Filij hominũ vsq̧quo graui corde vt quid diligitis vanitatẽ et queritis mendaciũ: Et hoc mõ firmaret desideria more aque ad ista inferiora dilabentia. Hoc modo tepesceret ad yma: calesceret ad sũma.

Figura huius considerationis internalis extirpãtis carnalia ac terrena desideria habetur Josue 3. et. 4. vbi dicit. Qr cum sacerdotes portãtes archaz dñi posuissent pedes suos in iordane et tinxissent eos in parte aque: tũc aque superiores que descendebant steterunt: nec amplius descenderunt: Et ipsi sacerdotes stabant sic in medio iordanis: donec transiret populus: et sic semper steterunt aque: et in modum mõtis eleuate sunt: et versus fontem suum reuerse sunt. ¶ Moraliter sacerdotes portãtes archam domini sunt illi qui studio sapientie et contemplationis intendunt et vacant: Pedes eorum sunt inuestigatio ignotorũ: Et retractatio cognitorũ. Aque dulces fluentes deorsuz sunt desideria terrena ad hec delectabilia mũdi semper dilabentia. Quando ergo cõtemplator ingreditur ad animam suã: et ponit pedem dextrum. s. inuestigationem ignotorum in aquis suorum desideriorum et videt omnes aquas deorsum fluere: et omnia sua desideria ad terrena dilabi. Quando ponit aliuz pedem sinistrum: videlicet retractionem cognitorum in predictis aquis: sepius considerando quomodo anima misera semper desiderat caduca et transitoria: ⁊ quomodo semper labitur ad yma ad modum aque defluentis: tunc ad animam ipsam clamat. O anima infelix et misera vsquequo sollicita es et turbaris erga plurima: Porro cum vnuz sit necessarium tandez aliquando fige desiderium: dilige vnum: Congregentur aque que sub celo sunt in lacum vnuz. Noli sinere eas fluere deorsum: An nescis quia qui dimittit aquas: caput est iurgiorũ: Quid per yma desideria defluis: Quid tibi est cum parituris bonis: gaudijsq̧ lugendis. An nescis quia omnis aqua que deorsum currit in mare descendit: Et omnis risus dolore miscebitur: et extrema gaudij luctus occupat. Et hoc modo incipit anima ad terrena tepescere et incalescere ad diuina ⁊ celestia: Sic aque stant: quia terrena de

fideria firmantur. Aque inferiores de ficiunt quia appetitus sensuales mi- nuuntur: Aque superiores intumes- cunt: quia desideria celestia augmen- tantur: Aque superiores reuertun- tur ad suum fontem: quia desideria et gaudia anime conuertuntur ad condi- torem suum deum: O anima contem- platiua ac deuota ingredere ad temet- ipsam: et pone pedes considerationis in aquis desideriorum tuorum: Et sic fir mabis aquas defluentes. Unde Ricar dus de exterminio mali. 21. ¶ Conside ra ergo frequenter: Contemplare ergo diligenter cordis tui luxum: desiderio- rumque profluuium: Uide ergo amorē tuum: Uide quo currat: quo per desi- derium tendat: vel vnde per fastidium recedat: Uidebis quomodo de sublimi bus ad yma labitur: De summis ad in fima deriuatur. Absque dubio cum hec ceperis diligenter inspicere: profunde- que intelligere: incipies pariter cum pro pheta proclamare: Quid mihi est in celo: et a te quid volui super terram. Hec ille.

¶ 4m ē sumptio deuota panis sacramē talis. Nam anima rationalis que cum debita deuotione recipit Eucharistie sa cramentū in semetipsa mirabilez sentit mortificationem sensualium et carna- lium passionum hz.n. sacramētū istud virtutem mirabilem ad sedanda secu laria desideria: et carnales appetitus contra rationem et voluntatem mur- murantes. ¶ Figura huius mirabi- lis virtutis sacrissime ac diuine Eucha ristie habetur Exo. 17. vbi scribitur que omnis multitudo filiorum israel mur murauit contra Moisen et Aaron pro pter famem dicentes: Cur induxistis nos in desertum istud: vt occideretis omnem multitudinem fame. Quod cum audisset deus mane sequenti pluit illis mamna de celo: in similitudinem coriandri et gustus eius quasi simile cum melle: Quo gustato cessauit mur mur filiorum israel. ¶ Moraliter multitudo populi que murmurat con tra Moisem et Aaron propter famem est multitudo desideriorum sensualiū clamantium contra rationem et volun tatem propter appetitum delectationū carnalium et mundialium voluptatuz. O quantam famem sustinent visus: auditus: gustus: odoratus: ac tactus: qui vellent contra iudicium rationis et imperium voluntatis in suis obiectis delectari. Sed ad sedandum tante multitudinis murmurationem et ap- petitum: deus misit panem verum de celo videlicet: Corpus et sanguinez sui vnigeniti: Album sicut mamna per pu ritatem: et dulce sicut mel per pietatez. Quo cibo qui deuote pascitur cessat a murmure: quia tale sacramentum se- dat mirabiliter passiōes viciosas: Quie tat appetitus irrationales: Extirpat desideria secularia: Quia corpus eius est vere cibus tollens famem auaritie. Et sanguis eius vere est potus aufe- rens sitim voluptatum gaudiorumque mundialium. O anima deuota si vis extirpare passiones bestiales: et deside ria brutalia: et omnem inordinatam fa mem rerum temporalium: sume deuo te panem celi: quia habet in se omnis sa poris suauitatez ad extinguendum o- mnem appetitum.

¶ 7m ē meditatio sedula passiōis diuia lis. Ad extiguēda mūdialia ac carnalia desideria: optimū remediū ē attēte me ditari cruciatus et passionem quā dei vni genitus sup arborem crucis pro nobis sustinuit. Nā talis meditatio exterminat ac dissipat oēs sensuales appetitus: Figura

huius virtutis hr Num.21. Ubi scribitur quod pplus murmurauit contra moisem et Aaron: et deus immissit serpentes ignitos qui plurimos interfecerunt: plurimos quoque vulnerauerunt: cumque pplus confiteretur pctm suum et peteret liberari a serpentibus dixit dns ad Moisem. Fac serpentem eneum et pone eum pro signo. Qui percussus aspexerit in eum viuet. Fecit ergo moises serpentem aeneum et posuit eum pro signo quem cum percussi aspicerent sanabant. Moraliter serpentes igniti percutientes filios israel sunt passiones et appetitus inordinati et intensi gule: auaricie: honoris: laudis: luxurie: aliorum quoque mundialium gaudiorum: que recte serpentes dicuntur quia latenter et suauiter in animam repunt: dicuntur igniti quia animam ipsam accendunt et comburunt varijs concupiscentijs: Ad extinguendos morsus horum serpentum nihil melius quam contemplari et frequenter aspicere serpentem eneum pro signo eleuatum. i. xpm iesum in cruce suspensum et laniatum: Ad eius contuitum extinguitur venenum concupie. Ad eius aspectum extinguuntur affectus inordinati: moriuntur secularia desideria et carnales appetitus. Ad eius contemplationem sanantur infirmi quia rectificantur passiones et appetitus. ¶ Nam sicut sanguis fluuiorum egipti interfecit omnes pisces qui erant in fluminibus. Exo.7. Sic sanguis qui exit de quinque vulneribus saluatoris si deuote ruminetur omnes viciosas passiones appetitusque lubricos extinguit ac mortificat. Et ideo anima cara si vis sistere aquas defluentes si vis exterminare motus serpentinos intuere xpm in cruce pendentem.

¶ 6m est Contemplatio beatitudinis supernalis. Ad exterminandas sensuales passiones ac desideria terrena mitiganda optimum saluberrimumque remedium est celestem patriam: supernam quoque felicitatem sepius contemplari. Nam ex illorum gaudiorum consideratione vilescunt oblectamenta secularia: decrescunt appetitus carnales: crescunt spualia desideria: et sic homo paulatim de bestiali fit rationalis. de sensuali spualis: de terreno celestis. ¶ Unde in huius figuram legitur: Dan. 4. Quod cum Nabucodonosor mutatus fuisset in bestiam et abiectus esset ab hominibus et comederet fenum quasi bos: et capillos haberet in similitudinem aquilarum: et vngues ad similitudinem auium: post finem illorum dierum leuauit oculos suos ad celum: et sensus suus redditus est sibi et altissimo benedixit et laudauit et glorificauit eum: quia potestas eius potestas sempiterna. ¶ Moraliter homo mutatur in bestiam: quando derelicta ratione passiones bestiales sequitur: quando sequitur desideria gule: luxurie: auaritie: superbie: tunc mutatur in bestiam: quia bestialiter viuit: et tunc ab hominibus abijcitur quando a ratione disiungitur et sensibiliter regitur. Comedit quasi bos fenum quando pascitur delectationibus carnis que est fenum et quasi flos feni. Aquilarum capillos induit quando cogitationibus et desiderijs superbis atque sublimibus super alios volat. Ungues auium habet quando rapinis alienarum rerum imminet et intendit. Sed post finem illorum dierum. i. cum diuina mia peccatorem sic in bestiam mutatum respicit. Tunc homo leuat oculos suos ad celum quia incipit diuina et celestia cogitare qui prius sola terrena nouerat diligere. Oculos ad celum leuare est celestia et eterna cogitare. et cura et solicitudine terrenarum rerum semota: sola spiritualia pre oculis habere. Celum respicere et regionem lucis pre oculis habere est in illud eternitatis lumen intelligentie oculos tota

intentione

intētione figere. Oculos leuauerat ad celū ille qui dicebat. Cogitaui dies antiquos & ānos eternos in mēte habui. Oculos in celū leuauerat ille qui dicebat. Ad te leuaui oculos meos qui habitas ī celis. Sz cū eleuat oculos ad celū tūc reddit sibi sensus ꝓprios: qꝛ cū supna ceperit aīus cogitare: icipit terrena cognoscere cōtēnere ac vilipēdere. Sensū suū recipit qn̄ dicit bonū bonū & malū malū. qui pri⁹ ad terrā respiciēs dicebat bonuz malū & malū bonuz. Sensus suus sibi reddit: qn̄ desiderāda desiderat & cōtēnēda cōtēnit. Sensuz suū ergo hō recipit dū oculos ad celū leuat: qꝛ aīus dū celestia & eterna cogitat. ad discretionis iudiciū euigilat: dū .n. celestib⁹ vehemēter itēdit videt q̄ꝫ nihil sit quicquid transitoriū & terrenū amauit. Qui igit̄ ad grāz discretōis anhelat celestib⁹ intēdat: vt lumē oculoꝝ suoꝝ recipiat: & cuz receperit dn̄o suo ꝓclamet & dicat. Quid mihi est in celo & a te quid volui sup terrā. Per hāc igit̄ oculoꝝ eleuationē & celestiū cōtēplationē extingunt̄ & exterminātur d̄sideria secularia, & generant̄ celestia: & sic aīa incipit laudare: bn̄dicere & glīficare altissimū: qꝛ potestas ei⁹ potestas sempiterna. ¶ De ista celestiū cōtēplatiōe dicit Gregori⁹ papa in omelia. Si cōsiderem⁹ fratres carissimi q̄ & q̄ꝫta sunt q̄ nobis ꝓmittunt̄ i celis vilescūt aīo oīa que hn̄r in terris. Terrena nāqꝫ sub a supne felicitati cōparata mors est potius q̄ꝫ vita. Et hoc mō exterminat aīa desideria īfima & plantat celestia. O aīa deuotā si cupis sensuales ac terrenos appetitus extinguere: leua oculos ad celū. Contēplare. Cogita: Discute diligēter celestia & sempiterna.

¶ 7ᵐ coassistētia grē diuinalis. ¶ Grā diuina coassistēs humane volūtati que se exercet in sex cōsideratiōib⁹ supradcīs extinguit & exterminat d̄sideria vitiosa & ocēs sensuales appetit⁹. Nā spūs sanctus qui cū ipsa grā semp adest: ē ignis cōsumēs & cremans secularia d̄sideria & īferēs īaīaz celestia ac sempiterna. Et iō ad firmādas aq̄s desideriorū iutiliū defluētes ad terrena ac tp̄alia optimuz remediū ē cor ad diuinā grāz suscipiēdaz disponere: qꝛ ipa irrōnales appetit⁹ sub reglā rōnis restringit. ¶ In huius figurā legimus Gen̄. 16. Q Agar ancilla sarre q̄ cōcepat filiū ex abraā despexit dn̄az suā. Et cū Sarra affligeret eā fugit ab ea in solitudinē. Cui apparens angelus dei fecit illam reuerti ad dn̄am suā: & humiliari sub manu eius ꝓmittēs ancille q̄ꝫ tm̄ mlˀtiplicaret semē suū q̄ꝫ p̄ mlˀtitudīe nō numeraret̄. ¶ Moraliter p Sarrā dn̄am intelligit̄ rō que in hoīe dn̄atur. p Agar ancillā intelligitur sensualitas vel caro q̄ sub rōnis dominio dꝫ gubernari. Hec ancilla sensualis vꝫ Caro nr̄a despicit imperiū rōnis & fugit a rōne: qꝛ ꝯ rōnis dictamen appetit delectatiōes gule: lasciuie: vindicte: auaritie: pōpe: supbie: & aliarū reruz tp̄alium. Sed isti sensualitati sic a sua dn̄a fugienti occurrit angelus dn̄i .i. grā dei: que tales appetit⁹ restringit: refrenat: extinguit: & ad imperiū rōnis redire cōpellit. Et sub ipsa rōne humiliari facit: vt sensualitas nihil appetat qd̄ rōni ꝯdicat. Hoc facit angelus ꝓmittēdo multiplicationē seminis: qꝛ grā diuina que est in aīa est arra q̄dā eterne felicitatis in qua multiplicabit̄ semē opationuz nr̄aꝝ sine numero: qꝛ oculus non vidit nec auris audiuit nec in cor hoīs ascēdit q̄ ꝑparauit deus his que diligūt eū & relinquūt desideria terrena ac secularia. O aīa cara que cupis de tua terra deserta extirpare herbas venenosas

malarũ passionũ. et firmare aquas delectationũ labentiũ in Jordane hui⁹ nr̃e mortalitatis. Exerce te i pdictis ⁊ aduenit grã dñi. q̃ Ancillã carnẽ cogit seruire dñe rõni. Uenite ẽ ascẽdamus ad montẽ domini.

¶ De varijs ṽtutib⁹: actib⁹: officijs ac nominibus intellectus. Cap. xviij.

desiderijs suis: & iniquus benedicitur. Et tantū ista rethorica mūdum occupauerat vt nihil aliud dicerēt regnuȝ dei. Et hoc faciebāt ad aplausum pncipuȝ: vel ad tpale lucrū capescendū. Sed xp̄s adueniens: & cum simplicibus v̄bis predicās: lumine sue v̄itatis istam rethoricā exterminauit. ¶ Figura istoꝝ oratorū loquaciū hētur Exo. 8. vbi dr̄ Ebulliet fluui⁹ ranas: que ingredient domū tuā: & cubiculū lectuli tui. et in domos seruoꝝ tuoꝝ: & in populū tuum. Et ascenderūt rane: operuerūtꝙ terrā egipti Sȝ orāte Moise: īterfecte sūt. ¶ Moralr̄ rane crocitantes: sunt mūdi oratores: et aduocati verbis rethoricis concrepantes. Fluuius ex quo nascūtur est opulentia mūdana: ꝓpter cuius desiderium laborāt rethores in laudādo: vituperando: accusando: defendēdo: suadendo: dissuadendo. Iste rane ingrediūtur in domū & in cubiculuȝ Pharaonis: in domos seruoꝝ: in populum: qꝛ lingue oratoꝝ adulantiuȝ omnia penetrant: et causa lucri oībus adulantur. Sȝ Moise orante extingunt: qꝛ xp̄o predicante exterminati sunt. Unde in huiusmōi figurā legit̄ Josue 8. Qr̄ Josue in monte hebal edificauit altare dn̄o de lapidib⁹ impolitis: quos ferrū non tetigit: & scripsit super lapides Deuteronomiū legis Moisi: & obtulit sup eo holocaustū domino. ¶ Moralr̄ Josue significat xp̄ȝ. Hebal interpretatur aceru⁹ lapidū seu vallis deficiens: aut vetus vorago: & potest significare istum mundū: qui ē vallis miserie cōtinue deficiens. ¶ In hac valle Josue vȝ xp̄s edificauit altare. i. ecclesiā. De lapidibus īpolitis. i. de hoībus rudib⁹ & ornatū rethorice eloquētie nō curantibus: in quibus descripsit simplr̄ legem dei: eā in cordibus eoꝝ inspirando: et eā simplicibus v̄bis: & nō rethoricis p̄dicari fecit. vn̄ dicebāt paulus 1. ad Cor. 2. Ego cum venissem ad vos fratres: veni nō in sublimitate sermonis: aut sapie annūcians vobis testimoniū iesu xp̄i. Non. n. iudicaui me scire aliq̄d īter vos: nisi iesū xp̄ȝ & hūc crucifixū. Et sermo meus: & p̄dicatio mea nō ī persuasibilibus humane sapie verbis: sed ī ostentatione spūs & v̄tutis: vt fides vestra non sit in sapia hoīm: sed ī virtute dei. Et sic potest patere quomodo iste radius: qꝛ non habuit fidei adiutoriū ī tenebris inolutus est: & fructus mortiferos generauit: donec lux vā venit ī mundū. Iste radius male sensit de ornatu sermonis applicans illum ad malū. Et isti tres radij: Grāmatica: Dialectica: Rethorica ꝑsone filij ī diuinis corrn̄dent: cui attribuitur rō intelligendi. Et respiciūt obiectū factū a rōne vȝ orōnem vt congruā: vt veram: vt ornatā. Uenite ḡ ascēdamus ad mōtē. d.

¶ De cōditionibus intellectualiuȝ virtutum & erroribus circa ip̄as. Ca. 32.

Venite ascendamus ad montē domini: & docebit nos vias suas. Uisis tribus radijs spūalibus: qui secundam in diuinis personā effigiant: consequēs est tres alios explanare: qui ꝑsonā tertiā in diuinis: q̄ est spūs sanctus representāt. Quoꝝ prim⁹ ē notitia idustriarum seu v̄tutum ītellectualiū: de quas aliqua sunt breuiter elucidanda.

¶ 7⁹ igr̄ radi⁹ est notitia siue speculatio industriatū seu v̄tutum intellectualiū: que sunt quinꝙ: vȝ sapia: intellect⁹: sciencia: prudentia: & ars: de quibus supra ꝓlixe diximus: Sed notitia harū si sistat

in spe

in speculatione tm̃:pertinet ad logicū: siue methaphisicū:ꝛ sic de ipsis supra determinatū est. Si autem transit in affectum:vel in effectū:sic pertinet ad moralē. Et hoc mō loquimur in hoc loco. Ista notitia harū virtutū corrn̄det i diuinis spiritui sancto:cui ſm fidē attribuitur ordo viuendi:qꝛ hec ỽtutes talē viuendi ordinē respiciūt. Corrn̄det etiā intellectui nostro incōpatione ad virtutē affectiuā ꝛ motiuā:qꝛ hec virtutes intellectuales regulāt vtrāqꝫ. Corrn̄det etiā obiecto qđ hꝫ esse a volūtate:qꝛ respiciunt agibilia:vel factibilia que dirigunt:que a volūtate esse habēt. ¶ Hec notitia virtutū ītellectualiū si transit in affectum:est sapientia:que est cognitio causaꝝ altissimaꝝ ꝛ per causas altissimas:ꝛ includit dilectionē:siue affectuꝫ inquātum ptinet ad moralē.

¶ Si transit in effectū:sic est ars:que est habit⁹ cū vera rōne factiuus et ista includit opus:qđ procedit ab effectu:siue a dilectione.

¶ Si trāsit in media ad opus requisita: sic est prudentia que mediat inter sapiētiam ꝛ artem:ꝛ ordinat media ad op⁹ requisita.

¶ Si ascendit a prudentia ad sapientiā: sic ē ītell'ɤ qui ē cognitio ꝛ notitia p̄ncipioꝝ ꝛ regulaꝝ certaꝝ.

¶ Si descendit a prudentia ad artē:sic est scientia : que est notitia operabilis ꝛ factibilis. ¶ Sed iste radiuꝫ multipliciter obtenebratus est propter defectum luminis vere fidei.

¶ p̄ circa sapiām quia causas altissimas ꝛ primas:puta deum ꝛ intelligētias nō bene cognouit ꝛ multa de ipsis male sensit:puta ꝙ necio cāt:aut nō curat terrena:ꝛ qđ ꝑpetuo moueat ꝛ silia.

¶ 2.circa artē:qꝛ multa supflua ꝛ curiosa in artib⁹ adinuenit que nō sūt nisi ad perniciē aīe ꝛ corpis:sicut pꝫ in arte sutoꝛū:pictoꝛū:fabroꝛū:ludoꝛū:que sunt aīaꝝ ꝛ corpoꝛū ruina.

¶ 3.circa prudentiā:quia de optimo agibili:vꝫ de dilectione dei ꝛ angeloꝛū paꝝ vl' nihilū humana rō dictauit:sicē pꝫ per decursuꝫ phoꝝ nāliū.

¶ 4.circa intellectū:qꝛ tantū adheserūt principijs sciarū nāliū:ꝙ postmodū negauerunt principia fidei supnālia:sicē experientia docuit tpe publicationis euangelice doctrine ꝛ fidei xp̄iane.

¶ 5.circa sciam:qꝛ ratio humana nimis se occupauit i inquirēdis sciētijs. Et ēt inquirendo scias inutiles:suspectas:terrenas:aīales:diabolicas:curiosas. Et supra suam capacitatē arguēdo:disputando:cōtēdendo. Cōtra quos clamat salomon eccl'i.6.verba sūt plurima:ml'tāqꝫ ī disputādo hn̄tia vanitatē:quid necē ē hoī maiora se querere:cū ignorat quid cōducat sibi in vita sua. Et sapiēs eccl'i.3.In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter ꝛ in plurib⁹ eius operib⁹ nō fueris curiosus. Multos.n. supplātauit suspitio illoꝛū : ꝛ in vanitate detinuit sensus illorum. Ex quibus pꝫ qūo iste radius ex defectu fidei obscuratus fuit ꝛ pestiferos fruct⁹ ꝑduxit. ¶ Iste radius male sensit de virtutibus intellectualibus. Uenite ergo ascendamus ad montē dn̄i ꝛ docebit nos vias suas.

¶ De cōditionib⁹ moraliū ỽtutū ꝛ de erroꝛib⁹ circa ipsas: Cap.33.

V Enite ascendamus ad montē domini ꝛ docebit nos vias suas. ¶ Post radiū ꝛ notitiā ītellectualiuꝫ virtutū:sequitur octauus radius : qui est notitia modestiarū ꝛ moraliū virtutū. De qui

dus aliq̄ relatiōe ꝯdigna subscribent.
¶ 8. igitur radius est. Notitia modestiarū: seu virtutū moraliū: que est notitia circa media duarum extremitatū: que sunt vitiose. Ista notitia correspōdet in diuinis spiritui sancto: cui attribuit̄ ꝫm fidem ordo viuendi: quia hee virtutes morales maxime conueniunt ordini bene viuendi. Correspondet etiam intellectui nostro in comparatione ad virtutē affectiuam: siue motiuā: quia hee morales virtutes ꝑ voluntatē ⁊ alias potētias executiuas exercent̄: corrn̄det etiā obiecto qđ hꝫ eē a volūtate: q̄ꝛ tales virtutes sunt opera volūtatis.
¶ Et iste radius adinuenit. 12. medietates inter extrema sibi opposita vitiosa Et distinxit lucē a tenebris: mediuꝫ ab extremis: virtutes a vitijs. vꝫ fortitudinem ab audacia ⁊ timiditate sibi oppositis: Tēperantiā ab intemperantia: ⁊ insensibilitate sibi oppositis. Liberalitatē a prodigalitate: ⁊ auaritia sibi oppositis: magnificentiam: magnanimitatem: amicitiam: mansuetudinem: veritatem: eutrapelliam: iustitiam: affabilitatem: ⁊ modestiā ab extremis sibi oppositis: de quibus inferius latius domino concedente differemus. Et iste radius mirabilis valde fuit indistinguendo tot luces a tenebris: ⁊ tot virtutes a vitijs: sicut patet. 4. ethi. Sed quia non fuit adiutus ⁊ confortatus a vigore luminis fidei ⁊ supernaturalis non perfecte mediū virtutum penetrauit. Qđ pꝫ discurrēdo ꝑ aliqua media.
¶ Nam liberalitas cōsistit in dando mediocriter ꝫm ph̄os quādo opꝫ: quomō oportet: quib⁹ oportet ⁊c̄. ¶ Sed xp̄s cum lumine fidei docuit aliud medium liberalitatis dicēs. Si vis perfectus eē vade ⁊ vende oīa que habes: ⁊ da pauperibus: ⁊ sequere me: ⁊ habebis thesaurū in celo math. 19. Medietas ergo liberalitatis non consistit circa pecunias: puta habere aliqua: nec eius extrema consistunt circa pecuniam: puta omnia vel nimis habere pro vno extremo. et nihil habere pro alio extremo. sed circa appetitum anime: vnde qui appetit hec terrena: siue pecuniā: siue aliud: vt sustentetur: vel suis: vel alienis medium perfectum liberalitatis tenet qđ christus verbo docuit: ⁊ exemplo. Si autē apreciaueris hec terrena: quasi in eis sit felicitas: vnū extremū ē. Si aspernis vt execrabilia ⁊ ꝓphana. aliđ extremū ē. Radi⁹ ḡnālis nō perfecte mediū virtutis penetrauit.
¶ Philosophus dicit ꝙ debet magnanimus honores sibi condecentes appetere ꝫm mediocritatem requisitā. Sed christus cum doctrina fidei dicit oppositum. Exemplo quādo aufugit sciens ꝙ volebant ipsum facere regem Jo. 6. Et verbo quando dixit math. 23. Uos autem nolite vocari rabi: nec vocemini magistri: q̄ꝛ quicūq̄ se exaltauerit: humiliabit̄: ⁊ qui se hūiliauerit: exaltabit̄.
¶ Philosophus dicit tēperatus est qui ab alienis vxorib⁹ abstinet: christus dicit. ¶ Sunt eunuchi qui se castrauerūt propter regnum celorum: quī potest capere capiat math. 19.
¶ Ph̄s diceret amicis oportet bn̄facere. At inimicis male facere: sed xp̄s dicit math. 5. Diligite inimicos vestros bn̄ facite hijs qui vos oderūt: ⁊ orate ꝑ ꝑsequentibus ⁊ calūniātibus vos. Et sic patet quomō iste radius: q̄ꝛ caruit adiutorio fidei illuminātis: non perfecte penetrauit nec iuenit mediū ꝟtutū. Et sic iste radius impfecte sensit de virtutib⁹ moralib⁹ ⁊ eorū medijs. Uenite ḡ ascendamus ad montem domini ⁊ docebit nos vias suas.

¶ De cõditionibus politicarũ ṽtutũ τ ḋ erroꝛib⁹ circa ipsas. Cap. 34.

Venite ascendamus ad monteȝ domini τ docebit nos vias suas. ¶ Viso q̃lr vis nostra rõnalis destituta huic fidei in moꝛalibus ṽtutib⁹ errauit: videre supest: q̃lr ẽt ĩ politicis caligauit. De quib⁹ aliq̃ sunt oꝛdinate vidẽda.

¶ 9. igitur ramus est notitia iustitiaruȝ: siue virtutũ politicarũ τ ciuiliũ: que respicit moꝛalis ẜm dictamẽ legũ politicarũ. ¶ Ista notitia coꝛrñdet in diuinis persone spũs sancti: cui ẜm fidẽ attribuitur oꝛdo viuẽdi: quẽ respiciũt virtutes politice et legales. Coꝛrñdet intellectui nostro in cõparatiõe ad virtutem affectiuã τ motiuã: per quas execuntur ṽtutes politice. Coꝛrñdet ẽt obiecto qḋ hȝ esse a volũtate: qꝛ ṽtutes sũt effectus ipsius volũtatis. Et iste radi⁹ fuit valde luminosus: qḋ apparet pp̃ q̃tuoꝛ mirabilia que adinuenit.

¶ P̃ nãq̧ adinuenit ritũ colendi sine honorãdi deũ. Nã oẽs veri phi radio isto excũte a vi rõnali cognouerũt vnũ soluȝ deũ eẽ colenduȝ. Et iõ socrates: qꝛ prohibebat sacrificiũ fieri appolini iterfectus fuit vt fertur: cũ coleret vnũ deuȝ. Et plato suasit sibi fugã: cui socrates inquit. Absit vt negẽ veritatẽ quã asserui. Et iõ plato non interfuit moꝛti eius erubescens ꝙ suasisset sibi fugã vt volunt aliqui τ in h̃ radio cõsenserũt oẽs veri philosophi ꝙ vn⁹ deus est venerandus τ colẽdus. Et iõ dixit phs qḋ ille ẽ dignus pena qui dubitat: An de⁹ sit venerãdus: cũ sit de dictamine iuris nãlis scripti in coꝛde humano.

¶ 2. adinuenit foꝛmã ꝯuiuẽdi q̃ in duobus consistit: vȝ qḋ tibi nõ vis fieri: non facias alteri. Et qḋ tibi vis fieri: facias alteri. Et hec duo sunt scripta in coꝛde hoĩs τ negari nõ p̃nt. Ex hijs duobus emanant oẽs leges politice: τ ciuiles: τ oẽs canones: in quib⁹ continet̃ foꝛma τ regula cõuict⁹ humani siue cõuersatiõis ciuilis τ politice. Et has oẽs leges adiuenit hic radius emanãs a vi rõnali: ex quo pȝ q̃ mirabilis fuerit hic radi⁹ ĩ inueniendo tot leges atq̧ statuta apud romanos: grecos: hebꝛeos: aliasq̧ natiões q̃ plurimas.

¶ 3. adinuenit noꝛmã τ regulã p̃sidendi: qual̃r videlȝ p̃nceps esse dȝ in se: q̃l̃r se habere dȝ erga populũ. τ qualiter populus erga p̃ncipẽ: sicut pȝ diffuse in libꝛis politicoꝛũ. Qualiter excellentes in virtute debent dominari. 3. poli. Q̃uo princeps debet viros egregios sibi p̄ familiaritatem cõiungere et plebẽ ac populum p̄ fauoꝛeȝ τ gratiã in suo obsequio retinere. 5. poli. Q̃uo ciuitas sit gubernãda p̄ vnũ regẽ. Q̃uo p̄ optimateȝ τ plures: Q̃uo p̄ populares: sicut patet in. 3. 4. τ. 5. poli.

¶ 4. adiuenit cẽsurã iudicãdi oñdẽs τ distinguẽs quid ḋ q̃cũq̧ re politica τ ciuili sit iudicãdũ q̃ ad p̄sonas: q̃ ad res: τ q̃ ad modũ agẽdi: sicẽ pȝ ĩ toto ḋ cursu legũ ciuiliũ: τ libꝛoꝝ politicoꝝ: q̃ oĩa radi⁹ iste a vi rõnali p̄cedẽs adiuenit τ oꝛdinauit. Ex quib⁹ pȝ quã mirabilis fuit radi⁹ iste: qui tot leges statuta: plebiscita. τ decreta: iustitiasq̧ legales iuenit: digessit: disposuit: atq̧ oꝛdinauit. Sed qꝛ iste radius nõ fuit adiutoꝛio fidei roboꝛatus in multis errauit.

¶ P̃ quia philosophus in. 7. politi. suadet legislatoꝛibus anteuenire fetus ne cõcipiantur: siue impedire ꝯceptionẽ filioꝝ ad euitãdã nimiã multitudinẽ in ciuitatibus. Sed fides clamat hanc rẽ detestabileȝ esse τ deo odiosam Gen. ca. 38.

vbi scribitur qd dns percussit onam filium iude qui rez detestabilem faciebat: qz semen fundebat in terram: ne liberi fratris noie nascerentur: ergo radius iste male suasit et contra fidem.

¶ 2. qz phs in. 6. poli. suasit legislatorib⁹ nihil orbatum nam ee educandum. Sed deus clamat ad oppositum dicens. Exo. 23. insontem et iustum non occides: qz aduersor impium: Et xps et apostoli miserti sunt claudorum: cecorum: aridorum: leprosorum et mutorum: qui a natura erant mirabiliter orbati atqz percussi: et sanauerunt eos. ergo sunt educandi non necandi.

¶ 3. qz iudices qui causas terminare deberent sm leges: pp munera excecantur: et iudicant iustum iniustum: et iniustum iustum: contra qd clamat radius fidei. Exod. 23. Nec accipies munera que etiam excecant prudentes et subuertunt vba iustorum.

¶ 4. qz aduocati pp lucrum occultant veritatem: defendunt iniustitiam: et cause que cito deberent terminari pp allegationes falsas: palliationes: subtilitates et contradictiones fiunt immortales et infinibiles donec nigrum in candida vertant et in nigra candidum. ¶ Unde bene figurati sunt Apo. ca. 16. Uidi de ore draconis et de ore bestie: et de ore pseudo pphete exire spiritus tres immundos in modum ranarum. Sunt enim spus demoniorum facientes signa. Isti spiritus immundi sunt aduocati qui exeunt de ore inferni: de ore diaboli: et de ore antichristi: sunt in modum ranarum: qz clamoribus aerem implent impugnando veritatem. Dicuntur esse tres pp tria: que in suis allegationib⁹ dicunt: quibus iniustitiam sustinent et defendunt. vz. falso iure addendi: vel diminuendi: vel immutandi: ecce illa tria. Dicitur qp faciunt signa: qz isti aduocati per hec tria faciunt signa: que de⁹ nec pot: nec vult facere. s. De iniustitia iustitiam: et econuerso de iustitia iniustitiam: ergo iste radius: qz non fuit a lumine fidei roboratus: in multis tenebris inuolutus est et pestiferos fructus generauit. ¶ Iste radius male sensit de virtutibus legalibus et politicis. Et isti nouem radij originem trahunt a prima luce que est deus: qui aiam intellectiuam per nale lumen ad hec oia penetranda illustrauit. Uenite ergo ascendamus ad montem domini et docebit nos vias suas.

¶ De notitia ydearum et erroribus circa ipsas. Cap. 35.

V Enite ascendamus ad montem domini: et docebit nos vias suas. Ultimus radius emanans ab itellectu versatur circa rones eternas et ydeas existentes in mente diuina. De quarum notitia et errore plurima non min⁹ vtilia qz subtilia subscribuntur.

¶ 10. igitur radius e notitia ronum eternalium: siue ydearum in ipso deo et in mente diuina: que notitia vocatur intellect⁹ adeptus. Que est vltima et pfectissima notitia: ad quam possit humana intelligentia via nali conscendere. Ad quam iste radius mirabili processu puenit: ascendendo gradatim: prio a sensibilibus: que exteriori sensu pcipiuntur: ascendit ad imaginabilia que iteriori sensu comprehendunt: ab imaginabilib⁹ ad ronabilia. s. qdditates abstractas que rone colligunt: a ronabilibus ad intellectualia ifima vz ad cognitionem aie ronalis que est piuncta cum corporalib⁹: ab itellectualib⁹ ifimis ad itellectualia suma vz ad subas sepatas: siue ad angelos inquantum sunt motores celorum et gubernant ista iferiora. Deinde vt conuertuntur ad deum: siue ad pmam cam: in

quã tendunt vt amatã ꝛ desideratã: ꝛ oĩa ad ipsã reducant tãq̃ ad vltimũ fines. Deinde ascẽdit ab oĩbus effectibꝰ ad ipsã primã cãm: et considerauit ꝛ cognouit eã vt est ens pͥmũ: ens simplex: ens purũ: ens fixũ: ens absolutũ: ens pfectũ: sicut effectus sunt ens secũdariũ: cõpositũ: pmixtũ: variatũ: alligatum: ꝛ diminutum. et sic puenit ad cognitionẽ ipsius prime cause: inquãtũ est causa efficiens: siue pͥncipiũ oĩum. ratio exẽplaris oĩum ꝛ finis oĩũ. Et ista notitia vocatur itellectꝰ adeptus. que est sũma notitia possibilis anime intellectiue p viã nãlem: et qꝛ pͥncipiũ respicit potẽtiã productiuã: ratio exẽplaris sapiam speculantẽ. finis bonitatẽ terminãtẽ. per ista tria peruenerũt ad cognitionẽ potentie. sapie: ꝛ bonitatis prime cause: et sic pꝫ q̃ mirabilis fuit radius iste qui tã alta penetrauit. ❡ Sed hic radius qꝛ secũ fidei lumen non habuit: in grauissimã caliginẽ icidit et errores pessimos atq̃ mortiferos generauit.

❡ Nam lꝫ antiqui phĩ cognouerint deũ vt cãm ꝛ finẽ oĩũ ꝛ vt exemplar rerũ sicut plato qui ꝫm aliquos ydeas in mẽte diuina posuit: q̃ sunt exẽplaria rerũ fiendarũ: Et etiam posuit deũ genuisse siue produxisse mũdũ: vt pꝫ pͥ celi ꝛ mũdi: ꝛ pp seipsũ tanq̃ pp finẽ produxisse. Tamẽ aliqui excecati: ꝛ a luce veritatis diuisi negauerũt deũ esse cãm exẽplarem rex ꝛ negauerũt ipsũ in se habere exẽplaria siue ydeas rerũ fiendarum ꝛ sic iciderũt in primũ errorem: ꝛ princeps huius opionis fuit Arist. qui in multis locis execrat̃ ꝛ ipugnat ydeas platonis: sicut patet in pͥ ethi. vbi dicit ꝙ ydea nõ põt esse sũmũ bonũ: ꝛ multas rõnes facit: q̃ nihil valent ꝛ comẽtator eas soluit. et in. 7. meth. ꝛ in. 12. maxie impugnat ꝛ negat ydeas esse in mẽte diuina. vñ dicit qͦ deus solũmodo nouit se ꝛ nõ intelligit aliud a se.

❡ Ex quo icidit in ꝫm errorẽ qꝛ posuit qͦ nullũ particulare cogñscit: qꝛ si nõ hꝫ rerũ ydeas: nullã rem aliã a se cognoscit cũ ydea sit cognitio rei fiende.

❡ Et ex hoc sequitur tertius error vꝫ ꝙ deus non hꝫ prescientiã nec prouidẽtiã rerũ: cum nõ habeat in se rex ydeas siue rõnes p q̃e ipas cognoscat.

❡ Ex quo sequit̃ q̃rtꝰ error ꝙ oĩa fiant a casu: vñ dixerũt arabes ꝙ oĩa fiunt ꝫm fatũ seu dispositionẽ fatalem qꝛ intelligentie mouentes orbes sunt cause oĩũ necessarie.

❡ Ex hoc sequitur quintꝰ error vꝫ ꝙ nõ sint demones nec ifernus: nec pena: nec gloria siue beatitudo post hãc vitã. Si enim ille intelligentie mouent nõ errantes: nihil est dignũ pena vel inferno: vñ ꝛ Aristoteles nũq̃ posuit demonẽ. nec beatitudinem post hanc vitam vt videtur aliquibus.

❡ Ex hoc sequitur sextus error vꝫ ꝙ mundus est eternus: sicut videt̃ dicere Aristoteles: qui ꝫm oẽs doctores grecos: vt Gregoriũ nisenũ: Gregoriũ nazãzenũ: damascenũ: basiliũ ꝛ cõmẽtatores oĩũ arabũ hoc sensit: ꝛ verba sua sonare videntur et nũq̃ iuenitur qͦ dixerit mundũ habuisse principiũ vel initium. ymo redarguit platonẽ: qui posuit mũdum habuisse principiũ ꝛ fuisse genitũ: sicut pꝫ in pͥ ꝛ. 2. de celo ꝛ mũdo.

❡ Ex isto sequit̃ septimꝰ error vꝫ ꝙ cũ hoĩes fuerint infiniti: aĩe erunt infinite i actu: qͦ est impoĩe: vel ꝙ aĩa est corporalis ꝛ cũ corpore moritur vl' ꝙ aĩa trãsit de corpore in corpus: vl' qͦ intellectꝰ sit vnicus in oĩbus: qui error ꝫm aliq̃s attribuitur aristoteli ꝛ sequacibus. Ex quo sequitur ꝙ post hanc vitam nõ est felicitas nec pena.

¶ Ex istis sequit̃ octauꝰ error peior po-
ribus: q2 cũ plurimi sapientes ꝯm mũ
dum videntes aristotelẽ tm̃ fuisse ⁊ tã
vera i aliis dixisse: credere nõ pñt quin ⁊ i
his bñ dixerit: ⁊ sic ifiniti post ipm̃ cur
rũt ad ifernũ. Et hꝰ pp eoꝝ icredulita-
tẽ: q2 ꝓphetis ꝑntibꝰ xp̃m vẽturũ qui ẽ
veritas eẽntialis: nec aplĩs ꝑntibꝰ xp̃m iã
venisse credere voluerũt. Et iõ dicẽtes
se eẽ sapiẽtes stulti facti sũt ⁊ deꝰ tra-
dit eos i reprobũ sensũ: vt faciãt ea q̃ nõ
cõueniũt repletos oĩ iniquitate: malitia:
fornicatiõe. ad Ro. 1. O errorẽ pessimũ
O errorẽ vere diabolicũ ⁊ a diabolo se-
minatũ. Negationẽ dico ydeaꝝ i mẽte
diuina ex q̃ secuta sũt tot mala o Aristoteles
miserrime: tu negãdo ydeas i mẽte di-
uina ⁊ ꝯdicẽdo magr̃o tuo qui forsitan
clariꝰ ista itelligebat: ꝑclusisti tibi viã ve
ritatis ⁊ virtutũ atq3 salutis. Et factꝰ es
cecorũ dux cecꝰ: errorũq3 magr̃. Nã ex
vno icõueniẽti dato secuta sunt multa.
¶ Sz hũc errorẽ eliminat radiꝰ fidei:
qui dicit deũ ab et̃no an̄ mũdi ꝯstitutio-
nẽ oĩuz ydeas i mẽte habuisse ⁊ cog̃uis
se ⁊ p̃sciuisse ⁊ p̃destinasse. Vñ paulꝰ ad
Ro. 8. Quos deꝰ p̃sciuit ⁊ p̃destinauit
ꝯformes fieri ymagini filij sui. Quos p̃
destinauit hos ⁊ vocauit. quos vocauit
hos ⁊ iustificauit: quos autẽ iustifica-
uit. illos ⁊ magnificauit. Ex hijs verbis
aplĩ pꝫ qũo deꝰ ab eterno habuit ideas
oĩuz i mẽte: qũo hꝫ p̃sciam ⁊ ꝓuidẽtiã
mũdi: qũo pꝰ hãc vitã ẽ btĩtudo: q2 ad
illã vocauit nos: qũo mũdꝰ nõ ẽ et̃nus:
qũo nõ est vnicꝰ itellc̃us: q2 q̃sdã p̃desti-
nauit ad gl̃iaꝫ: q̃sdã nõ. Et idẽ aplĩs ad
ephe. c. 1. Elegit nos an̄ mũdi ꝯstõnez: vt
essemꝰ sc̃ti ⁊ imaculati incõspectu eiꝰ in
charitate: qui p̃destinauit nos i adoptio
nez filioꝝ p iesũ xp̃m i ip̃m ꝯm ꝓpositũ vo
lũtatis sue i laudẽ gl̃ie gr̃e sue: O fidez
mirabilez O fidẽ venerabilez ⁊ amabi
lem q̃ tot errores amouisti ⁊ fideles in
viaꝫ veritatis ⁊ salutis direxisti: O aĩa
mea iquãtũ debemꝰ deo ⁊ dño nr̃o iesũ
xp̃o qui nos sue ioffuscabil' lucis radio
ꝑfudit: ⁊ in gremio sue clarissime fidei
gñauit. Ex istis dcẽꝫ radijs aĩa cõtẽpla
tiua colligere pt̃ quãte dignitatis sit vis
rõnalis aĩe itellectiue q̃ tã nobiles fru-
ctus gñauit. Sz verius cõphẽdere cõte
dbilitatis ex se sit ad eterna cõsequẽda
⁊ quãte excellẽtie atq3 magnificẽtie sit
xpiana fides q̃ vbi rõ succũbit ⁊ caligat:
firmissima permanet ⁊ irradiat. Et hic
possꝫ fieri sermo optimꝰ in cõmẽdatiõe
sãctissime fidei. Venite ẽ ascẽdamꝰ ad
mõtẽ dñi ⁊ ad domũ dei iacob.

¶ De sex radijs fidei vim rationalem ad
diuinitatis notitiam mirabiliter suble-
uantibus. Cap. 36.

V Enite ascenda
mus ad mõtez dñi ⁊ docebit
nos vias suas. Vidimꝰ qũo
vis rõnalis cũ radijs luminis nãlis ascẽ
dit. et qũo in multis pp fidei defectum
caligauit ⁊ enormit̃ errauit. Nũc ordi-
nate videre supest q̃lr vis rõnalis cũ ra
dijs fidei sup oẽꝫ nãe facultatẽ mirabi
liter ⁊ incõpabil'r eleuat̃: ipsa rõne nãli
deorsuz ceca remanẽte. Sũt aũt duode
cim radij fidei q̃ sũt fũdamẽta ois vir
tis. ois pfectiõis: ⁊ ois btĩtudinis: Sine
istis ois auris audiẽs nõ pcipit: ois ocu
lus vidẽs nõ itelligit. ois itellecꝰ itelli-
gens nõ cognoscit. et oẽ cor excecat̃ in
caligine terrenorũ ⁊ rõnũ nãliũ. ¶ Fun
damẽtũ istoꝝ radiorũ fidei hr̃ ysa. c. 6.
Ubi dicit ꝓpha. Vidi dominũ sedẽtez
sup soliũ excelsuz ⁊ eleuatũ ⁊ plena erat
domus a maiestate eiꝰ. Et ea q̃ sub ip̃o
erãt replebãt tẽplũ: seraphin stabãt sup
illud. Sex ale vni ⁊ sex ale alteri. Dua-

duo velabāt faciē ei⁹ ꝛ duab⁹ velabāt pedes ei⁹ ꝛ duab⁹ volabāt: et clamabāt alt᷑ ad alteꝝ ꝛ dicebāt: sāct⁹: sāct⁹: scrūs dñs deus exercituū: plena est oīs terra gloria ei⁹. Et cōmota sūt supliminaria cardinū a voce clamātis: ꝛ dom⁹ repleta ē fumo. ¶ Jsta visio q̄ pph̄a videt dñz sedētē sup soliū excelsū ꝛ eleuatū. ē irradiatio fidei xp̄iane: q̄ p credulitatē ascēdit ad cogſcēdā beatissimā trinitatē eleuatā ꝛ excelsā: sup̄ potētatē humane rationis: ꝛ ad itelligēdā xp̄i humanitatē ab ipsa diuitate assūptā ꝛ ad dei dexterā in celis sedētē in solio diuinitatis excelso. Jn hijs duob⁹ cōtinet̄ tota catholica fides. ¶ Huic fidei reddūt testimonium duo seraphin: qui iter oēs spūs celestes sūt altissimi q̄ȝ fides est de itelligibilib⁹ altissimis cetera oīa itelligibilia trāscēdētib⁹. ¶ Un⁹ seraphiz reddit testimoniū de articulis fidei ptinētib⁹ ad diuinitatē q̄ȝ clamat ter: sanct⁹: scrūs: scrūs: ꝛ semel dñs deuz exercituū: q̄ȝ in diuitate sūt tres psone ꝛ vna eēntia vnūq̄ȝ dñū. ¶ Alt᷑ seraphim reddit testimoniū ď articulis fidei ptinētib⁹ ad hūanitatē xp̄i q̄ȝ clamat ter: scrūs: scrūs: scrūs. Et semel dñs de⁹ exercituū: q̄ȝ i xp̄o sūt tria scā: scm̄ corp⁹: scā aīa: scā diuinitas: ꝛ vnica psona q̄ ē xp̄s. ¶ p̄m⁹ seraphim clamat p q̄d significat̄ admiratio ď trinitate ꝛ vnitate i diuinitate. Nā admirabile valde est quō in deo sit distinctio psonarum cū vnitate essentie: per quam vnitatez psone sunt coessentiales: cosubstātiales: coeq̄les ꝛ coeterne. ¶ 2. seraphim clamat p q̄d significat̄ admiratio de trinitate naturarū in vno supposito xp̄o. valde.n. mirabile est quomō supremū sit cōiūctū cū infimo.i. diuinitas cū carne terrena sine depssiōe. primū cū vltimo sine inouatiōe: simplex cū cōposito sine compositione. Jsti duo seraphin hn̄t duodecim alas: q̄ significāt duodecim fidei radios i altū vim rōnalez eleuātes ad credendū sex articulos ad diuinitatē: ꝛ sex ad humanitatem christi pertinentes: qui omnem facultatem rationis humane trāscēdūt. De quib⁹ ordinate videndū ē: ꝛ p̄ de sex alis p̄mi seraphim. ¶ p⁹ ala quā habet primus seraphim ad caput suum in latere dextro est notitia seu credulitas patris eterni ꝛ īgeniti in diuinis. ¶ Nam licet philosophi sicut ꝛ christiani credant vnum esse deum verum: tamen catholici credunt ipsuz deū esse patrem eternum ꝛ ingenitum: filiū sibi coequalem generantez ꝛ coeternū. Hanc notitiam confitetur se habere ecclesia catholica quādo dicit in symbolo. Credo in vnum deum patrem omnipotētez. Et de isto patre reddit testimonium testamentum vetus in p̄s. 88. dicens. Jpse inuocabit me pater meus es tu: deus me⁹: ꝛ susceptor salutis mee. Et testamentum nouum dicens Joh. 5. Sicut pater habet vitam in semetipso sic dedit ꝛ filio vitam habere in semetipso. ¶ Qꝛ iste pater genuerit filium. ipsemet testatur dicens per Ysa. capi. 66. Nunquid ego qui alios parere facio: ipse non pariam dicit dominus. Si ego qui generationem alijs tribuo: sterilis ero ait dominus deus tuus. ¶ Qꝛ genuerit ab eterno: ipsemet testatur in p̄s. 109. dicens. Ex vtero.i. ex memoria fecunda ante luciferum.i. ante mundi creationem ꝛ ab eterno genui te. ¶ Qꝛ genuerit filium sibi coequalem testatur ipsemet filius dicens Joan. 5. Non potest filius a se facere quicquam nisi quod viderit patrē facientē. Quecunq̄ȝ enim ille fecerit. hec ꝛ filius similiter facit: ergo est ei coequalis. Hec notitia transcendit omnē humane rationis facultatem: q̄ȝ ratio naturalis ad

tiam altaz cognitionez nō ascēdit: ꝛ licet mercurius termegistus cognouerit patrez ĩ diuinis generātē filiū cū dixit monas monadez genuit.i.pr̄ filiū: tn̄ ad hāc cognitionez puenit vel p doctrinā: quia fuit instructus ab aliq̄ fideliul' p diuinā inspirationez subleuātez nāz sicut dicit Alex. d̄ ales in p̄ma pte.q.2. ꝛ nō per rationez nālē. Et iō hn̄ ista pria notitia significaᵗ p alam: qꝛ sicut ala subleuat a terra corpora auiū: sic notitia fidei subleuat aīaz ad credēdū ea: que sūt supra nālem rōnem. ¶ Sed aduertēdū q̄ nō solū dr̄ ala sed seraphica.i.ardens: quia ista notitia ꝛ credulitas nō solū dꝫ eleuare intellectū ad credendū deū patrem oīpotentez: sꝫ ēt eleuare dꝫ volūtatem ꝛ affectū ad ip̄z sup oīa diligenduz: cuz sit obiectū nr̄e dilectiōis qd̄ amaᵗ: ꝛ hꝫ in se rōnez sue dilectiōis vꝫ essentiā que ē infinite bonitatis: sicut dicit sco. in plogo sn̄iarū.q. de praxi. Hoc est ergo primū fundamentū fidei xp̄iane: supra qd̄ aīa deuota: que cupit ad pfectū puenire: dꝫ ĩmobiliter adherere p ĩtellectū firmiter credendo: ꝛ ĩmobiliter stabiliri p affectū ꝛ volūtatē diligēdo.

¶ 2. Ala que est in latere dextro p̄mi seraphim ꝛ ĩ medio. est notitia: seu credulitas filij vnigeniti a solo pr̄e coeterni: coequalis ꝛ ꝯsubstātialis. ¶ Hāc notitiā cōfiteᵗ se hr̄e ecclesia catholica: qn̄ dicit in symbolo: credo in iesuz xp̄m filiū ei⁹ vnicū dn̄m nostruz. ¶ De isto filio ꝛ ei⁹ eterna gn̄atione redit testimoniū vetus testm̄ dicēs in ps̄o.2. Dn̄s dixit ad me filius me⁹ es tu ego hodie genui te: Hodie.i. ab eterno: siue ĩeternitate q̄ ē dies vnica successionē nō habēs: ꝛ nouū testamētū dicente ipso eterno pr̄e math. 17. Hic ē fili⁹ me⁹ dilect⁹: in quo mihi bn̄ cōplacui ipsuz audite: Coeq̄litatē ꝛ ꝯsubstātialitatē filij cū patre demonstrat ipse fili⁹ dicens Jo. 10. pater me⁹ qd̄ dedit mihi.s. essentia diuina mai⁹ est oīb⁹: ego et pr̄ vnuz sumus: ꝛ Jo. 5. Sicut.n. pater suscitat mortuos ꝛ viuificat: sic ꝛ fili⁹ quos vult viuificat. ¶ Ad hāc notitiā rō humana ascēdere nō pōt p rōnes nāles. Et lꝫ Auicena in 9. metha.c.4. posuerit deū siue cām primam pducere intelligētiā primā p intellꝰum: nō tn̄ in eadē nā numerali ꝛ idiuisa: sicut fili⁹ pducitur in diuinis in vnitate nāe. Et positio illa Auicene est falsa: ꝛ catholice fidei ꝯtraria: sicut dicit Scot⁹ in.2.di.3.q.7. ¶ Licet etiā phs. 12. metha. loq̄tur de ĩtellectione ꝛ notitia diuina: nūq̄ꝫ tamen dicit illaz esse productā: ꝛ psonaliter distinctā a pducēte: nec ad eius notitiā ptingere potuit. Un̄ cōgrue signatur p alā seraphim: qꝛ sicut ala eleuat corpora auiū supra terrā: sic notitia fidei eleuat aīas credentiū supra oēꝫ facultatez terrene ꝛ nālis rōnis. ¶ Sed ista ala est seraphica.i.ardens: qꝛ nō solum ducit in notitiā filij dei vnigeniti: sꝫ etiaꝫ in eius dilectionē feruidā ꝛ ignitā. Et nō solū eleuat intellectū ad credēdū dei filiū: sed etiā ad ipsum ardentissime diligēdū. cū sit obiectū nostre dilectionis: sicut dicit Sco. in prologo sn̄iarum q.4. qꝛ est psona diligibilis ĩcludēs rationē sue diligibilitatis: vꝫ essentiā diuinaꝫ q̄ est bonū infinitū. ¶ Hoc ē sꝫ fundamētū fidei supra qd̄ aīa contēplatiua dꝫ firmiter radicari indubitabiliter credēdo. et ĩmobiliter stabiliri diligendo cordialiter filium dei viuētis xp̄m iesū dn̄m nostrum.

¶ 3. Ala q̄ est in latere dextro p̄mi seraphim ꝛ ĩ ymo: est notitia seu credulitas spūs sancti a pr̄e: ꝛ filio pcedētis ꝛ spirati. ¶ Hāc notitiā se hr̄e cōfiteᵗ eccl'ia catholica: qn̄ canit ĩ symbolo. Credo in spm̄ scm̄ dn̄z ꝛ viuificātē: qui ex pr̄e fi

lioq; pcedit. ¶ De isto spu scto redit te stimoniū testm̄ vet⁹ dicēs Sap. p̄. spūs .n. sct⁹ disciplīe effugiet fictū. Et testm̄ noui dicēs Jo. 14. paraclit⁹ autē spūs sanct⁹ quē mittet pr̄ i noīe meo ille vos docebit oīa. ¶ De ei⁹ pcessiōe a pr̄e ꝛ a filio sic redit testimoniū ipse fili⁹ dicens Jo. 15. Cū venerit paclit⁹: quē ego mittā vobis a pr̄e: spm̄ vitatis qui a pr̄e pcedit: ille testimoniū phibebit de me: vbi dat itelligē: qd̄ cū fili⁹ dicat mittere spiritū sctm̄ ad ex̄: ip̄z ēt pduē ad itra. Nā s̄z Augu. li. 4. de trinitate. c. 20. ꝛ Sco. i p̄ di. 14. pbabile est q̄ mittere psonā diuinā ad ex̄: cōueniat illi psone q̄ ipaz pducit ad itra. Cū g̃ fili⁹ dicat mittere spiritū sctm̄ ad extra: signū ē qd̄ pduē ad itra: ꝛ Jo. 16. Dicit fili⁹ dei de spū scto: Ille d̄ meo accipiet ꝛ annūtiabit vobis: spūs sctūs accipit d̄ eo qd̄ est filij: q2 pducit ab eo: ꝛ ab eo accipit ēentiā diuā: ꝛ oīa q̄ h3. Et istā pductionē spūs scti a pr̄e ꝛ filio simul d̄clarat egregie doctor subtilis Sco. i p̄ di. 12. q. 2. ¶ Ad hanc notitiā spūs scti nō ascēdit itell's humanus p rōnē nālē: s3 oīs rō nālis d̄ ē illd̄ act̄. 19. Neq; si spūs sctūs ē audiuim⁹. ¶ Et l3 mercuri⁹ termegist⁹ dicat monas monadē genuit: ꝛ ardorē pcedentē i. spm̄ sctm̄ ab vtroq; emanātē: tn̄ h̄ habuit vel p doctrinā alicui⁹ fidelis vel p diuinā ĩspirationē subleuantez nām s̄z Alex. de ales in pria pte. q. 2. vn̄ ista notitia: seu credulitas cōgrue notat̄ p alā: q̄ a terra subleuat corpa auiū: q2 credulitas a rōne nāli subleuat mētes fideliū ad credēda celestia ꝛ supnālia. Et congrue d̄r ala seraphica: q2 non solū leuat credēdo: s3 ēt diligēdo. Et nō solū illuminat itellectū ad credēdū i spm̄ sctū: s3 etiā volūtatē ad ipsuz ardētissime diligendū: cū sit obiectū nr̄e dilectiōis rōne bonitatis ĩfinite quā icludit s̄z Sco. in plogo sniarū. q. 4. ¶ Hoc est tertiū fūdamētū fidei xp̄iane: supra qd̄ oīa cōtēplatiua d3 firmiter radicari p credulitatez: ꝛ imobiliter adherere per ardētissimā dilectionem spiritus sancti gloriosi atq; benedicti.

¶ 4. Ala q̄ est in latere sinistro p̄mi seraphim ꝛ in sūmo: est notitia qua fideles credūt deū eē creatorē celi: ꝛ t̄re: visibiliū oīuz atq; iuisibiliū. ¶ Hāc credulitatez ꝛ notitiā h̄re se demōstrat ecclesia catholica: qn̄ dicit creatorē celi ꝛ terre: visibiliū oīuz atq; iuisibiliū. Et ista ala corrn̄det p̄ᵉ: q2 creatio attribuit̄ patri: q2 oīpotēs est: vn̄ dic̄ eccl'ia patrē oīpotentez factorē celi ꝛ terre: visibiliū oīuz ꝛ iuisibiliū. Et ista creatio est facta ante tēpus siue in initio tēporis. ¶ De q̄ testimoniū redit vet⁹ testm̄ dicēs Gen̄. 1. in prin° creauit de⁹ celū ꝛ terrā: Et nouuz dicens Jo. p̄. Oīa per ipsuz facta s̄t: ꝛ sine ipso factū est nihil. ¶ Ad hāc notitiā creatiōis oīuz de nihilo rō nālis nō pōt ascēdere. ¶ Nā Aristo. vr̄ dicere in p̄ physicoꝝ: q̄ ex nihilo nihil fit. Et ista videt̄ eē opio sua s̄m doctores catholicos ꝛ ipsius cōmētatores mūdū semp fuisse ab eterno: sicut dicit magr̄ in 2ᵒ sniaꝝ di. p̄ma. ¶ Plato aūt l3 posuerit mūduz genitū a deo: quia tn̄ posuit materiā: seu ille semp fuisse: ideo nō posuit mūdū creatuz sed de aliquo productū. ¶ Auicena āt l3 cōcedat deū posse creare aliquid de nihilo vt p3 in. 6. metha. c. 2. non tn̄ eo mō quo credit fides catholica. s. post nō esse. rei dare esse in tpe vel cum tēpore: q2 ipse posuit creatiōez coeternam ipsi deo qd̄ est falsum. Ex quo p3 qūo notitia ꝛ credulitas huius articuli fidei transcendūt rōnem nālē. vnde cōgrue signantur per alam: que corpora auiū eleuat in sublime q2 ista credulitas eleuat humanū intell'm sup̄ rōnis nālis

hylen

facultatez. ¶ Et aduertēdū qꝛ ala est seraphica: qꝛ nō solū itellectū eleuat ad credendū deū prēm creatorē oiuz: sed etiā voluntatē ad ipsuz cordialiter diligēdū qui ad seruiciū hoīs totā machinā mūdialez creauit: sicut dicit magr in. 2. sniaꝝ di. p°. Et moises deutero. 4. Celū. solē lunā ꝛ stellas creauit deꝰ in ministeriuz cunctis gentibus: que sunt sup terram.
¶ Hoc ē q̄rtū fundamētuz fidei xp̄ianę: sup qđ aīa cōtēplatiua: ꝛ sue salutis cupida dꝫ firmiter radicata eē p iuiolabilem fidē: ꝛ imobilit adherere p ardētissimā charitatē: deū patrē creatorem mūdi cordialiter diligēdo.
¶ 5. Ala q̄ est in latere sinistro primi seraphim ꝛ in medio: ē notitia q̄ fideles credunt deū sanctificatorē ecclie catholice p fidē ꝛ grām suā. ¶ Hāc notitiā ꝛ credulitatez hr̄e se cōfitet̄ ecclesia qñ i symbolo canit. Credo ecclesiā catholicā: sanctorū cōionez: remissionē pctōꝝ. Ecclesia catholica est cōgregatio fideliū i fide vnica vniꝰ dei: qꝛ vnus deus: vna fides. Et in ista fide cōicant sancti corpori: ac sanguini dñi nostri iesu xp̄i. Ex qua cōmunione fit remissio peccatorū: ꝛ donatio grē: ꝛ sic sanctificatio sanctoꝝ p baptismū: ꝛ penitentiā. Et ista ala corrñdet secūde: qꝛ sanctificatio sanctorū attribuit̄ filio: inquātū per redēptōez eiꝰ: siue p mortez ꝛ sanguinez facta ē remissio peccatorū ꝛ largitio gratie credentibus in eū: qꝛ grā ꝛ veritas per iesuz xp̄z facta est Jo. p. Et ista sanctificatio fit in tpe: siue in decursu tēporis vsq3 ad finez mūdi: qꝛ nobiscum: ꝛ cū ecclesia est filius dei: sanctificando illā oibꝰ diebus vsq3 ad cōsumationez seculi math. 28.
¶ De ista sanctificatione: quā deꝰ facit i ecclia sua: testimoniū reddit testm̄ vetꝰ Leui. 21. vbi dicit deus: Ego sanctꝰ sum dominꝰ qui sanctifico vos. Et φ ista sanctificatio fiat p filiū dei apropriate: pꝫ in figura leui. ꝛ 4. ¶ Ubi sacerdos sūmꝰ leprosū mūdabat ꝛ sanctificabat: aspgēdo eū septies cū sāguine passeris occisi: qꝛ xp̄s qui est sacerdos sūmꝰ: p sanguinez suū septies aspgēdo: imūdos ꝛ leprosos a septē vitijs ꝛ pctis mortalibꝰ purgat ꝛ sanctificat p septez ecclie sacramenta: q̄ a sāguine suo efficatiā hñt lauandi pctā ꝛ cōferēdi grāz. Et testm̄ nouū dicēs act. 10. Huic oēs pphe testimoniū phibent: remissionem pctōꝝ accipe per nomen eiꝰ oēs qui credūt i eū: ꝛ adhuc loquēte petro vba hec: cecidit spūs sctūs sup eos: qui audiebant vbū: ꝛ sic sanctificati st̄. ¶ Ad notitiā huiꝰ sctificatōis fideliū p sāguinē ꝛ mortez xp̄i rō nālis ptigere nō pt. Et lꝫ aliqui pseudo pphete: ꝛ multi gētiliū dixerit pctā dimitti p cerimonias ꝛ sacrificia ydoloꝝ vel alio mō: tñ oēs errauerūt: qꝛ nullus pctm̄ fuit vnq̄ dimissum nec dimittet̄: nec aliquis fuit vnq̄ sanctificatꝰ nisi in fide mediatoris ꝛ i passiōe eiꝰ credita iplicite vel explicite: p quā meruit nobis grāz ꝛ pctōꝝ remissiōez. Ad talē āt notitiā huiꝰ remissiōis pctōꝝ nō pt rō nālis ascēdere: qꝛ dpēdet a voˡᵗᵉ dina: quā nullus itellˀs creatꝰ nālr cognscere pt. Placuit āt dine voˡⁱ eccliaz suā sctificare p sāguinē filij sui: dicēte paulo ad Col. 1. Qꝛ i ipo cōplacuit oēz pleniᵗᵘᵈᵐ ihabitare: ꝛ p eū recōciliari oia i ipz: pacificās p sāguinē crucis eiꝰ: siue q̄ i tris: siue q̄ in celˀ st̄: vñ ꝛ ɔgrue ista notiˢ signat̄ p alā pp maximā eleuatiōez sup nām ꝛ nālē rōnis facltatē. Est ēt ala seraphica: qꝛ ñ solū eleuat itellꝫ ad credēᵐ: sꝫ ēt voˡᵗᵉᵐ ad diligēdū vnigenitū dei filiū: nr̄z sctificatorē. ¶ Hoc ē quītū fūdamētū fidei xp̄iane: sup qđ aīa cōtēplatiua dꝫ firmiter radicari: credēdo dei filiū nr̄m esse sctificatorē: ꝛ ipi imobilr adheret̄ ipsā

cordialr et inimicos pcordijs diligedo.
¶ 6. Ala: que est in latere sinistro pmi seraphim: et in ymo: est notitia q fideles credunt deu ee pmiatorez oiuz bonoruz post hac vita. Hac notitiaz ,phitetur se hre eccl'ia catholica: qn in symbolo canit. Credo carnis resurrectioez vita eternaz amen. ¶ Et ista ala corrndet tertie: qr pmiatio attribuit spiritui sancto: qr p clemetia et bonitate: q attribuunt spiritui scto pmiant electi: lz fm sniaz iudicantis ptineret ad filiu: qui hz iudicare: qui pmiandi sint: et qui puniedi. ¶ Ista pmiatio pfecta fiet post oe tps: siue i cosumatoe tpis: lz pmiatio ipfecta quo ad aias: q beatificantur sine corporib⁹: fiat i medio teporis siue i decursu tpis: sz pfecta pmiatio i aia et corpe fiet post vniuersalez resurrectioez. ¶ De ista pmiatione a deo fieda post resurrectionez testimoniu reddit testm vet⁹ dicete do ad Abraa Gen. 15. Noli timere Abraa ego protector tuus et merces tua magna nimis: suspice celu et numera stellas si potes: sic erit seme tuu: Et ezech. c. 37. In illa mirabili figura ossiu aridoru: q ad inuicez coiucta sunt: et caro desup extencta: et flante spu viuificata sut: et est figura resurrectiois oiuz: vbi deus ,pmittit reducedos eos i terra sua: vbi erit vn⁹ rex dauid i perpetuu regnas: O qua mirabilia ,pmittit in illo caplo: si diligeter cosideret. ¶ Et testm nouu dicete paulo aplo. 1. cor. 15. Oes quide resurgem⁹: sz no oes imutabimur. Canet. n. tuba: et mortui resurget incorrupti et nos imutabimur. vn exhortat fideles ad bn operadu subdes. Itaqz fratres mei dilecti stabiles estote et imobiles: habudates in oi ope dni: semp sciétes: q labor vester no erit inanis in dno: et math. 25. Ibut iusti in vita eterna: mali aut i supliciu eternu. ¶ Ad hac notitia diuine pmiationis in aia et corpore post hac vitaz ro nalis no valet ascedere: vn phs p ethi. loques de felicitate data hoibus a deo loquit dubitatiue et nuqz determinauit beatitudine humana cosistere in alia vita: sz dubius semp remasit: sicut dicit Sco. in pria. q. ,plogi suaz sniaru: vn cogrue ista notitia pmiatiois signat p alaz: qr intellectu humanu eleuat sup sua facultatez. Et bn dr ee ala seraphica: qr no solu intell'uz eleuat ad credédu deu pmiatorem oiuz bonoru: sz etia ad ipsuz cordialiter diligedu. ¶ Hoc e sextum fudametu fidei xpiane: sup qd aia cotéplatiua dz radicari: similiter credendo: et cordialiter diligedo spm sctu pmiatore oiuz nostroz bonoz. Et i his sex articulis cotinet notitia trinitatis in se: qtuz ad distinctione psonaru: et quatuz ad diffusione trinitatis in creatura p naz creado: p graz sctificado: p gloria pmiando. Uenite g ascedam⁹ ad mote dni et docebit nos vias suas.

¶ De sex radijs fidei vim rationalez ad humanitatis christi notitiam mirabiliter subleuantibus. Cap. 37.

Venite ascendamus ad montez domini et docebit nos vias suas. ¶ Declaratis radijs fidei ad diuinitatis chri notitia ptinetib⁹ p sex alas pmi seraphum designatis: supest dniter determinare d sex articulis siue radijs ad humanitatis notitia ptinetib⁹: qui sex alis secundi seraphim corrndet: talis e at eoz ordo.
¶ p⁹ igit ala q e i latere sinistro scdi seraphim: et ad caput ei⁹: siue i sumo ei⁹: est notitia vbi icarnati i vtero virginis de spu scto. ¶ Hac notitia hre se cofitet ecclesia: qn dic i simbolo. Qui coceptus est de spu sancto natus ex maria virgine. ¶ In hoc articulo eccl'ia credit dnu x-

bus: siue filiũ dei descendisse ad nostrã humanitatẽ assumẽdã ↄceptũ ꝺ̃ ỽgine: ⁊ de ỽgine natũ sola ỽtute spũs sancti. ¶ De cõceptiõe redit testimoniũ vetus testm̃ dicẽte ysaia.c.7. Ecce virgo cõcipiet ⁊ pariet filiũ: ⁊ vocabiť nomẽ eius emãuel: butiꝝ ⁊ mel ↄmedet. Emanuel dr̃ nobiscũ de⁹: qꝛ xp̃s ẽ de⁹ ⁊ hõ: p buti rũ humanitas: p mel diuinitas significať. De natiuitate dicit idẽ ysa.c.9. Paruulus nat⁹ ẽ nobis: ⁊ fili⁹ dat⁹ ẽ nobis: ⁊ vocabiť nomẽ ei⁹ admirabilis: cõsiliari⁹: deus fortis: pater futuri seculi ꝑnceps pacis: mľtiplicabiť ei⁹ ĩperiũ: ⁊ pacis nõ erit finis. Et ꝺ̃ h̃ eodẽ testimoniũ redit testm̃ nouum dicẽte angelo ad Joseph math.ꝑ. ioseph fili dauid noli timere accipere mariã cõiugẽ tuã. Q ꝺ̃.n. in ea natuz est de spũ sancto est: pariet.n. filiũ: ⁊ vocabis nomẽ ei⁹ iesuz. ¶ Ad istã notitiã ĩcarnatiõis diue: ⁊ natiuitatis de virgine añ ꝑtũ: ⁊ post partũ rõ nãlis ascẽdere nõ pt. Nã illa vnio diuini ỽbi ad humanitatẽ ẽ ieffabilis: icognoscibilis per nãm ẽt supremis angelis. Silr natiuitas de ỽgine ẽ supra capacitatem rõnis nãlis. Et licet sibilla cymea dicat. ¶ In dieb⁹ illis exurget mulier ꝺ̃ stirpe iudeorũ noie maria ⁊ hẽbit sponsũ noie Joseph ⁊ procreabiť ab ea sine cõmixtiõe viri de spũ sancto fili⁹ dei noie iesus. Et ipa erit ỽgo añ: ⁊ post ꝑtuz. Qui ỽo ex ea nasceť: erit verus de⁹: ⁊ ver⁹ hõ: sicut oẽs prophete predicauerũt. Hoc tñ nõ cognouit rõne nãli: sꝫ poti⁹ reuellatione diua. Et iõ ista notitia bñ signať p alã q̃ eleuat ĩ altũ: ⁊ p alã seraphicã: qꝛ nõ solũ eleuat itelľz supra semetipsũ ad credendũ: sꝫ ẽt affectũ ad diligẽdũ ỽbũ dei pro nobis icarnatũ. ¶ Hoc ẽ septimuz fũdamẽtũ fidei xp̃iane: supra qꝺ̃ dꝫ aĩa cõtẽplatiua imobilr radicari: itelľu firmit credẽdo: ⁊ volũtate ardẽti(m)e diligẽdo filiũ dei ꝑ nr̃a salute hũanatũ.

¶ 2. Ala q̃ est in latere sinistro secũdi seraphim: ⁊ ĩ medio ei⁹: ẽ notitia ỽbi ĩcarnati degẽtis ĩ terra ꝑntis: passi: crucifixi mortui atqꝫ sepulti. ¶ Hãc notitiam se hr̃e cõfiteť ecclesia: qñ canit in simbolo: passus sub põtio pilato: crucifixus: mortuus ⁊ sepult⁹: ⁊ ĩ h̃ articulo credit filiũ dei: nõ solũ descẽdisse a sua diuinitate ad nr̃aꝫ hũanitatẽ: sꝫ iferi⁹ ꝺ̃scẽdisse ad nostrã miseriã: passionẽ ⁊ mortẽ. ¶ De h̃ articulo redit testimoniũ testm̃ vet⁹ dicẽte ꝑs ĩ ꝑsona xp̃i: foderũt man⁹ meas ⁊ pedes meoꝝ: et fui flagellat⁹ tota die et castigatio mea ĩ matutinis. Et nũeri.21. in fig^a serpẽtis enei suspẽsi ĩ ligno significantis xp̃ꝫ ĩ cruce suspẽsũ: ĩ quẽ aspiciẽtes morsi a ꝺ̃mone liberãť: Et nouũ testm̃ in plurib⁹ locis marci.15. crucifigẽtes eũ diuiserũt vestimenta eius ⁊c̃. ¶ Ad notitiã huius articuli rõ nãlis ẽt nõ ascẽdit: qꝛ nisi per notitiaꝫ fidei sciat quis cõicationẽ ydiomatũ iter diuinitatẽ ⁊ hũanitatẽ assũptã: nullus scire pt: qľr de⁹ sit passus: crucifixus ⁊ mortu⁹: vñ bñ notať p alã que a terra eleuat corp⁹ volatiliũ: qꝛ sic fides subleuat itelľm credentiũ. ¶ Dr̃ ẽt seraphica: qꝛ nedũ itellectũ ad credẽdũ: sꝫ ⁊ volũtatẽ subleuat ad cordialr diligendũ filiũ dei ꝑ nobis passum: crucifixũ. mortuũ ⁊ sepultum. ¶ Hoc ẽ octauũ fũdamẽtũ fidei xp̃iane sup qꝺ̃ aĩa ↄtẽplatiua dꝫ stabiliri: firmiter credẽdo: ⁊ cordialr diligẽdo xp̃ꝫ iesuꝫ crucifixũ: O aĩa mea: hic morare: in his fũdamẽtis requiesce: hec rumina: hec cogita: hec ama: qꝛ magis tibi ꝓderũt q̃ꝫ phisica fundamẽta: ⁊ q̃ꝫ aristotelica ꝓbleumata.

¶ 3. Ala que est ĩ latere sinistro secũdi seraphim ⁊ ad pedes ei⁹ siue in ymo: est notitia descensus filij dei ad infernum. ¶ Hanc notitiã se hr̃e cõfiteť eccl̃ia qñ

in simbolo dicit. Descendit ad inferna. In quo cōfitetur & credit filiū dei descē disse nō solū ad nostrā humanitatē: nec solū ad nr̄am passionē & mortē: sed etiā ad inferni pfundū in inferiores ptes terre. ¶ De isto articulo & de descēsu xp̄i ad inferos testimoniū redit vetus testamētū in figura. j. parali. c. 11. in banaia filio Joiade: qui in tpe niuis descēdit in cisternā & in medio ei⁹ interfecit leonē. Sic xp̄s tpe sue passionis descendit in infernū: & ibi occidit mortē: & ei⁹ regem diabolū alligauit. Et ideo dicit osee. 13. Ero mors tua o mors. morsus tuus ero īferne. Et testm̄ nouū dicente paulo ad Ephe. 4. Descēdit xp̄s primū in inferiores ptes terre. ¶ Ad istā notitiā descēsus fili⁹ dei ad infernū rō nālis nō valet ascēdere: q₂ cū deus sit vbiq₃ rō naturalis nō pōt cōprehēdere: quō ipse possit descēdere: qui vbiq₃ ē: q₂ ēt vnio diuinitatis ad aīam xp̄i: cū qua ad inferna descēdit: est incomprehensibilis ratione nālis: iō eius descensus ad inferos nō est rōne nāli cognoscibilis. Et lз pagani & ethnici taз poete: q̄s p̄hi multa dixerint de penis inferni: nihil tñ de hoc descēsu filij dei ad inferos tradiderūt. Uñ cōgrue hec notitia p alam eleuantē in altū corpora auiū designat̄: q₂ hec notitia eleuat intellectū humanū supra viз rōnis nālis. D̄r etiā ala seraphica: q₂ nō solū intellectū ad credēdū: sed ēt voluntatē eleuat ad diligēdū filiū dei: qui pro nobis ad inferna descēdit. ¶ Hoc ē nonuз fundamentū fidei xp̄iane: supra qd̄ aīa cōtēplatiua stabiliri dз firmiter credendo filiū dei ad īferos descendisse: & ipsuз cordialiter diligēdo: qui p nobis liberādis illuc descēdit.

¶ 4. Ala que est in latere dextro secūdi seraphim & ad pedes eius siue in imo: ē notitia resurrectiōis xp̄i a mortuis tertia die. ¶ Hanc notitiā cōfitetur ecclia catholica in se habere: q̄ñ in simbolo canit. Tertia die resurrexit a mortuis. ¶ De hac resurrectiōe post diē tertiuз: redit testimoniū testm̄ vet⁹: dicente propheta Osee. 6. Uiuificabit nos p⁹ duos dies: & in die tertio suscitabit nos: & viuemus in cōspectu ei⁹. Et signat tertiuз diē in quo surrexit a mortuis: & viuificauit sibi credētes. Et nouū testm̄: dicēte petro actuū. 2. Quē deus suscitauit a mortuis dolorib⁹ solutis īferni. Et paulus. i. cor. 15. Xp̄s resurrexit a mortuis primitie dormiētiū. ¶ Ad hanc notitiā rō nālis non pōt pertingere: Quinimo clamat nālis p̄hs dicēs: a priuatione ad habitū īpossibilis est regressus. s. per naturaз: & lз aliqui p̄hi dixerint post annū maximū oēs debere resurgere per vim cārū nāliuз: reprobant̄ ab alijs p̄his: sic etiā a theologis. Et ideo hec notitia resurrectionis xp̄i cōgrue signatur p alaз: q₂ eleuat supra naturā humanā intelligentiā. Et cōgrue etiā significat̄ per alā seraphicā q₂ eleuat etiā humanā voluntateз ad diligēdā ipsaз resurrectionem quā speramus. ¶ Hoc est decimū fundamētū fidei xp̄iane: supra qd̄ aīa contēplatiua dз firmissime radicari: resurrectionē ipsā firmiter credēdo. Et imobiliter adherere xp̄o: qui a mortuis resurrexit: & est causa nostre resurrectiōis cordialiter & ardentissimo ac amore seraphico diligendo.

¶ 5. Ala que est in latere dextro secūdi seraphin: & ī medio est notitia ascensionis christi resuscitati ad celū cū aīabus sanctorū patrū. ¶ Hanc notitiaз se hr̄e confitetur ecclesia: q̄ñ ī symbolo canit ascēdit ad celos sedet ad dexterā dei patris oīpotētis. ¶ De ista ascensione xp̄i testimoniū redit ve⁹ testm̄ iudic. 16. in figura Sansonis: qui dormiuit vsq₃ ad di-

midiū noctis: ꝛ inde cōsurgēs apprehē
dit ambas porte fores cū postib⁹ suis ꝛ
sera: impositisq; humeris suis portauit
ad verticē montis: qui respicit hebron.
¶ Sampson qui dscēdit ī gazā signat
xp̄m dscēdētē ad ifernū. in q̄ dormiuit
vsq; ad dimidiū noctis: q2 circa dilucu
luz resurrexit sm doctores. Sz inde cō
surgēs tulit ambas porte fores cū posti
bus ꝛ sera: q2 xp̄s resurgēs aīas sctōꝝ
cū oībus suis potētijs extraxit ꝛ porta
uit ad verticē mōtis qui respicit hebrō:
q2 ascēdens ad celū duxit eas ad celum
empireū: vbi est dei visio sempiterna.
Hebron. n. iterp̄tatur visio sempiterna.
Silr ps. testat dicens. ascendit de⁹ in iu
bilatiōe: ꝛ dn̄s in voce tube: ascendēs in
altū: captiuā duxit captiuitatē. Et nouū
testm̄ dicēte marco euangelista. ca. 16.
Dominus quidē iesus postq̄ locut⁹ est
eis: assumpt⁹ est ī celū: ꝛ sedet a dextris
dei. ¶ Ad hui⁹ articuli notitiā nō potest
rō humana ptingere: q2 corpus terrenū
nāliter ad mediū ꝛ ad centrū tendit: si-
cut dicit phs: ideo nō pōt pcipere qualr
corpus terrenū ad supremū celū ascen-
derit. Vn̄ cōgrue talis notitia signat per
alaz: q̄ corpora auiū a terrena subleuat:
q2 talis credulitas rōnē humanā ad cre
dendū ea q̄ sunt supra nām mirabiliter
subleuat. Et est etiā ala seraphica: q2 nō
solū ad credendū ascensuz xp̄i in celū il-
luminat: sed ēt ad talē ascensuz diligen
dum ac desiderandū mirabiliter īflam
mat. ¶ Hoc est vndecimū fundamētū
fidei xp̄iane: supra qđ aīa contēplatiua
dz imobilr radicari: talē xp̄i ascensum
firmiter credēdo: ꝛ ipsuz cordialr ꝛ af
fectuose ī seipso cōtinue desiderādo.
¶ 6. ala que est in latere dextro seraphin:
ꝛ ad caput suue in sūmo eius: est notitia
xp̄i vēturi ad iudiciū: et iterū ascensuri
ab ecclesia militāte ad ecclesiā triūphā-
tem. ¶ Hāc notitiam se habere cōfitet
ecclesia: qn̄ in symbolo canit: inde vētu
rus ē iudicare viuos ꝛ mortuos. ¶ De
aduentu xp̄i ad iudiciū reddit testimo-
niū vetus testamētū in figura. Dan̄. 7.
Ubi dr: aspiciebā donec troni positi sūt:
ꝛ āntiquus dierū sedit. Milia miliū mi
nistrabāt ei: ꝛ decies centena milia assi
stebant ei. Judiciuz sedet: ꝛ libri aperti
sunt. libri. s. cōscientiarū: qui ī die nouis
simo aperient. et ysa. 3. Dominus ad iu
diciū veniet cū senib⁹ populi sui ꝛ pnci-
pibus eius. Et testm̄ nouū: dicente xp̄o
math. 25. Cum sederit fili⁹ hoīs in sede
maiestatis sue: tūc cōgregabuntur ante
eū oēs gentes ꝛc. vbi ponit ordo iudicij
seriatim: ꝛ quo cōdēnati ibunt ī suppli
ciuz eternū: ꝛ xp̄s cū electis ascēdet ad
regnū sempiternū. ¶ Ad hanc notitiaz
rō nālis non ascendit: nec quo ad descē
sum xp̄i ad iudicandū: nec quo ad ascen
suz totius ecclesie militātis ad triūphā
tem. vn̄ merito per alaz figuratur: quia
intellectus ad credendū iudiciū eleuat
supra facultatē rōnis nālis. Dr etiā se-
raphica: q2 etiaz eleuat amorē ad diligē
daz eternā retributionē: ꝛ regnū electis
preparatū ab initio mundi. ¶ Hoc est
duodecimū fundamētū fidei xp̄iane: su
pra quod aīa cōtēplatiua debet imobi-
liter radicari ꝛ firmiter adherere: cre-
dendo ex toto intellectu ꝛ diligendo ex
toto affectu iudiciū futurū ꝛ eternā re-
tributionē. Venite ergo ascendam⁹ ad
montē dn̄i ꝛ docebit nos vias suas.

¶ 4. Deus gloriosus emisit et eiecit adā ꝛ euā de paradiso voluptatis: ꝛ collocauit añ ingressum paradisi: ne amplius adam intraret ī illū: nec aliu⁹ post ipm: Cherubin. i. angelicā custodiā: per quā tota nā corporea administratur. ¶ 2. posuit ī circuitu ei⁹ gladiū flāmeū, atq; versatilē ad custodiendā viam ligni vite. Iste gladius flāme⁹ ꝛ versatilis ẜm aliquos doctores: maxime Alex. de alis i 2. parte. q. 87. mēbro 2. ar. ꝓ. Erat murus igne⁹ circundās paradisum ita altū cōscēdēs: vt eius incēdiū pene cū celo iūgatur: Et scdm lyram sup Geñ. 3. significatꝰ noīe gladij: q: ignis ascendens sursum in supiori parte acuitur ī modū gladij. Et in hijs oībus factū est vespere ꝛ mane dies sextus. Et sic patꝫ quot mirabilia ꝛ terribilia facta sūt in die isto sexto. Que si aīa cōtemplatiua in sexta feria consideraret: in magnā ꝛ creaturarū: ꝛ supius ꝯtēplationem ascēderet. Hic radius cōfundit gulosos: ebrios: ꝛ illos qui ventrē suum fecerūt deū suum: Qui dicūt comedam⁹ ꝛ bibam⁹: Qui p modicū lenticule vendūt ꝓgenita sua: sicut Esau: Qui ꝓpter esū carniū moriūtur in deserto huius vite: nec ascendere pñt ad terrā promissiōis: sicut filij israel: Qui epulāꝰ cotidie splēdide: sicut diues epulo: ꝛ ideo eijciūtur a paradiso: sicut adam p comestionem vnius pomi eiectus est a paradiso ꝛ in hac valle miserie relegatus. O aīa contemplatiua cōsidera diligēter quid erit de adulteris: fornicatorib⁹: vsurarijs: partialibus: et blasfematoribus: cū per vnius pomi comestionē totum moriaꝰ genus hūanuꝫ. Uenite ḡ ascendam⁹ ad montem domini.

¶ De radio quietis primarie ꝛ de septimo tpe originali. Ca. 147.

Enite ascendamus ad mōteꝫ dñi ꝛ docebit nos vias suas. ¶ Postq̄ in sex predictis radijs dei opera mira considerauimus: restat videre dei benedicti requiem in die septimo: quod ē septimū tēpus originale: et septim⁹ radi⁹ quietis primarie: in quo multa occurrunt dubia declaranda de quibus ordinate videamus.

¶ 7⁹ igꝰ radius ē quietis primarie: quo mediante cognoscit mirabilia que circa diem sabbati referuntur: de quibus dꝛ Geñ. 2. Compleuitq; deus die septimo opus suū quod fecerat: et requieuit die septimo ab omni opē quod patrarat: et benedixit diei septimo: ꝛ sanctificauit illuꝫ: q: in ipso cessauerat ab omī opē suo qđ creauit deus. Per istū ergo radiū intellectus inuestigat circa diem septimū mirabilia multa: ex quibus ad dei contemplationē mirabꝉꝛ eleuaꝰ.

¶ Pmū est: cum de⁹ in sex diebus ꝑcedētibus cōpleuerit opus suum: quia in die sexto facta ē diuinorū operū suorū consumatio. Quō cōpleuit opus suū die septimo: cū die septimo nihil noui creasse dicaꝰ. ¶ Rñdit Alex. de alis in 2ᵃ parte

summe.q.56. Que est ꝯpletio rei duplex Quedā ꝑ formā ꝛ mām: quando res ex sua forma et materia vnitis accipit esse perfectum et completū: ꝛ isto modo deus compleuit opus suum die sexto: Quedam ꝑm finem: quādo res quiescit in fine suo: ꝛ isto mō deus compleuit opꝰ suum die septimo: quia tali die oīa opera dei acceperunt quietē ī deo: qui ē finis omniū ꝓuer. 16. Uniuersa propter semetipm operatus est dn̄s. ℭ Bona.i 2.d. 15.q. vltia dicit: ꝙ duplex ē perfectio vniuersi: Una est cōpletio seu perfectio quo ad eē permanēs: que attenditur ī cōpleta exn̄tia prīcipiorū. ꝛ cōpleto numero specierū: que spēs nām generis participant ꝑm rectā ꝛ ordinatā intētionē nature: ꝛ ꝑm istā perfectionē deus compleuit opus suū in dié sexto: qꝛ illo die productionē cōpleuit oīum principiorum et specierū requisitarū ad vniuersi ꝑfectionē: Alia est perfectio et cōpletio vniuersi secundū esse decurrens: que consistit in productione eorum: que per tempora decurrūt et sibi ipsi cōsequenter succedūt: ex cuius successionis ordinatione resultat quedā vnitatis pulcritudo et perfectio. Et ꝑm istam perfectionē deus cōpleuit opus suū die septimo: qꝛ tali die incepit tempus multiplicationis rerum per generationem successiuam: et tempus gubernationis ꝛ administrationis rerum: sicut ī sex diebus ꝓcessit tempꝰ creationis siue cōditionis ꝓcipiorum ꝛ specierum. Cōcordat Nicolaꝰ de lyra sup Gen̄. 2. in principio. Magr̄ sn̄iarū in 2.d. 15. dicit: ꝙ deus dicitur cōpleuisse opus suū die septimo: qꝛ ipm diem septimū benedixit et sanctificauit: sicut dixit scriptura: Benedixit diei septimo et santificauit illum. nā bn̄dictio ꝛ sanctificatio opꝰ quoddā ē: Sic Salomō aliquod opus fecit: cū templū dei dedicauit. Uel pōt dici ꝙ deus in die septio opus suum compleuit: qꝛ ꝯpletum ꝛ cōsumatū vidit: Hec mgr̄ sn̄iarū.

ℭ 2^m est cū deus nō laboret in operādo: qmō dicitur quieuisse in die septimo: Rn̄dit mgr̄ sentētiarū in 2.d.15. ꝙ deꝰ dr̄ quieuisse die septimo: quia cessauit faciendis generibus ꝛ spēbus creaturarū: qꝛ nullā nouam creaturā cōdidit cuius materia: vel similitudo non precesserit in sex primis diebus. Et licet in die septimo fecerit ipm diem: tamen vt dicit Alex. de alis in 2. parte. q. 56. Quieuit ꝛ cessauit deus a condēdis rebus permanētibus cuiusmōi sunt genera et spēs rerum subsistentiū: non aūt a rebus successiuis et decurrentibꝰ: cuiusmōi sunt singularia sibi inuicem succedētia. Sāctꝰ Bona. in 2.d.15. ar. 2. q. 3. dicit: ꝙ omnis artifex perfectus si inchoat aliquod opus intendit ipꝫ ad perfectionē et finē perducere: obtento aūt fine quiescit. Cū aūt deus sit agens perfectissimū intendit opus creationis rerum ad perfectionē ꝛ finem ꝑducere. Et qꝛ die sexto cōpleuerat rerum productionē: q̄ntū ad ea que necessario requirūtur ad esse permanēs vniuersi: iō die septimo dicit̄ quieuisse: nō quasi lassus a labore ꝛ fatigatione: qꝛ non laborat nec mouet̄ in sua operatione: sed dr̄ ab opere suo quieuisse ꝓpter ipsiꝰ operis perfectionē: quia die sexto vniuersū produxerat ad esse perfectū ꝛ completū. ℭ Nicolaꝰ de lyra super Gen̄. 2. dicit ꝙ requies pōt accipi pro cōpletione desiderij: et sic deus dicitur quieuisse die sabbati nō in creaturis factis: qꝛ ipsis nō īdiget: sꝫ ī seipso qꝛ ī seipō btūs ē: et ad hoc designandum non dicitur quieuisse in ope suo: quasi quietaret̄ in creaturā: sed ab opere suo: quasi rediēs ad

seipsum in quo beatifice requiescit: et 9plet desiderium suum. Et in hoc ondit i creatura nō eē quietē: cū mutabilitati subiecta sit nō volens. Et si quis diceret. Quō in die septimo cessauit deus facere nouā creaturā: cū tn̄ aliquid nouū fecerit pducēdo xp̄m de virgine: dicēte ppha Hiere. 31. Creauit dn̄s nouū super terrā: femina circūdabit virū ¶ Rn̄dit Bona. in 2. d. 15. circa litterā: q̄ deus in die septimo requieuit facere nouā creaturam: que sit de necessitate pfectionis vniuersi: pductio aūt christi excedit vniuersi cōplemētū: et iō est pure gratie: et sic deus dicit̄ fecisse nouū: cū femina circūdedit viꝝ: Hec Bona.

¶ 3. est cum dies siue tēpus de se sit īdifferens. q2 nec bonus nec malus moral2: quare de⁹ poti⁹ bn̄dixit diei septio q̄ꝫ primo vel secūdo. cum etiā sola creatura rōnalis sit sanctificabilis: q2 deus sāctificauit diē septimā: cū dies sit irrōnalis. ¶ Rn̄dit. s. Bona. i. 2. di. 15. circa literā dicēs. Qd̄ sicut dies dr̄ mal⁹ non ratione sui: sed q2 mensura est actionis male: sicut dicit ap̄ls ad Ephe. 5. Redimētes tēpus: qm̄ dies mali sūt: sic dies dicit̄ bn̄dictus et sanctus: q2 est mēsura alicuius opationis in qua ē bn̄dictio et sāctificatio: Et nihil aliud ē diē aliquē bn̄dicere et sanctificare: q̄ꝫ diē tali actioni (vꝫ benedicte et sancte) vt mensuram deputare. Qm̄ igitur deus omnia fecit propter hoīs instructionē: vt homines non solū verbis: sed etiam opere erudiret: sicut sex diebus opatus ē circa mūdi cōditionē: sic sex diebus dedit homini licentiam operandi et intendendi rebus inferioribus: Et sicē septimo die ab omni opere cessauit: sic voluit q̄ homo septimo die ab omni opere cessaret: et ei per contemplationem inhereret: et inherend o quiesceret. Et quia in hac inhesione homo obtinet a deo ampliationem benedictionis et sanctitatis: ideo dies septimus dicitur a deo benedictus et sanctificatus: non ratione sui: sed ratione illius quod dominus deputauit in illo fieri: et sic patet responsio ad instantiam: Patet etiā quantum deo placet q̄ homo sibi soli intendat et in eo requiescat: dum talem vacationem: siue requietationē bn̄dixit et sāctificauit.

¶ 4m est: Qua de causa deus dedit benedictionem in quinto die: et sexto sine sanctificatione: et in die septimo dedit simul benedictionem cum sāctificatione. Respondit Alex. de alis in secunda parte summe. q. 56. membro. 2. Quod triplex est benedictio. Una temporalis: que consistit in rerum temporaliū multiplicatione: et sic deus dicitur benedicere illum cui bona temporalia multiplicat: vnde dixit sathan ad deū. Job. 1. Operibus manuum eius benedixisti: et possessio eius creuit in terra. De ista benedictione fuit benedictus Hismael filius Abraam: de quo dixit deus Gen̄. 17. Super Hysmael quoq̄ꝫ exaudiui te. Ecce benedicam ei: et augebo et multiplicabo eum valde. Duodecim duces gn̄abit: et faciā illuꝫ crescere in gentem magnam. et talis benedictio data fuit piscibus et auibus quinto die: et hominibus adam et eue sexto die: vt crescerent et multiplicarentur per successiuam generationem. Alia est benedictio spiritualis gratie gratum facientis. Et de hac benedicuntur a deo homines: quando sibi infunditur vel augmentatur gratia gratum faciens. Hac benedictione benedicta fuit virgo: sicut testatur angelus loquens ad eam Luc. p̄. dicens. Aue gratia plena dominus tecum benedicta tu in mulieribus. Sed ista benedictio gratie est amissibilis in via

τ ideo non est cū sanctificatione.i.cū firmitate τ stabilitate: sanctum.n.idez est qđ firmū: dicit autē aplˀs. Qui stat videat ne cadat. Alia est benedictio quietis eterne; et hec recte dicit̄ benedictio cū sanctificatione: q2 est cū firmitate et stabilitate i bono: τ hec benedictio cum sanctificatione siľ data est a deo diei septimo (vz sabbato) p quod significatur quies eterne vite: in qua electi dei erūt a deo bñdicti simul et sāctificati: et iō deˀ licet dederit benedictionē in diebus in quibˀ opabatur: tñ benedictiōez cuz sāctificatione siľ non dedit vsq3 ad diem septimū et quietis: q2 l3 hō in statu vite presentis habeat a deo bñdictionē temporalē per rerum tpaliuz multiplicationem: et benedictionē spūalem per gratie gratū facientis receptionē: tamen benedictionē cum perfecta sanctificatione de cōi lege non recipit nisi in requie vel sabbˀo quietis eterne: et iō ↄgrue i septio die data ē benedictio cū sāctificatione.

¶ 5 est qua de causa deus gloriosus nō sanctificauit diem primū: quo inchoauit facere mūduz: nec diez sextū in quo ipsuz pfecit sicut sanctificauit sabbatū. nec ante diez: nec in aliquo die fecit vľ miscuit sanctificationē cū benedictiōe nisi i sabbato. ¶ Respōdit Alex.ō alis in scđa parte.q.56. et Augˀ super Geñ. Q2 ideo nō est data sanctificatio in alijs diebus: qñ deus faciebat creaturas ad innuendū q̄ creatura in seipsa non pōt sanctificari: sed solum sanctificatur in deo: ad quem referenda sunt omnia bona. Et ideo soluz datur sanctificatio cū benedictione diei septime: in qua deus in seipso requieuit: ad innuendum q̄ in ipso solo tanq̄ in fine vltio: potest creatura sanctificari: et non in aliquo alio. Alia ratio est ſm Augᵐ ibidez. Quod deus noluit sanctificare diem primum: nec diem sextum: neˀ ex creatione vel perfectione seu complemento creaturarum gaudium dei auctum videretur: sed illum diem sanctificauit: quo in seipso requieuit. Ad innuendū q̄ deus gaudium et requiē suam in semetipso: non in aliqua creatura habet: vñ dicit Augˀ. Deus se rebus quas fecit diligendo preposuit: nō sanctificās illū diē quo ea faciendo inchoauit: nec illū quo ea perfecit: nec illis faciendis vel factis auctum eius gaudium videretur: s3 eū quo ab ipsis i seipo requieuit: τ ipe qui dē ista requie nunq̄ caruit: sed nobis ea per diem septimum demonstrauit. hec Augˀ.

¶ 6. est cum dies septimus hūerit sur3 mane τ vespe: sicut et alij p̄cedētes: q2 dies ē latio lucis sup terrā: que fuit die septimo sicut τ die sexto: q̄re nō exprimit̄ mane τ vespe diei septimi: sicut et p̄cedētiū. ¶ Ad hˀ rñdēt Aug. τ Alex. ō alis in 2ᵃ parte.q.56. Q2 dies p̄mus habuisse ō2 vesperū τ non mane: Dies medius mane et veˀperā: dies vltimus i.septimus mane: sed non vesperā. Et rō est q2 mane septimi diei ptinet ad gubernationē τ continuationē rerum in esse p multiplicationē τ gñationē: et q2 hec ↄtinuatio q̄ntū est ō se non h3 finē: nisi cum adest volūtas conditoris. ideo dies septimus nō h3 vesperaz s3 mane.

¶ Preterea ē triplex requies: Una qua creatura quiescit vtcūq3 in creatura: sic auarus quietat̄ in nūmis: et ista quies habetˀ principium et finē: et signari pōt per dies medios qui habuerūt mane τ vespere. Alia qua creatura quiescit in deo: sicut res ad finem in suo fine: Sic sanctorum mens in deo requiescit dicens. Hec requiesˀmea in seculum seculi: et ista habet initium sed non finem. Uñ significat̄ per diem septimum qui

incepit a mane: licet eius mane cōputetur in die sexto: sed nullo vespere terminatū. ¶ Alia qua deus requieuit i seipso et ista nec habet iniciū nec finē: et ista designatur per diem septimū: qui licet habuerit mane et vespe sicut et alij dies quia fuit latio solis super terrā in ipso die septimo: tamen in isto die non fit expressio de mane et vespere: sicut i precedentibus ne credatū requies dei in se ipso habere principiū et finē: sicut creature: de quibus actū est in alijs dieb⁹: habuerunt principium et finem: et ideo dies septimus dicitur sine aliqua distinctione: non nominando mane: nec vespere: vt notetur plena et interminata illuminatio illius diuine requiei: in qua nihil oritur: nihil occidit. Hec Alexā. et Aug⁹: Venite ergo ascēdamus ad mōtē d. et docebit nos vias suas.

¶ De mirabilibus diei septime prorogatiuis et excellentijs. Cap. 48.

Venite ascendamus ad montē domini et docebit nos vias suas. Cū dies septimus sit a deo singulariter benedictus et sanctificatus: debet procul dubio singulares inter dies alios prerogatiuas habere: et ideo de ipso sabbato singularis mouetū dubitatio: q̄ talis ē.

¶ Queritur si dies septimus quod est sabbatum habet inter alios dies specialia priuilegia et spales prerogatiuas. ¶ R⁹ s̄m mgr̄m sententiarū et sāctum Bona. in 2. d. 15: aliosq̄ doctores: ac sacrā paginam: q̄ dies septimus siue sabbatum in quo deus requieuit habet singulares prerogatiuas q̄plurimas: que modo per ecclesiam translate sūt ad diem dominicam.

¶ P̄ Dies sabbati ē dies recordatiōis: q̄ in ipso solo preponitur verbū recordationis .s. memēto: vn̄ scribitū Exo. 20. Memēto vt diem sabbati sanctifices: cū i alijs preceptis nō preponatū tale verbū recordatiuum: et hoc indicat q̄tum deo placeat huius precepti adimpletio: cū ipsum taliter modificauerit: et q̄tū hō sollicitari debeat ad ipsum adimplēdum: cū sic stricte ad hoc obligetū: Pōitur in hoc precepto hec dictio memento q̄ obseruatio hui⁹ mādati facit ad obseruationem oīm aliorum: s̄m q̄ dicūt aliqui doctorū: Ponitur memento: q̄ vt dicunt Hebrei et recitat Nicolaus d̄ lyra Exo. 20. In omni re preciosa homo debet habere memoriā de sabbato: vt vt si habeat nouā vestē: vel aliud iocale pulchrū: debet expectare diem sabbati: vt p̄mo tunc vtatur ipso. Debet autē anima deuota in die sabbati apud iudeos: et in die dn̄ica modo apud x̄pianos recordari d̄ peccatis proprijs vt doleat. De beneficijs diuinis vt gr̄as agat. De ipso deo: vt ip̄m diligat.

¶ 2. est dies iterationis siue replicatiōis: q̄ frequentissime replicatur in sacra scriptura. Nam ponitur Gen̄. 2. Exo. 16. Sex diebus colligite: in die autem septimo sabbatū dn̄o est. Exo. 20. Memento vt diē sabbati sanctifices: Exo. 31. Custodite sabbatū meum. Leui. 16. Sabbatū requietiōis ē: et affligetis aīas vestras religiōe ppetua. Leui. 23. Mense septimo prima die mensis erit vobis sabbatū memoriale clangentibus tubis et vocabitur sanctum. Omne opus seruile non facietis in eo: Et sic in multis alijs locis tam legis q̄ prophetarū: sepi⁹ preceptū de sabbati sāctificatiōe replicatū et iteratū: ex quo p̄z q̄tū deo placeat huius diei sanctificatio: et hui⁹ p̄cepti obseruatio et adipletio. vn̄. s. Bona. i

2. di. 15

2.di.15.circa litteram dicit: Et pp istaz cōplacētiaz diuinā circa huius precepti obseruantiā deus inter oīa mādata frequentissime iterat: ꝛ replicat de obseruantia sabbati.

¶ 3.ē dies finalitatis qꝛ finis hebdomade. Nā qꝛ deus in dieb⁹ illis septē primis oīa fecit: ꝛ benedixit ꝛ sanctificauit diē septimū: pp hoc cum puenimus ad diē septimū: quasi ad finē reuertimur ad pmū: ꝛ sic repetendo agitur oē tps: sicut dicit magister sniarū in.2.dist.15. Et qꝛ iste dies septimus hꝫ rōnē finis: ideo hꝫ rōnē boni ꝛ optimi: qꝛ dicē phs 2.phy. Finis hꝫ rōnē boni: ꝛ est vltimū ꝛ optimū: ꝛ ſm Gregoriū numerus septenarius est pfectus: ꝛ spiritui sctō attribuit. Et iste dies septimus sicut est finis ebdomade: ita significat diē finalem eterne beatitudinis. Et ideo in tali die inueteri testamēto: ꝛ mō in dominica illi succedēte dꝫ homo reminisci: ꝛ recordari de illo die ꝛ requie finali quam expectamus post hāc vitam: ꝛ post oēs labores nostros.

¶ 4.cōsumationis siue cōpletiōis. Nā dies sabbati cōplet ꝛ consumat hebdomadā. Et deus dr̄ in tali die cōpleuisse opus suū qđ fecerat Gen̄.2. Et ſm qđ dicit magister sniarū in.2.di.15. Cōpleuit deus opus suū: qꝛ ipsuꝫ cōpletū ꝛ cōsumatū vidit: ꝛ qꝛ ipsuꝫ bn̄dixit ꝛ sanctificauit. Et hoc mō in die festo p sabbatū significato dꝫ homo opera sua: q̄ in tota hebdomada fecit cōsumare ꝛ cōplere. Si fuerunt mala p pniam mūdare: Si fuerunt bona deū laudare bn̄dicere ꝛ glorificare: ꝛ oīa opera faciēda in deū dirigere ꝛ ordinare. Et hoc est complere: cōsumare: bn̄dicere ꝛ sanctificare opera nostra. Sed miseri mortales in die festo opa sua maculāt cū imūditia: lasciuia: ludis: crapulis: ebrietatibus: ocio: atq luxuria.

¶ 5.benedictiōis. Nā deus diei septimo benedixit. Et ſꝫ.S. Bona.i.2.di.15.circa litterā: deputauit deus diē septimū vacationi ꝛ inhesioni diuine per cōtemplationē: per quā homo mereī benedictionē vel augumētuꝫ benedictionis a deo. ¶ Sic mō in nouo testamēto sanctificātes diē dominicā: q̄ successit sabbato merētur a deo ꝑ benedictionē tēporalē in multiplicatione rerū tēporalium. De qua dr̄ deuī.xxviii. Si audieris vocem dn̄i dei tui: vt facias atqꝫ custodias oīa mādata eius. Emittet dn̄s benedictionē sup cellaria tua: ꝛ sup opera manuū tuaꝝ. Habūdare te faciet dominꝰ oībus bonis: fructu vteris tui: ꝛ fructu iumentorū tuorū ꝛ fructu terre tue benedicetqꝫ cunctis operibꝰ manuū tuarū. ¶ 2.meretur benedictionē spūalem.s.gratie gratū facientis. De qua dr̄ deuī.28. Si audieris vocē domini dei tui: vt custodias oīa mādata eiꝰ: veniēt sup te vniuerse benedictiōes iste. Benedictus tu in ciuitate: idest in vita actiua: ꝛ bn̄dictus in agro.i.in vita ɔtēplatiua.

¶ 3.mereī benedictionē eternalem. De qua dicit̄ deuī.28. Si audieris vocem domini dei tui: ut custodias oīa mādata eius. Benedicta erunt horrea tua: ꝛ benedicte reliquie tue.i. benedicta erūt merita tua reposita: ꝛ cōseruata tibi a deo in vita futura. Et sic pꝫ quō dies septimus olim: ꝛ nunc dies dominica est dies benedictionis.

¶ 6.sanctificationis. Nā deus diē septimū sanctificauit. sic modo dies dominica dies sanctificationis est. ¶ ꝑ quia peccator in tali die debet p contritionē affligere aīam suam: ꝛ sanctificare eaꝫ dolendo de peccatis vn̄ Leuiī.16. Affligetis animas vestras religione perpetua. ¶ 2.qꝛ homo tali die dꝫ se ad diui/

na applicare: cũ corpore eundo ad ecclesias: τ cum aīa cogitando diuina: τ sic sanctificat aīaȝ τ corpus: qꝛ vt dicit Nicolaus de lyra sup Geñ. 2. Sanctificatio idē est ꝙ ad diuina applicatio. Et iõ qui tali die corp⁹ τ animā ad diuina applicat: semetipsuȝ sanctificat. Uñ dicit dies dominica: quasi domino dedicata. Oppositū faciunt: qui tali die corpus τ aīam ad secularia τ illicita applicant.

¶ 3. qꝛ tali die dȝ hō talia opera exercere: vt a deo mereaī sanctificari: sicut dicit Bona. in. 2. di. 15. circa litterā. Oppositū faciūt qui tali die diabolica opera frequētant in ludis: choreis: philocationibus: lasciuiis: τ ideo nō merentur a deo sanctificari: sed condēnari. Quibus clamat deus dicens. Ysa. p̄. Neomeniam: τ sabbatū: τ festiuitates alias nō ferā: iniqui sunt cetus vestri. kl'das vestras τ solēnitates vestras odiuit aīa mea: facta sūt mihi molesta.

¶ 7. quietis τ pausationis. Nā deus requieuit die septimo ab oī opere quod patrarat Geñ. 2. Et vt dicit. s. Bona. in 2. di. 15. circa litteram. Deus docuit nos exemplo suo: vt sicut ipse sex dieb⁹ operatus est: τ in die septimo requieuit in semetipso. Ita hoī dedit licentiā operādi in sex diebus: in septimo autē voluit ipsuȝ deo vacare: τ in ipso quiescere per cōtēplationē: In die autē dominica: q̄ nunc in locū sabbati surrogata est. debeat deuotus christianus quiescere tripliciter. ¶ p̄ debet quiescere ab operib⁹ seruilibus τ corporalib⁹ quātū ad corpus: qꝛ dicit deus. Exo. 20. Sex dieb⁹ operaberis: τ facies opera tua. Septimo aūt die sabbatū domini dei tui est. Non facies oē opus tu: τ filius tuus: τ filia tua: seruus tu⁹ τ ancilla tua: iumētum tuuȝ τ aduena qui est inter portas tuas. Sex. n. diebus fecit deus celuȝ τ terraȝ τ mare τ oīa que in eis sunt: τ requieuit die septimo idcirco benedixit diei septimo: τ sanctificauit eum. ¶ 2. debet quiescere a peccatis: que sunt opera seruilia quātū ad animā. Nā peccata magis violant diem festū q̄ȝ opera corporalia. Uñ dicit deus Leuit. 16. Sabbatū requietionis est: affligetis animas vestras. s. conterendo de peccatis cōmissis: τ cauendo a cōmittendis. ¶ 3. debet quiescere in deo quātū ad mētem siue voluntatē. Naȝ dicit Nicolaus de lyra super Geñ. 2. Qꝛ de⁹ in die septimo cessauit ab omni opere: τ requieuit in semetipso: ad designādū ꝙ homo in die festo debet cessare ab operib⁹: τ in deo per cōtēplationeȝ τ amorē requiescere. Et ideo dicit in p̄s. Uacate. s. ab operibus: τ videte per cōtemplationē: q̄ꝛ ego sum deus: Oppositū faciūt multi: qui corpore intendūt operib⁹. Aīa vero peccatis: τ mēte atq̄ȝ volūtate vacant mūdo τ vanitatibus.

¶ 8. Interminationis: quia dies septima nō d'scribitur habere vesperā sicut alij. Et rō est ſm Alex. de alis in. 2. pte. q. lvj. Et Aug. super Geñ. Quia sabbatū in quo deus quieuit ī se: significat quietem quā creatura habebit in deo in eterna vita. Que quidē habebit mane τ initium sicut sabbatuȝ: sed nūq̄ȝ habebit finem: sicut nec sabbatū habuit vesperaȝ. Et ideo deuotus xp̄ianus in die festo debet diligenter cōsiderare: ꝙ sicut sex dies in quibus deus opatus est habuerunt vesperaȝ sic oīa opera mechanica in quibus laborat genus humanū τ artes liberales cōsumētur: peribunt τ destruentur dicente paulo: siue prophetie euacuabuntur siue lingue cessabunt: siue scientia destruetur. Sola aūt laus diuina: sola dei charitas τ sola cōtemplatio diuina erit eterna: nec habe-

bit finem: nec auferetur a nobis: qz dicit ps. Beati qui habitant in domo tua domine: in secula seculoꝝ laudabũt te. O aia deuota. O anima contemplatiua considera hec oia diligenter. uerte terga pulueribus huius mundi. despice omnia. soli deo intende: qz maria optimam partem elegit: que non auferetur ab ea. Ista sunt mirabilia que occurrũt consideranda in die septima: que si anima contemplatiua diligenter attẽderet: in magnam: ꝛ dei: ꝛ suimet: ꝛ omnium creaturarum contemplationem ascenderet. ¶ Hic radius quietis prime cõfundit ociosos: desides ac negligentes: qui in tota die festi vagant ocio ac negligentie. Quibus fetent diuina: misse: officia: laudesq diuine: dicentibus cuz filijs israel. Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo. Qui nesciunt ociari in deo ꝛ cõtemplationi orationiq vacare. Sed ociantur in ludis: epulis: crapulis alijsq lasciuijs. ¶ Hij sunt septẽ radij fidei aliqualiter instructe: quibus vis rationalis anime nostre credit: ꝛ cognoscit ista septem tempora originalia: que sunt fundamenta oium credendorum agendorũ ꝛ sperandorum bonoꝝ sine quorũ cognitione anima in contẽplatione parum proficere potest. Uenite ergo ascendamus ad montem domini ꝛ docebit nos vias suas.

¶ De septem radijs fidei illustrate circa septem tempora figuralia. Cap. 49.

Venite ascendamus ad mõtez domini, ꝛ docebit nos vias suas. Quia diuina aspirante gratia vidimus quomodo vis rationalis per radium fidei instructe: sublevatur ad credendum ꝛ cognoscendũ septem tẽpora oiuz rerũ originalia. Superest elucidare quõo p eandem fidẽ erudita: illuminatur ad cognoscẽda ꝛ credenda septem tempora figuralia predictis originalibus correspondẽtia. que omnia continentur in veteri testamẽto ꝛ respondent singula singulis: vz primũ tempus figurale primo tempori originali: secundum secũdo: tertiuz tertio: ꝛ sic successiue mirabili consonantia atq armonia: de quibus sigillatim est disserendum.

¶ pᵐ tẽpus est nature cõdite qͦ durauit ab Adã vsq ad Noe: in quo fuerũt nouem gñationes: ꝛ nouẽ patriarche primi vz: Adaz seth: enos: chaynan: mala lehel: iared: enoch: mathusalẽ: ꝛ lamech ¶ Et in isto tpe figurali factũ est illud mirabile cum enoch: qz cuz esset iustus ꝛ ambularet cũ deo: tulit eũ dñs et ꝫm doctores posuit eũ i paradiso terrestri. Eccli. 44. Enoch placuit deo ꝛ trãslatus est in paradisuz: vt det gẽtibꝰ sapiẽtiã. ¶ Istud tps humane nature ꝯdite: corrñdet tpi lucis formate: cuiꝰ ipsũ primuz tps fuit seminariũ. ¶ Nã sicut in ꝓ tpe originali creauit deꝰ celũ ꝛ terraz: sic in isto tpe figurali pmo fecit deꝰ spiritũ humanũ quasi celũ: qz celitus donatur a deo: ꝛ terrã. i. carnẽ siue corpꝰ humanuz: qͦ dr terra a ꝓdominio terre. ¶ Et sicut i ꝓ tpe. Terra erat inanis ꝛ vacua: sic caro humana est inanis ꝛ vacua a bono moris ꝛ ṽtutis qz post lapsũ nõ hz ex se aliqͦ bonũ ad Ro. 7. Scio eni q nõ habitat i me: ꝓ est i carne mea bonũ. ¶ Et sicut in ꝓ tpe tenebre ferebant sup faciem abissi: sic in isto tpe tenebre: idest ignorantia: fertur super faciem abissi: vz anime rõnalis: que in sua creatione est sicut tabula nuda: ꝛ caret lumine scientiarum: sicut dicitur. 3. de anima. Et vocatur anima congrue no

mine abissi pp sui profunditatem ꝛ inscrutabilitatem Hiere. 17. Prauum est cor hominis ꝛ inscrutabile: quis cognoscet illud. ¶ Et sicut in primo tpe lucis formate spiritus dñi ferebatur super aquas. Sic ꝛ in pmo tpe nature cōdite spiritus hoīs: qui significatꝰ p spiritum dei: quia a deo creatur: fertur super aquas: qꝛ vt dicitur primo methaphisice naturaliter desiderat scire: ꝛ appetit scientiam que aquarū noīe designatur dicēte Salomone prouer. 5. In plateis aquas tuas diuide. s. scientiam tuam doce publice predicādo. ¶ Et sicut in primo die facta est lux. Sic in tēpore nature condite facta est lux rōnis naturalis in homine: que est quedā impressio siue imago diuini luminis in nobis dicente. ps. Signatū est super nos lumē vultus tui domine. ¶ Et sicut in primo die diuisit lucē a tenebris appellauitq lucez diem ꝛ tenebras noctem. Sic in isto tēpore figurali primo sciētia ꝛ cognitio dicuntur lux. Ignorantia vero tenebra: ꝛ abinuicē separantur: qꝛ simul stare non possunt. ¶ Et sicut in pmo tēpore originali fecit deus celuz ꝛ terraz: que sunt due ptes extreme mundi maioris: ex quibus constituitur maior mundus. Sic in isto primo tēpore figurali fecit deus celum ꝛ terram. i. spiritū ꝛ corpus ex quibus cōstituitur mūdus minor: qui est homo. ¶ Et sicut in primo tēpore originali factuz est vespere ꝛ mane dies vnus. Sic in isto primo tēpore figurali facta ē caro humana qsi vespere: ꝛ anima qsi mane. Ex quibꝰ vnitis factus est homo vnus. s. Adam: ꝛ humana natura vna ꝛ singularis ad trinitatis ꝛ diuine vnitatis imaginem. ¶ Per istū ergo radiuz fidei instructe vis rōnalis cognoscit ea que facta sunt in tēpore nature condite qd durat ab Adā vsq ad Noe ꝛ corrñdet tēpori lucis formate: siue pme diei.

¶ 2. est tempus purgande culpe. Qd durauit a Noe vsq ad Abraā: In quo fuerunt vndecim generationes: ꝛ vndecim patriarche nobilissimi: vz Noe: Sem: Arphaxat: Chaynā: Sabe: Heber: phaleth: Ragau siue Reu: Saruch: Nachor: Thare. ¶ In isto tpe fuit illud mirabile: Qꝛ Noe inuentus est iustus coram deo ꝛ fecit illā archā mirabilem: ꝛ saluauit genus humanū: ꝛ deus fecit pactuz cū eo vt nō amplius deleret mundum per diluuiū: ponens archū suū in nubibus celi Gen. 9. vnde Eccli. 44. Noe inuētus est pfectus: iustus: ꝛ in tēpore iracūdie factꝰ est recōciliatio: Ideo dimissuz est reliquū terre: ꝛ factū est diluuiū: testamēta seculi posita sunt apud illum: ne deleri possit diluuio oīs terra. ¶ Hoc tēpus purgande culpe: qd fuit sub Noe: qū deus p diluuiū aquas purgauit peccatū carnis: quod corruperat omnē terraz: corrñdet secunde diei: siue tēpori aque diuise. ¶ Nā sicut deus secūda die diuisit aquas ab aquis: vz aq̄s supiores: que erant sup firmamētū ab aquis īferioribus: que erant sub firmamento: tamen super terram. Sic in isto secundo tēpore purgande culpe: quādo deus voluit peccatū carnis (qd corruperat vniuersum) purgare diuisit aquas in superiores ꝛ inferiores: Aque īferiores que erant sub firmamēto ꝛ sup terram fuerunt aque ille materiales diluuij: que irruerunt super terram. i. super corpora terrena illorum carnaliuz: ꝛ necauerunt ꝛ interfecerunt ea: sꝫ iste aque materiales erant sub firmamento: non supra: quia non poterant interficere animam. Aque vero superiores que erant sup firmamētū: fuerunt tribulatiōes ꝛ angustie: que affligebant ꝛ cruciabant

aïas illoꝝ carnaliũ in diluuio pereũtiũ: qꝛ non tñ affligebantur in corpore ab aquis mãlibus: sed ẽt in aïa ab aquis spũalibus. s. tribulationib⁹ ꝛ angustijs qꝛ ꝛ corpore ꝛ aïa peccauerãt: et sic de⁹ diuisit aquas ab aquis: ꝛ in medio ipsarum posuit firmamẽtũ: qđ vocauit celum. Quia ĩ medio istarũ aquarũ posuit animã: que dr̃ celum rõne celestis originis ꝛ sublimis nature. Diuisit ẽt aquas superiores ab inferioribus: qꝛ in purgãdo culpã vniuersalẽ per diluuiũ: infudit aquas supiores: ꝛ extendit sup firmamentuꝫ: qñ in pñti vita cruciauit ꝛ afflixit animas peccatorũ per tribulationes ꝛ angustias diluuij ꝛ aquaruꝫ. De quibus aquis dicit ps. Saluuꝫ me fac deus qm̃ intrauerunt aque. i. tribulationes vsqꝫ ad aïam meam. s. in pñti vita. Diuisit ẽt aquas inferiores a superioribus: qñ in inferno cruciauit aïas illorũ aquis tribulationũ: ꝛ angustiarũ sempiternarũ. De quib⁹ aquis dic̃ Job 24. Transiet ab aquis niuiũ ad calorem nimiũ. ¶ Et sicut deus die secũda fecit firmamentũ inter aquas inferiores ꝛ supiores: qđ prohibet superiores deorsuꝫ fluere: sic isto tẽpore purgande culpe deus fecit pactũ firmũ cũ Noe: ꝛ filijs eius: qđ non amplius plueret aq̃s ad delendũ oẽm terrã per diluuiuꝫ sicut fecerat. Et in signũ hui⁹ pacti firmi posuit arcũ suũ in nubibus celi: quasi mediũ inter deũ ꝛ hoïes: vñ dicit̃ Geñ. 9. Arcũ meũ ponaꝫ in nubibus celi: ꝛ erit signũ federis inter me ꝛ iter terrã. cũqꝫ obduxero nubibus celum apparebit arcus meus in nubibus: ꝛ recordabor federis mei: ꝛ nõ erunt aque diluuij ad delendaꝫ vniuersaꝫ carneꝫ. Et sic patet quõ tempus purgande culpe correspondet tempori aque diuise ꝛ diei secunde.

¶ 3. est tempus gentis electe. Qđ durauit ab abraã vsqꝫ ad moisen in quo fuerunt octo generatiões: ꝛ octo nobilissimi patriarche vꝫ Abraã: Ysaac: Jacob: Judas Phares: Esron: Arã: ꝛ Aminadab. ¶ In isto tẽpore facta sunt mirabilia ꝙ plurima circa abraã: ysaac ꝛ iacob: ꝛ ioseph. sic̃ apparet ĩ geñ. a. c. 12. vsqꝫ ad finẽ: et istud vocatur tẽpus gẽtis electe qꝛ deus oïpotẽs ex oïbus mũdi nationibus elegit vnã genteꝫ hebreoruꝫ: quã fecit sibi peculiarẽ. et ex illa gẽte elegit vnã familiã. ex illa familia elegit vnũ virũ: qui eẽt princeps: ꝛ pater illius cõgregationis: ꝛ sic elegit abraã: nõ loth: ysaac ñ ysmael: iacob: nõ esau: ꝛ iudam de quo natus est christus: nõ fratres eius. ¶ Et istud tempus corñdet diei tertie: siue tempori terre fecũdate. Nã sicut deus die tertia separauit: ꝛ segregauit aquas in locũ vnũ: ꝛ fecit apparere aridam. et congregationes aquarum appellauit maria. et vocauit aridã terram: Sic in isto tertio tẽpore gentis electe: segregauit ꝛ separauit populos infideles: qui ꝓpter instabilitatem quã habẽt in vita pñti: ꝛ amaritudinẽ quã incurrent in vita futura per aquas designantur. vñ Apo. 17. Aquas quas vidisti vbi meretrix sedet: populi sunt ꝛ gentes ꝛ lingue: et fecit apparere aridã i. Ecclesiã suam siue congregationem fideliuꝫ: que arida vocatur propter austeritatem abstinentie ꝛ penitẽtie: quia tota ecclesia militans in vita presenti laborat in penitẽtia. Et sicut congregationem infideliũ appellauit maria propter instabilitateꝫ ysa. 57. Impij autẽ quasi mare feruens: quod quiescere non potest. Sic congregationem bonorum vocauit terram propter stabilitatem: quia terra in eternum stat: ꝛ ecclesia dei non deficiet dicente ad petrum ipsa veritas

te. Ego rogaui pro te: vt non deficiat fides tua. Et ideo congrue ecclesia dei vocatur terra. ¶ Et sicut die tertia ex diuino mandato terra germinauit herbam virentem: lignumque pomiferum faciens fructum iuxta genus suum. Sic isto tertio tempore ecclesia dei: quasi terra fecunda germinare cepit et produxit abraam: qui fuit quasi radix: deinde ysaac: deinde iacob: post .12. patriarchas: et consequenter .12. tribus: qui omnes quasi ligna pomifera fructificauerunt iuxta genus suum. Nam eorum vnus protulit fructus misericordie: et pietatis sicut abraam: Alius contemplationis: sicut ysaac: qui in agro semotus a turba contemplabatur: alius opera mansuetudinis et patientie: sicut iacob: qui fratris persecutionem patienter sustinuit. Alius fructus continentie et castitatis: sicut ioseph: qui adulterari noluit. Et sic vnusquisque fructificauit in genere suo. ¶ Et sicut die tertia ex diuino mandato terra germinans produxit herbam virentem: ligna pomifera. Et tribulos et spinas secundum doctores: licet scriptura de hoc non loquatur in die tertia. Sic isto tertio tempore ecclesia dei electa produxit infirmos in iustitia: et debiles quasi herbam virentem: produxit etiam fortes et perfectos in iustitia: quasi ligna pomifera et fructifera: produxit etiam malos et peccatores: quasi spinas et tribulos: bonos pungentes et lacerantes. Et quia peccatores pro nihilo reputantur a sacra scriptura: in descriptione operis tertie diei non exprimuntur. Et sic patet correspondentia huius tertij temporis ad tertiam diem.

¶ 4. est tempus legis statute: quod durauit a Moise vsque ad samuelem: qui vnxit primum regem reprobum saul: et primum regem electum dauid. ¶ In quo fuerunt quinque generationes: et quinque nobilissimi patriarche videlicet Nason: Salmon: boos: obeth: et yesse pater dauid. ¶ In hoc etiam tempore fuerunt quindecim principes populum israel iudicantes videlicet moises: iosue: octoniel: aioth: sangar: barach: gedeon: abimelech: thola: iair: iepte: abessan: abialon: abdon: et sampson. In quo tempore fuerunt mirabilia multa sub moise in deserto sub iosue: gedeon: et sampson in terra promissionis. ¶ Istud tempus correspondet diei quarte: siue tempori lucis syderee. ¶ Nam sicut deus die quarto fecit luminare maius. scilicet solem vt preesset diei: et posuit illum in celo. Sic in isto quarto tempore fecit precepta cerimonialia secundum ritum colendi deum: et posuit illa in celo. id est in sacra scriptura. Et ista precepta sunt luminare maius: quod preest diei: quia ista precepta respiciunt deum: qui est lux vera in quo tenebre non sunt vlle. ¶ Sicut etiam die quarto fecit luminare minus: vt preesset nocti. Sic iste quarto tempore fecit precepta moralia: quasi luminare minus: quod est luna: quia talia precepta respiciunt hominem: in quo tenebre vitiorum sunt multe. Et sicut luna preest nocti ad illuminandum eam: sic precepta moralia sunt ad illuminandum hominem tenebrosum et ad expellendas tenebras vitiorum. ¶ Sicut etiam die quarto deus fecit stellas: et posuit in firmamento: vt lucerent super terram: sic isto quarto tempore fecit precepta iudicialia: et posuit in sacra scriptura: quasi stellas: vt lucerent super terram. id est super humanam naturam ad illuminandum eam et fecundandum per sensus misticos: et spirituales illuminationes: ac radios spirituales et anagogicos. ¶ Posuit autem deus precepta cerimonialia: moralia atque iudicialia in sacra scriptura: quasi solem: lunam et stellas in celo et firmamento

to. ¶ 4° vt diuidant diem ac noctem .i. testamentū nouū et vetus: quia vet⁹ erat tenebrosum in figuris ac enigmatibus: quia tenebrosa aqua in nubibus aeris .i. occulta scientia in prophetis. Nouum autem clarum et lucidum: quia lux venit in mundum. Et ideo dicit paulus nox precessit dies autem appropinquauit. ¶ 2. vt sint in signa: vz. benedictionis et maledictionis: Sicut enim sol: luna et stelle posite sunt in celo: vt sint in signa future serenitatis et tempestatis: fertilitatis et sterilitatis: sanitatis et infirmitatis. Sic ista tria genera preceptorū posita sunt in scriptura: quasi in celo et firmamento: vt sint in signa future benedictionis et maledictionis: saluationis et damnationis: glorie et pene: benedictionis obseruantibus ea: maledictionis transgredientibus ea. Qd sint in signa patet deut. 6. Ubi dicitur hec sunt precepta et cerimonie atq3 iudicia que mandauit dn̄s deus: eruntq3 verba hec in corde tuo et ligabis ea quasi signum in manu tua. Qd sint in signa maledictionis non obseruantibus: et benedictionis obseruātibus patet deut. 28. Si audieris inquit moises vocem domini dei tui: vt facias et custodias omnia mandata eius: venient super te omnes benedictiones iste. Quod si audire nolueris vocem domini dei tui: vt custodias omnia mādata eius: venient super te omnes maledictiones iste: et apprehendent te. ¶ Et sicut in die quarto posita sunt luminaria in celo: vt sint in dies: ānos: et tempora. Sic in isto quarto tempore posita sunt ista tria genera preceptorum in scriptura. Quedam vt sint in dies: sicut preceptum de obseruatione sabbati: quod respiciebat et obligabat quolibz septimo die ebdomade: Quedam vt sint in menses: sicut preceptum neomenie: quod respiciebat principium cuiuslibet mensis: Quedam in annos sicut preceptum pasche: quod obligabat semel in āno: Quedam in tēpora diuersa: sicut erat preceptum iubilei: precepta purificationum: precepta redimendi possessiones: dimittendi seruos liberos et huiusmodi: que diuersa tempora respiciebant. Et sic patet mirabilis correspondentia huius quarti tēporis ad diem quartam vz tēpus legis statute ad tp̄s lucis syderee.

¶ 5. tempus est regalis glorie: quod durauit a dauid vsq3 ad ezechiam siue ad manassem. ¶ In quo tempore fuerunt quatuordecim nobilissimi reges: vz dauid: salomon: roboam: abia: asa: iosaphat: ioram: ochozias: ioas: amasias ozias: ioathan: achaz: ezechias: ex quibus descendit rex regum et dominus dominantium xp̄s iesus. ¶ In hoc tēpore regalis glorie fuit illud mirabile: q2 sub ezechia dies vnus habuit triginta duas horas p solis reuersionem: sicut habet ysaie. 38. ¶ Hoc tēpus corrn̄det diei quinte: siue tpi vite motiue. ¶ Nā sicut die quinto deus creauit animalia habentia vitam: et quedam produxit repentia in aquis: et commorantia in infimis. Quedam vero volatilia: et per volatum ascendentia ad summa. Sic isto tempore quinto fecit deus in sua ecclesia regiam dignitatem: quasi volatilia ascendentia in sublime: et populos regibus subiectos: quasi reptilia in infimis et subiectis cōmorātia. ¶ Et sicut die quinta p̄cepit volatilibus et reptilib⁹ maris: vt crescerent et multiplicarent. Sic isto tempore quinto p̄cepit edificari sibi tēplū dicēs dauid. Filius tu⁹ qui vēturus est post te: ipse edificabit mihi templum. Et sic tempus vite motiue originale et seminarium fuit temporis

regalis glorie. Et sic patet eorum adinuicem correspondentia.

¶ 6. est tempus vocis prophetice. Quod durauit ab ozia leproso large loquendo: siue ab ezechia stricte loquendo: vsque ad zorobabel. ¶ In quo fuerunt sexdecim nobilissimi prophete: videlicet ysaias: ieremias: ezechiel: daniel: osee: iohel: amos: abdias: ionas: micheas: Naum: abacuch: sophonias: aggeus: zacharias: et malachias. ¶ In quo tempore facta sunt plura mirabilia: sicut patet de occisione exercitus senacherib: in quo in vna nocte occisi sunt ab angelo centum octogintaquinque hominum milia: et de missione danielis in lacum leonum: de missione trium puerorum in fornacem ignis ardentis et eorum mirabili liberatione. ¶ In isto tempore sexto fuerunt nobilissimi reges et principes duodecim: videlicet ozias: ioathan: achaz: ezechias: manasses: amon: iosias: ioachaz: ioachim: ioachin: sedechias salatiel. ¶ Et istud sextum tempus vocis prophetice correspondet diei sexte: siue tempori humane forme. ¶ Nam sicut die sexto deus fecit hominem statura ac facie ad celum eleuata: cum tamen prius fecisset alia statura ac facie ad terram declinata. Sic isto tempore sexto deus mirabiliter eleuauit ad celum mentes prophetarum ad celestia contemplanda: sicut patet de ysaia: qui vidit dominum sedentem super solium excelsum et eleuatum: ysa. 6. Et de ezechiele qui vidit celos apertos: et mirabiles dei visiones ezech. 1. Et de daniele: qui vidit antiquum dierum sedere: et tronos positos ad iudicium faciendum et milia milium angelorum ministrantium deo: et decies centena milia assistentium ei. Dan. 7. ¶ Et sicut die sexto factus est homo ad imaginem et similitudinem dei: sic isto tempore sexto facti sunt homines deo similes in predicendo et pronuntiando futura: quod est proprium dei. Nam ysaias pronuntiauit christi incarnationem et natiuitatem dicens ysa. 7. Ecce virgo concipiet et pariet filium. Jeremias prenuntiauit passionem dicens. Tre. 3. Dabit percutientibus se maxillam: saturabitur opprobrijs: Ezechias ascensionem prefigurauit dicens ezech. 17. Aquila grandis magnarum alarum: longo membrorum ductu: plena plumis venit in libanum etc. Daniel aduentum ad iudicium dicens Dan. 7. Troni positi sunt: antiquus dierum sedit: iudicium sedit et libri aperti sunt. ¶ Et sicut die sexto deus condit mirabilem scientiam homini: sic isto tempore sexto deus dedit mirabiles illuminationes prophetis ad cognoscenda diuina misteria. ¶ Et sicut die sexto cepit homo loqui: et imponere nomina rebus: Sic isto sexto tempore ceperunt prophete abundantius loqui de messia futuro. et cum varijs rationibus nominare: sicut patet per ysaiam dicentem ysa. 9. paruulus natus est nobis: et filius datus est nobis et vocabitur nomen eius admirabilis: consiliarius: deus fortis: pater futuri seculi: princeps pacis: multiplicabitur eius imperium: et pacis non erit finis. Et sic patet quomodo istud sextum tempus vocis prophetice correspondet diei sexte siue tempori humane forme.

¶ 7. est tempus quietis medie: Quod durauit a zorobabel exclusiue: et a filio eius abiud inclusiue vsque ad christum. In quo tempore fuerunt viri nobilissimi de stirpe dauid vndecim: videlicet zorobabel: abiud: eliachim: azor: sadoch: achim: eliud: eleazar: mathan: iacob: et ioseph vir marie virginis. ¶ Istud tempus quietis medie correspondet diei septime: siue tempori quietis prime. ¶ Nam sicut in die septimo deus quieuit ab omni opere quod patrarat: Sic isto tempore septimo figurali fuit magna quies in vniuerso. ¶ Nam primo quieuerunt scriptores diuini: quia

ab abiud filio zorobabel vsqз ad ioseph nulla hystoria in biblia reperitur: sicut dicit Nicolaus de lyra super mattheuз ca.i. ¶ 2. quieuerũt prophete: qui tacuerunt ⁊ nihil scripserunt in hoc tempore septimo. ¶ 3. quieuit mundus a prelijs. nam isto tempore fuit maxima pax ⁊ quies in vniuerso: vnde et templum Rome per. xij. annos clausuз fuit ante christi aduentum. quod tempore belli semper apertum fuit: et tempore pacis clausum: vnde ⁊ eius porte ruinose facte sunt. ¶ De isto tempore quietis medie dicit sapiens. Sap. 18. Cum enim quietum silentium continerent omnia: ⁊ nox in suo cursu medium iter haberet: omnipotẽs sermo tuus domine exiliens de celo a regalibus sedibus venit: Tunc enim quietum silentium omnia continuerunt: cum scriptores diuini nihil scripserunt. Tunc fuit silentium medium inter primam quietem ⁊ vltimã: quando prophete tacuerunt ⁊ nihil scripserunt. Tunc nox fuit in suo cursu: qꝛ ydolatria tenebrosa tunc vigebat in sũmo per totum vniuersum: et tunc filius dei descendit de celo. Et ideo sicut in die septimo fuit magna quies: quia deus ab omni opere suo cessauit: sic isto tempore septimo fuit magna quies: qꝛ cessauit mundus a prelijs: ⁊ prophete a prophetijs. Et sic patet mirabilis correspondentia septem primorum dierum originalium ad ista septeз tempora figuralia. Sicut enim septem primi dies fuerunt originalia ⁊ seminaria respectu septem temporum sequentium ⁊ figuralium: sic ista septem tempora sunt figuratiua septem gratiosorum temporum subsequentium in nouo testamẽto. Et ideo anima contemplatiua debet per hec scripture cacumina deambulare: donec ascendat ad montem domini ⁊ ad domum dei iacob.

¶ De septem radijs fidei instructe circa septem tempora gratiosa. Cap. 50.

Venite ascendamus ad monteз domini ⁊ ad domum dei iacob. postqз vis rationalis radio fidei subleuata per septem originalia ⁊ per septeз figuralia tempora discurrit: debet subsequenter per septem tempora gratiosa transire. Que originaliter in septem primis diebus: ⁊ figuraliter in septem predictis temporibus presignata fuerunt. Dicuntur autem tẽpora gratiosa: quia fuerunt in lege gratie ⁊ in testamento nouo: sicut figuralia in testamento veteri: quibus omnia cõtingebant in figura. ¶ Habent autem hec tempora gratiosa mirabilem correspondentiam ad tempora originalia: ⁊ etiam ad tempora figuralia: sicut originatum ad suam originem ⁊ figuratum ad suam figuram.

¶ Pᵐ tempus gratiosum est tempus collate gratie. Hoc tempus incepit a christi natiuitate ⁊ durauit vsqз ad clementem papam. In quo tempore fuerunt tres nobilissimi pontifices: videlicet petrus qui fuit in pontificatu annis viginti quinqз: linus: qui annis vndecim: cletus qui annis nouem. Et a christi natiuitate vsqз pontificatum clemẽtis fuerunt circa octuaginta anni. ¶ Hoc tempus correspondet prime diei ⁊ primo tẽpori figurali. ¶ Nam sicut in prima die facta est lux corporalis: quando dixit deus. Fiat lux ⁊ facta est lux. ¶ Sic in primo tempore figurali facta est lux spiritualis scilicet anima rationalis lucida per intellectum ⁊ scientiam: quãdo dixit deus. Faciamus hominem ad ima-

ginem et similitudinem nostram Gen. p. ¶ Sic isto primo tempore collate gratie orta est lux diurnalis siue gratuita: quando verbum diuinum: quod est lux vera nascens: apparuit in carne. De qua luce dicit ysa. 9. Populus qui habitabat in tenebris uidit lucem magnam: habitantibus in regione vmbre mortis lux orta est eis. ¶ Maxime autem tempus gratiosum habet conformitatem et correspondentiam cum tempore figurali quod prefigurauit et presignauit illud: sicut patet discurrendo per singula que facta fuerunt in vtrisque temporibus. ¶ Primo in tempore figurali primo vz in tempore nature condite formatus est homo de terra nundum maledicta: que nundum sanguinem susceperat et hoc in sexta feria vt preesset volatilibus celi et piscibus maris: Sic primo tempore gratioso vz in tempore collate gratie formatus est christus sexta mundi etate de virgine que est terra nunquam maledicta: que nunquam sanguinem peccati suscepit: vt preesset omnibus animantibus et hominibus: dicente psalmista de ipso. Omnia subiecisti sub pedibus eius oues et boues vniuersas: insuper et pecora campi. Volucres celi et pisces maris: qui perambulant semitas maris. ¶ 2. in tempore nature condite fuit homo positus in paradiso in quo omnia erant communia. In quo erat lignum vite de quo licebat edere: et lignum scientie quod licebat videre sed non licebat comedere quia mors comedentibus iminebat: Fuit temptatus de gula cum dictum ei fuit Gen. 3. Cur precepit vobis deus vt non comederetis ex omni ligno paradisi: De superbia: cum dictum est ei Gen. 3. Eritis sicut dii. De auaritia cum dictum est ei: Gen. 3. Scientes bonum et malum: Sic tempore collate gratie positus est christus in medio ecclesie quasi in medio paradisi: quia ipse dicit discipulis. Ego autem in medio vestri sum sicut qui ministrat. In qua ecclesia erant omnia communia sicut in paradiso. Act. 2. Omnes etiam qui credebant erant pariter et habebant omnia communia. In hac ecclesia quasi in paradiso erat fides christi quasi lignum vite: quia iustus ex fide viuit et de isto ligno licebat edere. Erat etiam lignum scientie vz lex vetus: que est in ecclesia ad videndum et legendum: non autem ad vescendum vel gustandum. Unde de tali ligno scientie non licet manducare quia destrueretur quicquid christus fecit: et necesse esset mortem subintrare: quia littera occidit. ¶ Fuit etiam christus in ecclesia temptatus a diabolo tripliciter sicut patet math. 4. Primo de gula cum diabolus dixit: si filius dei es dic vt lapides isti panes fiant. 2° de superbia siue vana gloria cum dixit. Si filius dei es mitte te deorsum. 3° de auaritia cum diabolus dixit. Hec omnia tibi dabo si cadens in terram adoraueris me. ¶ Sed Eua respondens diabolo false allegauit scripturam siue mandatum dei dupliciter. Primo cum dixit precepit nobis deus ne comederemus et ne tangeremus illud. Et tamen deus solum preceperat ne comederent: non autem preceperat ne tangerent. 2° cum dixit ne forte moriamur. Et illud forte fuit de suo: quia deus dixerat affirmatiue: In quacunque hora comederis morte morieris. Et quia false allegauit: superata est a diabolo. Christus autem opposito modo recte allegando scripturam: ipsum demonem superauit. Nec potest conformari primo parenti in transgressione quia peccare non poterat propter hypostaticam vnionem ad verbum. ¶ 3. in tempore nature condite fuit aliud

❡ 2. Intra hominē p inscriptionem siue impressionē qꝛ diuina scientia cordi humano ē inserta inscripta ꝛ nāliter ipressa. ❡ Uñ scribit Ezech. x. Sume igneꝫ de medio rotarū que sunt inter cherubin. Rote sūt inter cherubin qꝛ scriptura diuina i medio cordis humani ē impressa. Jere. 3i. Post dies illos dic dn̄s dabo legem meā in visceribus eorū: ꝛ i corde eorū scribam eaꝫ: ꝛ ero eis i deuꝫ ꝛ ipsi erūt mihi in populū: ꝛ paulus ad Ro. x. Prope est verbum in ore tuo ꝛ in corde tuo. Hoc est ṽbū fidei qd̄ p̄dicamus ꝛc̄. ꝛ ad Hebre. 8. Post dies illos dicit dominus dabo leges meas in mentem eorum: ꝛ in corda eoruꝫ superscribam eas. Et nō docebit vnusquisqꝫ ꝓximū suū ꝛ vnusquisqꝫ frēꝫ suū dicēs cog̃sce dn̄m: qm̄ oēs sciēt me a minore vsqꝫ ad maiorē. ❡ Ex quibus pꝫ quō dīna scriptura est intra hoīeꝫ p impressionē: ꝛ hoc intellige quantum ad legem naturalē que nāliter hoī est īserta: ex q̄ extracta est lex diuina ẜm theologorum sententiam. Uel quantum ad nouum testamentū qd̄ non fuit scriptū in pellibus vel tabulis materialibus sicut lex Moisi: sed in cordibus hominum maxime qn̄ spiritus sanctus sup credentes descendit ꝛ in coruꝫ cordib9 descripsit legē nouā.

¶ 3. Iuxta hominē per facilitatem ad ipsius impletionem. ¶ Unde dr̄ Ezech. x. Et vidi ⁊ ecce quattuor rote iuxta cherubin. Rota vna iuxta cherub vnum ⁊ rota alia iuxta cherub vnum. ¶ Rote sunt iuxta cherubin: quia scientia diuina nō est improportionata itellectui humano quo ad credulitatem: nec ori eius quo ad confessionem: nec manui eius q̄ ad executionem: ⁊ ideo clamat deus dicens: Deut. 30. Mādatum hoc qđ ego precipio tibi hodie non supra te est: neq̧ procul positum: nec in celo positum vt possis dicere: Quis nostrū valet ad celum ascendere vt deferat illđ ad nos: vt audiamus atq̧ opere compleamus: Neq̧ trāsmare positū vt causeris ⁊ dicas. Quis e nobis poterit mare transfretare ⁊ illud ad nos vsq̧ defferre: vt possimus audire ⁊ facere quod preceptum est. Sed iuxta te est sermo valde in ore tuo. s. ad confitendum: ⁊ in corde tuo. s. ad credendum: vt facias illum. s. in effectum. Et ideo diuina scriptura est iuxta hominem quantum ad eius impletionem ⁊ facilitatem: quia Rote erāt iuxta cherubin.

¶ 4. Cum hoīe stante in iustitia ipsa scriptura stat. ¶ Unde scribitur Ezech. j. Et cum stantib⁹. s. aīalibus stabāt. s. Rote: ⁊ Ezech. x. Stantibus illis stabant. ¶ Moraliter hoīes stant qn̄ a terrenis eleuati amore celestiū per iustitiam eriguntur. Sed diuina scriptura cū stātibus stat: qn̄ uiris iustis preconia laudis impendit: qn̄ iustitias cōmēdat: qn̄ terrena contēnenda demonstrat: qn̄ ad celestia currendū cum persuadet. ¶ Un̄ scribitur. Exo. vlt. Si pendebat desup nubes manebant filij israel in eodem loco. ¶ Nubes ista ducens filios israel ē egypto ad terram promissionis sunt ꝓphete atq̧ scriptores sacre scripture qui volant vt nubes ⁊ sunt pleni aqua profundissima diuine sapie dicente ꝓpheta in ps. 17. Tenebrosa aqua ī nubibus aeris idest obscura sciētia in ꝓphetis. Cum istis nubib⁹ stātib⁹ vz a terrenis elōgatis ⁊ ad celestia subleuatis homines stant: qn̄ ad ipsorum doctrinā a terrenis desiderijs surgunt: ⁊ cū desiderijs spūalibus ad celestia subleuant̄: ⁊ ideo cum hoībus stantibus Rote simul stant. Ezech. x. Stantibus illis stabant. Hō stat cum celestia cōtemplando desiderat. Scriptura sil'r stat q2 celestia ⁊ contēplanda ⁊ appetenda ꝑsuadet demōstrat ⁊ manifestat.

¶ 5. Cum hoīe ambulante scriptura diuina ambulat. ¶ Un̄ scribitur Ezech. j. Cūq̧ ambularent aīalia ambulabant pariter ⁊ rote iuxta ea. Cum euntibus ibant ⁊c̄. ¶ Hō spūaliter ambulat cum de virtute in virtutē ambulando ꝓficit iuxta illud ps. 83. Ibūt de virtute in virtutem: sed cū hoīe sic ambulante scriptura ambulat: q2 ad gradiendū de virtute in virtutem ⁊ de bono in melius sp exhortatur dicēs ꝓuer. 4. Iustorū semita quasi lux splendens procedit ⁊ crescit vsq̧ ad perfectam diem. ¶ Un̄ in huius figuram legitur Exo. vlti. Si qn̄ nubes tabernaculū deserebat ꝓficiscebantur filij israel ꝑ turmas suas. Nubes ꝓficiscitur qn̄ scriptura ad ꝓficiendum exhortat̄. Filij israel nubē sequūtur qn̄ ad scripture exhortationē: ē virtute in virtutē ꝓficiendo ad terram promissionis appropinquāt. Sic ergo rote cum aīalibus ambulant q2 diuine scripture cum hoīe proficiente: exhortando proficiunt: ⁊ iō merito dicitur Ezech. x. Cūq̧ ambularent cherubin ibant pariter ⁊ rote iuxta ea.

¶ 6. Cum hoīe se eleuante scriptura diuina eleuatur. ¶ Unde scribit̄ Ezech. j.

Cum eleuarētur animalia de terra: eleuabanī simul ꝛ rote. ¶ Moraliter hō a terra eleuatur: qñ terrenis cogitationibus ac desiderijs calcatis: ad sola celestia ꝛ eterna cogitāda cōtēplāda ac desiderāda p mētis deuotionē eleuatur. A terra eleuatur qñ oīa corporalia pui pendēs ad sola spiritualia anhellat. A terra eleuatur qñ oīa creata transcendens: in solius creatoris cōtēplatione ꝛ delectatione requiescit. ¶ Sed cū hoīe sic eleuato eleuantur ꝛ rote: qꝛ diuina scriptura homini proficiēti semp maiora ꝓponit. Cū hoīe sic eleuato diuina scriptura eleuatur: qꝛ ad talem eleuationem exhortatur dicens in figura Josue. 2. Ad montana conscendite. Cum homine eleuato eleuatur: quia viris spiritualibus clamat ad Collo. 3. Si consurrexistis cū christo que sursum sūt querite, vbi christus est in dextera dei sedens: que sursum sunt sapite non que sup terrā. ¶ Vñ in figura hui⁹ dicitur Ezech. x. Cum eleuarent cherubin alas suas vt exaltarentur de terra nō residebant rote sed ipse iuxta erāt Stantib⁹ illis stabāt ꝛ cū eleuatis eleuabanī. Cū eleuatur homo ad dei cōtēplationē eleuatur cū eo scriptura per ipsius dei cōtēplationis persuasionem.

¶ 7. Cum hoīe egrediēte diuina scriptura egredit. ¶ Vñ scribit Ezech. x. Et illis egrediētib⁹. s. cherubin siue aīalibus: rote quoqꝫ subsecute sūt. ¶ Moraliter hō egredit qñ relicta creatoris cōtēplatiōe: ad rerū sensibiliū cōtēplationē q̄si a secreto ad publicū egredit. Homo spūalis egreditur qñ ad tēpus aīe sue ꝯtemplatione suspensa: ad corporalia cōsiderāda q̄si a secreto ad publicum ꝓcedit. ¶ Sꝫ cū sic egrediēte: diuina scriptura egredit qꝛ ista corporalia cōtemplanda proponit vꝫ celos: elemēta: luminaria celi: arbores terre: flumina: maria: animalia dicēs illud Job. 12. Interroga iumenta ꝛ docebūt te volatilia celi ꝛ indicabūt tibi Loquere terre ꝛ rñdebit ꝛ narrabunt pisces maris ꝛ Ecci. 43. Uide arcum ꝛ benedic eū qui fecit illum. Cum hoīe egrediente egreditur qñ ad consideratione rerum creataꝝ īducit dicēs Sap. 13. A magnitudine. n. speciei ꝛ creature cognoscibiliter poterit creator horū videri. Cū homine egrediente egreditur: qñ ista exteriora sensibilia docet eē scalas ad inuisibilium cōtēplationē dicēs illud aplī ad Ro. j. Inuisibilia. n. dei a creatura mūdi per ea que facta sunt intellecta cōspiciuntur: sempiterna q̄qꝫ virtus eius ꝛ diuinitas: ꝛ ideo merito dr̄ Ezech. x. Et illis egredientib⁹ rote quoqꝫ secute sūt. ¶ Ad istaꝫ egressionē sponsus sponsaꝫ hortabaī dicēs ei Can. j. Si ignoras te O pulcherrima inter mulieres egredere ꝛ abi post vestigia gregum tuoꝝ. Et sic pꝫ mirabilis cōparatio Rotaꝝ ꝛ aīaliū: diuine scripture ꝛ viroꝝ cōtēplatiuorū: ꝛ iō cōgrue dicitur Ezech. j. Cūqꝫ ambularent aīalia ābulabant pariter ꝛ rote: Et cū eleuarentur aīalia de terra eleuabantur simul ꝛ rote. Cū euntib⁹ ibāt: ꝛ cū stātib⁹ stabant ꝛ cū eleuatis a terra pariter eleuabāī ꝛ rote sequētes ea: qꝛ spūs vite erat in rotis.

¶ De septē mirabilibus aīaliū ꝛ rotarū contemplatiuorū ac sacre scripture cōparationibus. Cap. 102.

Venite ascendamus ad montē dñi ꝛ docebit nos vias suas. ¶ Nulla ē doctrina nulla sciētia q̄ humane īfirmitati tā diligenter subueniat: ꝓuideat ac administret sicut dīna scriptura: q̄ oī

bus moribus: oibus statib⁹: oibus eta tib⁹ mirabil'r se cōformat. ¶ Naz pueros pueriliter: iuuenes iuuenilit': viros viriliter: seniliter senes: muliebrit' mulieres: sapiēt' sapiētes: ⁊ ignorāter ignorātes istruit: tribuēs vnicuiqʒ cōueniētia ⁊ ɔsentanea documēta ƀʒ mores: etates: cōditiōes ⁊ stat⁹ oiuz. ¶ Vñ in figura dr̃ Ezech.x. Et vidi ⁊ ecce q̃ttuor rote iuxta cherubin. Rota vna iuxta cherub vnū ⁊ rota alia iuxta cherub vnuz. ¶ Cherub vnus est animal vnuz de p̄dictis quattuor: puta aial simile homini. Iuxta istud est vna rota habēs facie quattuor vʒ sensus litteralis scripture: qui habet hystoriam: Sapientiam: ꝓphetiā: ⁊ legē quasi quattuor facies. ¶ Cherub alius est Leo qui hʒ iuxta se aliam rotaz vʒ sensuz scripture allegoricū: qui hʒ ipsaz scripturaz sacraz: ecclesiaz militantez: virginē Mariam: ⁊ christi humanitatē assūptaz q̃si q̃ttuor facies. ¶ Cherub tertius est Bos: qui hʒ iuxta se aliā rotaz habētez q̃ttuor facies vʒ Sensuz scripture moralez: qui habet spūalem pugnā: spūalē cathedrā: spūalez vitā ⁊ spūs sancti gratiā quasi quattuor facies. ¶ Cherub q̄rtus hʒ iuxta se aliā rotā cū q̃ttuor facieb⁹ vʒ sensuz scripture anagogicū: qui hʒ ecclesiā triūphantē: sublimitatē angelicā: exemplarez sapiam: ⁊ eternaz trinitatē quasi q̃ttuor facies ⁊ sic rote semp sunt iuxta aialia ⁊ ideo subditur. Cūq; ambularent aialia siue cherubin ibant pariter ⁊ rote iuxta ea. Et ideo videndum est q̄ūo sacra scriptura septē ꝑfectib⁹ ascēdit ƀm septē aialiū ꝑfect⁹ ⁊ ascēsus.

¶ p̄ diuina scriptura cū Iacentibus iacet. ¶ Nam ƀm qualitates hominū variatur ⁊ ipsa diuina scriptura in comparatione ad humanū affectum. ¶ Si.n. hō iaceat in fece peccatorū scriptura diuina sibi fetet. Unde manna fetebat filijs ysrael fetidis p peccatū ac dicētib⁹. Nū.xj. Anima nostra arida est: nihil aliud respiciūt oculi nr̃i nisi man. ¶ Si sit hō ɔtēptibilis ac vilis diuīa scriptura ē sibi vilis cōtēptibilis ac despicabilis ⁊ talibus dr̃ prouer.j. Despexistis oē cōsiliū meū ⁊ increpatiōes meas neglexistis. ¶ Si sit hō blasfemus: v̄ba diuina sibi videtur blasfematoria: ⁊ iō scribis pharisęis ⁊ p̄ncipibus sacerdotum qui erant blasfemi: christi verba blasfematoria videbantur vñ dicebāt math. 26. Blasfemauit quid adhuc egemus testibus ecce nunc audistis blasfemiaz. ¶ Si sit hō sensualis ⁊ animalis talis videtur sibi diuina scriptura: nec pcipere pōt eius spūalitatē dicēte paulo apostolo.j.ad Cor.2. Aialis hō nō percipit ea que sunt spiritus dei Stultitia enim est illi ⁊ nō pōt itelligere q2 spūalit' examinatur: ⁊ ꝓuer.18. Non recipit stult⁹ verba prudentie: nisi ea dixeris que versantur in corde eius ⁊ hoc modo diuina scriptura cuz lutuosis peccatoribus compata videtur lutuosa: cū stultis: stulta: cū sensualibus sensualis: ⁊ sic cū iacentibus iacet: q2 rote erant iuxta aialia ⁊ sequebantur ea.

¶ 2. Diuina scriptura Cū surgentib⁹ surgit. ¶ Si.n. homo velit a fece peccatorū surgere ⁊ ad deuz se conuertere scriptura diuina cuz ipso surgit: q2 ad conuertendū ⁊ surgenduz stimulat pariter ⁊ instruit: vnde clamat Iohel.2. Conuertimini ad dominum deum vestrum quia benignus ⁊ misericors est: patiēs ⁊ multe mie ⁊ p̄stabilis super malitia. ¶ Modum etiaz surgēdi ostendit qñ dicit in ps.118. In quo corrigit adolescētior viaz suam.s. malam incustodiendo sermones tuos. Et sic diuina scriptura cū homine surgente a culpa: ipsa quoq;

similiter surgit: modum resurgendi insinuando: et ad surgendum acerrime stimulando: quia scriptum est ad Hebre. 4. Uiuus est enim sermo dei et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti et pertingens vsq3 ad diuisionē spiritus et aie: et sic diuina scriptura hoi se conformat et sequitur dispositionem hois quasi Rote sequentes animalia.

¶ 3. Diuina scriptura. Cum incipientib⁹ incipit. ¶ Si.n. homo sit in via dei incipiēs et nouellus ac paruulus diuina scriptura cuz ipso incipit et nouella videtur ac paruula: et sequitur talem incipientē offerens ei librum prouerbiorum salomonis. In quo proponit regulas et documēta incipiētiū et puulorū dicēs prouer. j. Parabole salomonis filij Dauid regis israel ad sciēdū sapiaz et disciplinā: ad itelligēda vba prudentie vt detur paruulis astutia: et adolescēti sciētia et intellectus. Audi fili mi disciplinā patris tui et ne dimittas legez matris tue: vt addatur grā capiti tuo et torques collo tuo. ¶ Et qz in illo puerbiorū libro instruit icipiētes et paruulos quasi pueros: ideo ipsa talibus se cōformat et fit quasi paruula et incipiens et vtitur vbis paruulorū et incipientiū dicens totiens Audi fili mi: audi fili mi. Et hoc mō diuina scriptura sequitur mores hominū sicut rote sequebantur aialia et sic cum incipientibus incipit.

¶ 4. Diuina scriptura. Cuz proficientibus proficit. ¶ Si.n. hō postq̄ incepit bene agere velit in via dei proficere scriptura diuina cuz ipso proficit et dat illi cibuz solidiorez offerens librum Ecclesiastes. In quo dat regulas ac documēta proficientiuz: et sic inducit ad mundi contemptum ostendens oīa mundialia esse vanitatem quādam et oīa instabilia et nō permanētia dicens. Eccs. j. Uanitas vanitatum dixit Eccs. Uanitas vanitatum et omnia vanitas. Quid habet amplius hō de labore suo quo laborat sub sole: Generatio preterit: gñatio aduenit: terra autem in eternum stat: et sic inducit ad mundi contemptū et ad pficiendū in via dei. Et hoc mō sacra scriptura sequitur hominis dispositionez et cum proficiente pficit sicut et rote animalia sequebantur et cū euntibus ibāt sicut scribitur Ezech. j. ¶ De istis proficientibus qui nundum ad perfectionem peruenerunt dicit saluator Jo. 16. Adhuc multa habeo vobis dicere sed non potestis portare modo.

¶ 5. Diuina scriptura. Cū perfectis perficit. ¶ Si enim hō in statu perfectionis se exerceat et ad culmen pfectionis ascēdere nitatur: diuina scriptura cum ipso se conformat: et cuz ipso perficit: ipsum ad perfectionem inducens et moduz ad perfectionem ascendendi manifestans. ¶ Et offert ei librum canticorum salomonis in quo proponit regulas et documenta perfectionis et perfectorū dicēs Cāt. 2. Surge propere amica mea: speciosa mea et veni columba mea in foraminib⁹ petre: in cauerna macerie. Ostēde mihi faciem tuam: sonet vox tua in auribus meis etc̄. Et sic mirabiliter se conformat hois dispositiōi tribuēs vnicuiq3 fm suā dispositionem pabulum opportunuz: vnde dicebat paulus apl's j. ad Cor. 2. Sapientiā loquimur inter pfectos. Et hoc modo diuina scriptura cum proficiente proficit et sequitur hominem sicut rote sequebantur animalia et cum eleuatis a terra pariter eleuabantur.

¶ 6. Diuina scriptura. Cuz regnātib⁹ regnat. ¶ Si.n. hō post statuz perfectiōis ad regimē aliorū diuina puidentia ppona: ur. tunc diuina scriptura cum ipso

regnante regnat et cum presidente presi-det: ipsum videlicet ad optimum populorum regimen instruens et inducens. ¶ Et offert ipsi librum sapientie in quo proponit regulas ac documenta rectorum et presidentium dicens Sap. j. Diligite iustitiam qui iudicatis terram: Sentite de domino in bonitate et in simplicitate cordis querite illum: quoniam inuenitur ab hiis qui non temptant illum et Sap. 6. Melior est sapientia quam vires et vir prudens quam fortis: Audite ergo reges et intelligite discite iudices finium terre. Prebete aures vos qui continetis multitudines et placetis vobis in turbis nationum: quoniam data est a domino ptas vobis et virtus ab altissimo qui interrogabit opera vestra et cogitationes scrutabitur. Quoniam cum essetis ministri regni illius non recte iudicastis nec custodistis legem iustitie neque secundum voluntatem dei ambulastis. Et sic diuina scriptura cum qualitatibus hominum mirabiliter se conformat: et sequitur mirabiliter hominum dispones: sicut et rote sequebantur animalia quocumque irent et hoc modo. Cum homine regnante regnat: cum regente regit cum presidente presidet.

¶ 7. diuina scriptura. Cum subiectis sub-est: et cum seruiente seruit. ¶ Quamuis enim homo in vita presenti hominibus presit et sit plurimorum ductor: rector atque gubernator: omnes tamen sunt serui dei viuentis et subiecti diuino imperio et ideo scriptura diuina cum omnibus hominum qualitatibus se conformat siue sunt presidentes siue subiecti: siue viri siue mulieres: siue nobiles siue ignobiles: siue senes siue iuuenes inducens omnes ad recte viuendum et ad iuste operandum secundum statum conditionis sue. ¶ Et offert homini librum Ecclesiasticum in quo proponit regulas ac documenta subiectionis et seruitutis diuine dicens: Ecci. 2. Fili accedens ad seruitutem dei sta in iustitia et in timore et prepara animam tuam ad temptationem. Deprime cor tuum et sustine et inclina aurem tuam et suscipe verba intellectus. ¶ Proponit etiam regulas presidentium dicens Ecci. x. Iudex sapiens iudicabit populum suum et principatus sensati stabilis erit: Rex insipiens perdet populum suum et ciuitates inhabitabuntur per sensum prudentium. ¶ Proponit regulas subiectorum dicens Ecci. 8. Non litiges cum homine potente ne forte incidas in manus illius. ¶ Proponit regulas amicorum dicens Ecci. 6. Noli fieri pro amico inimicus proximo. Verbum dulce multiplicat amicos et mitigat inimicos. Si possides amicum in temptatione posside eum. ¶ Proponit regulas proximorum dicens Ecci. 9. Secundum virtutem tuam caue te a proximo tuo. ¶ Proponit regulas diuitum et pauperum dicens Ecci. x. Gloria diuitum honoratorum et pauperum: timor dei est. ¶ Proponit regulas mulierum dicens Ecci. 9. Non zeles mulierem sinus tui: ne ostendat super te maliciam doctrine nequam. Omnis mulier que est fornicaria quasi stercus in via ab omnibus pretereuntibus conculcabitur. Et hoc modo proponit regulas omnium statuum et omnium personarum inducens omnes ad debitam dei seruitutem et subiectionem et sic cum subiectis subest: cum seruientibus seruit: et cum omnibus se conformat et sequitur conditiones et dispositiones omnium sicut et rote sequebantur motum animalium. Et ideo dicitur Ezech. j. Cumque ambularent animalia ambulabant pariter et rote iuxta et cum eleuarentur animalia de terra: eleuabantur simul et rote. Cum euntibus ibant et cum stantibus stabant et cum eleuatis a terra pariter eleuabantur et rote sequentes ea quia spiritus vite erat in rotis. ¶ Unde et Ezech. 47. i. figura scribitur quod quanto Ezechiel

pcedebat anterius tanto crescebat aq̄: p̄ vsq3 ad talos. 2° vsq3 ad genua ⁊ deinde vsq3 ad renes ⁊ vltimo tm̄ creuit q̄ nō potuit ptrāsiri. Na3 quātū pficit homo tm̄ ⁊ diuina scriptura: quia semper maiorez semetipsa3 offert ⁊ maiores iustitie gradus ondit: q2 rote sequūtur animalia ⁊ cū euntibus eunt ⁊ cum eleuatis a terra pariter eleuant̄. ℭ Ex his patent septem mirabiles rotaru3 ⁊ ⁊ animaliu3 pfectus ⁊ rotarū ac aīaliū mira cōformitas. Et p3 ēt quō vis nr̄a rōnalis lumine fidei illustrata ad multa inuestigāda cōsurgit ad que rō nālis excecat̄. Uenite ergo ascēdam° ad montē dn̄i ⁊ docebit nos vias suas ⁊ ambulabimus in semitis eius.

ℭ De septē gradib° quib° Intellectus cōtēplatiuus sublimiter ascēdit. Cap. io3.

Venite ascendamus ad monte3 dn̄i ⁊ docebit nos vias suas. ℭ Ad hoc q̄ homo ad apicē cōtēplationis ascendat tria precipue requirunt̄ in ip̄o. ℭ p̄ etatis maturitas: non.n. iuuenes qui in instabiles sunt ⁊ cōcupiscentijs agitati cōtēplationi sunt idonei: sed requiritur maturitas etatis ⁊ temporis. Un̄ i figura huius Moises nō iuuenes sed seniores duxit in montē ⁊ ibi viderunt deū sicut legitur Exo. 24. Et hoc notat̄ in Ezechiele qui in tricesimo etatis sue anno vidit dei visiones ⁊ cepit pphetare dicens Ezech. i. Et factum est in tricesimo anno in quarto: in quinta mensis ⁊c. ℭ 2. Mentis humilitas q2 sicut superbiētes angeli de celo pcepitati sūt ne viderent gl'iam dei Ysa. i4. Ita humiles ad visionē ⁊ contēplationē illius glorie exaltant̄ q2 dicit saluator math. xi. Confiteor tibi dn̄e paẗ celi ⁊ terre q2 abscondisti hec a sapientibus ⁊ prudētibus ⁊ reuellasti ea paruulis. i. hūilib°. ⁊ hoc notatur in Ezechiele propheta cū dicit. c. j. Cum essem in medio captiuorū Captiui sunt peccatores: ille est i medio captiuorū qui inter peccatores se reputat maximū peccatorū ⁊ tūc est apt° ad visiones dei sicut Ezechiel. ℭ 3. studij assiduitas. Nam vir contemplatiu° studio sacre scripture insistere debet: ⁊ hoc notatur in Ezechiele propheta qui vidit dei visiones cu3 esset iuxta fluuiū chobar sicut ipse dicit. c. j. Fluuius ē sacra scriptura per fluuiū figurata Apo. vlt. Chobar interpretatur graue: q2 sententie sacre scripture sunt grauissime ⁊ ponderose iuxta illud. Ecci. 2i. Uerba sapientum statera ponderabuntur. ℭ Tali hoi sic maturo: sic humili: sic intento studio sacre scripture aperiuntur celi. i. reuellatio fit ⁊ intelligentia secretorum: ⁊ talis videt dei visiones ⁊ gradatim ascendit semp maiora secreta videndo: ⁊ dei visiones maiores i dies suscipiendo: sicut p3 in Ezechiele propħa. Qui septem in visione mirabilia vidit. Que vir cōtēplatiu° freqn̄t cōsiderādo ⁊ cōtēplādo ascēdere d3.

ℭ p̄ vir contēplatiuus. Cōtēplari ac videre d3. Quattuor aīalia v3. Hoiem: Leonē. Bouē ⁊ Aquilā. i. Dēs sctōs. Qui fuerunt vel hoīes quo ad seipsos rōnabiliter ⁊ humane viuendo. Uel leones quo ad malos eorū vicia animose ⁊ impauide arguēdo. Uel Boues quo ad bonos eorū virtutes suis pdicationibus ⁊ exhortatōib° excolēdo. Ut Aquile quo ad deū dīna ⁊ celestia cōtēplādo. ℭ Et in istis sanctis q̄si in aīalibus d3 cōtēplari plura mirabilia. ℭ p̄ Mirabiles eorū facies: idest mirabiles sanctorū notitias q2 s3 Aplm. Alij datur ser

mo sapiētie: Alij sermo scientie. Alij interptatio sermonum: Alij gr̄a linguarum. Sic hieronymus habuit notitiaȝ scripture litteralem siue historialē Ambrosius allegoricam: Gregorius moralem siue tropologicaȝ Augustinus notitiam anagogicam altissimam in disputatione trinitatis ⁊ huiusmodi: ⁊ sic mirabiles fuerunt sanctorum facies modo predicto. ℂ 2. mirabiles alas. i. contemplationes sanctorum: quia Aliqui volauerunt cōtemplando vsqȝ ad beatissimaȝ trinitatem sicut Joānes euāgelista: Aliqui vsqȝ ad tertiū celū sicē paulus: Alij vsqȝ ad aerē sicē Helias i curru igneo: Alij vsqȝ ad sūmitatē mōtis sicut Moises: Alij vsqȝ ad dimidiū sicē Josue: Alij vsqȝ ad pedē montis sicut seniores ⁊ sic multi alij mirabiliter per cōtemplationem volauerunt. ℂ 3. Mirabiles pedes. i. desideria sanctorum: que fuerunt mirabilia quia ardebant desiderio amoris diuini: celestis patrie: conuersionis peccatorum: honoris diuini: Unde in persona talium dr̄ in ps̄. 14. Quēadmodū d̄siderat ceruus ad fontes aquaꝝ ita desiderat aīa mea ad te de⁹ ⁊ Cāt. 5. Adiuro vos filie hierl'm si ieueneritis dilectū meū vt ānūcietis ei quia amore langueo. ℂ 4. Mirabiles Manus. i. opationes sctōꝝ mirabiles qꝛ Aliqui p̄dicando cōuerterūt mūduȝ sicut apl'i: Alij fuerunt castissimi: Alij abstinētissimi sicut monachi ⁊ heremite. Alij distribuerunt bona sua pauperibus sicut zacheus. Alij fecerunt opera mirabilia sicut gedeon: sampson: dauid: Alij passi sunt tormenta mirabilia propter deuȝ ⁊ fidem eiuȝ ad Hebreos xj. Sācti per fidē vicerunt regna. Operati sunt iustitiam ⁊c̄. O q̄ȝ mirabiles manus habuerūt sancti dei. ℂ 5. Mirabiles Scintillas egredientes ab oculis eorum. i. mirabilia verba ⁊ mirabiles predicationes sanctorū que fuerunt ignite velut scintille ad inflamandum corda audientium Ecci. 48. Surrexit Helias quasi ignis ⁊ verbuȝ ipsius q̄si facula ardebat. ℂ 6. Mirabilem processum: quia ante faciem suā gradiebātur nec reuertabantur. i. sanctorum mirabilem intentionem. Que semper fuit recta ad celestia que sunt ante: nō ad terrena que post tergū sunt relinquēda: ad phil. 3. Ea que retro sunt obliuiscēs ad ea vero que sunt ante extendens meips̄ psequor ad brauiuȝ supne vocationis. ℂ 7. Mirabilem ordinem: quia vnum aīal erat in pte vna: aliud in alia. i. sanctorum mirabilem dispositioneȝ: quia Aliqui fuerūt pph̄e: Alij apl'i. Alij euāgeliste. Alij doctores: Alij sacerdotes: Alij leuite: Alij martires: Alij confessores: Alij v̇gines: Alij cōiugati ⁊ sic vnū q̄dqȝ stabat in ordine suo. ℂ 8. Mirabilem sublimitatem: quia facies eoꝝ ⁊ pēne eorū erāt extēte desup. i. sanctorū altissimā vitā qꝛ terrena cōtēnētes celestē vitā ⁊ angelicā tenuerūt: vn̄ dicebat pph̄a in ps̄. 138. Mihi aūt nimis honorificati sūt amici tui deus: nimis cōfortat⁹ est p̄ncipatus eorū. ℂ 9. Mirabilē ductioneȝ qꝛ ab impetu sp̄us ducebant̄: quia vbi erat impetus sp̄us illuc gradiebantur. i. sanctorum Mirabileȝ deuotionem: quia semp secuti sunt sancti sp̄us ipulsuȝ ⁊ instigationē: dicēte apl'o ad Ro. 8. Quicūqȝ. n. sp̄u dei aguntur: hij sunt filij dei. ℂ x. Mirabilem ardorem qꝛ aspectus eorū quasi carbonum ignis ardentiū. i. sanctorū Mirabilem feruorē: qꝛ fuerūt intra se igniti amore diuino q̄si carbo vn̄ scriptū est Luc. 12. Ignē veni mittere i terrā ⁊ quid volo nisi vt ardeat. ℂ xj. Mirabilē fulgorē: qꝛ erant quasi aspectus lampadaꝝ

i. sanctorũ mirabilez exemplaritatez: qꝛ per bona opera ⁊ ꝑ bona exempla sua mũdũz illuminauerũt iuxta illud euangelij. Sic luceat lux vestra corã hoib⁹ vt videant bona opa vestra ⁊ glorificent prẽm uestrũ qui in celis est. ❡ xij. Mirabilez reuersionẽ: qꝛ aialia ibant: ⁊ reuertebantur in silitudinez fulguris corruscãtis. i. sanctorũ mirabilẽ humilitatez. Quia et si vadunt ad altissimã cõtẽplationẽ: tñ humiliter redeũt ad vilissimaz actionez abluendo scutellas: lauãdo pedes ⁊ alia vilissima opando. Et si vadũt mirabilr̃ ꝑdicãdo: tñ humiliter reuertũtur deo grãs refferẽdo. Et si vadũt ꝑ cõsiderationẽ altissime diuinitatis tñ hũilir̃ redeũt ꝑ ꝯsiderationẽ ꝓpe fragilitatis ⁊ ĩfirmitatis. Ista mirabilia intellectus noster cõsiderat circa q̃ttuor animalia ⁊ per istam cõsiderationem mirabiliter eleuatur.

❡ 2. Debet considerare ⁊ videre. Quattuor rotas. i. sacrã scripturã per rotas significatã. ❡ Nã sicut in rota idẽ ẽ pͥncipiũ ⁊ finis: sic in sacra scriptura idem est pͥncipiũ ⁊ finis. s. de⁹ qui dicit Apoc. i. Ego sum alpha ⁊ o: pͥnͥ ⁊ finis. Et ĩ ista sacra scriptura quasi in rotis dꝫ cõtemplari multa mirabilia. ❡ pͥ. Quomodo ista rota est super terraz: quia sacra scriptura docet contemptum terrenorum ⁊ excedit terrenorũ intelligẽtiã qꝛ vt scribit̃ Jo. 4. Pute⁹ alt⁹ est. ❡ 2. Quomodo habꝫ quattuor facies quia sacra scriptura habet sensum litteralẽ: allegoricum: tropologicum ⁊ anagogicum. ❡ 3. Quomodo est similis visioni maris quia sicut qui respicit diligenter mare prouocatur ad vomitum: sic qui nauigat per pelagus sacre scripture ⁊ diligenter intuetur eam: prouocatur ad vomitum ⁊ nauseam terrenorũ Iaco. i. Qui autem perspexerit in lege perfecte libertatis ⁊ permanserit in ea: nõ auditor obliuiosus factus sed factor operis: hic beat⁹ in facto suo erit. ❡ 4. Quomodo per quattuor partes earuꝫ euntes ibant: quia sacra scriptura: per vnũqdꝫ quattuor sensuum: siue sit litteralis siue allegoricus: siue tropologicus siue anagogicus ad corda audientium vadit ⁊ penetrat. ❡ 5. Quomodo statura erat in rotis. Quia sacra scriptura firmissima ⁊ stabilis est ⁊ eradicari non potest dicente saluatore math. 5. Amen quippe dico vobis donec trãseat celum ⁊ terra iota vnum aut vnus apex non preteribit a lege donec omnia fiant: ⁊ Math. 24. Celum ⁊ terra trãsibunt verba autem mea non preteribunt. ❡ 6. Quomodo totuꝫ corpus rotarum quattuor est plenuꝫ oculis in circuitu: quia sacra scriptura per omnes quattuor sensus docet omnimodã circũspetionem in omnibus actionibus locutionibus ⁊ cogitationibus ac desiderijs dicens prouer. 4. Omni custodia serua cor tuum quoniã ex ipso vita ꝓcedit. Remoue a te os prauum ⁊ detrahentia labia procul sint a te: Oculi tui recta videant. Dirrige semitas pedib⁹ tuis. ❡ 7. Quomõ quocunqꝫ ibat spiritus: illuc eunte spiritu ⁊ rote pariter leuabantur sequentes eum. Quia pri⁹ spiritus sanctus cor tangit ⁊ mouet ad aliquam virtutem ⁊ postmodum in sacra scriptura ad eandem virtutem hortamenta inuenit. Et quocũqꝫ spiritus legẽtis fertur: illuc ⁊ diuina eloquia eleuantur. Multa alia cõtemplari possũt sicut supra dictum est de conditionibus rotarum. Et hoc modo intellectus contemplantis mirabiliter eleuatur. Nam per sacram scripturam homo instruitur de supernis atqꝫ diuinis: celestibus ⁊ sempiternis.

¶ 3. Debet cõtẽplari ac videre. Firmamẽtum q̃d erat extentum super caput animaliũ. Hoc firmamẽtuʒ est natura angelica in bono confirmata: qua mediante sacra scriptura humane generi est reuellata. Et circa istud firmamentum multa mirabilia contemplari possunt. ¶ p̃. Quomodo istud firmamentuʒ prius fuit aqueũ ⁊ labile: quia angelica natura ad moduʒ aque labilis erat ad peccatum: Unde ⁊ angeloꝝ multi ad modum aque fluide lapsi sunt ⁊ de eorum principe scriptum est. Jo. 8. Ille homicida erat ab initio ⁊ in veritate nõ stetit. fuit ergo istud firmamẽtũ aqueũ. ¶ 2. Quomodo istud firmamentum quod est angelica natura confirmata. ẽ in cristallum conuersum. Nam cristallus fit ex aqua condensata ⁊ congelata sicut scribitur Ecci. 43. Frigidus ventus aquilo flauit ⁊ gelauit crystallus ab aqua. Hoc igitur firmamentum aqueũ tunc in crystalluʒ conuersuʒ ⁊ cõsolidatuʒ est: q̃n facto prelio magno in celo isti spiritus beati per dei grãm in bonũ ita confirmati ⁊ solidati sunt vt omnino labi vel cadere vel peccare non possint ⁊ ideo dicitur similitudo istius firmamẽti quasi aspect⁹ crystalli. ¶ 3. Quomodo istud firmamẽtũ est mire pulchritudinis qꝛ quasi aspectus christalli: Christallus. n. mire ẽ pulchritudinis Sic angelica natura est mire speciositatis tum ex sua spiritualitate: tum ex diuine gratie splendore super inducto: vnde in sacra scriptura figuratur per lucem ⁊ per astra celi splendidissima ⁊ ideo dicunt̃ quasi aspectus crystalli. ¶ 4. Q̃mõ est istud firmamẽtuʒ horribile qꝛ dicitur. Quasi aspect⁹ christalli horribilis. Nã angelice p̃tãtes que oĩpotentis dei conspectui semper assistunt: nobis adhuc ĩ hac corruptione positis terribiles atq; pauẽde sunt: vñ ⁊ in suis apparitionib⁹ terrorem ingerere solent sicut patet in Daniele ⁊ socijs eius Dañ. x. ¶ 5. Quomodo istud firmamentũ est super capita aĩalium qꝛ dicitur. Et extenti super capita eorũ desuper. Naʒ qꝛ gaudia angeloꝝ beatorum sensuʒ mẽtiũ nr̃aꝝ excedunt ideo super capita animalium esse perhibentur. Et hoc mõ intellectus cõtẽplãdo hoc firmamẽtũ angelice nãe adhuc mirabili⁹ subleuat̃.

¶ 4. Debet cõtemplari ac videre Thronũ Saphirinũ qui erat sup firmamẽtũ: vñ dicit̃. Et sup firmamẽtũ q̃d erat imminens capiti eorũ similitudo troni quasi aspectus lapidis saphiri. ¶ Iste thronus saphyrinus est beata virgo maria de qua dicitur in ps. Tronus eius sicut sol in conspectu meo ⁊ est tronus nõ iustitie aut vindicte: sed miseratiõis ⁊ gratie: ad Hebre. 4. Adeamus cum fiducia ad tronum gratie eius vt misericordiam consequamur ⁊ grãʒ ĩueniam⁹ in auxilio opportuno. ¶ Iste tron⁹ est super firmamẽtũ qꝛ virgo maria exaltata est sup choros angeloꝝ sicut ĩ p̃festat̃ ecclesia. Circa istũ tronuʒ possunt ↄsiderari q̃ttuor singularia. ¶ p̃ paruitatem qꝛ Saphirus est lapis paruus ⁊ beata virgo ẽ paruula per humilitatẽ Luc. i. Quia respexit humilitatem ancille sue. ¶ 2. transparentiam quia Saphirus est transparens ⁊ beata maria est transparens ⁊ lucida per perspicacem de deo cognitionem ⁊ per diuine claritatis superinfussionemq; Luc. j. Spiritus sanctus supueniet in te ⁊ virtus altissimi obũbrabit tibi. ¶ 3. Coloreʒ qꝛ Saphirus est aerei coloris: ⁊ beata virgo aerei coloris est per celestium affectioneʒ ⁊ celestem conuersationem: vñ Apoc. 12. Signũ magnũ apparuit ĩ celo mulier amicta sole. i. virgo maria tota celestis

¶ 4. Restrictiones quia Saphirus restringit fluxum sanguinis. Sic beata maria nobis prestat auxilium ad restrictionem et refrenationem libidinis. Et in hac contemplatione throni quasi lapidis Saphiri .s. virginis gloriose adhuc mirabilius elevatur et ascendit intellectus noster.

¶ 5. Debet contemplari et videre. Hominem sedentem super thronum: de quo dicitur Ezech. j. Et super similitudinem throni similitudo quasi aspectus hominis desuper. ¶ Iste homo sedens super thronum est christus quiescens in virginis utero. De quo presenti contemplari plura. ¶ Primo. Quomodo iste homo est similis electro quia resplendens sicut electrum. Electrum ex auro argentoque conficitur. Per istum ergo hominem electro similem christus intelligitur qui ex auro fulgentissimo diuinitatis et argento humanitatis constat. In electro enim per argentum temperatur claritas auri: sic in christo per humanitatem temperata est claritas diuinitatis vt humanis oculis deus videri potuisset. In electro etiam per claritatem auri clarescit species argenti. Sic in christo per claritatem diuinitatis: in eo claruit et super naturam propriam resplenduit species et natura humanitatis: et ideo iste homo similis electro dicitur: quia in eo mirabiliter fulgens aurum diuinitatis et argentum humanitatis.

¶ 2. Quomodo iste homo est super thronum vel sedet super thronum. Quia christus deus et homo in celo siue in celesti gloria solus transcendit matris sue meritum et premium: et ideo dicitur esse super thronum: quia super meritum et premium virginis gloriose que est thronus dei: quia christus secundum humanitatem sedet a dextris dei: tanto melior angelis effectus quanto differentius pre illis nomen hereditauit: vnde Mar. vlti. Et dominus quidem iesus postquam locutus est eis assumptus est in celum et sedet a dextris dei. Et hoc quo ad eius humanitatem. De huius hominis contemplatione plurima dicentur domino concedente in libris sequentibus. Et in hac contemplatione hominis intellectus noster adhuc sublimius eleuatur.

¶ 6. Debet contemplari et videre Splendorem egredientem in circuitu a lumbis eius vsque deorsum: vnde dicitur Ezech. j. Et a lumbis eius vsque deorsum vidi quasi speciem ignis splendentis in circuitu. velut aspectum arcus cum fuerit in nube in die pluuie. ¶ Iste homo sedens in throno est ipse deus siue christus quo ad diuinitatem. Splendore eius igneus a lumbis deorsum resplendet in circuitu per girum: quia lux sue sapientie: et ignis sue dilectionis manifestatur et claret a parte inferiori in circuitu creaturarum: in quibus relucet diuina dilectio quia omnia ex amore et bonitate creauit et diuina sapientia quia omnia ordinate disposuit vnde dicebat propheta in psalmo 88. Domine deus virtutum quis similis tibi: potens es domine et veritas tua in circuitu tuo. ¶ Et iste splendor erat sicut arcus in nube in die pluuie: in arcu sunt duo ignis et aqua siue color igneus et aqueus: Sic in creatura visibili: dei gloriosi resplendet color igneus sue dilectionis: et color aqueus sue sapientie. Et hic aspectus splendoris est per girum: quia per circuitum omnium sensibilium et insensibilium creaturarum nulla est tam minima creatura in qua non relucet ignis diuine dilectionis et splendor diuine sapientie. O quantum eleuatur intellectus quando considerat deum a lumbis et deorsum .i. creaturam deo subiectam: referendo ipsam ad laudem sui conditoris.

¶ 7. Debet contemplari et videre Splendorem inclusum interius a lumbis eius sursum: quomodo .s. habebat ignem et splendorem suum intrinsecum per circuitum et tamen non apparebat extrinsecus. ¶ Iste homo per quem intelligitur deus a lumbis et sur

sum habet intrinsecus ignem ⁊ splendorem ⁊ nõ extrinsecus: quia diuina sapientia que ẽ vera lux: ⁊ diuina dilectio que est ignis ardens quia deus noster ignis consumens est: sicuti est in se: ab intellectu mortaliũ penetrari non põt: nec audiri. Et ideo dicitur ꝙ habebat ignem intrinsecus per circuitum ⁊ non extrinsecus quia ad diuinam gloriam prout in se est considerandam intellectꝰ creatus in via existens nõ assurgit. Unde ⁊ Ezechiel in fine primi capituli de hoc dicit. ¶ Hec visio similitudinis glorie domini. Nõ dicit hec visioꝰ glorie domini: sꝫ similitudinis glorie domini qꝛ mens i carne mortali posita: videre gloriam domini sicut est non valet sꝫ quicquid de illa estꝰ quod in mente resplendet: similitudo ⁊ non ipsa est. Et in ista contemplatione intellectus noster altissime eleuatur: ⁊ ipsam tamen dei claritatem penetrare nõ sufficit. Et ideo hic est dimittendus intellectus ⁊ premittẽdus affectus quia caritas penetrat vbi scientia foris stat. O beata anima que per istos gradus ascendit contemplando ⁊ diligendo: currendo ⁊ proficiendo de virtute in virtutem donec videatur deus deorum in syon ⁊ in gloria sua. ¶ Patet ex predictis quomodo intellectus noster radio fidei illuminatꝰ mirabiliter ascendit. Cõsiderando ꝓ animalia. 2° rotas. 3° firmamẽtum. 4° thronum saphirinuꝫ. 5° hominem sedentem super thronum. 6° splẽdorem egredientem a lumbis eius deorsum ꝑ circuitum. 7° splendorem intrinsecus inclusum a lumbis eius sursum. Et sic manifesta est mirabilis virtus ⁊ dignitas intellectus nostri: qui radijs fidei illustratis ad tot mirabilia cõtemplanda consurgit. Uenite ergo ascendamus ad montẽ dñi ⁊ docebit nos vias suas.

¶ De varijs ac multiplicibus nr̃e volũtatis noibꝰ ⁊ officijs. Cap. 104.

Venite ascendamus ad mõtem dñi ⁊ docebit nos vias suas. ¶ Quia diuina aspirante grã: magnã deserti spũalis vꝫ aĩe rõnalis partem peragrauimꝰ. Et gustauimus suauissimos mirabilesq́ꝫ fructus virtutis nostre rõnalis: superest vt vlterius procedamus ⁊ videamus quos qualesq́ꝫ fructus voluntas nr̃a ꝑ arborem siue ramuꝫ concupiscibilis irascibilisq́ꝫ virtutis germinare consueuit. Et primo vidẽdũ est de varijs noibus ⁊ officijs ipsius volũtatis q̃ sũt nũo decem vꝫ.

¶ ꝓ volũtas vocaẽ Appetitus intellectiuus: qꝛ sequitur actũ siue apprehẽsionẽ intellectꝰ tanq̃ actum preuiũ actui ꝓprio. ¶ Nã volũtas est ceca de se ⁊ ideo ꝓsupponit actum intellectus ostendentem sibi obiecta ⁊ qꝛ sequiẽ talem actũ intellectus ideo vocaẽ appetitꝰ itellectiuꝰ quasi sequens actũ intellectꝰ. ¶ Unñ ad hoc ꝙ volũtas nõ deprauetur duo requirunẽ. ¶ ꝓm est ꝙ intellectꝰ non erret in iudicando sed recte discernat verum a falso: bonũ a malo: ⁊ granũ a palea: ad Ephe. 5. Uidete itaqꝫ fratres quõ caute ambuletis non quasi insipientes sed vt sapientes redimẽtes tẽpus qm̃ dies mali sunt. Propterea nolite fieri iprudentes sed intelligentes que sit volũtas dei. ¶ 2. est ꝙ voluntas conformeẽ intellectui recte iudicanti ⁊ non cõtra faciat ad Ro. 12. Obsecro vos vt exhibeatis corpora vr̃a: hostiã viuentẽ: sanctam: deo placentem: rationabile obsequium vestruꝫ. i. ſm rectum iudicium rationis sit. Alias si cõtrafecerit excecatur ⁊ deuiat per tenebras peccatorum

De voluntate excurs. pulch.

& est rebellis diuino lumini & dictamini spiritus sancti. Job. 24. Ipsi fuerũt rebelles lumini Nescierunt vias eius nec reuersi sunt per semitas illi⁹. ¶ Tales fuerant iudei qui cognoscentes dei voluntatem noluerint adimplere quibus dicitur Act. 7. Dura ceruice & icircũcisi cordibus & auribus: vos semper spiritui sancto restitistis. & hoc mõ multi resistũt recto dictamini intellectus & deprauant voluntatem que vocatur appetitus intellectiuus quia sequitur actũ intellectus & tenetur sequi actum intellectus recte iudicantis.

¶ 2. Appetitus liber inquantum libere elicit actum suum & non naturaliter neq; coacte. ¶ Nam proprium est voluntatis libere elicere actum suum cum sit potentia libera per essentiam & ad nullum actum eliciendum ab aliquo creato cogi potest nec violentari quia in manu sue libertatis constituta est Eccĩ. 15. Deus ab initio constituit hominez & reliquit eum in manu consilij sui: Adiecit mãdata & precepta sua: Si volueris mandata conseruare conseruabunt te. & ideo in comparatione ad actum suuz quem libere elicit vocatur appetitus liber. ¶ Unde non sunt audiendi qui dicunt se ex necessitate peccare cum hoc sit in libertate voluntatis positũ. Eccĩ. 15. Apposuit tibi deus aquam & ignez: ad quod volueris porrige manum tuam. Ante hominem vita & mors: bonum & malum. Quod placuerit ei dabitur illi.

¶ 3. Appetitus dominatiuus. Per comparationem ad actuz potentie sibi obedientis & subiecte. ¶ Nam volũtas dominatur viribus sibi subiectis vz sensitiuis exterioribus & interiorib⁹ ac ẽt intellectui quo ad omnes actus preter primum: quia ad nutũ voluntatis prefate potentie eliciunt actus suos: vel desistunt ab ipsis. Et quia habet tale imperium & dominiũ super actus potentiarũ inferiorũ & subditaꝝ ideo vocatur appetitus dominatiuus. ¶ Uñ nullus se excusare põt quasi violẽtetur ad peccatum ab appetitu sensitiuo qꝛ talis appetitus subest⁹ dominio & ĩperio volũtatis dicẽte domino ad Chayn Geñ. 4. Sub te erit appetitus eius. i. appetitus sensitiuus peccati & tu dominaberis illius per appetitũ. s. dominatiuuz q̃ est voluntas. ¶ Et hec tria noĩa sortitur rõne triũ viriũ siue virtutum vz rõne virtutis ꝑuie que est ĩtellectus: rõne virtutis medie que est voluntas: & rõne virtutis infime siue subiecte que est sensus.

¶ 4. Appetitus volitiuus siue volũtas & hoc ꝑ comparationem ad oĩa obiecta indifferenter siue bona sint siue mala: possibilia vel impossibilia. Nam volũtas ex sua libertate põt quecũq; obiecta appetere etiam ĩpossibilia saltẽ appetitu remisso & si nõ efficaci & hoc innuit Eccĩ. 15. Ubi dicitur. Ante hoiem vita & mors bonum & maluz. Quod placuerit dabitur illi. Et ideo nullus se excusare rõnabiliter põt ꝙ nõ possit inimicos & iniuriãtes diligere cũ volũtas sit oĩuz obiectorũ indifferẽter. Uñ dicit Aug⁹. De diligẽdis inimicis fratres carissimi nullus vnq̃ in veritate se excusare poterit. ¶ Propterea ex quo voluntas est etiam impossibilium potest hõ peccare appetẽdo etiã impossibilia saltẽ cõditionaliter puta si appeteret eẽ deũ vel maiorem deo vel cruciare deum & hmõi. Et ideo cauendum est.

¶ 5. Appetitus intentiuus & hoc ꝑ cõparationẽ ad obiecta possibilia & finalia: & actus eius dicitur Intentio. Que est appetitus finis in quolibet negocio

¶ Uoluntas enim statuit sibi certū finem quē principaliter ꝛ super omnia intendit: puta seruire deo: Uel cōseruare vitaꝫ propriaꝫ: Uel cumulare diuitias: Uel aquirere honores: Uel frui delectationibus: Uel aquirere scientias: Et ratione hmōi finis principaliter intenti vocatur appetitus intentiuus. i. Appetitiuus finis intenti. ¶ Et ideo valde cauendum est ne voluntas statuat sibi finem non bonū sed tm̄ apparens bonuꝫ sicut faciunt illi de quibus dicit ꝓpheta in ps. 16. Oculos suos statuerunt declinare in terram.

¶ 6. Appetitus Electiuus ꝛ hoc per cōparationē ad obiecta possibilia ꝛ ad finem ordinata ꝛ eius actus dicitur Electio Que est appetitus medij ad aliquē finem ordinati. ¶ Nā volūtas que sibi certum finē statuit ex multis medijs cōcurrētibus ad illū finē elegit meliora ꝛ ꝛ magis expedientia ad ipsuꝫ finem cōsequēdū. Et rōne talis electionis vocatur Appetitus electiuus. ¶ Et ideo voluntas que sibi verum finem statuit puta in dei aperta visione ꝛ fruitione: eligat illa media que magis sibi videntur expedientia ad illum finem cōsequēdū: puta vitam cōtemplatiuā vel actiuam: Uirginalem vel coniugalē: ieiuniū elemosinam: disciplinā: silentiū orationē. Ne eligendo media sibi incōgrua ꝛ impossibilia fine intento priuetur. ¶ Sic absalon intendens vsurpare regnū patris: quia non elegit media congrua ad hoc: frustratus est fine intēto ꝛ vita priuatus est sicͤ scribitᷓ. 2. Re. c. 18. Sic multi fine priuanē intento.

¶ 7. Appetitus ꝓpositiuus. Et hoc p cōparationem ad obiecta iam electa: cuiꝰ actus dr̄ propositū. Qd̄ est appetitꝰ exequendi illa que iam electa sunt. ¶ Naꝫ cum voluntas statuit sibi bonum fineꝫ puta fruitionē dei eternā. Et elegit media cōgrua ad illum assequēdū puta fidem: spem: caritatē: religionē: pietateꝫ: castitateꝫ ꝛ hmōi: debet cōsequēter habere firmuꝫ ꝓpositum exequendi illa media ꝛ nō dimittere: qꝛ qui pseuerauerit vsqꝫ in finem saluus erit Math. x. ¶ Hoc modo barnabas aplūs hortabatur grecos conuersos ad xp̄ꝫ permanere in bono proposito de quo scribitᷓ Act. xi. Hortabatᷓ oēs i proposito cordis pmanere in dn̄o.

¶ 8. Appetitus affectiuus. Et hoc per cōparationem ad oēs passiones indifferēter qꝛ est susceptiua quarūcūqꝫ passionum ꝛ actus siue motus eius dicitᷓ Affectio. ¶ Uolūtas. n. susceptiua ē amoris: Odij: gaudij ꝛ tristitie: Spei ꝛ desperationis: ꝛ oīum aliarū passionū sibi cōuenientium ꝛ ideo dꝫ esse cauta ne omnes indifferēter ꝛ imoderate suscipiat: sed cū moderamine ꝛ discretioneꝫ qꝛ obnubilant rōnem ꝛ cathenant ipsaꝫ voluntatem dicente Boetio. Tu quoqꝫ si vis lumine claro cernere verum gaudia pelle: pelle timorē: Spemqꝫ fugato. Nec dolor adsit Nubila mens ē uīcta. qꝫ frenis hec vbi regnāt.

¶ 9. Appetitꝰ Concupiscibilis. Et hoc p cōparationem ad passiones spāles respectu boni vel mali ꝛ actus eius potest dici Cōcupiscētia. ¶ Nā voluntas iclinatur ad bona delectabilia ꝛ vtilia ꝛ diligit ea ꝛ refugit tristabilia ꝛ iutilia. Et ratione huius vocatur appetitus concupiscibilis. ¶ Et ideo cauendū ne voluntas p istum actū concupiscendi pcipitetᷓ cōcupiscendo delectabilia ꝛ vtilia superflue ꝛ imoderate qꝛ concupiscentia ista illaqueat aīam ꝛ trahit ad pctm̄ Iaco. j. Unusquisqꝫ vo tēptatur a cōcupiscētia sua abstractus ꝛ illectus. Deinde cōcupiscētia cū ꝯcepit parit pctm̄. Pctm̄

vero

vero con consumatum fuerit generat mortem.

¶ x. Appetitus Irascibilis. Et hoc p cõparationem ad passiones speciales respectu boni vel mali magni difficilis τ ardui. ¶ Nam voluntas inclinatur ad bona magna difficilia τ ardua: refugit etiaȝ mala magna difficilia τ ardua. Et ratione istorum hȝ speciales passiones τ actus speciales: respectu quaruȝ vocatur appetitus irascibilis. ¶ Et iõ cauendũ est ne voluntas nr̃a respectu malorũ difficilium imoderate moueat̃ per impatientiã vel iracundiã: quia scriptum est Ecci. 27. Ira τ furor vtraqȝ execrabilia sunt τ vir peccator cõtinẽs erit illorũ τ in ps. 4. Irascimini τ nolite peccare. Et sic pȝ varia denominatio voluntatis nr̃e ẽm diuersitatẽ virium: diuersitatem obiectorũ τ diuersitatem passionuȝ. Uenite ergo ascendamus ad montem domini τ ad domum dei Jacob τ docebit nos vias suas.

¶ De nouem virtutibus moralibus appetitum concupiscibilem moraliter ordinantibus. Cap. 105.

Venite ascendamus ad mõteȝ domini τ docebit nos vias suas. Licet aĩa rõnalis sit velut terra arida τ d̃serta ẽȝ sñiam prophete dicentis in ps. Anima mea sicut terra sine aqua tibi: in ea tamen quasi in deserto fructuoso sunt arbores mirabiles τ mirabiliter fructificantes. Naȝ in ipsa anima est voluntas q̃ est arbor fructuosissima pducẽs fructus virtutuȝ moraliuȝ τ gratuitaruȝ. In qua voluntate sunt oẽs virtuteȝ morales. Naȝ sicut in intellectu est oĩs habitus itellectiu⁹: τ oĩs habitus speculatiuus in intellectu speculatiuo τ oĩs habitus pratic⁹ in intellectu pratico sic oĩs habitus electiuus est in potentia electiua. Cuȝ ergo oĩs virtus moralis sit habitus electiuus ẽm phm̃. 2. ethi. erit in potentia electiua que est voluntas. Et qȝ voluntas ex cõnaturalitate quã hȝ cũ appetitu sensitiuo nata est illi cõdelectari τ condescẽdere: pp hoc ponuntur virtutes morales in ipsa volũtate ne cõdelectetur aut condescẽdat passiõib⁹ appetitus sensitiui: sed magis moderetur ac refrenet passiones ipsas. ¶ Ista arbor que est voluntas hȝ duos mirabiles ramos mirabiliter fructificantes vȝ Appetitũ concupiscibilem respectu delectabilium τ appetitum irascibilem respectu arduorum ac difficiliuȝ. Appetitum autẽ concupiscibilem nouẽ vtutes ordinãt τ regunt τ sũt iste.

¶ p⁹ est Castitas. Que ordinat appetitũ siue vim concupiscibilem circa obiectũ delectabile ẽm tactuȝ τ non pmittit ipsum circa tale obiectum cõtra rõnis iudicium delectari. Et habet sub se quattuor species que perfecte ordinãt appetitum siue vim cõcupiscibilem circa oĩa obiecta delectabilia ẽm tactum: vȝ Uirginitatem que toto tempore vite oẽm actuȝ venereũ excludit. Castitatẽ vidualem que actuȝ venereũ excludit pro aliquo tpe. Pudicitiam que oẽ signũ inhonestum circa venerea excludit. Coniugalem fideȝ que nec actuȝ nec signũ excludit: sed oẽm modum illicitũ. ¶ His virtutibus moralibus adornati fuerũt sctĩ multi. Uirginitate ac pudicitia vgo maria que virũ non cognouit Luc. i. Castitatem vidualem Anna pphetissa vidua q̃ nõ discedebat de templo ieiunijs τ obsecratiõibus seruiens deo nocte ac die. Luc. 2. Coniugalem fideȝ Susãna que potiuȝ mori elegit q̃ȝ viro suo con-

S

ethica —

iugalem fidē frangere Dañ:13. ¶ Huic castitati que est virtus moralis per excessum opponitur luxuria que est species intemperantie habens sub se sex gradus vz. Simplicem fornicationem soluti cum soluta. Stuprum in corruptione virginum: Incestū in concubitu consanguinearū vel affinium. Adulterium contra matrimoniuz. Sacrilegiū in corruptione sanctimonialium Sodomiā in quocūqz actu venereo contra naturaz. Et in hoc extremo currunt innumerabiles viri et mulieres quia oēs declinauerunt simul inutiles facti sunt Geñ.6. Omnis quippe caro corrupetat viam suam super terraz: et ideo deus disperdidit eos. ¶ Huic Castitati per defectum opponitur insensibilitas. Que est habitus redens abhominabilia ea que naturaliter sunt delectabilia ſm tactum. Et in isto extremo viciosi currunt rari ſm phm. 4. ethi. quia talis insensibilitas non est humana dispositio cum homines cōmuniter inclinētur ad talia. ¶ In medio vero castitatis que ē virtus ordinans appetitum et virtutem concupiscibilem pauci currūt quia via est difficilis: et ideo Rara auis in terra nigroqz similima cigno: ¶ Hac virtute Castitatis preditus fuit Joseph filius iacob qui in sua iuuentute inuitatus ab vxore phutifaris ad cōmittēdum adulterium recusauit et aufugit relinquens in manibus eius vestimentum siue palliuz sicut legitur Geñ.39.

¶ 2. Sobrietas que ordinat Uim Cōcupiscibilez circa obiecta delectabilia ſm gustum et non permittit ipsaz circa talia obiecta inordinate vel imoderate delectari sed ordinate et ſm iudiciū rationis. Et ista diuiditur in duas species scilicet in sobrietatem cibi et sobrietatem potus. Sobrietati cibi opponitur per excessum in quantitate Castrimargia. Que est cibi superflua sumptio vltra indigentiam naturalem. Et qz talis superflua sumptio cibi ōstructiua ē castitatis ideo vocaꝰ Castrimargia q̄si demersiua vel submersiua castitatis. ¶ Per excessum vero in qualitate opponitur ei lecatoria. Que est nimis lauta et curiosa cibi preparatio. ¶ Per excessum vero in modo opponitur ei voracitas. Que est nimis festinata et accelerata cibi sumptio. ¶ In potu vero opponitꝰ ei Ebriositas que est imoderata sumptio potus. ¶ Per defectum autē opponitur ipsi sobrietati Fastidiositas. Que videtur esse abhominatio siue repulsio cibi et potus necessarij contra iudiciū rationis Et in hoc extremo viciosi sunt rarissimi. sed in alijs extremis .s. in castrimargia: Lecatoria: voracitate et ebrisiositate sunt infiniti. Quorum deus venter est et gloria in confusione ipsorum qui terrena sapiunt. Quoruz finis interitus: inimicos crucis christi ad phil.3. ¶ Hanc virtutem moralem sobrietatis habuit Daniel ꝓpheta qui a cibis gentilium abstinuit et in multis ieiunijs semetipsuz exercuit et ideo meruit spiritum prophetie et dei visiones mirabiles videre sicut patet Danielis capitulis plurimis.

¶ 3. Euphilonitia que ordinat Uim. Cōcupiscibilem circa obiecta delectabilia ſm auditum et non permittit ipsam circa talia obiecta inordinate delectari. ¶ Ab ista dicitur Euphilonicꝰ qui moderate et bene ōlectatur in auditione soni. vel vocis instrumentorū naturaliuz vel artificialium: Et in auditione dicti aliquoruz rumorū: vel mirabilium fabularum vel aliquorū aliorū delectantium auditum. ¶ Huic per excessum opponitur philonicus qui excessiue in

talibus delectatur. Et in ista extremitate viciosa sunt multi qui i hac vita semper student cantilenis τ iocis musicalibus τ faciunt festum vt in alia vita faciant vigiliam in inferno de quibus scribitur Job.2i. Tenent timpanum τ cytharam τ gaudent ad sonitum organi. Ducunt in bonis dies suos τ in puncto ad inferna descendunt. ℭ Huic per defectum opponitur Aphilonicus τ dicitur ab a quod ē sine τ philos quod est amor. et micos quod est fabula vl' cantilena mira quasi sine amore talium mirandorum. Et in ista extremitate sunt multi qui audire non possunt instrumenta musica nec laudes diuinas: nec mirabilia que dicuntur a predicatoribus de deo: angelis: celo: inferno τ beatitudine. De quibus ps̄ ait. Noluit intelligere vt bn̄ ageret. Hāc ꝟtutē moralem Euphilonitiaȝ habuit eximius prophetarum dauid qui in cātilenis τ musicis melodijs ad diuinum honorem ordinatis delectabatur τ semetipsuȝ in talibus exercebat τ alios adhoc inuitabat dicens in ps̄ vltimo Laudate eum in sono tube Laudate eū in psalterio τ cithara Laudate euȝ in timpano τ choro Laudate eū in cimbalis iubilatiōis. Omnis spūs laudet dominum.

ℭ 4. Compositio que ordinat Uim Cōcupiscibilem circa obiecta delectabilia ꝑm visum: τ circa gestus totius corporis τ non permittit ipsam circa talia immoderate τ iordinate delectari sed reddit gestum oculorum τ totius corporis decenteȝ atqȝ moderatum. ℭ Huic opponitur per excessum Curiositas in gestu corporis: τ dissolutio τ lasciuia in motu ipsius corporis. Et in hoc extremo sunt inumerabiles viri atqȝ mulieres qui in ornatu τ gestu atqȝ i cessu corporis sunt curiosi supra modum: omne studium ponentes ad delectandum visum in curioso gestu gressu atqȝ ornatu. Qui sunt alieni a deo dicēte ꝓpheta i ps̄.143. Erue me de manu filiorū alienorum: quorū os locutū est vanitatem τ dextera eorum dextera iniquitatis. Quorum filij sicut nouelle plantationes in iuuentute sua. Filie earuȝ cōposite circumornate vt similitudo templi. ℭ Huic opponitur per defectum Incōpositio τ corporalis gestus remissio. Et in hoc extremo sunt etiam plurimi qui in oculis τ gestibus corporis sunt incōpositi τ remissi τ dimittūt oculos: manus: pedes: linguam τ omnia corporis membra sine debita cōpositione τ moderantia: τ propter istam incōpositionē τ remissionē sepius labuntur in peccatum. Ecc̄i.36. Ubi non est sepes diripietur possessio. ℭ Hanc corporis compositionem que est virtus moralis habuit Ruth Moabitis que ꝓpter gestum corporis cōpositum τ morigeratū placuit booȝ potenti τ diuiti sicut dicit lyra sup Ruth.c.2. ℭ Et ista ꝗquattuor pertinent ad tēperantiam qꝛ Castitas τ Sobrietas sunt due spēs temperantie: Euphilonitia vero τ Compositio sunt virtutes annexe tēpantie τ ad tēperantiā ordinate τ attribute.

ℭ 5. Eutrapelia que ordinat Uim Cōcupiscibilem circa largitionem delectabilis in ludo. Et non ꝑmittit ipsaȝ circa tale delectabile inordinate aut īmoderate delectari. nec ꝑꝑ lasciuiaȝ: nec ꝑꝑ dissolutionem nec ꝑꝑ cōcupiscentiam nec ꝑꝑ voluptatem. ℭ Naȝ Eutrapelia est Habitus electiuus ludi liberalis τ moderati: nō iniuriosi: nō importuni nec onerosi: sed cōueniētis honesti τ gratiosi τ necessarij ad vite recreationē τ requiē ꝑꝑ leuādū tediū τ anxietatē: fastidiū τ fatigationeȝ: τ qui habet istā Eutrape-

lias vocatur Eutrapelus. ¶ Huic opponitur p excessū. Bomolochia. Que est Habitus ludendi imoderate. Iniuriose. Importune. Onerose Inconuenienter: Inhoneste: Insufficiēter & indiscrete. In hoc extremo vicioso sunt multi qui oīa conuertūt in iocū & risuz: & nituntur semp alios prouocare ad risum & volunt oēs deridere nec curant socios derisos aut cōuiciatos cōturbare aut contristare dūmō alios prouocēt ad risum: & tales sunt deo abbominabiles: prouer. 5. Abbominatio domini est oīs illusor & cū simplicib⁹ ꝼmocinatio eius. Ipse deludet illusores & māsuetis dabit gratiam. ¶ Huic per deffectū opponitur vita agrestis que facit hoīem agrestem & siluestrem deficere in duobus vz in docendo & audiendo. Naz viri agrestes nec ipsi dicunt aliquid ridiculum. i. trufam. iocū: verbū dignū risu & cachino: & alijs talia dicentib⁹ molesti sunt ō nullo solacio gaudere vel ridere volentes: Et sic sunt socijs onerosi & molesti & indiscreti qz abbominānt ludum moderatuz qui est in vita necessarius ꝼm phm. 4. ethi. ca. 22. ¶ Hāc virtutez habuerūt sancti plurimi qui tēpore opportuno interposuerūt quedaz solacia & iocosa suis altissimis operationib⁹ Juxta illud Interpone tuis interdum gaudia curis.

¶ 6. Amicitia que ordinat Uim cōcupiscibilem circa largitionē delectabilis in tota via. Et non pmittit ipsam inordinate delectari circa amicos vel amicitiā sed moderate. Nam Amicitia est quedam medietas circa delectabile qđ est ī tota vita. Et habens eaz dicitur Amic⁹ qui sibi conuiuentes per istā amicitiam mediocriter condelectat & tēperate ꝼm regulam recte rōnis. Huic per excessuz opponitur placibilitas & blandibilitas, Nam qui sibi cōuiuentes nimium delectat si nullius grā hoc facit sed solum pp delectationem vocatur placidus. Si vero causa lucri vel vtilitatis sue hoc facit vocatur blanditor ꝼm phm. 2. ethi. ca. 7. Et in isto extremo sūt plurimi maxime blanditores qui amore lucri vel vtilitatis sue amicis nimiū blandiunt. De quibus Ecci. 37. Sodalis amico cōiocūdabitur in oblectationibus & in tpe tribulationis aduersarius erit. Sodalis amico cōdolet causa ventris & cōtra hostē accipiet scutū. Huic per defectuz opponitur. Discolia & litigiū. Nam qui sibi cōuiuētes in nullo vult delectare sz in oībus est contristatiuus vocat discolus & litigiosus ꝼm phm. 2. ethi. c. 7. Et isti sunt viciosi prouer. 19. Tecta iugiter perstilantia mulier litigiosa. Hanc virtutem moralē habuit Dauid & Jonathas qui oīb⁹ erant amabiles.

¶ 7. Liberalitas Que ordinat vim Cōcupiscibilem circa materiā vtilem in dādo siue expendendo mediocriter. Et nō permittit ipsaz inordinate delectari in dando siue expendendo vtilia sed moderate. Nam liberalitas est habitus ꝼz rectam rōnem electiuus & executiuus decentis largitionis & expēsionis pecuniarum. Et moderatiuus contēptus & amoris pecuniarū. Respicit autē liberalitas pecuniaz & māz vtilē q̄ad donatiōes & expēsas mediocres: & liberalis ṽtuose se hz circa tales expēsas mediocres. ¶ Huic p excessum opponit pdigalitas. Que est habitus quidaz nō ꝼz rationem executiuus imoderate largitionis & expensionis pecuniarū. Et talis prodigus expendit plus q̄ꝫ opz: q̄ndo non opz: & quibus non opz. Et ī isto extremo sunt innumerabiles expendentes bona sua inutiliter cum meretricibus; hystrionibus: partialib⁹; lusorib⁹;

Et sunt longe a diuina gratia sicut filio prodigo qui abiit in regionē lōginquā et dissipauit substātiā suā viuendo luxuriose. sicut scribitur Luc. 15. ¶ Huic per defectum opponitur illiberalitas que est defectus circa materiam vtilem in dando et superbabundans in accipiendo circa tamen expensas mediocres. ¶ Nam illiberalis minus dat quam oportet et plus accipit quam oportet. et hoc ex inordinato amore pecuniarū que est Auaritia et ideo nihil eo peius quia scriptum est Eccl. x. Nihil est iniquius quam amare pecuniam: hic. n. aīam suā venalē habet. Et in hoc extremo sūt innūmerabiles quia scriptū est Jere. 6. A minore quippe vsque ad maiorem oēs student auaritie et a propheta vsque ad sacerdotem cuncti faciunt dolum. ¶ Hanc virtutem moralē habuit Thobias qui bona sua liberaliter concaptiuis fratribus impertiebatur Tho. j. Et docebat eam filiū suū dicens Tho. 4. Si multum tibi fuerit habūdanter tribue. Si exiguū tibi fuerit: etiam exiguū libenter impartiri stude.

¶ 8. Magnificentia que ordinat Uim Concupiscibilem circa materiam vtilē in dando siue expendendo magnifice ac large. Et non permittit ipsam inordinate se habere nec excedendo nec deficiendo. ¶ Nam Magnificentia est habitus secundum rectam rationem electiuus et actiuus Magnitudinis operum: cum magnitudine sumptuum: propter magnitudinem dignitatum consistentium circa diuina vel humana. Et ista virtus respicit tria vz. primo magnitudinem sumptus quem expendit. 2° magnitudinem operum propter quam expendit. 3° magnitudinem dignitatum propter quam magna opera facit. Et ista ordinat Uim concupiscibilem in expendendo magnifice large et virtuose. ¶ Huic per excessum opponitur Banausia que dicta est a banos quod est fornax quia ad modum fornacis succense consumit omnia sua. Et est habitus malus quo Banausus supra illud quod oportet superhabundat in expendendo Multa consumens in paruis quia magna dona dat ioculatoribus: comedis et similibus. Cum mala intentione quia gratia vanitatis ad ostendas diuinitas suas. Cum falsa extimatiōe quia existimat propter hec admirari et reputari: per que tamen contemnitur et deridetur. Cum peruersa ratione quia vbi oportet multa expēdere: expēdit pauca. et vbi oportet pauca: expendit multa. Et in isto extremo vicioso sūt innumerabiles qui in hystrionibus: ioculatoribus: spectaculis ac cōuiuijs dissipant bona sua vt laudentur ab hominibus. Circa autem templa diuina non expenderent etiam obolum. Et credūt se esse magnificos sed sunt Banausi. ¶ Huic per defectum opponitur. Paruificentia. Que est Habitus malus: quo paruificus in omnibus deficit: vz In integritate quia magna consumens propter paruum quid quod vult seruare: amittit fructum et expensam. In tempore quia facit omnia tarde. In studio quia semper studet et intendit qualiter possit minimum expēdere. In affectione quia expendit cum tristitia. In extimatione quia semper existimat se maiora expendere quam expēdat. In hoc extremo vicioso sunt multi. ¶ Hāc virtutem moralem habuit Salomon sicut patet in multis eius operibus: puta In edificando illud magnificum dei tēplum. In illa splendidissima dedicatione In edificādo domū suam regiam. In plantandis pomerijs. In muneribus datis regine sabbe sicut patet Eccles. 2. et. 3. Re. capitulis plurimis.

¶ 9. Justitia que ordinat Vim Concupiscibilem circa materiam vtilez in reddendo iuste ꝛ ſm rectam rationem. Et non permittit ipſam inordinate ſe habere in diſtribuendo vtilia. ¶ Naz Justitia eſt habitus electiuus ꝛ operatiuꝰ iuſti operis vel iuſtorum operum ꝛ electiue diſtributiuus bonorum partialiū inter ſe ꝛ alterum. et inter proximum ꝛ proximum. Et ſic bene diſponit Appetitum concupiſcibilem circa materiā vtilem in redendo iuſte ſm rectam rationem. ¶ Huic opponitur ab vno latere Jniuſtitia. Que eſt Habitus electiuus ꝛ operatiuus ſuperhabundantie rerum vtilium ꝛ defectus nociuarum ꝛ inutilium pro ipſo eligente. Naz qui talem habitum iniuſtitie habet de rebus vtilibus puta de lucro: honore: dignitate: ꝛ huiuſmodi ſibi plus tribuit q̄ȝ oportet: ſed de inutilibus ꝛ nociuis: puta de expenſis labore onere ꝛ huiuſmodi minus ſibi tribuit q̄ȝ oportet. Et in hoc extremo ſunt plurimi maxime ciuitatum ac populorū ſenatores ꝛ magnati qui de honoribus ꝛ cōmodis ſibi plus iuſto tribuunt ſed de oneribus ſibi minus iuſto attribuunt quia imponunt grauiſſima onera ſuper pauperes ꝛ ipſi ea digito tangere nolunt. Jn iſto extremo erāt ſcribe ꝛ phariſei de quibus ſcribitur Math. 23. Alligant onera grauia ꝛ importabilia ꝛ imponūt ſuper humeros hominum: digito autem ſuo nolunt ea mouere. ¶ Huic etiam opponitur alia Jniuſtitia ab alio latere: Que eſt Habitus electiuus ꝛ operatiuus ſuperhabundantie nociuarū ꝛ defectus vtilium pro alijs. Et qui talem habitum habēt de rebus nociuis plus proximo tribuunt q̄ȝ oportet: ꝛ de rebus vtilibus minus proximo tribuunt q̄ȝ oportet. Et in iſto extremo ſunt pluximi ſicut claret per cotidianam experientiam in omni republica ꝛ cōmunitate. ¶ Hanc Moralem iuſtitiaz circa materiam vtilem redendam habuit Benadab rex ſyrie qui iuſſit oīa ſua reddi mulieri vidue ſicut de ipſo ſcribitur. 4. Re. 8. Ubi dicit. Deditq̄ mulieri rex eunuchum vnum dicens. Reſtitue ei omnia que ſua ſūt ꝛ vniuerſos redditus agrorūz a die qua reliquit terram vſq̄z ad preſens. ¶ Jſte ſunt nouē virtutes ordinantes appetitum concupiſcibilem circa receptionem ꝛ largitionem delectabilium ꝛ circa materiam vtilem expendendam mediocriter vel ſumptuoſe. Et redendam vnicuiq̄ ſm regulaz recte rationis. Et ſunt quaſi nouem fructus morales noſtre voluntatis ſiue nouem gradus ſpirituales quibus voluntas humana gradualiter ad ſuaz perfectionem aſcēdit. Uenite ergo aſcēdamus ad montem domini ꝛ docebit nos vias ſuas.

Ethica.

¶ De nouē virtutibus moralibus Appetitum Jraſcibilem ordinantibus. Cap. 109.

Venite aſcendamus ad montez domini ꝛ docebit nos vias ſuas. Aia rationalis ꝛ intellectiua per vim rationalem diſcernit verum: per vim Concupiſcibilem appetit bonum. et per vim Jraſcibilem repellit malum. Sed quia primus parens diuinum mandatū tranſgreſſus eſt ideo has vires anime deordinauit. Nam quia peccauit per vim rationalem indebitam ſcientiā appetēdo: ideo in rationali potentia eſt punitus p ignorantiaz. Quia etiaz peccauit per cōcupiſcibilem cibum vetituz appetendo

ideo in cócupiscibili punitus est per malicià que est pronitas ad malum. Quia etiam in Irascibili peccauit appetendo indebitam potestatem: ideo in Irascibili punitus est cadendo in infirmitatem. Infirmus enim est homo ad bona ardua peragenda & ad mala ardua tollerãda. Et pp̃ter hoc sunt necessarie virtutes vim & Appetitum Irascibilez ordinantes & fortificantes. Et sunt nouez que ipsum ordinant & roborant circa bona ardua pagenda & mala ardua tollerãda. Quattuor circa bona & quinq̃ circa mala.

¶ Pª est Magnanimitas que ordiat Appetitum seu virtutem Irascibilem circa bona ardua ac difficilia rõne sue magnitudinis. Et non permittit ipsuz inordinate se habere circa talia obiecta ardua ac difficilia per segnitiem siue pigritiam. ¶ Nam Magnanimitas est rectum: ac purum firmum efficax & fiduciale desiderium magni boni per magnam hominis sufficientiam possibilis obtineri. Est desiderium quia habitus electiuus sicut alie v̾tutes morales. Est rectum quia virtuosum. Est purum qz non appetitui vano permixtum. Est firmum quia infrangibile per occursum difficultatum. Est efficax quia operatiuum ad desideratum bonum. Est fiduciale quia cum fiducia proprie dignitatis & sufficientie diuinitus accepte: seipsum illo magno bono dignificat: & exponit ꝑm mensuram possibilitatis. Describitur etiam sic. ¶ Magnanimitas est habitus electiuus supponens habitum & bonitatem virtutum ꝑm quem magnanimus dignus existens seipsum dignificat & exponit altis officijs: arduis negocijs: & quibuslibet bonis & magnis rebus agendis. ¶ Nam Magnanimo circa materiaz virtutis primo occurrit vnum difficile arduum vz Magnitudo obiecti opabilis & Magnitudo operis que per segnitiem & pigritiam nata est frangere electionem: Segnities eniz est timor proueniens ex futura operatione maxime si operatio debet eẽ magna. Ne ergo Appetitus irascibilis per segnitiem succũbat circa obiecta operabilia magna ordinatur p̱ virtutez Magnanimitatis: que est habitus electiuus faciẽs magnanimũ se exponere altis officijs: arduis negocijs & quibuslibet rebus magnis agendis. ¶ Hanc virtutez magnanimitatis habuit Moises quãdo de diuina gratia sibi concessa confisus elegit eripere filios israel de manu pharaonis & deducere ad terram promissionis quod erat opus maxime arduum ac difficillimuz sicut patet Exo. 4. ¶ Huic per excessuz opponit̃ Chaymia que est habit⁹ quo mediãte Chaymus velut insipiens & seipsum ignorãs cum sit indignus & insufficiens conatur ad opera honorabilia. Et ad hec assequenda vestibus se ornat figuris ac corporis gestibus se componit: bonas fortunas suas per posse manifestas facit: bona quoqz multimode de seipso dicit vt per hec omnia appareat hominibus honorãdus sicut dicit philosophus. 4. ethi. Et in isto extremo sũt plurimi qui procurant se ad aliquam dignitatez vel magisteriuz aut doctoratum assumi insufficientes & indigni qui postea ob arduitatem officij turpiter succumbunt. Quibus dici potest illud Ecci. 3. Altiora te ne quesieris & fortiora te ne scrutatus fueris. ¶ Huic per defectum opponitur pusillanimitas: que est habitus electiuus quo pusillanimis priuat seipsum bonis quibus est dignus. Et habet aliquam malitiam quia non dignificat se bonis quibus est dignus &

sic recedit a virtute nature rei ꝛ a recto iudicio rationis ꝛ a medio virtutis. Et habet aliquam ignorantiam quia si plene se cognosceret tunc appeteret sibi illa bona quibus est dignus ꝛ quia hoc non facit ideo non plene cognoscit seipsum. Et habet aliquam pigritiam. Et aliquam negligentiam quia nescientes seipsos ꝛ que sibi debentur ſm dignitatem ꝛ sufficientiam suam: negligunt talia querere ꝛ sic discedunt ab operationibus bonis ad quas digni sunt ꝛ similiter discedunt ab exterioribus bonis quibus digni sunt: ꝛ ad que obtinenda sufficientes existunt. Et a talibus sic discedere facit hoiem deteriorem. ¶ In hoc extremo sũt plurimi qui essent ydonei ad opera virtutum mirabilia puta ad Castitatem: Religionem: Abstinentiam: Contemplationem sed ex pusillanimitate deficiunt: ꝛ sic cotidie fiunt deteriores ꝛ cadunt in peius de quibus dicitur Job. 6. Qui timent pruinam: irruet super eos nix. ¶ Per virtutes autem Magnanimitatis ordinatur appetitus Irascibilis circa hec bona ardua ac difficilia ratiõe sue magnitudinis ne cadat in hec extrema.

¶ 2. Longanimitas que ordinat Appetitum Irascibilem circa bona ardua ꝛ difficilia rõne sue dilationis ꝛ longitudinis in aquirendo. ¶ Nam in aquisitione alicuius boni ardui potest occurrere longa dilatio finis intenti que per afflictionem ꝛ tedium nata est frangere electionem bonam quia spes que differtur affligit animã. Et ob hanc dilationem finis intenti multi ymo plurimi filiorum ysrael fraudati sunt a possessione terre promissionis quia non habuerunt longanimitatem sed affecti sũt tedio ꝛ murmurauerunt contra deum ꝛ Moisez. Unde scribitur Nũi. 21. Et tedere cepit populum itineris ac laboris locutusq; est contra dominũ ꝛ moisem. Et ideo necessaria est longanimitas qua magnanimus pro magnis bonis: expositus periculis non frangit: sed longanimiter expectat finez intentũ saltem post mortem. ¶ Hanc longanimitatem habuit Moises qui adeptionem terre promissionis per tot annos dilatam longanimiter expectauit non deficiens a bono proposito incepto vsq; ad finẽ vite sue sicut patet Deut. 34.

¶ 3. Equanimitas que ordinat Appetitum Irascibilem circa bona ardua ratione varietatis accidentium occurrentium in eius aquisitione ꝛ possessione. ¶ Nam in aquisitione alicuius boni ardui occurrunt multotiens varia ac diuersa accidentia prout sunt prosperitas aduersitas que per mobilitatem ꝛ incõstantiam nata sunt frangere bonam electionem. Et ideo requiritur. Equanimitas qua mediãte Magnanimus fortificatur vt nec male fortunatus sit tristis. nec bene fortunatus sit gaudiosus sed equo animo se habeat in omnibus. ¶ Hanc equanimitatem non habuerunt filij israel in deserto qui in prosperis gaudebãt ꝛ ludebant sicut pꝫ Exo. 32. Ubi dicitur Sedit populus mãducare ꝛ bibere ꝛ surrexerunt ludere. Et in aduersis flebãt sicut patet Nũi. 14. Ubi scribitur Igitur vociferans omnis turba fleuit nocte illa. ¶ Hãc equanimitatem habuit Moises qui ꝛ in prosperis ꝛ in aduersis equo animo ꝛ imperturbabili se habuit. Unde scribitur deo Nũi. 12. Erat eniz Moises vir mitissimus sup omnes homines qui morabantur in terra.

¶ 4. Humilitas que ordinat Appetituz Irascibilem circa bona ardua ratione sue sublimitatis ꝛ pronitatis ad casuz.

¶ Nam in inquisitione alicuius boni affui occurrit unum quod est natum inficere et corrumpere rectam intentionē Magnanimi: vz Appetitus varij et vani honoris ac exterioris reuerentie que consistit in signis fallacibus. Si enim talis appetitus inesset corrumperet sinceritatem intentionis ipsius Magnanimi: qui in operationibus suis semper intendit bonitatem operis ac finis. Et ideo ad reprimendum talem appetitū vani honoris requiritur ī magnanimo virtus humilitatis que talem vanū honorem reprimit et abijcit. Et quia hanc partem magnanimitatis Humilitatem rari habent ideo perdunt fructū magnorum operum apud deum cum per appetitum vani honoris ac laudis ipsum querunt apud homines. De quibus dicitur Math. 6. Attendite ne iusticiam vestram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis. Alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrū qui in celis est. ¶ Hāc humilitatem habuit Moises qui in tot mirabilibus operibus que fecit in egipto corā pharaone. et in deserto coram filiis israel. et in ducatu tam magni populi. et tot allocutionibus diuinis semper fuit humilis: nec vnquā appetijt laudes aut fauores humanum sicut patet in Exo. leui. Nūi ac Deut. Iste sunt quattuor partes magnanimitatis ordināt es appetitū Irascibilē circa bonū.

¶ 5. Fortitudo que regulat Appetitum Irascibilem circa malum inferendum ab homine quod tamen potest repelli. ¶ Nā fortitudo est habit⁹ electiu⁹ medians inter timiditatem et audaciam. Et ideo ordinat appetitum irascibilem ne nimis timeat: et ne nimis audeat sed per habitum fortitudinis mediet inter ista. ¶ Hāc fortitudinē habuit sāpson quando occurrentibus sibi philisteis vt ipsum caperent et punirent forti animo occurrit eis et cum mandibula asini interfecit mille viros sicut scribitur Judic. 15.

¶ 6. Secura Cōfidētia que ordinat Appetitum Irascibilem circa malum inferendum a fortuna quod tamē potest repelli: puta ex infirmitate Curabili vel in mari ex aliqua tempestate. ¶ Nam secura confidentia est virtus que multum iuuat ad euadendum talia pericula et talia mala īferēda a fortūa. ¶ Hāc securam confidentiam habuit paulus apostolus et consocios ad eam exhortabatur quando in mare terribili tempestate iactatis dicebat illud quod scribitur Act. 27. Stans paulus in medio eorum dixit. Oportebat quidē o viri audite me etc. et nunc suadeo vobis bono animo esse. Amissio enī nullius aīe erit ex nobis p̄terq̄ nauis.

¶ 7. Tollerantia que ordinat Appetitū Irascibilem circa malum inferendum qd̄ non potest repelli. Uerbi gratia quis incidit in īfirmitatem incurabilem ex q̄ īmediate vel in breui inferret sibi mors vel cecitas aut mutilatio vel aliqd̄ malum huiusmodi quod tamen repelli nō potest aut euitari. Tūc est necessaria tollerantia que ordinet appetitum Irascibilem ne per impatientiam frangatur aut desperet sed confidenter tolleret expectans retributionem et mercedem talis tollerantie v̄tuose. ¶ Hanc tollerantiam habebat paulus apostolus in suis tribulationibus et ad hanc hortabatur Chorinthios quando dicebat. j. Cor. j. Siue exhortamur pro vestra exhortatione et salute que operatur tollerantiā earūdem passionum quas et nos patimur vt spes nostra firma sit pro vobis: scientes quoniam sicut socij passionum

estis: sic eritis et cõsolationib⁹. ¶ Hãc non habent illi qui videntes se in periculis alicuius mali iminentis et ineuasibilis blasfemant deum et sanctos sicut sunt illi qui sunt in periculo proiciendi merces in mari. Uel in aliquo p̃lio in quo opꝫ dimittere arma: vestes equos aurum et huiusmodi.

¶ 8. Patientia que ordinat Appetitum Irascibilem circa malum iam illatuꝫ a causa non humana. Uerbi gratia circa infirmitatẽ imisam a deo Uel circa dãnum rerum temporaliũ missum a deo. Uel circa aliquod malum sibi innatum sicuti ẽ cecitas: surditas: mutitas et claudicatio a natiuitate que sunt mala iam illata sed nõ a causa humana. Et in talibus necessaria est patiẽtia ad moderandum appetitum Irascibileꝫ vt circa talia se habeat ꝫm rectã rationẽ. ¶ Hãc virtutem habuit Job qui in tot malis sibi illatis a causa nõ humana sed a deo promittente et a diabolo operãte vꝫ In Infirmitate In amissione filiorꝫ. In amissione rerum temporalium patienter se habuit et ꝫm iudicium recte rationis. Unde scribitur de eodem Job. j. In omnibus hijs scilicet malis non peccauit Job labijs suijs: neq; stultũ quid contra deum locucus est. ¶ Hanc multi non habent qui in malis iam sibi illatis a deo sunt impatientes: murmurantes: blasfemantes: de paupertate. infirmitate: morte filiorꝫ. Quibus dici potest illud Apostoli ad Hebre. x. Patientia vobis necessaria est vt voluntatem dei facientes reportetis promissionem.

¶ 9. Mansuetudo que ordinat Appetitum Irascibilem circa malum iam illatum ab homine. ¶ Nam Mansuetudo est habitus ꝫm rationeꝫ electiuus et operatiuus moderaminis Ire: mediãs inter plus q̃ oportet irasci et inter min⁹ vel omnino nõ irasci. Et inter iracũdiã et inirascibilitatem: redens animũ non perturbatum: non passione ductum: recte compositum: et ordinatuꝫ: minus punitiuum: et magis donatiuuꝫ ꝫm q̃ accipitur a phõ. 4. ethi. Et ideo quãdo aliquod malum iam est illatum ab homine siue in persona: siue in amicis: siue in fama: siue in substantia temporali. ista mansuetudo regulat voluntatem siue Appetitum Irascibilem ne ex iracundia surgat in vindictam: sed inclinat ad ignoscendum et condonandum. ¶ Hãc mansuetudinem multi nõ habent. Qui cum ab hominibus iniuriantur statim assurgunt ad vindictam redentes malum pro malo et maledictum pro maledicto. ¶ Hanc virtutem habuit Dauid propheta: Qui cum persequeretur ad mortem a rege Saul. et ipse Saul bis incidisset in manus Dauid: noluit ipsuꝫ occidere sed pepercit ei ex sua mansuetudine sicut patet. i. Re. 24. et 26. et iõ meruit ad regnum exaltari: quia scriptum est Math. 5. Beati mittes quoniam ipsi possidebunt terram. ¶ Iste ergo sunt nouem virtutes morales ordinantes Appetitum irascibilem circa bõa atq; mala ardua ac difficilia. Quarum quatuor prime sunt partes Magnanimitatis. et quinq; vltime sũt partes fortitudinis. Et sunt fructus mirabiles qui nascuntur in deserto anime rationalis in arbore virtutis Concupiscibilis. Quibus anima cõtemplatiua nutritur: crescit et augumentat̃ donec ascẽdat ad terram promissionis possidendam. Uenite ergo ascendamus ad montem dñi et docebit nos vias suas.

¶ De partibus Iustitie in quibus volũtas proficiens dilatatur. Ca. 107.

Venite ascendamus ad montez dñi et docebit nos vias suas. Quia vidimus quomodo Appetitus Concupiscibilis ordinatur circa obiecta delectabilia et vtilia in ratione dati et accepti. Et quomodo Appetitus Irascibilis ordinatur circa bona et mala ardua ac difficilia per virtutes morales. Nunc videndum est qualiter Appetitus concupiscibilis moderetur per Justitiaz circa vtile et inutile in ratione debiti et redditi. ¶ Uoluntas enim que ad apicem contemplationis aspirat debet per omnes iustitie gradus currere et in ipsis habituari vt sic omnem iustitiam adimpleat s3 illud saluatoris Math.3. Sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Est autem Justitia s̄m philosophum l.5. ethi.c.j. Habitus electiuus quo habentes volunt iusta: operantur iusta et fiunt operatiui iustorum.i.habituati in operatione iustorum si opera iusta frequentauerint. Uoluntas autem que ad perfectionem aspirat non solum vult iusta: nec solum operatur iusta: sed per assuefactionem fit operatiua iustoruz per habitum aquisitum. ¶ Habet autem ista iustitia vniuersaliter sumpta: quattuordecim partes s̄m diuersos doctores per quas voluntas nostra currens quasi per desertum proficit ad terram promissionis et sunt quasi quattuordecim rami vnius arboris spritualis mirabiliter fructificantes.

¶ p^a pars est Innocentia Que est puritas animi omnem illationez iniurie abhorrens. Et ista est pars Justitie naturalis et respicit omnes: quia sicut nullus vult naturaliter ab aliquo iniuriaz sibi irrogari: ita nulli debet iniuriaz aliquā irrogare. ¶ Hanc innocentiaz custodiētes sunt amici dei et heredes regni dicēte saluatore nostro Mat.x.de paruulis innocentibus. Sinite paruulos venire ad me: taliuz.n.est regnū dei. Amē dico vobis: quisquis nō receperit regnū dei velut paruulus: nō intrabit in illud. ¶ Hanc Innocentiam habuit christus qui nulli iniuriaz irrogauit sed tanquā agnus innocentissimus fuit dicēte ysa. 53. Sicut ouis ad ocisionem ducetur et quasi agnus.s.inocēs coram tondente se obmutescet et non aperiet os suum. et ideo factus est caput electo℞ omniū. Et qui hanc habebunt erunt membra eius. qui autem ea caruerint exterminabuntur. ¶ Iste ergo est primus ramus Justitie v3 Seruare Innocentiaz et nulli iniuriam irrogare.

¶ 2.est. Uindicatio siue Seueritas quo ad iniuriaz illataz. Et vindicatio est virtus per quaz vis aut iniuria: et omnino omne quod obfuturum est defendendo aut vlciscendo propulsatur. Seueritas vero est virt⁹ debito supplicio coercens iniuriam. Et ista est pars iuris naturalis: quo tenemur reddere aliquid nostris malefactorib⁹ pro nostra et quorūlibet innocentuz tutella et hoc est vindicatio seueritas et debita punitio aut ꝑpulsatio. Nā sicut iustū est innocētiam seruare et nulli iniuriaz irrogare. Ita iustum est irrogantem iniurias debite punire s̄m delicti quātitatē. ¶ Hāc ꝑtem Justitie habuerūt filij israel post Josue mortē qui cōprehēdētes Adonibezech: amputauerūt pedū ac manuū eius sūmitates sicut ipse āputauerat septuaginta regibus ꝑut scribit̄ Judic.i. Iste est scd̄s ramus Justitie propulsare aut pūire illatas iniurias: Nec.n.iust⁹ ē qui tales iniurias īpune trāsire ꝑmittit.

¶ 3. Ueritas quo ad verba. Et ista veritas est virtus per quā in cōicatiōe ser-

Iustitia

monium ea que circa nos sunt vel fuerunt vel futura sunt imutata dicuntur. Et ista etiam est pars Juris naturalis quo tenemur ad omnes habere veritatem ꝛ non mentiri quod est per se malum. ¶ Hanc veritatē habuit christus qui omnibus predicauit veritatem dicēs de seipso. Jo.18. Ego in hoc natus sum ꝛ ad hoc veni in mundum vt testimonium perhibeam veritati. Omnis qui est ex veritate audit vocem meam. Et qui hanc veritatem tenuerunt erūt ex parte xpi. Qui aūt non seruauerint ex parte diaboli qui est mendax ꝛ pr̄ mendacij qꝛ scriptū est in ps̄. Perdes oēs qui locuntur mēdacium.

¶ 4. Equitas quo ad temporalia. Equitas autem est Amor equalitatis in his in quibus debet esse equalitas. Et ista est etiam pars iuris naturalis quo debemus equaliter diuidere ꝛ distribuere ea que equaliter diuidi aut distribui debent vel inter proximum ꝛ proximū vel inter nos ꝛ proximū. Siue sunt diuitie: siue honores: siue dignitates. ¶ Hāc equitatem habuit Dauid quando voluit vt descendentis ad bellum ꝛ remanentis ad sarcinas portio equaretur sicut patet. j. Re. 30. Ubi scribitur. Equa enim pars erit descendentis ad bellum ꝛ remanentis ad sarcinas ꝛ similiter diuident. Et qui hanc equitatem tenuerint erunt ꝑm cor dei sicut ꝛ Dauid. Qui autem ea caruerint exterminabū tur quia scriptum est in ps̄. Injusti punientur.

¶ 5. Misericordia q̄ ad Afflictos. Que est virtus per quam animus super calamitate afflictorum mouetur. Et aliorum damna vel cōmoda sua extimat ꝛ nihil humanum a se alienum putat. Et hec est etiam pars iuris naturalis quia sicut vnusquisqꝫ afflictus vellet sibi ab alijs compati ꝛ misereri. Ita tenet̄ afflictis compati ꝛ misereri. ¶ Hanc misericordiam habuit Job qui de seipso dicit Job. 30. Flebā quondam super eo qui afflictus erat ꝛ compatiebatur anima mea pauperi. ¶ Hāc misericordiā qui habuerit ad afflictos misericordiā a deo consequetur qꝛ scriptū est math. 5. Beati misericordes quoniā misericordiam cōsequentur. Qui autē sine ea fuerint exterminabūtur math. 25. Ite maledicti in ignem ꝛc.

¶ 6. Concordia quo ad Ciues. Que est virtus Conciues ꝛ compatriotas in eodē iure ꝛ cohabitatione spontanee metiens. Et hec est etiam pars iuris naturalis quo tenemur cum omnibus concorditer viuere. Sicut enim est contra ordinem nature mēbrum aliquod alteri rebellare ꝛ disentire sic ciuē ciui discorditer viuere. ¶ Hanc concordiā qui habent sunt deo grati ꝛ beneplaciti. Eccl. 25. In trib⁹ bn̄placitū est spiritui meo ꝛ sunt probata coram deo ꝛ hominibus Concordia fratrum ꝛ amor proximorū ꝛ vir ꝛ mulier sibi bene consentientes. Hac qui carent sunt filij diaboli qui posuit in celo bellum.

¶ 7. Gratia quo ad Beneficos. Que est virtus qua mediante homo retinet memoriam beneficiorum alterius ꝛ voluntatem remunerandi ꝑm exigentiam beneficiorꝫ. Et hec ēt est pars Juris naturalis: quo tenemur oībus benefactoribus rependere huiusmodi gratiā ꝛ gratitudinem. ¶ Hanc grām siue gratitudinē habuit Dauid ꝓpheta: qn̄ audiuit a nathan ꝓpheta tot diuinas promissiones sibi factas de stabiliendo regno suo post se: qui cōsurgēs ꝛ stās corā dn̄o recogitauit dīna bn̄ficia ꝛ inūas grās retulit sicut scribitur diffuse. j. parali. 17. ¶ Hanc gratiam qui habent: merent̄

beneficia maiora suscipere et iusti sunt. Et qui hec carent iniusti sunt et benefi-ciis acceptis priuari merentur.

¶ 8. Amicitia quo ad Amicos. Et ista Amicitia est volūtas bona erga aliquē causa illius qui diligit: cum eius pari intentione qui diligitur. Huius primum officiū est idem velle idemq; nolle. Secundum vero secreto admonere et palam laudare. Hec etiam est pars iuris naturalis quo tenemur amicos amare. Hanc partem Iustitie habuerunt David et Ionathas simul qui se inuicem diligebant mutuoq; iuuabant sicut patet j. Re. 18. et 20: et 2. Re. 9. Hanc amicitiam qui habent ad amicos iusti sunt et sunt similes aplis qui xpm amantem amabant. Qui autē amicos odiunt sunt similes iude qui xpm amicum fraudulēter et sub amicitie specie vendidit sicut pз manifeste math. 26.

¶ 9. Pietas quo ad Consanguineos. Et est virtus que parentib⁹ atq; patrie pro ipsorum beneficijs rependit officium et cōuenientem cultum. Et ista etiam est pars iuris naturalis quo tenemur beneficiantes remunerare cōuenienti cultu. Hanc partem iustitie que est pietas habuit Salomon erga mrēm suā quā adorauit: et reuerenter suscepit: et iuxta solium suū sedere fecit: sicut scribitur. 3. Re. c. 2. Et qui hanc pietatē habent ad parentes iusti sunt et viuent vita longiori et sunt a deo benedicti. Ecci. 3. Honora patrem tuum vt superueniat tibi benedictio a deo et benedictio illi⁹ in nouissimo manet. Et qui talem pietatem non habēt sūt a deo maledicti. Ecci. 3. Quā male fame est qui derelinquit patrem et maledict⁹ a deo qui exasperat mrēm.

¶ 10. Obseruantia quo ad principes tpales. Et est virtus per quā homines debitam reuerentiam et honorem īpendūt principibus: pro ipsorum beneficijs. Et ista etiam est pars iuris naturalis quo tenemur beneficiantes honorare et reueriri. Cum ergo a principibus multa būficia recipiantur iustū est ipsos debito cultu atq; honore rebūficiare. Hanc obseruantiā habuit Abigail prudentissima vxor Nabal carmeli qui muneribus et reuerentia debita honorauit David et placauit iram eius et liberauit virū suum a morte sicut pз. j. Re. 25. Et qui hanc iustitiam habēt sunt a deo benedicti a quo est oīs potestas. Qui autē nō hз: diuine iustitie et ordinatiōi resistit et dānationem sibi aquirit. Ad Ro. ca. 13. Omnis aīa potestatibus sublimiorib⁹ subdita sit. Nō ē. n. potestas nisi a deo. Que autem a deo sunt ordinata sunt. Itaq; qui resistit potestati: dei ordinationi resistit. Qui autē resistunt: ipsi sibi dānationem acquirunt.

¶ 11. Obedientia quo ad plātos spirituales. Que est virtus quedam qua homo volūtarie adimplet mandatū suorum superiorum et facit spontaneū et rōnabile sacrificiū proprie voluntatis. Et ista est etiam pars iuris naturalis quo tenemur superioribus pro beneficijs impēsis debitam obedientiā eorū mandatis obsequendo. ¶ Hanc Iustitiam habuerunt Cornelius Centurio et socii ei⁹ qui dixerunt petro aplo prelato spūali toti⁹ ecclesie Act. x. Nunc ergo oēs nos in cōspectu tuo adsum⁹: parati audire oīa quecūq; tibi ꝑcepta sunt a dnō. ¶ Hāc qui habēt in oībus sunt victoriosi dicēte Salomone prouer. 21. Uir obediens loquetur victoriam. Et oēs obediētes sunt iusti sicut inobedientes sunt iniusti Ad Ro. 5. Sicut. n. per inobedientiā vni⁹ hoīs peccatores cōstituti sunt multi: Ita et per vnius obeditionem iusti cōstituentur multi.

¶12. Disciplina quo ad maiores ꝛ preo- ꝑcedentes. Que est morū ordinata dispositio ꝛ maiorū ꝑcedentium patrum regularis obseruatio. Nā patres antiqui religiosi ꝛ sancti ordinauerūt religiones ꝛ disposuerūt. quō religiosi debeant eē compositi ꝛ ordinati in oī motu mēbrorū: in omni habitu ꝛ actione. ꝛ qui talia instituta obseruant hñt hāc iustitie partem que dicitur disciplina: q̄ ē oīum mēbrorū motus ordinatus ꝛ dispositio decens in oī habitu ꝛ actiōe. Et est regularis quedā obseruatio ꝑꝫ instituta maiorū. ¶ Hanc disciplinam desiderabat ꝓpha qñ dicebat i ps. 118. Bonitatē ꝛ disciplinā ꝛ sciam doce me. Hāc qui hñt vadūt ad vitam ꝓuer. 10. Uia vite custodiēti disciplinā. Hāc qui nō habēt currūt ad mortē ꝓuer. 5. Ipse morieť q2 nō habuit disciplinam.

¶13. Reuerentia quo ad sanctos. Que est virtus exhibens cultū debite honorificationis personis grauibus vel aliqua sanctitate sublimatis. Et ista vocatur alio nomine. Dulia qui est honor exhibitus sāctis. Et Hiperdulia exhibiť virgini gloriose. Et ista etiā est pars iuris nālis quo tenemur oībꝰ bñfactoribus impendere grām ꝛ honorē: cū ergo a sanctis multiplicia bñficia cotidie ꝑ eorū merita recipiamus: iustū est eis debitā īpēdere reuerētiā. Hanc sanctorū reuerentiam hꝫ qui eos humiliť honorat: inuocat: bñdicit ꝛ laudat dicēs cum ps. Laudate dñm in sanctis eius. Hanc non habent qui eos maledicunt: vituperant: blasfemant: ꝛ ideo sunt iniusti ꝛ damnati.

¶14. Religio quo ad deū. Que est virtus deo pro beneficijs cultum curam ꝛ cerimoniam debitam impendens. Et alio modo vocatur latria que est cultus deo debitus ꝛ exhibitus. Et hic cultus deo exhibetur corde per fidem: spem: ꝛ caritatem: Ore per adorationē: laudationē ꝛ bñdictionē. Ope per oblationem: thurificationē: ꝛ geniculationem. Et ista etiā ē pars iuris naturalis quo tenemur deo benefactori sūmo repēdere debitas vices. Hāc religionē habuerunt Noe. Abraā. Ysaac. Jacob. ꝛ alij patriarche qui deo debitū cultū exhibuerunt adorando laudando ꝛ bñdicēdo ipsū ꝛ ei debitas oblationes offerēdo sicut pꝫ Gen. per totū. Hanc nō hñt illi qui deū maledicunt laniant ꝛ blasfemant. Hee sunt partes iustitie ꝑ quas proficere dꝫ voluntas que ad mōtē cōtemplationis aspirat vt sic procedat de virtute in virtutē: donec videatur deus deorū in syon. Uenite ergo ascendamus ad montem dñi.

¶ De gradibus iustitie ꝑ q̄s volūtas nr̄a proficiens ascendit. Cap. 108.

Venite ascendamus ad mōtem dñi ꝛ docebit nos vias suas. Uolūtas humana currens ꝑ viam aridā deserti horribilis: ad terrā ꝓmissiōis non solū dilatatur ad varietatē spūalium fructuū capescendā: sed ꝑcipuos ac electos virtutum fructus exquirit: quatenus quo magis profecerit eo magis monti cōtēplatiōis appropinquet. Est. n. ordinatꝰ ꝓcessus omniū electorū ꝛ maxime ꝑfectorū proficere de virtute in virtutē donec perueniat ad montem lucidū contēplationis in hac vita ꝛ ad lucidā diuine essentie visionē in alia q2 scriptum ē ꝓuer. 4. Justorū semita quasi lux splendens ꝓcedit ꝛ crescit vsqꝫ ad perfectā diem. Et ideo volūtas auida cōtēplationis ordinate ꝛ seriatim ascēdit ꝑ gradus iustitie circa proximū: circa seipsum ꝛ

cita deū tribuēs vnicuiqȝ qđ suuȝ est sicut requirit ipsa iustitia. Que est con stās ꝛ ꝑpetua volūtas ius suū vnicuiqȝ tribuēs. Sunt aūt gradus ꝑ quos ascē dit quindecim. Quorum.

¶ p⁹ gradus est. Exhibere ꝛ reddere ꝓ ximo congratulationes in sua prosperi tate ꝛ cōpassionē in sua aduersitate. Et hoc faciunt qui de bonis proximi sui le tantur ꝛ de malis eius dolent ꝛ cōtristā tur ꝛ hoc est iustuȝ ꝛ acceptū coraȝ deo dicente paulo ad Ro.12. Gaudere cum gaudentib⁹ flere cū flētibus. in hoc gra du multuȝ ascendit ꝛ proficit humana voluntas. ¶ Ad hunc gradum ascēde rat paulus ap̄ls qn̄ dicebat. 2. ad Cor. xi. Quis infirmatur ꝛ ego non infir mor. Quis scādalizatur ꝛ ego nō vror. Et per oppositum voluntas que nō hȝ istum Justitie gradum multum đscen dit ad puteū dānationis.

¶ 2. gradus est. Exhibere Justitiā natu ralem omnibus viuis. Justitia autē cō sistit in hijs duobus preceptis vȝ. Qđ oderis tibi fieri vide ne tu alteri aliqñ facias Tho.4. ꝛ Omnia quecūqȝ vul tis vt faciant vobis homines ꝛ vos fa cite illis Math.7. ¶ Ad hunc gradum Justitie peruenerat Job qui dicebat Job. 29. Justitia indutus sum ꝛ ve stiui me sicut vestimento: ꝛ diademate iudicio meo Oculus fui ceco ꝛ pes clau do ꝛ ibi narrat qūo obseruauit illđ pre ceptum Justitie naturalis. Oīa quecū qȝ vultis vt faciant vobis hoīes ꝛ vos facite illis. Et in c.31. narrat qūo obser uauit illud ꝑceptum. Quod oderis tibi fieri vide ne alteri facias: quando dicit. Si ad ostium inimici mei insidiatus sum. Si negaui quod volebant paupe ribus. Si leuaui super pupilluȝ manū meam. Et qui oppositū facit descendit ad baratrum cōfusionis.

¶ 3. gradus est. Exhibere iustitiam nā lem omnibus mortuis consanguineis. Jn elymosinis: orationib⁹: ꝛ maxime ī testamētis eorū distribuendis ſm q̄ ip si ordinauerunt. et in exequendis om nibus sicut ipsi defuncti commiserunt. ¶ Ad hūc gradū Justitie ꝑuenerat Jo seph ꝛ fratres eius. Qui p̄rem suū Ja cob mortuū detulerūt de egipto ī terrā chanaā ꝛ sepellierūt in spelūca duplici q̄ erat in agro Ephron ethei cōtra faciē mābre sic̄ ipse disposuerat in testō suo ante mortē suā: sicut pȝ Gen̄.49. ꝛ.50. ¶ Ad hunc peruenerat moises ꝛ filij is rael qui abstulerunt ossa Joseph de egi pto sic̄ ipse ordinauerat ī testamēto suo prout scribit̄ Gen̄.50. ꝛ Exo.13. Et qui oppositū faciūt đscēdūt ad puteū.

¶ 4. gradus est. Exhibere Justitiā na turalem oībus mortuis extraneis siue eis cōmiserint siue non. ¶ Ad hunc Ju stitie gradū ꝑuenerāt viri Jabes galaad qui audientes saul eē mortuū cum filio suo Jonatha ꝛ corpus saul eē suspēsū in muro bethsam venerūt ꝛ tulerūt ca dauer saul ꝛ cadauera filioꝝ ei⁹ ꝛ cōbu serūt ea igni ꝛ tulerūt ossa eorū ꝛ sepel lierunt in nemore Jabes ꝛ ieiunauerūt septē dieb⁹ sicut scribitur. j. Re. vltimo. ¶ Ad hunc graduȝ peruenerat Judas machabeus fortissim⁹ qui collatiōe fa cta duodeciȝ millia dragmas argēti mi sit Jerosolimā offerri ꝓ pctīs mortuo rum sacrificiuȝ sicut scribit̄. 2. Mach. 12. Et qui ad hunc gradū peruenit mul tum ascendit. Sicut qui oppositum fa ciūt ad puteū cōfusiōis descēdūt.

¶ 5. gradus est. Reddere vnicuiqȝ ꝓxi mo bonū pro bono: siue beneficuȝ pro benefico: ꝛ gratiā pro gratia: ꝛ hoc exi git Justitia naturalis. ¶ Ad hunc gra dum ꝑuenerat Dauid quādo quesiuit an aliquis supesset de domo saul vt fa

geret illi misericordiam pp Jonathan ꝛ rederet illi bona que ipse acceperat a Jonatha quod ꝛ fecit sicut p3.2.R.9. ¶ Ad hūc gradum peruenerat Dauid qñ audita morte regis filiorū amon: dixit. Faciam miam cū filio eius sicut fecit pater eius mecū misericordiam. Et misit nūcios ad consolanduz filium eiꝰ pro morte patris sui: sicut pater eius misericordiam fecerat cum Dauid ipsum consolando in sua tribulatione: sicut p3 2.R.x. Qui vero malū pro bono reddūt descendunt ad pietatem tenebrarum ꝛ confusionis.

puteū

¶ 6. gradus est. Reddere inimicis bonū pro malo ꝛ bñficiū pro maleficio ꝛ gratiam pro iniuria. ¶ Hunc gradum iustitie ostendit xps iesus quādo malcho seruo pontificis qui venerat ad capiendum eū sanauit auriculaz eius dextraz sicut p3 Luc.22. ꝛ Jo.18. Et docuit ēt verbis dicens illud Matth.5. Ego aūt dico vobis diligite inimicos vr̄os: Benefacite hijs qui oderunt vos. Et orate pro psequentibus ꝛ calūniantibus vos vt sitis filij patris vr̄i qui in celis est. O q̄ alte ascendunt qui ad hunc gradum perueniunt: q2 fiunt filij dei. Et per oppositum qui reddunt malum pro malo vel malum pro bono descendunt ad puteum inferni tenebrosum ꝛ fiunt filij diaboli.

¶ 7. gradus est. Reddere ꝓximo optimum pro pessimo. Et hoc fit qñ quis q̄rit tibi auferre vitam qđ est quid pessimuz: ꝛ tu pro eo paratus es offerre vitaz ipam ꝛ mori pro salute illiꝰ. ¶ Hūc gradum iustitie ostendit nobis xp̄s iesus in opere qñ dedit corpus suū optimū Jude pessimo qui querebat eū tradere ꝛ occidere sicut p3 Luc.22. ¶ Ad hunc gradum puenerat Dauid qñ flebat filiū suū absalon ꝛ optabat pro eius salute mori dicens.2.R.18. Fili mi absalon absalon fili mi. Quis mihi tribuat vt ego moriar pro te. Et tamē absalon querebat ipm Dauid de regno expellere ꝛ īterficere sicut patet ibidē. O quātū ascēdit aīa qñ ad istū gradū iustitie puenerit. Et per oppositū ad baratrū infernalē dscēdūt qui reddūt pessimū ꝓ optimo sicut faciunt interfectores parētū ꝛ amicorū qui eos liberauerūt a periculis vel a morte. Isti sunt septē gradus iustitie p q̄s ascēdit voluntas nr̄a suū tribuendo proximo.

¶ 8. gradus est. Reddere sibi Jus suuz quo ad mala cōmissa: v3 dolorē de peccatis cōmissis iux̄ illđ Ezech.30. Quasi parturiētis dolebit. ¶ Ad istū gradū iustitie hortabatur ascēdere Jeremias qñ dicebat Jere.6. Luctū vnigeniti fac tibi: planctum amarū. ¶ Ad hunc gradum puenerat Dauid qñ recognoscēs delictum suū dicebat in ps. Laboraui in gemitu meo: lauabo p singulas noctes lectū meuz: lacrimis meis stratū meuz rigabo. Et rex Ezechias q̄ndo dicebat Ysa.38. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine aīe mee. O quātū ascēdit aīa ꝛ appropinquat ad deuz in isto gradu. Et per oppositū illi descēdūt ad baratrū. qui letātur cū malefecerint ꝛ exultāt in rebꝰ pessimis.

¶ 9. gradus est. Reddere sibimet Jus suū quo ad mala cōmittēda v3 cautellam cōtra omnia mala cōmittēda iuxta illud apl̄i.j.ad thesal.5. Ab omni specie mala abstinete vos: ꝛ illud Ephe.5. Uidete itaq3 fratres quō caute ambuletis. ¶ Ad hunc graduz iustitie puenerat apl̄s qñ dicebat ad Cor.9. Castigo corpus meū ꝛ ī seruitutē redigo ne forte cū alijs p̄dicauerim ipse reprobꝰ efficiar. Et in isto gradu adhuc volūtas magis ascēdit. Et per oppositū qui hāc

cautelā

cautelā nō habent facile ad ima ruunt: dicente scriptura Ecci.27. Si nō in timore dñi tenueris te instanter cito subuertetur domus tua.

¶ 10° gradus est reddere sibi ius suuȝ quo ad operationes: vȝ iudicare: discernere et rectificare omnes opationes exteriores: vt sint recta ꝛ iusta: et debita ītentione facta: et ad debitū finē ordīata oīa opera exteriora nostra. ¶ Ad istū gradū iustitie hortabatur paulus qñ dicebat ad Gal.6. Opus autē suum probet vnusquisqȝ: et sic in semetipso tantū habebit gloriam ꝛ nō in alio. Ad hunc gradū peruenerat Job patientissimus qui dicebat Job 9. Uerebar oīa opera mea sciens ꝙ nō parceres delinquenti: Et ī hoc gradu magis ascendit voluntas.

¶ 11° gradus est reddere sibi ius suum quo ad locutiones: vȝ iudicare: discernere ꝛ rectificare oīa verba et omnes locutiones. Utrum sint vtilia vel nociua ad debitū finem ordīata: vel inaniter dicta: qꝛ scriptum est Ecci.21. Uerba prudētum statera pōderabūtur. ¶ Ad istū gradū iustitie venerat Job quando dicebat Job.6. Respōdete obsecro absqȝ cōtentione: et loquētes id quod iustū est iudicate: ꝛ nō īuenietis ī lingua mea iniquitatem: nec in faucibus meis stultitia personabit. O quantum ascendit volūtas que ad istū peruenerit graduȝ Et per oppositū qui verba nō regulat descēdit ad puteū tenebrosum: qꝛ scriptum est Jaco.p. Si quis putat se religiosum eē nō refrenans linguā suaȝ: sȝ seducens cor suū: huius vana ē religio.

¶ 12° gradus est reddere sibimet ius suum quo ad cogitationes: vȝ iudicare: discernere et rectificare oēs cogitationes interiores: ne vagentur ad libitum: sed sub regula restringantur. et ad debitum finē ꝛ ordinem reducantur: iuxta illud Sap.5. Justi autem in perpetuuȝ viuent: et cogitatio illorū apud altissimū. Ad hunc gradū iustitie hortabaꝛ spūs sanctus quādo dicebat per os prophete Ysa.j. Lauamini mundi estote: auferte malū cogitationū vestrarū ab oculis meis. ¶ Ad istum gradū ascendere nitebaꝛ pphea qui dicebat in ps 77. Et meditatus sum nocte cuȝ corde meo: ꝛ exercitabar et scopebam spiritū meū. O ꝙ̄ rari ascendunt ad istum gradū ꝑpter pronitatem cogitationis ad malum: qꝛ scriptum est Geñ.6. Cuncta cogitatio cordis intenta est ad malū omni tempore.

¶ 13° gradus est reddere sibi ius suum quo ad affectiones: vȝ iudicare: discernere: regulare ꝛ rectificare omnes cordis affectiones. Utrū sint ordinate vel inordinate: ne nimis occupenꝛ circa trāsitoria: ne nimis alligentur circa friuola et inutilia: sed circa diuina ꝛ sempiterna iuxta illud ps.61. Sperate in eo oēs cōgregatio populi: effūdite corā illo corda vr̄a. i. affectiōes vr̄as. Ad istū grad iustitie hortabaꝛ ascendere Joānes apostolus quādo dicebat .j. Jo.2. Nolite diligere mūdū neqȝ ea que in mundo sunt. Si quis diligit mūdū non est caritas patris in eo. Ad istū gradū hortabatur ascēdere paulus apl's quando dicebat .j. ad Cor.7. Hoc itaqȝ dico fratres Tempus breue est. Reliquū est vt qui habēt vxores tanꝗ̄ nō habentes sint ꝛ qui emunt tanꝗ̄ non possidentes: ꝛ qui vtunꝛ hoc mūdo tanꝗ̄ non vtantur ꝗ̄si dicat Moderate affectiōes vr̄as: ꝛ oīa sicut sunt diligēda diligite: et sic regulabitis ꝛ iustificabitis affectiōes vr̄as: Ad istū grad peruenerat Job qñ dicbat Job 31. Si deceptū est cor meū sup muliere. Si letatus sū sup multis diuitijs meis

quasi dicat nihil inordinate dilexi. O quam eminens et excelsus est gradus iste. Et isti sunt gradus iustitie quibus aia ascēdit ad perfectionē quo ad seipm diligentem et proficientem.

¶ 14° gradus est reddere suū ius deo inquātuz est iustus dn̄s: vz timere ipz tā quā dominū iustū iuxta illud Malach. j. Si dn̄s ego sum: vbi est timor me⁹ dicit dn̄s exercituū. ¶ Ad istuz gradū hortabatur ascēdere ille angelus qui habebat euāgelium eternum vt euāgelizaret sedentibus sup terram: et sup oēm gentem et tribum et linguā et populum dicens voce magna Apoc. 14. Timete dn̄z et date illi honorē quia venit hora iudicii eius et adorate eum qui fecit celum et terraz: mare et fontes aquarum. ¶ Ad istum gradū peruenerat Job qn̄ dicebat Job. 31. Semp. n. quasi tumētes sup me fluctus timui deū et pondus ei⁹ ferre nō potui. O quam altus est grad⁹ iste Iste. n. est initiū sapie et iustitie quia expellit peccatū: et sine ipo non pōt esse justitia Ecci. j. Timor dn̄i expellit peccatū. Nam qui sine timore ē non poterit iustificari.

CHARITAS, ET AMOR. DE TIMORE DEI. N.

¶ 15° gradus ē reddere jus suū deo inquātū est bonus pr̄: vz ipm amare tan quā patrē bonum iuxta illud Malach. j. Si ergo pater ego sū vbi est honor me⁹ ¶ Ad istū gradū iustitie nos inducebat sapiens qn̄ dicebat Ecci. 7. In oi v̄tute tua dilige eū qui te fecit. ¶ Ad istū gradum ascenderat propha qui dicebat in ps. 118. In toto corde meo exquisiui te O quam altus est gradus iste: et quam rari ascēdūt ad istū. Isti sunt quidecīz grad⁹ iustitie ad quos et per quos pōt voluntas p grām gratis datā ascēdere: etiam sine grā gratū faciente s̄m aliquos doctores: qui dicūt q possset quis in lege nature ex n̄is diligere deū sup oīa ēt sine caritate infusa. Et tn̄ illa dilectio nālis nō eēt de se sufficiens ad salutē sine caritate infusa. Uenite & ascendamus ad mōtem dn̄i: et d. n: v. s.

¶ De decē gradib⁹ caritatis quib⁹ volūtas ordīate pficit et ascēdit. Ca. 109.

Uenite ascendamus ad mōtez domini et docebit nos vias suas. Uolūtas hūana superne cōtēplationis auida: per desertū anime rōnalis peragrās mirabiles virtutū fructus in dies singulos ordinate reperit et colligit. Nā postquā ē per virtutes morales disposita et ppata. et per iustitie partes dilatata: et p ipsius iustitie gradus exercitata. Ulterius progrediēs: fructus inuenit gratuite caritatis. Deus. n. gloriosus vidēs aīam p amorē nālem bene regulatam: et per amorem acquisitū siue moralem vel rōnalem melius dispositā. amorē suū gratuitum et spūalem sibi infundit quatenus per ipsuz ad summā perfectionē suam cōscendere valeat. ¶ Dr̄ aūt amor iste spūalis qr a spū oritur: datur et inspiratur s̄m illud quod scriptū est ad Ro. 5. Caritas dei diffusa est in cordibus nostris p spm sanctū qui datus ē nobis. ¶ Isto amore gratuito et spūali volūtas roborata viriliter appropinquat ad terraz promissionis: et strenue ascēdit ad mōtem superne cōtēplationis. ¶ Ascēdit aūt per decē grad⁹ amoris gratuiti et spūalis ordinatos quasi de virtute in virtutē donec videat deus deorū in syon quasi in specula contēplationis. Sunt aūt hii gradus ordinati p quos ascendit.

¶ p⁹ gradus est Amor spūalis siue incōparabilis: et ē infimus amoris gradus

cōis oībus electis: ⁊ est tāte virtutis ꝙ oē peccatū mortale ab aīa expellit ⁊ dū sup oīa diligit: ⁊ idō pōt vocari cōgrue incōparabilis et intēporalis qꝛ per eū dilligit deus sup oīa temporalia incōparabiliter. Et iste amor ē necessari⁹ ad salutē: qꝛ qḋ est sūme bonū sup oīa alia bona ē summe diligibile: ⁊ sup oīa alia diligibile. Sꝫ de⁹ ē sūme bon⁹: ⁊ super oīa creata bonus: ḡ sup oīa creata diligibil̄. Et ꝙ sit necessarius oñdit xp̄s dicens Mat. io. Qui amat prēm ⁊ mrēꝫ plusꝗ̄ me nō ē me dign⁹. Et qui amat filium aut filiam super me non est me dignus: q̄i diceret. Qui aliqḋ tp̄ale plusꝗ̄ deū amat nō est dignus salute. ℂ In hoc gradu amoris erat Susana q̄ poti⁹ elegit perdere famā ⁊ honorē temporalē ⁊ vitā corporalem quā peccare mortaliter ⁊ offendere deū dicens Dañ. iꝫ. Angustie sūt mihi vndiqꝫ: si. n. hoc egero: mors mihi est. Si aūt nō egero non effugiā manus vr̄as. Sed melius ē mihi absqꝫ ope incidere in manus hoīꝫ ꝗ̄ peccare in cōspectu dñi. ℂ Iste ē prim⁹ gradus amoris gratuiti: q̄ innūabiles sunt priuati qui ꝓ modico argēto millies peccāt mortaliter.

ℂ 2⁹ ē Amor incōtaminabilis: ⁊ ē mūdi cōtēptorūꝫ ⁊ religiosoꝝ: qui iure vocatur incōtaminabilis eo ꝙ est tāte virtutis vt hoīem a mūdana cōuersatiōe abstrahat: ⁊ a mūdanis possessiōibus separet: ne p eorūꝫ cōmertiū caritas ip̄a aliqualiter polluat̄: et a proprio ope impediat̄: qꝛ scribit̄. i. Jo. 2. Si q̄s diligit mūdū: nō ē caritas p̄ris i eo: q̄m̄ oē qḋ est in mūdo: aut ē cōcupia carnis: aut ꝯcupiscētia oculorum: aut superbia vite. De isto amore dicebat saluator Luc. i4. Oīs ex vobis qui nō renūciat oībus q̄ possidet: nō potest meus eē discipulus. ℂ Hūc gradū gratuiti amoris habuerūt ap̄li q̄n dicebāt Mat. 19. Ecce nos reliquimus oīa: ⁊ secuti sum⁹ te: quid ḡ erit nobis. ℂ Iste gradus ē altior ꝗ̄ p⁹ qꝛ multi sūt in p̄mo gradu et t̄n nō ascēdūt ad istū secūdū sic pꝫ in adolescente diuite qui p amorē incōparabilē diuīa p̄cepta seruauerat: ⁊ t̄n qꝛ nō hūit amorē incōtaminabileꝫ noluit renūciare tēporalibus: sicut pꝫ Mar. io.

ℂ 3⁹ ē Amor īfatigabilis qui ē iugit̄ ꝓficientiū ⁊ xp̄i confessorū: qui iure vocat̄ infatigabilis: qꝛ per istū amorē aīa infatigabiliter q̄rit deū: et in ei⁹ instātiss⁹ inquisitiōe nō fatigat̄. ℂ Hūc gradū amoris hēbat spōsa q̄ tāta solicitudine ⁊ labore dieb⁹ ac noctib⁹ p vicos ⁊ plateas spōsum q̄rebat dicēs Cāt. 3. In lectulo meo p noctē q̄siui quē diligit aīa mea. Quesiui illū ⁊ nō iueni. Surgā ⁊ circuibo ciuitatē per vicos ⁊ plateas: querā quē diligit aīa mea. Quesiui illū ⁊ non inueni. Inuenerūt me vigiles qui custodiūt ciuitatē. Nū quē diligit aīa mea vidistis. Iste amor ē adhuc maior ꝗ̄ secūdus: qꝛ nūꝗ̄ pmittit aīam quiescere donec inueniat ip̄m deū quē diligit. Et m̄lti amorē icōtaminabilē p mūdialiū renūciationeꝫ possidēt: qui t̄n ad infatigabilē istū amoreꝫ nō ascendūt: qꝛ non instāter ⁊ infatigabil̄r deū querūt. Quibus dici pōt illud Apoc. 3. Utinā calid⁹ esses aut frigidus. O ꝗ̄ altus est hic amoris gradus.

ℂ 4⁹ est Amor insep̄abilis qui ē iugit̄ cōtemplātiū: qui merito vocat̄ insep̄abilis: qꝛ cōtinuis stimulis agitat mentem ad cōprehēdendū: cōtemplādū: ⁊ retinendum dilectū deū: nec ad horam quiescere aīam permittit quin dilecto inseparabiliter inhereat. ℂ Ad hūc gradū peruenerat spōsa que dicebat Cant. 3. Inueni queꝫ diligit aīa mea. Tenui eū nec dimittam: donec introducā illuꝫ in

domū matris mee ꝛ in cubiculum genitricis mee. ❡ Hunc gradū paulus hūit qui dixit ad Ro.8. Quis ergo nos separabit a caritate xp̄i: Tribulatio:an angustia:an fames:an nuditas:an periculum:an persecutio an gladius. Certus n. sum:qꝛ neqꝫ mors:neqꝫ vita:neqꝫ angeli:neqꝫ prīcipatus:neqꝫ instātia:neqꝫ futura neqꝫ creatura alia poterit nos separare a caritate dei que est in xp̄o iesu dn̄o nostro. Et iste gradus amoris altior est oībus p̄dictis.

❡ 5ᵘˢ est amor insupabilis:qui est martyrum xp̄i: ꝛ oīm aduersitatibꝰ nō cedentium:sed in oībus tribulatiōibus victorū. Qui merito vocaṫ insupabilis:qꝛ tante ē fortitudinis:vt nullis aduersitatibus frangaṫ:nullis asperitatibus molliatur:nullis fatigationibus debilitetur sed oīa dura:aspera:et ferrea mollia facit ꝛ leuia:qꝛ s̄m Hieronimū. Nihil amātibus durū est:nullus labor difficilis. De isto amore insuperabili dr̄ Cāt. 8. Fortis ē vt mors dilectio:dura sicut infernus emulatio. ❡ Hūc gradū amoris habuerūt illi septem fratres cū mr̄e sua qui p tot genera tormētorum ī eos exhibita nūqꝫ potuerūt ab amore diuino deflecti aut incuruari : sed semper remanserunt inuicti : sicut diffuse scribitur 2.Macha.7: In isto gradu amoris fuerūt alii xp̄i martyres qui tanto igne diuini amoris succensi fuerant: vt ignem mālem extrinsecus vrentem: vel paruipēderent vel minime sentirēt O q̄ȝ eminens est amor iste: qui ꝟbera ferrum:ignē et mortē irridet.

❡ 6ᵘˢ est amor insaciabilis : qui est iugiṫ desiderantiū ꝛ solitariorū : qui merito vocaṫ insaciabilis:qꝛ tante ē fortitudinis vt nihil sibi sufficiat prepter vnum solum quod amat. Et ad ip̄m semper amplius in hac vita sitit ꝛ desiderat. Et q̄to magis diligit tāto amplꝰ dilligere cupit. Et sic ex sui sequitur sitis:qꝛ quo magis amat eo amplius amare desiderat:et q̄ magis bibit amplꝰ sitit. Hūc gradū amoris insaciabilis habebat ꝓpheta quādo dicebat in ps. 41: Quēadmodū desiderat ceruus ad fōtes aquarum:ita desiderat aīa mea ad te deus. Sitiuit aīa mea ad deum fontē viuuꝫ. ❡ Ad hunc gradū amoris insaciabilis ꝛ sitientis puenerat sponsa:quando dicebat Cant.8. Quis mihi det te fratrem meū sugentem vbera matris mee: vt inueniā te solum foris ꝛ deosculer. ❡ De isto gradu amoris insaciabilis dicit Ricardus in libro de caritate. Caritas ita semp inuenit quod adhuc cōcupiscere potest:qꝛ quicquid agit:desideriū ardētis aīe non saciat. Sitit ꝛ bibit:bibēdo sitim nō extīguit:sed quo amplꝰ bibit eo amplꝰ sitit. Auida enī ymo ꝛ insaciabilis anime sitis vel esuries nō sedatur:sed irritaṫ. hec ille. O beata anima q̄ ad istum gradū attingit amoris.

❡ 7ᵘˢ est amor vulnerās. Qui est amor ardens ꝛ feruens cor medulitus transfigens et comburens vt dicat veraciter: Uulnerata caritate ego sum. Hic amor vulnerans ē q̄i aculeus igneꝰ cor hominis medulitus penetrās affectūqꝫ trāsuerberās in tātū vt desideriū sui estū animi cohibere nō valeat: desiderio ardeat:et affectu estuet. ❡ Signa huius amoris vulnerātis sūt ista:gemitꝰ profundus:anhelitus cordialis:suspiria lōga:vultus pallēs atqꝫ tabescens ; que omnia operaṫ amor vehemēs ꝛ vulnerans. ❡ Iste amor vulnerat affectuꝫ ꝛ tūc diligiṫ deꝰ ex toto corde s̄cdm illud Mar.12. Diliges dn̄ꝫ deuꝫ tuū ex toto corde tuo. Hūc amorē vulnerantē hūit sponsus q̄n dicebat Cant.4. Uulnerasti cor meū soror mea spōsa:vulnerastī

cor meū in vno oculorū tuorum. Iste gradus amoris supat oēs tribulatiões et amaritudines Cāt.8. Aque multe nō potuerunt extinguere caritatē:nec flumina obruent illam.

¶ 8ᵘˢ est Amor ligans. Qui est amor ardens et feruēs:ita ligans intellectū vt a dilecto deo ăuertere vel vix vel nullatenus pmittat. Ita ligans memoriam:vt aliud meditari non sinat. Ita ligās cogitationes:vt aliud cogitare nō pmittat. Ita ligās animū vt oīum obliuiscatur Isto amore sic ligatur aīus:vt quicqd agat:quicquid dicat:semp dilectū mente reuoluat:perhennicq memoria teneat:hūc dormiens sōniet : hunc vigilans oī hora pertractet. Hic amor ē major ꝙ̄ pcedens:qꝛ ille aīaꝫ vulnerat:iste vulneratam incarcerat:cathenat atcq ligat:ita vt quocūcq se vertat ab illa vna et intima sollicitudinis sue cura auelli nō possit. ¶ Iste amor ligat intellectuꝫ et mentē:et tūc diligit deus ex tota mēte sm illud Mar.12. Diliges dn̄m deū tuuꝫ ex tota mente tua. ¶ Ad hūc amorē spōsꝰ hortabat spōsaꝫ qn̄ dicebat ei: Cāt.8. Pōe m̄ vt signaculū sup cor tuū .i.sup mētem tuaꝫ et sup intellectū tuū: vt mei obliuisci oīno nō possis. De isto amore dicit deus Osee.11. In funiculis Adam trahā eos in vinculis caritatis.i. in beneficijs multis:quibus per amorē deo alligātur.

¶ 9ᵘˢ est Amor languēs. Qui est ita feruens et ardēs ꝙ aīam totam in seipsa liquescere et languescere facit. ¶ Iste amor ita iplicat aīe actionem:vt circa aliqua occupari nō possit:nisi quo eā diuine volūtatis nutus trahit vel impellit. ¶ Iste amor omne aliud desideriū expellit:oē studiū excludit:omne exercitium violēter opprimit:oēm aliū amorē excludit:qm̄ nihil pter vnū:aut ,pter vnū diligat. ¶ Aie existenti in isto amore:nihil oīno satisfacere:aut sapere pōt preter vnū aut ,pter vnum. Unum amat:vnū diligit:vnum sitit:vnū cōcupiscit:ad vnum anhellat:in vnuꝫ suspirat in vno inardescit:i vno requiescit. Unū solū est in quo reficit:vnum soluꝫ ex ꝙ satiatur. Cuꝫ frui pōt eo qḋ diligit:oīa pariter se hēre credit. Sine illo autem quicquid agat:quicquid fiat:quicquid cogitat:quicquid vltro se offerat:quicquid spōte occurrat:cito reijcit:cito cōculcatur:Ymo inutile et intollerabile videtur:nisi in vnum sui desiderij finem cōcurrat. Sine ēt illo quod diligit horrent aīe oīa:corpore deficit:corde tabescit:corde languescit:cōsilium nō accipit: rōni nō acquiescit:nullā cōsolationē admittit:sꝫ clamat cum spōsa Cant.5. Adiuro vos filie hierusaleꝫ: si inueneritis dilectum meū vt nūcietis qꝛ amore langueo. ¶ De isto gradu amoris languentis dr̄ Cant.8. Si dederit hō oēm substantiā domus sue ,p dilectione : q̄i nihil despiciet eam:qꝛ aīa isto amore languens:oīa alia preter dilectū despicit et paruipēdit et in nullo alio delectari pōt. ¶ Iste amor ligat actioneꝫ et implicat ad vnum finē:et tunc diligit deus ex tota aīa iuxta illud Mar.12. Diliges dn̄ꝫ deum tuuꝫ ex tota aīa tua. ¶ Hūc amoris gradum habuit sponsa qn̄ dicebat Can.2. Fulcite me floribus:stipate me malis:qꝛ amore langueo. Nā sicut mulier corpore languida delectatur:floruꝫ et pomoꝝ odoribus. Sic aīa isto amore languēs fulciri et sustētari desiderat diuinis cōsolatiōibus. O beata aīa que ad istum amoris gradū puenerit.

¶ 10ᵘˢ ē Amor deficiēs:qui adeo fortis et vehemēs est ꝙ aīo tali amore ac desiderio estuāti iam nihil oīno satisfacere pōt:et iō ad defectū ducit. Adeo fortis et

vehemens ē q̄ sitim suā nec resistēdo tēpare nec iebriādo extinguere potest. ¶ Hic gradus amoris oēz aliū affectū expellit et vincit. ¶ In isto gradu amoris diligit̄ deus ex tota virtute iuxta illud Mar.12. Diliges dn̄m deū tuum ex tota virtute tua. Hūc gradū amoris habuit sponsa qñ dicebat Cāt.8. Fortis est vt mors dilectio: ꝛ dura sicut infernus emulatio. Nā aīe sic p̄ amore deficiēti dulce videt̄ quicquid ꝓ deo facere vel sustinere pōt. O aīa mea ad hūc gradū amoris si potes ascende: ad istū aspira: ad istū suspira: ad istū anhela: qꝛ ibi recōditū ē suauissimū māna: ibi diuitie aīe rōnalis: ibi delicie filiorūz dei: ibi sensus: ibi spūs sapie: cui oīa q̄ desiderātur nō valent cōparari. O aīa rōnalis si ditari: si dignificari: si cōsolari desideras: ad istū gradū amoris ascende ꝛ cātabis cū ꝓpha in ps 83. Quā dilecta tabernacula tua dn̄e virtutū cōcupiscit ꝛ deficit aīa mea in atria dn̄i. Cor meū ꝛ caro mea exultauer̄t i deū viuū. ¶ Iste amor deficiēs h̄z septē cōditiones. ¶ p̄ ē insuperabilis: qꝛ nulli alij affectui vel amori cedit. ¶ 2. est insepabilis qꝛ a memoria nūq̄ r̄ecedit. ¶ 3. ē singularis qꝛ sociū alium nō recipit. ¶ 4. ē insaciabilis qꝛ ei satisfieri nō pōt. ¶ 5 est īmortalis: qꝛ a vita quodāmō separari nō pōt. ad Ro.8. Certus sum dicit apl's: qꝛ neque mors: neq̄z vita neq̄z fortitudo: neq̄z altitudo poterit nos separare a caritate dei que est in xp̄o iesu. ¶ 6. est impassibilis: qꝛ quodāmō passiōes nō sentit. In oī iniuria hilarescit: et quicquid ei infertur ad penā: totum presumit ad gloriā Act.5. Ibāt apl'i gaudentes a cōspectu cōcilij qm̄ digni hiti sūt ꝓ noīe iesu cōtumeliā pati. ¶ 7. est insipiēs: amēs: vel insanus: qꝛ opatur quedā q̄ amētiāz ꝛ insaniam sanctaz ꝓtestantur. ¶ Nōne sūme amētie videtur eē velle resistere oīpotētie irascēti atq̄ furēti: et dicēti Exo.32. Dimitte me vt irascatur furor me⁹ cōtra eos ꝛ deleāz eos: et tn̄ Moises isto amore deficiēs temptauit resistere ꝛ p̄ualuit ꝛ placauit oīpotētiam irascentē. ¶ Nōne ēt summe demētie ꝛ insanie videtur eē velle sūmaz sapiāz redarguere ꝛ docere: ꝛ tn̄ Abraaz isto amore deficiēti succensus hoc attēptauit dicēs dō Gen̄.18. Absit a te vt hanc rem facias. et occidas iustū cum impio: fiatq̄ iustus sicut impius. Nequaq̄ facies iudiciuz hoc. ¶ Nōne sūme amentie vr̄ eē verā vitā repellere ꝛ ab ipsa velle separari: ꝛ tn̄ moises isto amore succensus clamauit ad deuz dicens Exo.32. Aut dimitte eis hanc noxam: aut si nō facis dele me de libro tuo quem scripsisti. ¶ Ad hunc gradū amoris peruenerat paulus qui dicebat ad Ro.8. Optabam ego ipse anathema esse a christo pro fratribus meis qui sunt cognati mei s̄m carnez. ¶ De ista eminentissima caritate ait Ricar. in tractatu de Caritate. ¶ Quanta est excellentia ipsius amoris qui omnem alium affectuz excedit. Quanta queso vehemētia que mentē quiescere nō sinit. Quāta obsecro violētia caritatis q̄ oēz aliū affectū violēter ꝓexpellit. Quāta supeminentia cui oīno nihil sufficit. O excellentia amoris: O violentia dilectiōis. O caritatis vehemētia O emulatiōis supeminētia. Si p hos gradus dilectiōis volūtas frequēter ascēderet cito ad terraz ꝓmissiōis appropinq̄ret. Uenite ꝗascēdam⁹ ad mōtē dn̄i ꝛ docebit nos vias suas.

¶ De graduali voluntatis ascēsu p octo beatitudines. Cap. xo.

Venite ascendamus ad mõtez domini ꝛ docebit nos vias suas. ℂ Volũtas humana ꝑ desertũ pn̄ie ac ꝑfectionis currẽs ꝛ ad terrã ꝓmissionis anhelans cũ ꝑ gradus ꝑfecte caritatis exercitata fuerit: nõ solũ v̄tutẽ oĩuz fructus parturit: sed in eminẽtissimis v̄tutum opibus exercetur: ꝛ quasi ab hoĩbus segregata: ꝛ diuino cõtubernio cõfederata nõ iam humanas v̄tutes sed diuinas ꝛ heroicas operaẽ. Et qꝛ volũtas sic ꝑ caritatẽ exercitata videẽ humanã quodãmodo vitã excedere ꝛ ad vitaz beataz quodãmõ appropinquare propterea virtutes que ab ipsa procedunt ꝑꝑ sui eminentiaz dicunẽ beatitudines. In quib' ipa volũtas se exercẽs ꝛ in via ꝑ spem: ꝛ in patria ꝑ rem ꝑfectissime beatificatur. ℂ Sũt autẽ iste beatitudines octo que ꝑfectissime ordinant aĩam quo ad seipsaz: quo ad ꝓximũ ꝛ quo ad deuz dum gradualiter ꝛ ordinate ascendit per ipsas.

ℂ p^a Beatitudo est. Paupertas spũs ð q̃ dr̃ math.5. Beati paupes spiritu qm̄ ipsorũ est regnũ celorũ. ℂ Volũtas exercitata in pfecta caritate discurrit per oẽs beatitudines: ꝛ primo incipiens a paupertate spũs omnia bona exteriora per volũtariam pauꝑtatẽ paruipẽdit ꝛ oẽm inanez gloriaz honorẽq3 mundanum per spũalem ꝛ cordialem humilitatem conculcat. Et sic recte regulatur: quo ad bona exteriora ẜm rõnem que dictat bona minima ꝛ apparentia esse cõtemnẽda ꝑꝑ maiora bona adipiscenda. ℂ Et per istam paupertatem spiritus ꝛ voluntariam non solum spernit superflua ꝛ tẽporalia que super habũdant: sicut facit quedam virtus politica que moderate vtitur temporalibus ẜm cõdecentiam status ꝛ persone abiciendo superflua: sed excellentiori modo spernit: quia ipsa temporalia totaliter abijcit ꝛ contemnit quãtum possibile est vt cõtẽplatiõi diuine liberi' possit inherere: ꝛ ista tẽporalia volũtas abijcit nõ tãq3 mala: qꝛ hijs põt hõ bene vti per virtutẽ politicã; sed tanq3 minora bona impeditiua maioris boni. Et per istã totalẽ abiectionẽ tẽporaliũ disponit aĩa ad ascẽsuz ꝑfectissime cõtẽplationis ꝛ ꝑfectiõis: ꝛ iõ promittiẽ ei regnum celorũ v3 excellentia ꝛ sufficientia bonoruz celestiuz. ℂ Hanc paupertatem spũs habuit paulus aplš qñ dicebat ad phil.3. Propter christũ oĩa detrimentũ feci ꝛ arbitror vt stercora vt christũ lucrifaciam ꝛ vt inueniar in illo. Et hoc quo ad res vtiles: ꝛ qñ dicebat j.Cor.15. Ego.n. sũ minimus aplorum qui nõ sum dignus vocari aplus. Et h quo ad honores mũdiales. ℂ Et cum aĩa puenerit ad istã primã beatitudinẽ in qua siue ꝑ quã abscindũtur radices peccatoꝝ v3 cupiditas tẽporaliũ ꝑ paupertatem volũtariam: ꝛ superbia ꝑ humilitatẽ spũs: facilime ascẽdit ad oẽs alias btitudines ꝛ ad oẽ3 aliã ꝑfectionem. Sine ista autẽ ad alias ascẽdere nequaq3 valet. Uñ non incõgrue posita est ista beatitudo a xp̄o in pmõ loco q̃si basis origo ꝛ fũdamẽtũ oĩu3 beatitudinũ ꝛ oĩu3 ꝑfectionũ. Si ergo o aĩa dilecta ꝑ volũtatẽ ad culmẽ ꝑfectõis ascẽdere cupis: optime dispone fũdamẽtũ istõ renũciando ex corde oĩb' tpalib' ꝑ pauꝑtatẽ: ꝛ ꝓprie volũtati ꝑ hũilitatẽ. Nã ꝑꝑ defectũ huius fundamenti rari ad apicẽ ꝑfectionis ascẽdunt.

ℂ 2.ẽ Mititas siue Mãsuetudo ð q̃ dr̃ math.5. Bti mites qm̄ ipsi possidebũt trã. ℂ Volũtas mũdificata ab auaritia ꝑ pauꝑtatẽ ꝛ a sup̄bia ꝑ humilitatẽ as

VIII Beatitudines euangelij

cendit ad mãsuetudinez τ mititatẽ: qꝛ nõ amplius hꝫ alicui⁹ ꝑturbatiõis cãz. Nam oĩs ꝑturbatiõis mundialis causa est cupiditas terrenoꝝ τ supbia: ꝓpter quas volũtatis appetit⁹. ℭ Et ista mãsuetudo siue mititas recte regulat τ pficit hoĩem respectu motus irascibilis interioris: per cõparationẽ ad mala penalia. Nam recta rõ dictat mala penalia huius vite esse sine ĩpatientia tollerãda tum pp peccata cõmissa: tum pp p̃mia promissa: qꝛ non sunt cõdigne passiões huius tp̄is ad futurã gloꝛiã que reuelabit̃ i nobis ad Ro.8. ℭ Et ista mititas nõ soluꝫ regulat passiões irascibilis cõmuni mõ sicut facit qdaꝫ virtus politica q̃ dr̃ mansuetudo: que sic refrenat eas q̃ hõ non nimis impetuose excedit: tñ aliqualẽ earum ꝑturbationeꝫ sentit: sꝫ excellenti⁹ regulat: qꝛ reddit hoĩem totaliter tranquillũ a motibus irascibilis p oĩmodaꝫ subiectionẽ ad regulam rõnis τ ad regulã diuine legis. ℭ Et p istã mititatem τ ĩpturbabilem animi trãquillitatem disponit̃ mirabiliter aĩa ad perfectã celestium cõtemplationeꝫ ĩ vita p̃nti: τ ad celestiuꝫ possessionẽ in vita futura. Ideo adiungit̃ p̃miũ cum dr̃ Qm̃ ipsi possidebunt terraꝫ. Sicut.n. viri bellicosi sequentes motus τ passiones virtutis irascibilis ad hoc mouent lites τ bella: vt quasi securi possideant terrã deuictis inimicis: sic per oppositũ totaliter quietis a motibus irascibilis a deo datur in p̃miũ pacifica possessio terre viuentium. ℭ Hanc mititatẽ habuit Moises de quo scribitur Nũi.12. Erat.n. moises mitissim⁹ sup omnes hoĩes qui moꝛabãtur in terra. Et ideo frequentissime ascendebat in mõteꝫ cõtẽplatiõis: et ad diuinas visiones τ locutiones. Qui auteꝫ sunt iracũdi sunt inepissimi et difficiles ad ↄtemplationeꝫ τ vite pfectioneꝫ. Uenite ꝰ ascendam⁹ ad mõtem dñi.

ℭ 3. est Luct⁹ de q̃ dr̃ Mat.5. Bt̃i qui lugent qm̃ ĩpi ↄsolabunt̃ ℭ Uolũtas mũdificata a puluere terrenoꝝ p voluntariã pauptatẽ. et trãquillata a ꝑturbatiõib⁹ p mititateꝫ: q̃i oculus limpidũs τ clarus incipit videre statũ suum viciosuꝫ: miserũ τ periculosum: τ incipit lugere τ ascẽdere ad tertiam beatitudinẽ q̃ est luctus. ℭ Et iste luctus pfecte regulat hoĩem respectu motus cõcupiscibilis interioris p cõpatationẽ ad mala culpabil'ia: τ ad obiecta dlectabilia: vꝫ ad delectationes ciboꝝ quo ad gustuꝫ: venereoꝝ quo ad tactũ: melodiaꝝ q̃ ad auditũ: spectaculoꝝ quo ad visum: τ odoꝝ quo ad olfactũ. Nã recta rõ dictat mala culpabilia eẽ lugenda: et bõa huius mũdi delectabilia esse declinãda tanꝗ̃ impedimẽta quedã summi τ optimi delectabilis. Et ista beatitudo nõ solũ regulat passiones cõcupiscibilis circa delectabilia vtendo eis moderate et supflua abiciendo: sicut fit p tẽpantiã que est virtus politica: sꝫ excellẽtiori mõ qꝛ p beatitudineꝫ luctus: hõ oĩa talia a se penitus abdicat: τ luctum volũtarium assumit: ita q̃ totũ statum vite p̃ntis luctũ reputat: τ carcerem τ exiliũ celestis patrie. ℭ Et p istuꝫ luctũ mirabiliter disponit̃ aĩa ad perfectaꝫ celestium cõtemplationẽ in vita p̃nti: τ ad celestiũ possessionẽ in vita futura: et ideo addit̃ p̃miũ cum dr̃ Quoniã ipsi cõsolabuntur. Cõgruũ.n. est: vt qui ꝓ dei τ xp̄i amore in voluntario luctu occupantur. sic̃ cum deo et xp̄o τ angelis cõsolẽtur. ℭ Hanc beatitudinẽ luctus habuit Jeremias ꝓpheta dicẽs Jere.9. Quis dabit capiti meo aquam: τ oculis meis fõtem lacbꝛimarũ τ ploꝛabo die ac nocte interfectos filie populi mei: et iõ fuit ꝑ

pheta maximus:et diuinas visiones ac reuellationes habuit. Qui autē vacant risui et mūdialib⁹ cōsolationibus iepti sūt ad celestium cōtemplationem. Ista beatitudo luctus mirabiliter aīam illuminat ad sui cognitionē quia cui crescit scia crescit ꝛ dolor.

¶ 4. est Esuries ꝛ sitis iustitie de q̄ dr̄ Mat. 5. Beati qui esuriūt ꝛ sitiunt iustitiā qm̄ ipsi saturabūtur. ¶ Uoluntas hūana mūdata ab amore terrenorū p pauptatem:ab appetitu vindicte p mansuetudinē siue mititatem:et illumiata per luctū incipit videre verū bonum iustitie ꝛ sitire et esurire ipm̄: qꝛ ex quo contemnit falsa bona: cum non possit sine amore et delectatione pmanere:cōuertitur ad amādū verum bonū iustitie: ꝛ in ipso delectari: ꝛ sic ascendit ordinate ad quartā beatitudinē q̄ est esuries ꝛ sitis justitie. ¶ Et ista beatitudo pficit et regulat hoīem ſm rectā rōnem respectu proximi in rōne debiti. Rō. ii. nālis dictat q̄ vnicuiq̄ dari dꝫ qđ suū est nō nimis notabiliter ꝑcrastinando vel retardādo:et hoc fit per iustitiā:q̄ est virtus politica. Sed excellentius fit per istā beatitudinē q̄ dicitur esuries ꝛ sitis iustitie:per quā hō reddit vnicuiq̄ quod suū est feruenti:ardēti atq̄ insolito desiderio:sicut esuriens ꝛ sitiens ardenter ꝛ feruenter comedit ꝛ bibit. ¶ Et p istam esuriē iustitie q̄ est desideriū qđdā ardens virtutis cuiuscūq̄ mirabiliter disponit aīa ad celestiū contemplationē : que in presenti vita aīam aliqualiter saciat: ꝛ ad celestiū possessionem:que in futura vita totaliter saciabit ſm illud ps. Saciabor cū apparuerit gl'ia tua: Jō cōuenienter adiungitur premiū cū dicitur Quoniā ipsi saturabūtur:qꝛ hūanum desideriū satiabit. ¶ Hāc esuriē ꝛ siti iustitie habuit paulus apostolus qui pp zelū iustitie ac virtutis p vniuersum discurrebat docens oēs ꝛ dicens ad Ro. j. Grecis ac barbaris:sapiētibus ꝛ insipientibus debitor sum:et iō mirabiles a deo reuellatiōes et contemplationes hūit. Qui aūt hanc esuriē et sitim iustitie nō habēt:ad cōtēplationem sunt inepti. ¶ Ad hanc beatitudinē aīa iam peruenit:qn̄ desideriū ardentissimū habet ꝑficiendi de bono in melius:de virtute in virtutē: ꝛ d̄ grā in gratiā. Nā esuries ꝛ sitis iustitie que est cōis virtus : ardētissimū et feruens desideriū est cuiuscūq̄ virtutis et pfectionis. Et p istam esurieꝫ et sitim aīa est summe disposita ad celestium contemplationē.

¶ 5. est Mīa de qua dr̄ Mat. 5. Beati misericordes quoniā ipsi mīam consequent. ¶ Uoluntas hūana hñs esuriem et sitim justitie ꝛ desiderans in oībus dei voluntatem ꝛ legē adimplere: sciens se nō posse plene de peccatis suis satisfacere querit viaꝫ per quam possit diuinam volūtatem adiplere et ei satisfacere:et iō conuertitur ad mīam : q̄ est quinta beatitudo:qꝛ nouit ipam deo acceptissimā: ꝛ per eaꝫ oīa sibi peccata relaxanda. ¶ Et ista mīa pficit hoīem respectu ꝓximi in hijs que hñt rōnem doni. ¶ Et in talibus mō cōmuni ꝛ hūano disponit liberalitas in paruis ꝛ mediocribus donis q̄ est virtus moralis ꝛ politica:et magnificētia in donis magnis et excellentibus que est etiā virt⁹ politica. Sed excellenti⁹ hoīem dispónit quinta beatitudo que vocat̄ Mīa: quoniā defectū alterius totaliter accipit quasi suum. vñ dr̄ hō misericors quasi miserum hñs cor:qꝛ in corde recipit defectū alterius quasi suū. ¶ Et ista optime disponit hoīem ad cōtemplationē: ꝛ eternorū possessionē. Ideo adiungit̄

premiū cū dr̃. Qm̃ ipi miam cōsequē tur & in pñti p pctōrū remissionem & in in futuro p supbabūdantē refectionē & retributionē. ¶ Hanc btitudinē misericordie babuit Job ppheta qui dicebat Job. 29. 30. & 31. Oculus fui ceco & pes claudo. Pater eraʒ paupum. Flebam quondā sup eo qui afflictus erat & ɔpatiebat̃ aia mea paupi. Si negaui qd volebant paupib⁹ & oculos vidue expectare feci. Quia ab infantia mea creuit mecū misericordia & de vtero matris mee egressa est mecū. Et ideo meruit a dño retributionē ī vita pñti ī bonis tēporalib⁹ sicut pʒ Job. vltio & mirabiles reuelatiōes dinas sicut pʒ Job 38. 39. & 40. Qui auteʒ ista mia vacui sunt ad oēm pfectionē & cōtemplationem inepti sunt.

¶ 6. est Mundicia cordis d q̃ dr̃ math. 5. Beati mūdo corde qm̃ ipsi deuʒ videbunt. ¶ Uoluntas bumana in mia exercitata mundificatur: q2 elemosyna est mūdificatiua ſm illud dictū saluatoris Luc. xi. Date elemosynam & ecce oia munda sunt vobis: & ideo post beatitudinē misericordie ascendit merito & cōgrue ad beatitudinē munditie cordialis. ¶ Et ista perficit bominē respectu dei quo ad intellectū speculādo. Sicut. n. oculus imūdus non clare videt sed bene oculus mūdus & purificatus sic cor criminib⁹ & passionib⁹ imūdum diuine speculationi & contēplationi est ineptū: cor autē mūdū est ad talē contēplationem aptissimū. ¶ Et circa istam speculationē diuinā cōi & bumano modo disponūt boiem virtutes itellectuales & sciētie speculatiue maxime methaphisica: que docet diuinas pprietates ɔsiderare sicut pʒ. 12. metha. Ubi docet cōsiderare deū esse vnū: Eternū: Actuʒ purū: viuenteʒ vita nobilissima: sempiterna: & optima: & boc solū cōsiderando deū ex proprietatib⁹ creaturarum. Sed ad istaʒ speculationē excellentori modo disponit bomo per Mundiciam cordis: per quā mens bumana deo cōiūgitur & sic de diuinis supra bumanū modum illustratur: sicut appa ret in apostolis qui per cordis mūdiciā absq3 bumano studio fuerunt de diuinis magis illustrati q̃ʒ quicūq3 excellētissimus phs. ¶ Ista mūdicia optime disponit bominē ad contemplationem & celestium adeptionē: & ideo dixit xp̃s Math. xi. Confiteor tibi dñe pater celi & terre: quia abscondisti bec a sapientibus & prudentibus & reuelasti ea paruulis. i. bumilibus & mūdis corde sicut sunt paruuli. ¶ Hanc cordis mūdiciā babuit Daniel ppheta qui noluit cōtaminari aut pollui comedendo de cibis regalib⁹ sicut pʒ Dan. j. & ideo fuit maximus contēplatiuus & reuellationes visionesq3 plurimas babuit sicut patet Dañ. per totum. Qui aūt ista mundicia carent ad contēplationem non sunt idonei: sicut oculus infect⁹ aut puluerulentus in solē aspicere nō pt.

¶ 7. est Pax d qua scribitur Math. 5. Beati pacifici quoniam filij dei vocabuntur. ¶ Uoluntas bumana cuʒ per cordis mundiciā deuʒ videre ceperit & contemplari: ipsi deo per amoreʒ totaliter vnitur & in ipso tanq̃ʒ in sūmo bono quietatur & pacificatur & ideo post cordis mundiciam merito transit ad septimam beatitudinem que est pax. ¶ Et ista ordinat bominem respectu dei quo ad affectū ipsuʒ deū diligendo & boc facit mō excellentissimo. ¶ Nã cōmuni & bumano mō ordinat̃ bō respectu dei per amoreʒ naturaleʒ: qñ diligit ipsuʒ deuʒ sicut principiū suū efficiens & conseruatiuum: licet preter ipsū

sum deum diligat alia. Sed excellētius ad ipsuz deuz ordinatur hō p beatitudinez que est pax: qñ.s. homo totaliter per mentis affectū deo coniungit̄ sicut bonitati sūme: ꝛ sic nihil aliud extra ipsuz querit: sed in ipso quietatur ꝛ pacificatur. ¶ Ista pax que ē amor dei pfectissimus optime disponit aīam ad contemplationē ꝛ celestiuz possessionem ꝛ ideo pmittitur pmiū cōueniens cū dr̄. Qm̄ filij dei vocabuntur. Filiatio eniz importat assimilationē. Propriū autē ipsius dei est q̄ seipso fruitur ꝛ in seipso quietatur ꝛ ideo qui pdicto mō sūt pacifici recte filij dei vocabūt̄. ¶ Hāc pacem que est amor dei pfectissim⁹ habuit Helias pphēta qui dixit. 3. R. 19. zelo zelatus sum pro domino deo exercituū ꝛ ideo fuit maximus cōtemplatiuus ꝛ vidit dn̄m non in spiritu grandi ꝛ forti: nō in cōmotione: nō in igne: sed in sibilo aure tenuis: q2 in pace ꝛ quiete fiunt reuellationes ꝛ cōtemplatiōes: q2 factus est in pace locus eius. Qui āt hanc beatitudinez pacis non habēt: ad contemplationē reddunt̄ inepti.

¶ 8. est Sufferentia tribulationū ꝛ persecutionuz pp iustitiam de qua dicitur math. 5. Beati qui persecutiōez patiuntur pp iustitiaz qm̄ ipsorum est regnuz celorum. ¶ Uolūtas humana cuz per amorē excellentissimū in deo fuerit pfecte quietata ꝛ pacificata: diuinam gustans dulcedinem: tantā recipit in aīā do ipsum deū fortitudinez: q̄ oīs amaritudo sibi videtur dulcis: ꝛ oē graue videtur leue ꝛ oīs verecundia reputat̄ gloria ꝛ ideo transit ad vltimā beatitudinem que est sufferentia volūtaria psecutionū ꝛ tribulationum. ¶ Et ista beatitudo pficit hominē ad bene patiēdum sicut alie predicte ad bene agendū. Quia sicut ad virtutē ptinet bene agere ita ꝛ bene pati. ¶ Ad bn̄ āt patiēdū perficit̄ ꝛ ordinatur hō cōi ꝛ humano modo p fortitudinem que est virt⁹ politica: per quā pro iminenti tribulatiōe nō recedit a virtute sed patiēter sustinet lz cuz aliqua angustia ꝛ dolore. Sz excellentiori modo ordinatur ad bn̄ patiendū p istā beatitudinez: que pōt dici q̄dā fortitudo diuina: p quā aduersa ꝛ psecutiones sustinet non solū patienter sed letanter cū iubilo ꝛ exultatiōe sicut faciebāt xp̄i martires qui quāto acerbiorib⁹ tormētis cruciabant̄: tāto magis in dn̄o letabant̄. ¶ Hec btitudo optime disponit ad celestiū cōtēplationez ꝛ adeptionē: ꝛ iō pmittit̄ pmiū cuz dr̄ Qm̄ ipsorū est regnū celoꝝ. Sicut.n. seculares pp copiā reꝝ tēporaliū possidēdam: oīa aduersa libēti aīo sustinēt: ita libēter sufferētib⁹ p dei amore tribulatiōes ꝛ psecutiōes pmittit̄ regnuz celorū. i. copia sufficiētissima bonoꝝ celestiū. ¶ Hāc btitudinē habuit paulus apl's qn̄ dicebat. 2. ad Cor. 12. Libēter gloriabor in īfirmitatib⁹ meis vt ihabitet in me v̄tus xp̄i pp qd̄ placeo mihi ī īfirmitatib⁹ meis: in cōtumelijs: in necītatib⁹: in psecutōib⁹: ī angustijs p xp̄o. Cū.n. īfirmꝰ sū tunc fortior sum. O aīa rōnalis ascēde p hāc scalā de paupertate spūs ad māsuetudinē siue ad mititatē. De mititate ad luctuz. De luctu ad famē iustitie. De fame iustitie ad miam. De mia ad cordis mūdiciā. De cordis mūdicia ad pacē. De pace ad sufferētiā tribulationū ꝛ sic ascēdes ad apicē ɔtēplatiōis O aīa mea disce hāc scalā: stude freq̄nt̄. Imprime memorie. In ista sit orō tua: Meditatio tua: Cōtēplatio tua. ¶ Ista scala facta ē a v̄itate ifallibili xp̄o. In ista est via vite: via lucis: ꝛ via beatitudinis sempiterne. Uenite ḡ ascēdam⁹ ad montē dn̄i ꝛc.

Paulus. —

¶ De spūali volūtatis ascensu p duodecim spūs sancti fructus. Cap.iii.

Venite ascendamus ad mōtem dñi ⁊ docebit nos vias suas. Uolūtas spūa na in virtutibus moralibus exercitata: et in gratuitis habituata: necnō in beatitudinibus cōsumata: incipit iā cū suauitate quadā in bonis opetib⁹ delectari. et sic p sancti spūs fructus gradualiter ascendere. ¶ Dicūt aūt opera spūs sancti fructus ad similitudinē fructus materialis. Sicut .n. ab arbore māli vltimate procedunt fructus qui cū suauitate gustātur. Sic a spū sancto inhabitante in anima per grāz. vltimate ꝓcedūt duodeci opera: q̄ mentem operātiū delectant. et iō pp suauitatē quam mens possidet in talibus opibus dicūtur fructus. ¶ Et nō sunt habitus distincti ab alijs virtutibus: sz important status delectationū et vsus spūalium cōsolationū: quibus replentur et consolātur spiritus virorum iustorū. ¶ Et qꝛ quattuor sunt ex caritate diligenda. ¶ Unū quod est supra nos tanq̄ȝ bonū sūmū: vz Deus. ¶ Secūdū qꝫ est intra nos tāq̄ȝ bonū intrinsecuz: vz Anima nostra. ¶ Tertiū qꝫ est iuxta nos tanq̄ȝ bonuz cognatū: vz proximus. ¶ Quartū qꝫ ē infra nos tanq̄ȝ bonū infimū: vz corp⁹ nostrum cū quo silr̄ continetur corpus proximi: hinc est qꝫ fructus spiritussancti sunt duodecim quos describit paulus ad Gal.5. dicens. Fructus aūt spūs est: caritas: gaudiū: pax: patientia: benignitas: bonitas: longanimitas: mansuetudo: fides: modestia: cōtinentia: castitas. Quorū tres respiciūt corpus propriū: tres proximū nostrū: tres aiaz nostrā: et tres ip̄m deū. et in hijs fructib⁹ aīa rōnalis mirabiliter ascēdendo consolat̄ ⁊ delectatur. et dū cōsolatur mirabilius ascendit.

¶ 1⁹ Spūs scī fructus̄ icipiēdo ab hijs q̄ sūt ifra nos ē Modestia: ¶ Que ē circa exteriores actiōes corpis nr̄i: et est q̄dā v̄tus q̄ facit cultū ⁊ motū ⁊ oēz nr̄az occupationē vltra defectū ⁊ citra excessū sistere. Et est v̄tus q̄ in v̄bis: gestib⁹ actibus: motib⁹ ⁊ opatiōibus debitum modū obseruat. ¶ Ad istā modestiam spūs sctūs exn̄s in aīa inducit ⁊ fac̄ volūtatē talem modestiā exercere cū gaudio ⁊ d̄lectatiōe spūali. Repleta .n. mēs spū scō mirabilit̄ delectatur ī modestia v̄borū: gestuū: motuū: ⁊ oīm opationū exteriorū. ¶ Et talis modestia cū gaudio et letitia spūali signū ē spūs sancti ihitantis in aīa: cuius ista modestia est fructus. Sicut .n. arbor bōa cognoscit̄ ex bonis fructib⁹ Mat.7. Sic ex ista modestia q̄ ē fruct⁹ bon⁹ cognoscit̄ sp̄s sanct⁹ inhitans q̄ ē arbor bona. ¶ Et p opp^m imodestia ⁊ icōpositio ī v̄bis: gestib⁹ motib⁹ ⁊ opibus signū ē spūs maligni hitātis ī aīa: qꝛ mala arbor malos fruct⁹ fac̄ Mat.7. ¶ Hāc modestiam paulus apl's hūit: ⁊ ad ip̄am hortabat̄ Phillipenses qñ dicebat ad Phil.4. Gaudete ī dño semp: iterū dico gaudēte: Mode⁹ vr̄a no^a sit oīb⁹ hoīb⁹. d̄ cet^a fr̄es: q̄cūq̄z sūt v̄a: q̄cūq̄z pudica: q̄cūq̄z iusta: q̄cūq̄z scā: q̄cūq̄z amabilia: q̄cūq̄z bone fame. Si q̄ virtus: si qua laus discipline: Hec cogitate: que et didicistis: ⁊ accepistis ⁊ vidistis ī m̄.

¶ 2⁹ ē Cōtinētia: Que ē circa cōcupias corpales: iteriores et fortes. Cōtinētia .n. ē virtus circa delectatiōes venereas et fortes pugnās et vincēs eas: ⁊ potēs se ab ipugnatiōib⁹ taliū pass^onū d̄fēdere ⁊ nō facere p̄t vel cōtra rōnem ꝓpter corporales delectationes: et ideo con-

sistit circa rem difficilē et circa concupiscentias superexcellentes, put dicit phs 7. Ethicoꝝ. Ad istam cōtinentiā spūs sanctus exn̄s in aīa inducit: et facit in tali cōtinētia volūtatem gaudio ac leticia spūali superhabūdare. Et cū aīa in talibus cōcupiscentiis fortibus cū gaudio pugnat et vincit signum est spūs inhabitantis in aīa. Hanc continentiā habuit paulus apl's qui in magnis concupiscētiis luxurie ac carnis pugnās vincebat cū gaudio: leticia ac gloria spūali: sicͭ pꝫ 2. ad Cor. 12. vbi dicͭ. Et ne magnitudo reuellationū extollat me datus est mihi stimulus carnis mee angelus sathane qui me collaphizet: pp̄ q̄ ter dn̄m rogaui vt discederet a me et dixit mihi Sufficit tibi grā mea: nam virtus infirmitate perficitur: Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis: vt inhabitet in me virtus xp̄i: propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis. Et per oppositū qn̄ volūtas gaudet et letatͭ in incōtinētia: signū est spūs maligni inhabitantis in aīa: q2 de talibus scriptū ē ip̄s. Letantur cum malefecerint et exultant in rebus pessimis.

¶ 3° Castitas: que est circa cōcupiscentias corporales īfiores ꝛ debiles. ¶ Nā castitas est virtus circa delectatiōes venereas: sed nec patitur ab eis nec vincitͭ et in hoc differt a continentia: quia continētia respicit cōcupias fortes et pugnat et vincit eas. Castitas vero nec patitur concupiscentias nec vincitur ab eis: sed habet concupiscentias iam sedatas. Et quando voluntas i tali castitate gaudet iubilat ꝛ spiritualiter letatur signum ē spiritus sancti inhabitātis in anima: cuius fructus est talis castitas cum tali leticia spūali. ¶ Hanc castitatē pacatā ꝛ quietam habuit seraphicus pr̄ noster Franciscus: cuius caro ad tantā pacem et quietē venerat concupiscentie q̄ non solum spm̄ propulsabat ad aliquod inhonestū vel malum: sed ad bonū magis allicere videbatur. Et isti tres fructus respiciūt corpus nostrum qd̄ infra nos est.

4° Mā suetudo. Que est respectu proximi qui est iuxta nos et cōsistit in ope et cōuersatione. ¶ Mansuetudo. n. est illa virtus que cohibet iram: et facit eq̄nimiter tollerare mala ab aliis illata: et reddit hoīem familiarē ꝛ socialem in cōuersatione sua. Aliqui. n. sunt valde boni: sed nō mansueti: q2 in signis ꝛ cōuersatiōe sunt adeo duri et asperi q̄ nō audet quis coram eis apparere vel eis loqui. sed qn̄ homo reddit se familiarē in hominū conuersatione tunc est mansuetus. Et qn̄ in tali mansuetudine hꝫ gaudiū et leticiam aīe spūalem: tunc est fructus spūs sancti: et signum spiritus sancti habitantis in aīa. ¶ Hanc mansuetudinē in conuersatione habuit Job qui adeo erat familiaris etiā suis seruis et ancillis: vt adinuicem possent secum disceptare et in iudicio contendere sicut de seipso dicit Job. 31. Si contempsi subire iudiciū cū seruo meo ꝛ ācilla mea: cū disceptarēt aduersum me. Et p̄ oppositū quādo quis gaudet ꝛ letatur in vindicta de illatis ījuriis sicut faciūt iracundi signum est maligni spūs habitantis in ipso.

¶ 5. Fides siue fidelitas: que consistit in verbis: signis: et locutiōe iuxta illud ps̄. 144. Fidelis dn̄s in oībus verbis suis ¶ Et. n. fides est virtus qua hō imutabiliter attendit que promisit: et reddit hoīem amabilē ꝛ cōtinuat amicitiā: et facit hoīes de tali fideli cōfidere. Et cū quis fidem istā siue fidelitatē in sua locutione cū gaudio et spūali leticia seruat signū est spūs sancti habitantis in

Continentiæ [ex]claræ dotes.

spo. ¶ Hāc fidē hūit paul⁹ q dicebat. 2. ad Thi. 4. Bonū certamē certaui: cursū cōsummaui: fidē seruaui. Et p opp^m cū quis gaudet ac letat̄ i fallacijs: fraudib⁹ deceptiōibus ⁊ mēdacijs: signū est maligni spūs habitantis in eo.

¶ 6. Benignitas: que cōsistit in aīo ⁊ affectu siue in cord̄ ⁊ bōa volūtate. ¶ Et est virtus que facit cor hoīs boni amoris igne feruere aduersus proximum vnde talem habētes virtutem dicūtur benigni q̄i bono igne igniti ad bñfaciēd̄ pr°. Benignū cor hēm⁹ qñ q̄cq̄d bōi prim⁹ hz i bonū nr̄z referim⁹: ⁊ q̄i bonū nr̄ū diligim⁹ ⁊ reputam⁹. Et cū talē erga proximū nostrū benignitatem habemus cum gaudio ⁊ leticia spūali signū est spiritus sancti hītantis in anima nr̄a. ¶ Hanc benignitatē cū gaudio spirituali erga proximū hēbat paulus apostolus qñ gaudens de bonis Corinthioꝝ dicebat. 2. ad Cor. 7. Predixim⁹ .n. q̄ in cordibus nr̄is estis ad cōmoriēdū et conuiuēdū. Multa mihi fiducia apud vos: multa mihi gloriatio pro vobis. Repletus sum cōsolatione: superhabūdo gaudio in oī tribulatiōe vestra Et p oppositū cum quis p malignitatē dolet de bonis proximi: vel gaudet de malis signū est maligni spūs hītantis i eo. Et isti tres fructus respiciūt prīmū nostrū qui est iuxta nos.

¶ 7° Patiētia: que est respectu boni q̄d ē intra nos. s. respectu anime. ¶ Et ista disponit aīam ne perturbetur ex īminētia malorū. Nam facit sine murmure aduersa ⁊ iniurias tollerare. Et qñ aīa istam patiētiā habet ad tolleranda aduersa cū gaudio ⁊ leticia spirituali tūc est fructus spiritussancti: ⁊ est signum spiritussancti habitantis in ea. ¶ Hanc patientiam cum spirituali gaudio habuerūt apostoli pro nomine iesu flagellati: de quib⁹ scribitur Act. 5. Et illi quidem ibant gaudentes a cōspectu concilij: qm̄ digni hīti sunt pro nomine iesu cōtumeliam pati. Et per oppositū qui in iniurijs vel aduersis nō obseruāt patientiam: sed irascuntur: appetūt vindictam: maledicūt ⁊ imprecantur mala: signū est maligni spi̇ritus habitātis i ipis.

¶ 8. Longanimitas: que disponit aīam ne perīhet̄ ex dilatiōe bonoꝝ. ¶ Nā patientia non debet eē a casu vel a fortuna: sed principaliter ex amore diuino et secundario ex intuitu mercedis expectande. Et q2 dilatio boni habet rōnem mali ⁊ affligit: ideo aīa per longanimitatē q̄ expectat mercedē moderat̄ ⁊ disponit̄: ne respectu talis dilatiōis male se habeat: sed bene. ¶ Et qñ in aīa ē talis lōganimitas respectu future mercedis cū gaudio et leticia spūali: tunc est spūs sci fructus: ⁊ signū claruz q̄ spūs sanctus est i tali aīa. ¶ Ad istā longanimitatē cum gaudio spūali hortabatur paulus Collossēses qñ dicebat ad Col. j. Nō cessamus pro vobis orātes ⁊ postulantes vt ambuletis digne deo p oīa placentes in oī bono ope fructificantes: in oī patiētia ⁊ lōganimitate cum gaudio grās agētes deo ⁊ patri: qui dignos nos fecit in partē sortis sanctoꝝ in luce ¶ Hāc longanimitatē gaudiosam respetu future mercedis habebat paulus apostolus quādo dicebat. 2. ad Cor. 4. In oībus tribulationē patimur: sed nō āgustiamur. Apiamur sed nō destruimur: Hūiliamur sed nō confundimur: Deijcimur sed nō pim⁹. Sed lz is qui foris est nr̄ homo corrūpatur: tamē is qui intus est renouatur de die in diem. Id. n. q̄d in p̄ñti est momētaneū ⁊ leue tribulatiōis nr̄e supra modū in sublimitate eternū glīe pondus opatur i nobis nō ꝯtemplantibus nobis q̄ videt̄: sed q̄

nō videnť. Scimꝰ.n.q̄ ſi terreſtris do
mus nr̄a huius hitatiōis diſſoluatur:
q̄ edificationē ex deo habemus domū
nō manufactā: ſed eternā in celis: ⁊ in
hoc ingemiſcimus: habitationē nr̄am q̄
de celo eſt ſupindui cupientes.
¶ 9. Bōitas: q̄ diſponit aīam ad ɔdonā
dā ⁊ remittendā iniuriā receptā: et ad
bonā volūtatē reſpectu ꝓximi. Nō.n.
ſufficit pp deū patienter iniurias tolle-
rare: ⁊ mercedē iniuriarū ꝑ longanimi
tatem expectare: niſi ꝑ bonitatem ꝓxi-
mo iniuriāti iniuria ɔdonetur ⁊ relaxe
tur. ¶ Cū aūt aīa ꝑ iſtam bonitatē ꝓxi
mo iniuriā dimittit cū gaudio ⁊ letitia
ſpūali: ⁊ cum tali gaudio habet volunta
tem bn̄faciendi etiā iniuriātibꝰ. ſignū
eſt ſpūs ſcī hitantis in ipa. Cuius fructꝰ
ē talis bōitas. ¶ Ad iſtā bonitatē hor
tabať pauꝰ apl's Colloſſenſes qn̄ dice
bat ad Col.3. Induite vos ſicut electi
dei viſcera mīe benignitatē: hūilitatē:
modeſtiā: patientiā: ſupportātes inuicē
⁊ donātes vobiſmetipſis ſi quis aduer
ſus aliquē h₃ querellā: ſicut ⁊ dn̄s do
nauit vobis ita ⁊ vos. ¶ Hāc bonitatē
habuit dauid ꝓpha qui cū verbis ma-
ledicis ⁊ lapidibus a Semei impetere
tur liberaliter remiſit ⁊ donauit iiuriā
dicēs famł'is ſuis qui eū interficere vole
bāt. 2. R. 16. Dimittite eū vt maledicat
iuxta p̄ceptū dn̄i: ſi forte reſpiciat dn̄s
afflictionē meā: ⁊ reddat mihi dn̄s bo
nū ꝓ maledictiōe hac hodierna. Cū aūt
aīa dura eſt ad ɔdonādū iniuriam ꝓxi
mo offendēti: ſignū eſt maligni ſpūs hi
tantis in ea: Et iſti tres fructus reſpici
unt bonū qđ eſt intra nos: vȝ aīam.
¶ 10ꝰ Caritas q̄ diſponit hoiem i ɔpara
tione ad bonū qđ eſt ſup nos: vȝ dm̄: Et
ē vtus ꝑ quā aīa vniť deo amato: quia
amor ē vis vnitiua trāſformās amātē
in amatū. ¶ Cū ḡ aīa deo ꝑ amorē vni
tur: ſignū ē ſpūſſcī hitātis in ipa: q̄
caritas ē fructus ſpūs ſcī: dicēte paulo
apl'o ad Ro.5. Caritas dei diffuſa ē in
cordibꝰ nr̄is ꝑ ſpm̄ ſanctū qui datus ē
nobis. Et q̄ amor ē prima affectio et
radix aliarū affectionū: iō ab apl'o paul'
poniť primus fructus ſpūs ſcī ad Gal.5
¶ Hāc caritatē dei hūit ꝓpha qui dice
bat in ps.114. Dilexi qm̄ exaudiet dn̄s
vocē orōnis mee. ¶ Hāc dei caritatē
exercere volebat ꝓpha qn̄ dicebat in ps
17. Diligā te dn̄e fortitudo mea: Dn̄s fir
mamētū meū ⁊ refugiū meū. O quātū
eleuatur aīa q̄ per iſtum amorē deo vni
tur et adheret: Qui autem ꝑ amorem
inordinatū rebus terrenis: delectationi
bus: pecunijs: ⁊ honoribus inherent ſi
gnū eſt maligni ſpūs in tali aīa hitātis.
¶ 11ꝰ Gaudiū: quo anima delectatur in
deo amato. Omnis .n. amans gaudet
ex preſentia rei amate: et quando ama
tum eſt nobilius ⁊ maius bonū tanto
ſequitur maius gaudiū. Qn̄ ḡ aīa con
tēplatiua diligēs deū: in ipo deo dilecto
gaudet ⁊ delectatur: ſignū eſt ſpūs ſācti
habitātis in ipſa: cuius fructus eſt tale
gaudiū. ¶ Hoc gaudiū habuit ꝓpha
Abacub quando dicebat Abacuch.3.
Ego aūt in dn̄o gaudebo ⁊ exultabo in
in dō ieſu meo. ¶ Ad iſtud gaudiū hor
tabať paulꝰ apl's phillippēſes qn̄ dice-
bat ad Phil.4. Gaudete in dn̄o ſemp
iterū dico gaudete. O q̄tū eleuať aīa cū
ꝑuenerit ad gaudiū iſtđ. Et ꝑ oppm qn̄
aīa gaudet i trenis diuitijs: honoribꝰ:
voluptatibꝰ: ſignū eſt maligni ſpiritus
hitantis in ea.
¶ 12ꝰ Pax: Qua mediāte aīa ꝑfecte q̄e
ſcit i dō ⁊ pacificať i ſemetipſa: ⁊ q̄etať
ab oībꝰ ꝑturbatiōibus exterioribꝰ. Nā
gaudiū nō ē ꝑfectū niſi ſeq̄ť quies ab oī
bꝰ ꝑturbatiōibꝰ extrioꝛibꝰ: et ab oibus
paꝰnibꝰ iſrioꝛibꝰ ⁊ vnio ⁊ ꝑfecꝰ pacifica

tio cum deo: ꝛ hec omnia importat pax. Quādo ergo anima cōtemplatiua perfecte pacificat̄ ꝛ quietatur in deo dilecto: signū est spiritus sancti habitantis in tali anima: cui⁹ pax ē fruct⁹. ℂ Hāc pacem habuit propheta qui in ps. 4. dicebat. In pace in idipm dormiam ꝛ requiescam. Hāc pacem quietā in deo optabat paulus apostolus Philippēsib⁹ qñ dicebat ad phil. Post exortatationē gaudij. Et pax dei que exupat oēm sensum custodiat corda vestra ꝛ intelligētias vr̄as in xp̄o iesu dn̄o nostro. Qui autem hanc pacē cum deo non habent: nec cuz conscientia sua signum ē impietatis et maligni spūs habitātis in ipsis qꝛ scriptum est Ysa. 57. Impij aūt quasi mare feruens quod quiescere nō pōt Nō ē pax impijs dicit dn̄s. ℂ Isti duodecim fructus spūs sancti moraliter figurant̄ in duodeciꝫ lapidib⁹: quos duodecim principes siue duodecim viri electi de singulis tribubus israel sumpserūt de medio iordanis: sic̄ scribit̄ Jos. 4. Aqua iordanis est spūs sancti gr̄a: viri. 12. electi significant electos: qui per numerū duodenariū in seipsum ductū significant̄ Apoc. 7. Duodecim lapides de aqua ista sumpti: sunt duodecim fructus spūs sancti: qui dicunt̄ lapides pp firmitatem ꝛ stabilitatē in bono quam psone fideles per eos cōsecūtur. Nam per predictos spūs sancti fruct⁹ anima rōnalis stabilitur: firmatur ꝛ fortificat̄ in bono vt non faciliter in malum auerti possit. O beata anima que hos fruct⁹ diligenter querit diligentius colligit et diligentissime collectos exercet: custodit ꝛ cōseruat. O anima rōnalis collige fructus istos: comede saturare: quia si diligenter comederis appropinq̄bis ad terrā promissionis ꝛ minuent̄ aque inferiores iordanis quia deficient affectiones terrene: et excrescent aque superiores et reuertentur ad ortū suum: quia augmentabuntur celestia desideria recurrentia ad deum fontē suum viuuꝫ. Uenite ḡ ascendamus ad mōtem dn̄i: ꝛ docebit nos vias suas.

Qualr̄ aīa cōtemplatiua ascēdit p septē spūs sancti dona. Ca. xij.

Venite ascendamus ad montez domini ꝛ docebit nos vias suas. Postq̄ȝ vidimus quō volūtas ꝛ intellect⁹ p propias virtutes ascendunt. Uidēdū superest qualiter aīa cōtemplatiua p virtutes ꝛ intellectiuas ꝛ affectiuas sic̄ cōscēdit: ꝛ p quō ascendit per dona spūs sancti que sunt septem. Et rō est: qꝛ spūs sancti dona a summo datore deo donātur aīe rōnali: ad expediendā ip̄am in agendo ꝛ operando. Et qꝛ indiget expediri quātū ad declinationē mali sic ip̄artitur ei donū timoris. Et quātū ad opationē bōi necessariū: et sic datur ei donū pietatis. Et quātū ad ei⁹ regimē directiuū ꝛ sic ē donū scie. Et q̄tū ad opationē boni sup erogatiōis: et sic ē donū fortitudis. Et quantū ad eius regimē directiuꝫ: et sic est donū consilij. Et iquātū habet aīa quiescere in optimo deo p intelligentiam veritatis: et sic est donū intellect⁹. Aut inquātū habet quiescere i optimo deo p affectionem bonitatis: et sic ē donū sapie. Et sunt quasi septē radij ignei procedētes a spū sancto: per quos aīaꝫ ad sūmam perfectionē adducit. Naꝫ p donū timoris humiliat alta: per donuꝫ pietatis liquefacit dura: per donuꝫ scie illuminat obscura: per donū fortitudis cōsolidat mollia: per donū consilij dirigit deuiātia: per donum intellectus clarificat media: et per donū sapiētie ignit frigida. Per hec igit̄ dona aīa cōtēplatiua

De donis 7. spiritus sancti pulchre.

qua mirabiliter ascendit: discurrens per desertū et appropinquās terre promissionis que lacte et melle manat pre claritate et dulcedine cōtēplationis.

contegentes et cooperientes ignominiã culpe et nuditatẽ nature dicens: ad Col lo.3. Induite vos sicut electi dei sancti et dilecti viscera misericordie Benignitatem. Humilitatem Modestiã: patientiam etc. ¶ 2. est quod fructus eius erat bonus ad vescendum Gen.3. Uidit igitur mulier quod lignum esset bonum ad vescendum. Sic fides est bona ad vescendum quo ad sensum moralem siue tropologicum: qui consistit in exercitatione virtutum dicens in ps.118. Bonum mihi quia humiliasti me vt discã iustificationes tuas. Bonum mihi lex oris tui super milia auri et argenti. ¶ 3. ẽ quod fructus eius erat pulcher oculis Gen.3. Et pulcrum oculis. Sic fides est pulcra oculis spiritualibus quo ad sensum allegoricum: qui consistit in credibilibus que circa xpm et circa ecclesiam sunt. Et ista sũt pulchra valde sicut patet. In christi vita: doctrina: miraculis: resurrectione Ascensione: In profectu et dilatatione ecclesie: que oĩa allegorice continenẽ in sacra scriptura. De ista pulchritudie dicitur Cant.4. Quam pulchra es amica mea quam pulchra es: et Cant.6. Que est ista que progreditur quasi aurora consurgens: pulchra vt luna electa vt sol et Cant.7. Quam pulchri sunt gressus tui in calciamẽtis filia principis quam pulchra es et quam decora carissima in delicijs statura tua assimilata est palme et vbera tua botris. ¶ 4. est quod fructus eius erat aspectu delectabilis Gen.3. Aspectuque delectabile. Sic fides est delectabilis quo ad sensum anagoicum: qui consistit in supernorũ contemplatione et degustatiõe suauissima Cant.j. Trahe me post te: Curremus in odorem vnguẽtorum tuorũ: Introduxit me rex ĩ cellaria sua: Exultabimus et letabimur in te memores vberũ tuorũ super vinum: et Cant. 7. Dixi ascendam in palmam et apprehẽdam fructus eius et erunt vbera tua sicut botri vinee etc. ¶ De isto ligno preceptum est primis parentibus ne cõmederent cum cõminatione pene grauissime vz mortis nõ sic autẽ de alijs lignis et hoc non vacat a misterio. Licet enim fides augeri minuique possit respectu cuiuslibet psone pticularis sm illud Luc. 17. Domine adauge nobis fidem et extensiue: qñ vno tempore plura credibilia cognoscuntur et creduntur quam alio et intensiue: qñ vno tẽpore credibilia clarius et magis explicite creduntur et firmius feruentiusque tenentur quam alio. Tamen respectu credibiliũ ĩ se est in quadam certa et determinata quãtitate: cui nullomõ licet addere quicquam vel minuere. Uerbi gratia Articuli fidei sm Scotũ in.3.di.25.q.i. si considerentur quantum ad ipsa credita siue credibilia sunt quatuordecim: si quantum ad aptos ponentes ipsos sic sunt duodecim. Quibus non licet cuiquam aliquem addere vel minuere: quia illud esset mendaciũ. Unde Prouer.30. Ois sermo dei ignitus: Clipeus est omnibus sperantibus in se. Ne addas quicquam verbis illius et arguaris inueniarisque mẽdax. Quia ergo fidei contente in sacra pagina nõ licet aliquid diminuere sicut nec aliquid addere quod ei contrarietur: ideo pceptũ fuit nec comederent. i. ne aliquid auferrent aut diminuerent de ligno sciẽtie boni et mali. Ille. n. comedit d ligno scie boni et mali qui aliquid d veritate fidei aufert et minuit et suo inordinato appetitu vel intellectu deuorat et corrumpit. ¶ Et hoc phibetur sub cõminatione pene grauissime. s. mortis et consequẽter priuationis paradisi. Unde dicitur Apo. vlti. Contestor enim oĩ audienti verba phetie libri huius. Si quis apposuerit ad hec: apponet

deus sup illum plagas scriptas in libro isto. Et siquis diminuerit de uerbis libri ꝓphetie hui⁹: auferet de⁹ partē eius de libro vite ꝛ de ciuitate sācta ꝛ ď his q̄ scripta sūt in libro isto. ℭ Un̄ q2 adā diminuit aliquid ď ligno scīe boni ꝛ mali comedēdo expulsus ē de paradiso ꝛ incurrit triplicē mortē v3 carnis: culpe ꝛ gehēne Gen.3. ℭ Simil'r Eua q̄ verbis dei aliquid addidit dicens Gen.3. De fructu ꝟo ligni qď ē i'medio padisi ꝑcepit nobis deus ne comederem⁹ ꝛ ne tāgeremus illď: cū tn̄ de⁹ de tactu ei⁹ nihil dixisset. Et aliquid diminuit dicens ibidē. Ne forte moriamur loquēs dubitatiue: cū tn̄ de⁹ dixisset ďterminate ꝛ affirmatiue. In quacūq3 hora comederis ex eo morte morieris Gen 2. pp hoc expulsa ē de paradiso ꝛ mortē icurrit: ad inuēdū qď qui aliqd fidei repugnās sacre scripture addiderit: vel aliquid in ea formaliter: vel virtualiter contentu3 ademerit expulsionē paradisi ꝛ sniam mortis incurrit. ℭ Datu3 fuit etia3 istď preceptū: in exercitiu3 ꝟtutis ꝛ ad ꝓmerendū premiū sempiternū ꝛ ad experimentu3 humane obediētie. Magne.n. ꝟtutis ē: magni meriti: nec nō ꝛ magne admirandeq3 obediētie subdere intellectu3 ꝛ captiuare ipsu3 in obsequiū xp̄i: credendo ea que oēm humanā rationē excedūt: vn̄ ꝛ xp̄s dicit de ista admiranda ꝛ magna fide math.15. O mulier magna est fides tua fiat tibi sicut vis. ℭ Dicitur etia3 de isto ligno scīe boni ꝛ mali ꝙ erat in medio padisi. Gen.3. De fructu ꝟo ligni qď est i medio paradisi ꝑcepit nobis ne comederem⁹. Nā sicut mediu3 virtutē suā ad oēm ꝑte3 diffundit. Sic fides radio sue lucis illuminat de supiorib⁹: inferiorib⁹: interiorib⁹: exteriorib⁹: Anterioribus: posteriorib⁹. De his que a ďxtris: ꝛ que a sinistris sunt sicut supius diffuse ďclaratū ē. ℭ Ista ergo fides arbori cōparat̄ quia ad celū tendit: ad celū dirrigit virtutes ꝑdicta5: Fructus celestes gignit ꝛ disponit aīa3 quo ad portionē superiorē: respectu intellect⁹ contēplātis supna. ℭ Aliud dignū relatu fuit circa istud lignū scientie boni ꝛ mali: q2 ad serpētis instigationē mulier ꝑ abstulit fructū a ligno: q2 heretici vel carnis sensu3 sequētes quasi molles ꝛ mulieres: sūt illi qui sine sciētie ꝛ fidei recte aliquid addere vel demere ꝑsumūt aut saltē inuertere ꝛ male intelligere. Et ipsi primū a diabolo seducti quasi sensuales ꝛ molles postmodum ēt recte intelligētes sua praua suggestione seducūt: ℭ Ultimo aduertendū circa istud lignu3 scientie boni ꝛ mali: q2 eius diligens obseruatio est conseruatio paradisi ꝛ vite ꝛ declinatio mortalitatis ꝛ miserie. Et eius violatio est est omniū bonorū amissio q2 scriptum est Mar. vlti. Qui crediderit ꝛ baptizatus fuerit saluus erit qui vero nō crediderit condēnabitur.

ℭ 6. quod erat in paradiso deliciarū fuit multitudo arborū. De quib⁹ dicit̄ Gen. 2. Produxitq3 dominus de⁹ de humo omne lignū pulchru3 visu ꝛ ad vescendum suaue. Et istud lignū non fuit prohibitum quinimo dictu3 est primo homini Gen.2. Ex omni ligno paradisi comede. Et ꝟm doctores per fructum huiusmodi lignoru3 fiebat restauratio humoris nutrimentalis cōsumpti per actionem caloris ꝛ ad hoc data erant ligna illa. ℭ Per ista ligna congrue signari pōt Spes celestiu3 bonorū. ℭ Et primo congrue pōt spes dici lignū pulchrū visu ꝓpter celestium bonorū contēplatione3 ad quā Spes ipsa inclinat Nūi. 24. Quā pulchra tabernacula tua Iacob ꝛ tētoria tua ysrael vt valles nemo

rose: vt horti iuxta fluuios irrigui. ¶ 2. dicitur suaue ad vescendu3 ꝑpter celestiu3 bonoꝝ dulcedinē ꝛ degustationē vn̄ ꝓpheta clamat in ps. Qua3 dilecta tabernacula tua domine virtutum cōcupiscit. s. per spem que est desideriū boni absentis ꝛ deficit aīa mea in atria dn̄i. Dici etia3 pōt suaue ad vescendum qꝛ spes bonorum celestiū: oīa amara leuia ꝛ dulcia facit ꝑ consideratione eterne retributiōis. Unde Greg. in mora Spes in eternitate animū erigit ꝛ iccirco nulla mala que exteriꝰ tolleret sentit. ¶ 3. Istud lignu3 non est probibitu3 sicut lignu3 scientie boni ꝛ mali imo dictū est. Ex omni ligno paradisi comede: qꝛ nō videtur spes ita artari sicut ipsa fides que ad certam credibiliū limitationem nos ligat. Cū. n. spes sit certa expectatio bonorum futuroꝝ prouenicēs ex diuina gratia ꝛ ex meritis hominis. Cum dei bonitas non sit limitata. Cum etiā bona opera hominis q̄ndiu est in hac vita possint cumulari ꝛ augeri videtur qꝫ etia3 Spes augmentari possit ymo debeat per merita bona. Semp. n. ad bonorum operū multiplicationē sequitur augmentatio caritatis ꝛ spei ſm illud Prouer. 14. In omni opere bono erit habūdātia. s. Caritatis ꝛ spei. Et math. 25. Oī habēti dabit̄ ꝛ habūdabit. Et iō ꝑcipit̄. Ex omni ligno padisi comede: ac si diceret illud Eccl. 9. Quodcūqꝫ pōt facere manus tua instanter operare: qꝛ nec opus nec ratio ꝛc. ꝛ Eccl. xi. Mane semina semen tuum ꝛ vespere ne cesset manꝰ tua qꝛ nescis quid magis oriatur hoc aut illud: ꝛ si vtrunqꝫ simul melius erit. ꝛ ideo clamat propheta inducens ad spem augmentanda3 dicens in ps. 61. Sperate in eum omnis congregatio populi effundite coram illo corda vestra. s. per omnimodam spem ꝛ quietem in ipso deo. Quia ergo virtus spei potest augeri per bonorum operū multiplicationem ꝛ minui per bonoru3 operum diminutionem ideo non probibetur esus illius ligni sicut esus ligni sciētie boni ꝛ mali sed cōceditur. ¶ 4. Fructus illorum lignorū datus erat ad restaurandum humorem nutrimentale3 consumptum per actionem caloris ꝛ sic ad fortificandum hominem. Sic virtus spei data est ad restaurandam consolationem consumptam ab igne tribulationis continue vexantis ꝛ vrentis in hac vita ꝛ ad fortificandam mente3 in aduersis. Et si enim exteriꝰ affligimur ꝛ debilitamur: interius tamen propter spem eterne retributionis ꝛ consolamur ꝛ fortificamur: vnde dicit dominus Ysa. 30. In silentio ꝛ in spe erit fortitudo vestra O qualem fortitudinem prebet vera spes celestis remunerationis. ¶ Per istam igitur virtutem spei anima sursum fructificat: celestia meditatur: in celestibus deliciatur: Fecundatur in bonis operibus: delectatur in domino: ꝛ incipit fieri paradisus deliciarum: ꝛ tota luminosa. Unde dicit propheta in ps. 36. Spera in domino: ꝛ fac bonitatem per quam. s. augmentatur Spes. Et inhabita terram. s. viuentiu3 per contemplationem. Et pasceris in diuitijs eius. Delectare in domino ꝛ dabit tibi petitiones cordis tui.

¶ 7. quod erat in paradiso deliciarū fuit lignu3 vite. De quo dicitur Gen. 2. lignū etiam vite in medio paradisi. ¶ Per lignum vite congrue significatur virtus caritatis que vitam habentibus eā tribuit: ꝛ sine qua quelibet anima mortua iudicatur. j. Jo. 3. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam quoniā diligimus fratres. Qui non diligit manet in morte. ¶ Istud

Lignū vite.

post eius plantationē et ornatū p quattuor pdicta flumina et tria arboꝝ gña: sic seriatī et ordinate narraē Gen.2.

¶ P in paradiso ornato de⁹ posuit hoiem vt operaē et custodiret illū Gen.2. Tulit ergo dñs de⁹ hoiem et posuit eū in paradisuꝫ voluptatis vt operaē et custodiret illū Sic in aia rōnali sic p vtutes septē disposita et ornata ponit de⁹ liberū arbitriū tanqꝫ regē pncipē et dominū illius padisi vt operet p illas septē virtutes fructificādo et multiplicādo fruct⁹ bonoꝝ operū: et custodiat illaꝫ ab oī vꝫ malo culpe. Et iste sunt due ptes iustitie. Facere bonū et declinare a malo.

¶ 2. deus dedit p homini posito i paradiso terrestri pceptū affirmatiuū vt comederet de duob⁹ generib⁹ fructuū vꝫ De fructu ligni vite et de fructu alioꝝ lignoꝝ q̄ erāt ad vescēdū suauia. Gen. 2. pcepitqꝫ ei dicens. Ex oī ligno padisi comede. Sic libero arbitrio posito i aia sic adornata pcipiē vt comedat de ligno vite. i. vt se pseruet in caritate que ē aie vita. Et vt comedat de lignis ad vescendum suauib⁹. i. vt pseruet se in feruore caritatis qui faē oīa dulcia et suauia. Et sicut homo tenebaē comedere de hijs duob⁹ generib⁹ arboꝝ. Sic liberū arbitriuꝫ: cōgruit exerceri nō solū ad opa necitatis q̄si ad vitā cōferētia: sꝫ ad opa sup erogationis et pfectiōis q̄si ad suauitem adiuuantia. Sic debet liberū arbitriū collocatū in aia rōnali ordinata et disposita p pnoīatas virtutes: ex bonis opib⁹ ex caritate factis q̄si ex fructibus ligni vite viuificari et ex opib⁹ sup erogationis q̄si ex suphabūdāti iustitia factis suauiter delectari. Comedit ex ligno vite: cū dei obseruat mādata in quibus vita cōsistit math.19. Si vis ad vitā ingredi serua mādata. Comedit ex lignis ad vescendū suauib⁹ qñ xpi obsuat cōsilia quoꝝ iuguꝫ est suaue et onus leue iuxta illud math.xi. Jugū meuꝫ suaue est et onus meum leue.

¶ 3. deus dedit primo hoī pceptū negatiuum ne comederet de ligno sciē boni et mali sub cōminatiōe pene mortis dicēs Gen.2. De ligno aūt sciētie boni et mali ne comedas. In quacūqꝫ. n. die comederis ex eo morte morieris. Sic libero arbitrio in tali aia constituto: pcipitur Ne a tramite vere fidei aliqualiter declinet neqꝫ ad dexterā neqꝫ ad sinistraꝫ: ne aliquid addat: aliquid ve diminuat: qꝛ tūc p taleꝫ deuiationē et fidei diminutionē pderet lignuꝫ vite: pderet ligna suauia: pderet paradisuꝫ et icurreret mortē qꝛ Justus ex fide viuit.

¶ 4. De⁹ adduxit oīa aīantia terre: oēs bestias: et oīa volatilia celi ad Adam vt videret quid vocaret ea. Gen.2. Formatis igitur domin⁹ deus de humo cūctis aīantib⁹ terre: et vniuersis volatilib⁹ celi adduxit ea ad Adaꝫ vt videret q̄d vocaret ea. Sic libero arbitrio in tali aia constituto deus bñdict⁹ adducit oīa vicia orientia ex cōcupiscētia carnis q̄ signisicantur per aīantia et peccora. Et oriētia ex cōcupia oculoꝝ et auaritia q̄ signanē per bestias terre. Et oriētia ex superbia vite q̄ p celi volatilia designanē. Et subijcit ea libero arbitrio tanqꝫ vero dño ipsoꝝ: qꝛ p virtutē oīb⁹ dominaē et sub pedib⁹ suis sculcat iuxta illō ps.8. Oīa subiecisti sub pedibus eius: oues et boues: vniuersas: insup et peccora cāpi: volucres celi et pisces maris qui pambulant semitas maris.

¶ 5. Adaꝫ diligenter cōsiderauit naturas pdictoꝝ aīaliuꝫ sicut dicūt doctores super illud Gen.2. Ut videret quid vocaret ea. Sic liberuꝫ arbitriuꝫ in tali paradiso cōstitutū dꝫ diligenter aduertere cognoscere et considerare naturas sine

quæ gesta sint iz. in paradiso.

proprietates viciorũ quib⁹ a deo est do minus cõstitutus: q̃tenus ea sciat rege re: regulare ꝛ subiugare ꝛ d̃clinare. Uarie.n. sũt viciorũ ꝓprietates sicut ꝛ aĩaliũ: ꝛ nisi diligẽter aduertant̃ ꝛ cõsiderentur faciliter venenant mordẽt ꝛ deuorãt more bestiarũ.

¶ 6. Adã ĩposuit nomina oĩbus animãtibus: volatilibus ꝛ bestijs Gen. 2. Appellauitq; Adã noĩbus suis cũcta aĩantia ꝛ vniuersa volatilia celi ꝛ omnes bestias terre: Sic liberũ arbitriũ hoĩs in tali paradiso cõstitutum vniuersa vicia siue oriãtur ex carne ꝛ ꝑ animãtia designentur. Siue ex spiritu ꝛ per volatilia siue ex reb⁹ exterioribus ꝛ ꝑ bestias figurentur sub regula rõnis ligat. Noĩa nãq; singulis aĩantib⁹ ĩponit: qñ singulis vicijs frenũ põit. Sicut.n. qui nomẽ ĩponit ex rei ꝓprietate cognita ĩponit. Sic liberũ arbitriũ in tali paꝺiso positũ ex cuiusq; vicij proprietate cognita: regulã debite ꝓuisionis adiungit. Et frenũ recte rõnis ĩponit.

¶ 7. Immisit dñs soporẽ in Adam Gen. 2. Immisitq; dñs de⁹ soporẽ in Adã. ¶ Sic deus bñdict⁹ in libero arbitrio ĩ tali paradiso constituto imittit soporẽ cõtemplationis: q2 ipsũ ad sup̃norũ cõtẽplationẽ subleuat ꝛ circa ista inferiora quasi sopitũ ꝛ dormiẽtẽ reddit. Nã cũ aĩa est p̃dictis septẽ ṽtutib⁹ adornata portio sup̃ior est ad cõtẽplationẽ aptissima: cũ passiões sint sedate ꝑ habit⁹ virtutũ: ꝛ iõ de⁹ in libero arbitrio imittet cõtẽplationis quiete soporẽ.

¶ 8. Dormiente Adã de⁹ bñdict⁹ abstulit vnã costã Ade ꝛ repleuit carnẽ pro ea ꝛ ex illa costa fõmauit mulierẽ Gen. 2. Cũq; obdormisset tulit vnã de costis eius ꝛ repleuit carnẽ pro ea. Et edificauit dñs deus costã quã tulerat de Adã in mulierẽ. Creauit aũt ipsã mulierẽ vt eẽt in adiutoriũ viri ad multiplicãdã prolẽ q2 non erat bonũ virũ esse solum: vñ d̃r Gen 2. Non est bonũ hoĩẽ esse solũ. faciamus ei adiutoriũ sĩl'e sibi. ¶ Moraliter per virũ rõ siue liberũ arbitriũ. Per mulierẽ sensualitas ꝛ appetitus sensitiuus d̃signat̃. ¶ Mulier ergo de latere viri format̃ qñ sensualitas siue appetitus sensitiuus fit rationalis per participationem. Et qñ in actib⁹ suis per rationem regulatur. Et in ista formatione est quid mirũ: quia vir mulieri impartitur os suum: vz costã. sed pro costa recipit carnem in loco ipsius: q2 ratio semper deprecatur ad optima ꝛ semper moliẽ ad virtutum opera fortia. Sensualitas vero ex sui natura querit mollia ꝛ carnalia ꝛ ideo pro osse carnem reddit. Et sicut ratio trahit sensualitatem ad opera virtutũ fortia. Sic sensualitas rõnẽ inclinat ad mollia. Et proprium viri.i. rõnis est dormire.i. supernorũ contemplationi vacare. Mulieris vero.i. sensualitatis circa exteriora vagare. ¶ Condita est autẽ mulier in viri adiutoriũ ad ꝓlem multiplicãdã: q2 sensualitas ꝛ appetitus sensitiuus rõne regulatus adiuuat liberũ arbitriũ in multiplicatione virtutũ in vita actiua q2 lya est in filijs fecũdior q̃ Rachel. Nõ erat bonum hoiem esse solũ ideo mulier est facta ĩ eius adiutoriũ: q2 vita contẽplatiua sola non videtur optima: nisi actiua vita sit eidẽ cõiuncta. Nec Jacob p̃riarcha fuisset in filijs multiplicatus si tãtũ modo ipsi Rachel matrimonio fuisset copulatus.

¶ 9. Deus benedictus adduxit mulierẽ formatã ad Adã vt.s. videret ꝛ cõsideraret eã Gen. 2. Et adduxit eã.s. mulierem ad Adã. ¶ Sic oĩpotẽs deus libero arbitrio ꝛ rationi adducit sensualitatem ꝛ appetitum sensitiuũ q2 subicit

eum rationi quasi seruũ ⁊ ancillam. Et licet mulier sit creata de latere quasi socia non de pede quasi ancilla ⁊ serua: tñ debet esse subiecta viro quasi sapientiori ⁊ prudentiori. Et ideo deus adducit ipsaꝫ sensualitatẽ ipsi rationi: quatenus ipsam dirigat: regulet ⁊ in oĩbus eius operibus ordinet.

¶ x. Adaꝫ visa muliere cognouit ipsam esse factaꝫ de osse suo ⁊ iposuit ei nomẽ virago q̄ erat sũpta de viro Gen. 2. Dixitq̃ Adã Hoc nũc os ex ossib⁹ meis ⁊ caro de carne mea. Hec vocabit̃ virago qm̃ de viro sumpta est. ¶ Sicut Adaꝫ considerauit Mulieręꝫ ⁊ iposuit ei nomen sic rõ ⁊ liberꝫ arbitriũ dꝫ diligẽter considerare actus ⁊ opationes sensualitatis ne sit in eis aliquid inordinatuꝫ ⁊ contra rationem: sed omnia debito mõ ⁊ ꝭm rõnem fiant. Et tunc si opus sensualitatis ⁊ appetit⁹ sensitiui est arduũ ⁊ forte ⁊ regulatum a ratione: est os de ossibus viri. Si autem opus sit leue ⁊ non arduum regulatum tamen a ratione: tũc est caro de carne viri. Uideat ergo omnes operationes sensualitatis taꝫ arduas q̃ȝ leues ⁊ eas omnes regulet vt sit os de ossibus suis ⁊ caro de carne sua. ¶ Debet etiam ratio siue liberum arbitriũ sensualitati nomẽ imponere a viro de quo est sumpta: q̄ dꝫ ipsam per recte rõnis regulam ligare ⁊ astringere: ne nimiũ circa exteriora euagetur ne aliquid illicituꝫ in domũ mentis ĩtroducat. ¶ Unde legitur Tho. 2. Quod cum vxor eius Anna iret cotidie ad opus textrinum ⁊ de labore manuum suarum victum quem consequi potuisset deferret. Hedum caprarum detulit. Cuius vocem balantis cũ Thobias cecus audisset dixit mulieri sue. Uidete ne forte furtiuus sit. Reddite eum dominis suis quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid aut contingere. ¶ Sic liberum arbitrium debet sensualitati legem imponere ex viro de quo sumpta est. i. ex recta ratione dirigere componere ⁊ regulare. Et nũc dicere poterit. Hec vocabitur virago q̄ de viro sumpta est.

¶ xi. Adam prophetauit de muliere dicens: q̄ propter ipsam homo derelinquet patrem suum: ⁊ matrem suam: ⁊ adherebit vxori sue ⁊ erunt duo in carne vna. s. vnius filij amborum Gen. 2. Quamobrem relinquet homo patrem suum ⁊ matreꝫ: ⁊ adherebit vxori sue: ⁊ erunt duo in carne vna. ¶ Sic liberum arbitrium propter amorem sensualitatis ⁊ carnis quasi mulieris reliquit deum patreꝫ suum ⁊ adheret vxori sue vꝫ sensualitati ac delectationi sensitiue. Hoc modo Salomon propter amorem mulierum dereliquit patrem suum deum cuius vocabatur filius dilectus sicut pꝫ. 3. Re. xj. Sic multi deum derelinquunt amore sensualitatis ⁊ carnis. Ecc̃i. 9. Propter speciem mulieris multi perierunt ⁊ ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit. ¶ Propter mulierem etiam. i. sensualitatem multi derelinquunt matrem suam sanctaꝫ vꝫ ⁊ catholicam ecclesiam: quia non soluꝫ a deo propter carnis sensualitatem recedunt sed etiam ab ecclesia. Sicut faciunt Heretici: Scismatici Infideles: qui amore sensualitatis dimittunt legẽ matris ecclesie contra preceptum Salomonis dicentis Prouer. j. Ne dimittas legem matris tue. Et condunt falsas heresesfalsam doctrinam ⁊ iniqua documẽta. ¶ Propter amorẽ isti⁹ mulieris vꝫ sensualitatis d̃relinquit homo patrẽ ⁊ matreꝫ: q̄ a sensualitate sumit Initiuꝫ omne peccatuꝫ sicut icepit a muliere p⁹. Et sicut p⁹ mulier cõfudit virũ

suum sic sensualitas confundit & puaricare facit rōnē. Ecci.25. A muliere initiū factū est peccati & p illā oēs morimur. Non des aque tue exitū modicū nec mulieri neq̄ veniā pdeūdi. Si non ambulauerit ad manū tuā cōfundet te in cōspectu inimicoꝝ. ❡ Et vir & mulier erūt duo in carne vna. s. filij. Quia & sensualitas agēs opa carnis & peti. Et rō cōsentiens eadē & eodē vinculo reatus ligant & eadē pena plectunt sicut Adā & Eua eadē pena mortis puniti sunt qz vt scribit ad Ro.j. Digni sūt morte nō solū qui ea faciūt: sed et qui cōsentiūt: facientibus: Sunt g̃ duo in carne vnica vnᵘ peccati carnalis: cui ambo consentiunt & quod ambo simul generāt pducunt & pariunt.

❡ i2. Adam et vxor eius erāt nudi & nō erubescebāt. Gen.2. Erat āt vterq; nudus Adā scz & vxor eius. Et nō erubescebāt. ❡ Sic moraliter cū liberū arbitriū est pdictis septē ẏtutibᵘ adornatū; & sensualitas eidē subiecta & ab eo regulata: opa que ab ipsis procedūt sunt sana: lucida: rationabilia: & digna laude & ostētatione. Et ideo vterq; dr̄ nudus: qz vtriusq; opa sunt ostētatione & inudatione digna qz sunt opera lucis: & qui bene agit venit ad lucē vt opa eiᵘ videātur qz in deo facta sunt: qui autē male agit odit lucē querit āgulos & pallia ad cooperiēdū peccatū suū. ❡ Non erubescunt qz nihil rubore dignū operant: nihil confusibile: nihil vituperabile: & iō non erubescunt O beata anima que in tali paradiso constituta est. Que tot & tantis fluminibus irrigatur. Que tot arboribus fecundat. Tot gratijs a deo insignitur Tot muneribus cumulatur. Talis est aīa que est in diuina gratia cōstituta: cui a deo donātur duodecim priuilegia predicta. Sicut per oppositum anime existenti in peccato mortali duodecim predictis priuilegijs opposita cōgrunt & conueniunt. Cauendū tamē est homini sic in paradiso constituto: quia serpens calidior cunctis animātibus ei īsidiat sicut pz Gen.3. ❡ Ex his oībᵘ supradictis pz longitudo latitudo: sublimitas & profundū huius nr̄i spiritualis deserti qđ est aīa rationalis. Patent virtutes vires: actus noīa & officia: patent illustrationes quo ad intellectum: inflāmationes quo ad voluntatē: alternationes quo ad sensum. Patent eius egressus ad exteriora ingressus ad interiora: depressio ad ima: eleuatio ad summa: defectus & profectus: vicia & virtutes. Patet eiᵘ ascensio & subleuatio: suspensio & cōtemplatio: gaudiū & cōsolatio: requies & pausatio: calor & inflāmatio ad vnū solū deū: in vnū solū deū: de vno solo deo: in vno solo deo: ex vno solo deo. Cuius ope: nutu: & fauore huic tertio libro extremā iposuimus manū mediocria differentes: fortiora fortioribus relinquentes. In q̄ solo sit oīs nr̄a cogitatio: locutio: dilectio: operatio: & cōtēplatio. In quo solo collocetur nr̄ pfectus & thesaurus: gaudiū et solacium: requies et trāquillitas sempiterna. Uenite ergo ascendamus ad montem dn̄i & docebit nos vias suas.

❡ Explicit liber tertius.

¶ De pertinentibus ad diuinum cultuz et de structura virtutuz
Liber quartus.

¶ Septem ad cōsumatuz virtutis opus singularia requiruntur. Cap. j.

Venite ascendamus ad monteȝ dñi et docebit nos vias suas. ¶ Quia christo quasi angelo dei duce ex egipti ergastulo recessimus et ad spūalem contemplationis ascensuȝ nosmetipsos pparauimus. Et post hec diuisis aquis sicco rubrū mare pede ptrāsiuim⁹ sensibilia oīa limpide contemplādo. Tandeȝ rōnalis aīe quasi spūalis deserti vastas solitudines: horrores: nemora: cauernas: prerupta: squalores: calores: siccitates: penurias: labores: et amaritudines quasi isrąelite ad pmissionis et cōtemplationis frugiferā terrā pegrinantes ptransiuimus: interiora nostra subtiliter: vtiliter et spūaliter inuestigando. Restat iam vt in huius spūalis deserti qđ est aīa rōnalis medio spūale virtutū erigamus tabernaculū. In quo deus ipse requiescat: nobiscū maneat: in medio nostruȝ sit: nos regat: moneat: promoueat: protegat atqȝ defendat. ¶ Sicut enim filij israel in deserti medio ad dei cultum celebrandū materiale erexerūt tabernaculū. Ita et uiri fideles cōtēplationiqȝ vacātes: debēt in corde suo siue in voluntate quasi in medio aīe: ad dei cultuȝ ampliādū spūale virtutū cōstruere tabernaculū. ¶ Ad pfectaȝ aūt et cōsumataȝ virtutuȝ fabricaȝ et structuraȝ septeȝ singularia requirunt: et figurant in septē: que deus p moisen fieri mandauit: pertinentibus ad cultuȝ suū sicut patet discurrendo ea que ad diuinū pertinent cultum.

¶ Cp. ij. De⁹ mādauit fieri Tabernaculū. ¶ Exo. 26. Tabernaculū vo ita facies Decem cortinas de bysso retorta et hyacinto ac purpura: cocoqȝ bis tincto variatas ope plumario facies etc. ¶ Mādauit etiaȝ fieri atriū circa tabernaculū intra quod atriū tātūmō offerri debebant sacrificia. Exo. 27. Facies et atriū tabernaculi: in cuius australi plaga contra meridieȝ erunt tentoria de bysso retorta. Centū cubitos vnuȝ latus tenebit in longitudine. Silr et in latere aquilonis per longuȝ erunt tentoria centū cubitorū. In latitudne vero atrij qđ respicit ad occidenteȝ erunt tentoria p quinquaginta cubitos. In ea quoqȝ atrij latitudine que respicit ad orientem quinquaginta cubiti erunt.

¶ 2. Deus eligit sacerdotes tabernaculo deseruientes. ¶ Exo. 28. Applica qqȝ ad te Aaron fratrē tuū cū filijs suis de medio filiorū israel: vt sacerdotio fungantur mihi Aaron: nadab: et abiu: eleaȝar et ithamar. ¶ Mādauit ēt eos ɔsecrari i sacerdotes vnde scribitur. Exo. 29. Sed et hoc facies vt mihi in sacerdotio cōsecrent. Tolle vitulū de armento et arietes duos imaculatos etc. Cūqȝ laueris patrē cū filijs aqua. Filios qqȝ illius applicabis et ifra Sumes de sanguine ei⁹ et pones sup extremū auricule dextre Aaron et filiorū eius: et sup pollices manus eorū ac pedis dextri. Cūqȝ tuleris sanguinē qui est sup altare et de oleo vnctionis aspges Aaron et vestes eius: filios et vestimenta eorū Cōsecratisqȝ ipsi⁹ et vestib⁹ etc.

¶ 3. Deus ordinauit sacerdotū purificationes. ¶ Exo. 30. Facies et labiū eneū cū basi sua ad lauādū: ponesqȝ illud inter tabernaculū testimonij et altare. Et

Mosaici tabernaculi a deo traditi exēplar.

Sacerdotes.

Sacerd. purif.

missa aqua lauabūt in ea Aaron ꝛ filii ei⁹ man⁹ suas ac pedes qñ igressuri sūt tabernaculū testimonij: ꝛ qñ accessuri sūt ad altare: vt offerāt in eo thimiama dño: ne forte moriātur: Legitimū sēpiternū erit ipi ꝛ semini ei⁹ p successiōes.

¶ 4. Deus ordinauit sacerdotū vestes. ¶ Exo. 28. Faciesqꝫ vestē sctāꝫ Aarō fratri tuo i gl'iā ꝛ decorē. Et loqris cūctis sapiētib⁹ cordē: q̄s repleui spū prudētie: vt faciāt vestes aaron frī tuo i gl'iā ꝛ decorē i quib⁹ sctificat⁹ ministret mihi Hec āt erūt vestimēta q̄ faciēt: Rōnale ꝛ suphumerale: tunicā ꝛ lineā strictā: cidarin ꝛ baltheū. ¶ Ordinauit ēt sacerdotū vestes cōsecrari. Exo. 29. Cūqꝫ laueris prēꝫ cū filijs suis aq̄: idues Aarō vestimētis suis ꝛ oleū vnctiōis fūdes super caput ei⁹ atqꝫ h̄ ritu cōsecrabit̄. Filios q̄qꝫ illi⁹ applicabis ꝛ idues tūicis lineis: ꝛ īfra. Cūqꝫ tuleris ō sāguine qui ē sup altare ꝛ ō oleo vnctiōis: asperges Aaron ꝛ vestes ei⁹: filios ꝛ vestimenta eoꝝ Cōsecratisqꝫ ipis ꝛ vestib⁹ ꝛc̄.

¶ 5. De⁹ ordinauit offerenda sacrificia. ¶ Nā ordinauit sacrificia offerēda ex mera deuotione ꝛ dicebant̄ holocausta de quib⁹ dr̄ Leui. j. Hō qui obtulerit ex vobis hostiā dño ō pecorib⁹. i. ō bob⁹ ꝛ ouib⁹ offerens victimas: si holocaustūꝫ fuerit ei⁹ oblatio. ¶ Ordinauit sacrificia offerēda ꝓ bñficij ipetratiōe ꝛ dicebāt̄ Hostia pacifica ō quib⁹ dr̄ Leui. 3. Qō si hostia pacificoꝝ fuerit ei⁹ oblatio ꝛ de bob⁹ voluerit offerre. ¶ Ordinauit sacrificia offerēda ꝓ pctī remissione ꝛ dicebāt̄ hostia ꝓ pctō: de quib⁹ dr̄ Leui. 4. Aīa q̄ peccauerit p ignorātiā ꝛ ō vniuersis mādatis dñi: q̄ pcepit vt nō fierēt: q̄ppiā fecerit: si sacerdos qui vnct⁹ ē peccauerit: ōlinqre faciēs pplꝫ offeret ꝓ pctō suo vitulū imaculatū dño.

¶ 6. De⁹ ordinauit sacrificioꝝ rit⁹ ꝛ modū. ¶ Nā ordinauit modū offerēdi sacrificia de reb⁹ viuētib⁹ qñ offerūt̄ i holocaustū Leui. j. Ponetqꝫ sup caput hostie man⁹ ꝛc̄. ¶ Ordinauit aliū modū offerēdi sacrificia de reb⁹ viuentib⁹ qñ offerunt̄ in hostiā pacificā Leui. 3. Fundentqꝫ filij aaron sacerdotis sanguineꝫ p altaris circuitū. ¶ Ordiauit aliū modū offerēdi sacrificia ō reb⁹ viuētibus qñ offerūt̄ i hostiā ꝓ pctō Leui. 4. Pellēꝫ vō ꝛ oēs carnes cū capite ꝛ pedib⁹ ꝛ itestinis ꝛ fimo ꝛ reliquo corpe efferet extra castra i locū mundū. ¶ Ordinauit aliū modū offerēdi sacrificia de rebus nō viuentib⁹ sicut sūt farina: spice: sal: thus. Leui. 2. Aīa cū obtulerit oblationē sacrificij dño: Sil'a erit ei⁹ oblatio. Fūdetqꝫ sup eā oleū ꝛ ponet thuꝫ ac deferet ad filios aarō sacerdotis.

¶ 7. De⁹ ordinauit sacrificioꝝ debitū tēpus. ¶ Leui. 23. Hec sunt ferie dñi q̄s vocabitis sanctas. Sex diebus facietis op⁹: dies septim⁹ qꝛ sabbati requies est vocabit̄ sanct⁹: Oē op⁹ nō facietis in eo Sabbatū dñi est in cūctis habitationibus vestris ꝛ Nū. 28. Precipe filijs israel ꝛ dices ad eos. Oblationē meaꝫ ꝛ panes ꝛ incēsū odoris suauissimi offerte per tēpora sua. Hec sunt sacrificia q̄ offerre debetis. Agnos imaculatos anniculos duos cotidie in holocaustū sempiternū. Die aūt sabbati offeretis duos agnos anniculos imaculatos ꝛ duas decimas sil'e. In calēdis āt. i. i mēsiū exordijs offeretis holocaustūꝫ domino ꝛc̄. ¶ Moral'r ad cōstruēdū spūale ꝟtutū tabernaculū ꝛ ad rite operū bonoꝝ offerēda sacrificia septē singularit̄ requirunt̄ q̄ i pdictis septē moral'r figurāt̄. ¶ P̄ requiritur locus aptus ꝛ idoneus. ¶ Et hec ē fides siue ecclesia catholica itra quā solā possūt deo grata offerri sacrificia: ꝛ figuratur p atriū tabernaculi

sicut dicit lyra in moralibus suis super Exo.27. Intra quod soluz erat iudeis licitum offerre sacrificia q̃diu fuerunt in deserto & non alibi. Sic qui cupit virtutum & bonoruz operuz deo grata offerre sacrificia necesse est q᷑ offerat in fide ecclesie catholice quasi intra atrium & clausuram tabernaculi: qz scriptū est ad Hebre.xi. Sine fide autem impossibile est placere deo. Credere.n. opz accedentē ad deuz qz est: & inquirētibus se remunerator sit.

¶ 2. Persona idonea. ¶ Et hec est vir siue mulier fidelis elect⁹ ad dei cultum & ad diuina offerenda sacrificia: & ad diuinas laudes celebrādas: de quibus dicit petrus apl's. j. petri. 2. Uos autē genus electum: regale sacerdotium: gens sancta: populus aquisitiōis: vt virtutes annūcietis eius: qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumē suū. Qui aliqñ nō ppl's dei: nūc āt ppl's dei. Qui nō cōsecuti miaz: nūc aūt miam consecuti.

¶ Uel psona idonea sunt religiosi ad specialē dei cultuz assumpti & p pfessionē siue votum consecrati & figurantur per Aaron & filios eius ad cultū diuinuz & sacerdotiuz singulariter assumptos. Figurantur etiā p tribuz leui ad cultū tabernaculi applicatam. De qua scribitur Nūi.3. Applica tribuz leui & fac stare in ɔspectu Aaron sacerdotis vt ministrēt ei: & excubent & obseruēt quicquid ad cultū ptinet multitudinis corā tabernaculo testimonij & custodiāt vasa tabernaculi: seruiētes in ministerio ei⁹. ¶ De⁹ enim non acceptat sacrificia sibi oblata nisi a persona idonea offerantur: vñ acceptauit numera Abel non aūt sacrificia Chayn Gen.4.

¶ 3. Mundicia. ¶ Et hec est penitētia & spūalis purificatio p peccatorū purgationē qz psona imūda deo nō pt mūda vł grata offerre sacrificia: vñ & imūdis sacrificia offerētib⁹ clamat deus dicēs Ysa.j. Quo mihi multitudinē victimarū vestrar̄ dic dñs. Facta sūt mihi molesta. Et cuz extēderitis manus vestras auertā oculos meos a vobis: & cū multiplicaueritis orōnē nō exaudiā. Man⁹ eni vr̄e sāguie plene sūt: Lauamini: mūdi estote. Et ista mūdicia figurat̄ p sacerdotū purificatiōes. Exo.30. Uñ clamat de⁹ Ysa.52. Recedite. Recedite: exite ide: pollutū nolite tāgere. Exite d̄ medio ei⁹. Mūdamini qui fertis vasa dñi.

sancti estote, q. & ego sanctus sum, Leuitic. vide Adami sasboldi Homil. plane diuin.

¶ 4. Ornatus. ¶ Et hic est virtutū spiritualiū decor. Nō sufficit ad deo digne ministrandū a peccatis purgari: sed requirit̄ spūaliū ornat⁹ ꝟtutū: Requirit̄ eniz habitus caritatis que est vestis nuptialis sine qua abijcitur a cōspectu dei math.22. Amice quō huc intrasti nō habens vestē nuptialez. Et est quidaz decor spūalis in aīa pp quem aīa accepta ē a deo etiā qñ nihil operatur sicut dicit. Sco.i ꝑ.di.17.q.i. & i.3.di.23. Requirūtur etiam habitus aliaruz virtutum ad deo digne ministrandum: qz perfectiores actus elicit aīa cum talibus habitibus q̃ per se solaz sicut declarat Sco. in locis preallegatis. Et iste ornatus figuratur per varias sacerdotum vestes. Uestes.n. sacerdotales sunt spiritus rationalis virtutes: iuxta illud Apoc.16. Beatus qui vigilat & custodit vestimēta sua ne nudus ambulet & videant turpitudinem eius. ¶ De mundicia & spirituali ornatu seruorū dei. dicit paulus ad Titum.j. Opz eni epm sine crimine eē sicut dei dispēsatorē: nō supbū: non iracūdū: nō vinolētū: ñ pcussorē: nō turpis lucri cupidū: sz hospitalē: benignuz: sobriū: iustū: sanctum: cōtinentē: amplectentem eum qui ꝭm doctrinam est fidelem sermones vt potēs sit exhortari

in doctrina sana: et eos qui contradicunt arguere.

¶5. Opus. ¶ Et ista sunt opera bona que ad perfectam virtutē requiruntur. Nō sufficit ad deo digne ministrādū ornatus interior nisi adsit et opus exterius quia scribitur Prouer. 31. Date ei de fructu manuū suarū et laudēt eā in portis opa eius. ¶ Et ista opera bona si sint opera penitētie figurantur per illa sacrificia que dicebātur hostia pro peccato Leui. 4. Si sint opera mīe que fiunt pro consequēda eterna mercede figurātur per illa sacrificia que dicebant hostia pacifica: que fiebat pro bñficij ipetratione Leui. 3. Si sint opera mere caritatis et deuotionis facta solūmō pro diuino amore vel honore figurantur per sacrificia que dicebant holocaustū qd totū cremabat in diuinū honorē Leui. j. ¶ De ista multitudine operū bonorū dicit petrus. 2. petri. j. Uos autē curā oēm subinferentes ministrate in fide vestra virtutē: in virtute autem scientiā: in scia aūt abstinētiā: in abstinētia aūt patiētiā: in patiētia aūt pietatem: in pietate autē amorem fraternitatis: in amore autē fraternitatis caritatē. Hec si vobiscū adsint et superent: nō vacuos nec sine fructu vos constituent in dñi nñi iesu christi cognitione.

¶6. Modus. ¶ Et ista est discretio et prudētia que est auriga virtutū: que requiritur in pfecta operatione virtutum et ad deo digne ministrandū: quia docet in oibus tenere modum. Est.n. modus in rebus: sūt certi denique fines. Quos vltra citraque nequit cōsistere verū. ¶ Et iste modus siue discretio figurat in variis sacrificiorum ritibus: i excoriatiōe aīaliū: in diuisione: in sanguinis aspersiōe alijsque modificatiōibus sacrificiorū sicut patet Leui. per totum. Uñ scribitur Leui. 2. Quicquid obtuleris sacrificij sale condies. Nec auferes sal federis dei tui de sacrificio tuo. In oī oblatione offeres sal. Sal in oī oblatione offerrimus: quādo in oī operatione virtuosa discretionē et prudētiā et modū obseruamus. Uñ ysido. in syno. Quicquid boni cum discretiōe feceris virtus ē: quicquid sine discretione gesseris viciū est. Uirtus enim indiscreta pro vicio reputatur.

¶7. Tēpus. ¶ Et istud ē tēpus idoneū ad opera virtutū et ad deo digne ministrādum. Nam ad bñ agēdū est tēpus tēpore aptius: est tēpus tēpore cōgruentius: quia ut scribitur Ecc. 3. Oia tēpus habēt et tēpus aquirendi et tēpus pdendi. Tēpus spargendi et tēpus colligendi. Et istud tēpus idoneū ad bñ opandū figuratur in temporibus festiuis electis a deo ad singularia sacrificia offerenda Leui. 23. et Nūi. 28. Tēpus aptum ad bñ operandū est quelibet dies. Tēpus aptius sunt dies Jeiunij: Tēpus aptissimū sunt dies festiui in quibus deus nos magis exaudit. Tēpus idoneum ad deo digne ministrādū est tota vita pñs: que tota expendi debet in operibus virtuosis: et ideo clamat aplūs. 2. ad Cor. 6. dicens. Adiuuantes aūt exhortamur ne in vacuū grām dei recipiatis. Ait eñi Tēpore accepto exaudiui te et in die salutis adiuui te. Ecce nūc tēpus acceptabile ecce nūc dies salutis. Nemini dātes vllam offensionē vt nō vituperet ministerium nostrū. Sed in oībus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros in multa patiētia: i tribulationibus: in necessitatibus: in angustijs: in plagis: in carceribus: in seditionibus: in laboribus: in vigilijs: in ieiunijs etc. vsque ibi et oīa possidētes. De hijs igitur in sequēti siue presenti libro loquuturi mentis nostre caligantis oculos ad superni splēdoris lumen erigamus. Tumultuātē sensibilium et phantasiabiliū turbam relinquamus.

Ascendamus cū dei famulo moise ad montis sūmitatē: Caliginē superlucidā penetrem⁹. Cū dn̄o familiariter cō fabulemur: vt s̄m exēplar qd̄ nobis in mōte mōstratū fuerit oīa faciam⁹. Uenite ḡ ascēdamus ad montē dn̄i ⁊ docebit nos vias suas: ⁊ sicut mirabilia vidimus rōnalis aīe pagrādo desertū: mirabiliora videbim⁹ spūaliū virtutū erigendo tabernaculum.

¶ Q̄ūo Tabernaculū federis vniuersū representat ⁊ aīa rationalis per ipsum spiritualiter ascendit. Cap. 2.

Venite ascendamus ad montē dn̄i ⁊ docebit nos vias suas. ¶ Secūdū q̄ dicit diuinus paulus .j. ad Cor. 10. Oīa cōtingebant illis in figura scripta sūt āt ad correptionē nostrā in quos fines seculorū deuenerūt. In deserto āt in quo filij israel quadraginta annis pambulauerūt multa ⁊ mirabilia facta sūt. Que oīa aīe nr̄e spūaliter cōgruūt: quā p desertū significari p̄dixim⁹. Inter alia āt constructū est Tabernaculū federis iussu dei s̄m exēplar qd̄ Moisi in monte ostēsū est: sicut p3 Exo. 25. Hoc autē tabernaculū totū vniuersū p̄figurabat s̄m lyrā sup Exo. 25. ⁊ erat hoc mō dispositū. ¶ Nā erat longitudinis. 30. cubitorū ab oriēte in occidens: ⁊ decē latitudinis. Et diuidebat̄ i duas ptes inequales: q2 pars occidētalis ɔtinebat decē cubitos p quadrū ⁊ dicebat̄ sanctū sanctorū vel tabernaculū interius. Alia pars versus orientē cōtinebat. 20. cubitos in longū ⁊ decē in latū ⁊ dicebatur sanctū vel sancta siue tabernaculū exterius. ¶ Et distinguebant iste ptes vno velo intermedio de hiacintho ⁊ purpura cococꝫ bis tincto: ⁊ bisso retorta opere plumario ⁊ pulcra varietate contexto. ¶ In isto ergo tabernaculo erant multa: que totū vniuersū representabant: ⁊ p ea que erant in parte tabernaculi exteriori significabat̄ ps orbis inferior q̄ est nobis visibilis: Per ea q̄ erāt in pte tabernaculi iteriori .v3. in sancto sanctorū repn̄tabat̄ pars orbis supior que est nobis oculta ⁊ inuisibilis vbi est locus beatoꝝ. Et p ista q̄ erāt in tabernaculo tanq̄ partes p̄ncipales pōt aīa contēplatiua ad celestiū cōtēplationes ordinate cōscendere. Et sicut ad tēplū Salomonis qd̄ edificatū erat in monte Moria. 2. pali. 3. ascēdebat̄ p. 15. gradus, put dicit lyra sup ps. 119. ⁊ sup Ezech. 40. in fine. Sic aīa rōnalis p. 15. principalia que erāt in tabernaculo q̄si per. 15. spūales gradus pōt cōtēplādo conscendere ad tēplum btīssime trinitatis in vertice visionis ⁊ cōtēplatiōis cōplantatū. Uideam⁹ ḡ tabernaculi ptes p̄ncipales.

(tabernaculi mysteria per: pulchre explicat[ur])

¶ P̄ᵐ qd̄ erat in tabernaculo erāt Tabule parietū que erant de lignis: ⁊ bases ⁊ capitella que erāt de metallis diuersis. ¶ Et ista figurabāt elementū terre q2 ligna sunt terre affixa: ⁊ metalla generantur ex terra ⁊ cōiter in visceribꝰ terre. Et sicut ista erāt ad diuinū cultū deputata. Sic elemētū terre diuino cultui ⁊ honori deseruit: quia terre dominat̄ ⁊ eam infundit ⁊ germinare facit ad honorem sue maiestatis ⁊ ad sustētationē seruorum suorum.

¶ 2. erant Saga Cilicina: que erāt cortine facte de pillis caprarū sicut dicit lyra sup Exo. 26. ¶ Et ista saga p̄figurabāt elementū aque. Nā pili animalium sicut ⁊ capilli generari videntur ex humore aqueo siue ex hūiditate supflua: vel ex vaporibꝰ humidis ⁊ ideo congrue p ea significat̄ elemētū aqueū v3 Mare. Et sicut saga deseruiebant cultui diuino sic

⁊ Mare diuino cultui deseruit ⁊ deus dominatur ipsi dicente ps. Tu domina ris potestati maris motū autē fluctuū eius tu mitigas.

¶ 3. erat. Operimentū de pellib⁹ hyacin thinis: q̄ erant de lana tali colore tincta q̄lis coloris ē lapis hiacinthinus: qui ē in colore siñis saphiro: est. n. celestis co- loris. ¶ Et p istas pelles hiacintinas q̄ erāt cōiuncte in operimētū cōgrue figu rabat̄ elemētū Aeris: qui ē q̄si coloris celestis: ⁊ ē operimētū aque ipsaȝ circū dās ⁊ coopiens sicut pelles hiacintine operiebant Saga cilicina Exo. 26. Et sicut iste pelles hyacintine cultui diuino seruiebāt. Sic aeris elemētū diuino ho nori deseruit. Et de⁹ bñdictus domina tur eidem: qr pluit super iustos ⁊ iniu- stos math. 5.

¶ 4. erat Operimētū de pellib⁹ arietuȝ rubricatis: quarū pelliū lana erat rubro colore tincta sicut dicit Josephus ⁊ lira allegat sup Exo. 25. ¶ Et per istō ope- rimentū signabat̄ elemētū ignis: Cuiuȝ color siue spēs est rubea siue ad rube- dinē declināns: ⁊ sicut aries est princeps ouiū Sic ignis vr̄ pcipuus oīuȝ elemē toruȝ. Et sicut istud operimentū cultui d̄seruiebat diuino. Sic elementū ignis diuino nutui d̄seruit: ⁊ de⁹ gloriosus do minat̄ eidē. Gen. 19. Igit̄ dñs pluit sup sodomā ⁊ gomorā sulphur ⁊ ignē d̄ ce lo ⁊ subuertit ciuitates has.

¶ 5. erat Mensa sup quā ponebāt duo- decim panes ppositiōis: quib⁹ vescebā tur Aaron ⁊ filij ei⁹ ad diuinū cultū de- putati sicut pȝ Leui. 24. Et ista mensa erat intra tabernaculū exteri⁹ in parte aquilonari sicut pȝ Exo. 26. ¶ Et per istā Mēsaȝ ⁊ panes ei⁹ quib⁹ vescebāt sacerdotes figurabantur oīa terrena- scentia ⁊ alia que ex quattuor elemētis generāt̄ur. Que sunt ad victuȝ huma- ne nature principaliter: que est gens san cta ⁊ regale sacerdotiuȝ ad diuinū cultū deputata ⁊ ordinata. ⁊ dicitur esse a pte aquilonari qr pars aquilonaris est ha- būdātior in terrenascentib⁹. Dicunt̄ āt panes duodeciȝ pp duodecim trib⁹ is- rael q̄ specialiter ad diuinū cultū fuerūt assumpte. Et sicut Mēsa deseruiebat cultui diuino: Sic oīa terrenascētia ei- deȝ deseruiūt ⁊ deus gloriosus ipsis do minat̄: qr vt dicit ps Producit in mōti bus fenum ⁊ herbaȝ seruituti hominū. Et dat escaȝ omni carni ⁊ implet omne aīal benedictione.

¶ 6. erat Cādelabrū luminis hñs supra se septē lucernas lucētes ex aduerso vȝ vnā cōtra aliā. Et erant tres ab vno late re ⁊ tres ab alio se mutuo respiciētes ⁊ vna in medio sicut pȝ Exo. 25. Et cande labrū erat i tabernaculo exteriori a pte meredionali: positū cōtra mensaȝ ppo- sitiōnis. Exo. 25. ¶ Et per istud cādela bruȝ ⁊ septē lucernas figurabāt̄ Septē planete lucentes ex aduerso: in quoruȝ medio est sol ⁊ tres ab vno latere ⁊ treȝ ab alio. Erat in parte meridionali quia motus planetarū quē hñt ab oriente in occidentē in hemisperio nr̄o d̄clinat ab equinoctiali v̄sus austrū ⁊ meridiē: ⁊ pp istam declinationeȝ dr̄ positū cōtra mensaȝ que erat in parte aquilonari. Et sicut Candelabrū ⁊ septē lucerne cultui diuino seruiebāt. Sic planete oēs diui no honori ⁊ cultui deseruiūt: ⁊ deus be nedict⁹ hijs oībus dominat̄ dicente ps. Qui fecit soleȝ in potestatem diei. Lu- naȝ ⁊ stellas in potestatem noctis: ⁊ pre cipit soli ⁊ non oritur.

¶ 7. erāt Cortine diuersoruȝ colorum ⁊ multipliciter variate: que imediate tāge bāt tabernaculū sicut patet Exo. 26. ⁊ erāt inuiceȝ cōtexte ⁊ sibi cōiuncte sicut pȝ ibideȝ. ¶ Et iste cortine figurabant

Celū sidereū siue stellatū: signis va-rijs ac stellis multiplicib⁹ decoratū: in q̄ signa varia ac diuersa inuicē connectun tur fm astrologos. Et sicut cortine p̄di-cte coopiebant tabernaculū sic celū sy-dereū coopit septē planetas ⁊ mundū istū īferiorē. Et sicut cortine cultui di-uino deseruiebant sic celū siderū ⁊ oēs stelle diuino cultui deseruiūt: ⁊ eis deus gl'iosus dn̄atur Job. 9. Qui p̄cipit soli ⁊ nō oriē ⁊ stellas claudit q̄si sub signa culo. Qui extendit celos solus ⁊ gradiē sup fluctus maris. Qui facit arcturū ⁊ oriona ⁊ hyadas ⁊ īteriora austri.

¶ 8. erat velū qōdā diuidens vnā par tem tabernaculi que dicebatur sanctū sanctorū ab alia que dicebaē sancta vel sanctū: vel clarius diuidebat taberna-culū exterius a tabernaculo interiori. Et a parte vna videbatur vz a pte taber naculi exterioris: ab alia vero nō vide-batur vz a parte tabernaculi interioris. De isto velo habeē Exo. 26. ¶ Et istō velū figurabat celū aqueū siue cristal linū vel primū mobile. Quod partim videtur ⁊ partim nō videtur: sicut p̄di-ctum velū. Uidetur .n. a pte exteriori q2 videtur ei⁹ motus. Non videtur autē a parte interiori q2 nō videē in sua substā tia ⁊ natura: Et sicut p̄dictū velum di uidebat tabernaculū exterius a taber naculo interiori: ⁊ sanctū: a sancto scōꝝ. Sic primū mobile diuidit mūdū īferio rē ⁊ visibilē a mūdo supiori ⁊ inuisibi li. Et sicut velū predictū cultui diuino d̄ seruiebat. Sic celū cristallinū ⁊ primū mobile cultui ⁊ laudi diuine d̄seruit di cēte p̄s. Laudate eū celi celorū: ⁊ aque oēs q̄ sup celos sunt laudēt nomē dn̄i. Q2 ipse dixit ⁊ fcā sūt ipse mādauit ⁊ creata sunt Statuit ea in seculū seculi: p̄ceptū posuit ⁊ nō p̄teribit.

¶ 9. erat. Propiciatoriū de auro mūdissimo: ⁊ fm aliquos erat opculū Arche fm alios erat Tabula aurea supius ele uata sup archam. De sup qua deus da bat respōsa ⁊ loq̄batur moisi ⁊ dicebatur illud ,ppiciatoriū sedes dei sicut di-cunt doctores sup Exo. 25. Et istud ,pro piciatoriū erat in sancto sanctorū sicut dr̄ Exo. 26. ¶ Per istud ,ppiciatoriū quod erat in loco occulto ⁊ abscondito q2 intra velū in scō sanctorū figurabaē Celum empireū qd̄ ē nobis inuisibile ⁊ occultū: ⁊ aureū siue igneū quo ad splē dorem. Et sicut ,ppiciatoriū erat ⁊ di-cebatur sedes dei. Sic celū empireum dr̄ sedes dei Ysa. 66. Hec dicit dn̄s Ce lū sedes mea. Terra autē scabelū pedū meorꝝ. Et p̄s ait Celū celi dn̄o: Et iterꝝ Dominus in celo parauit sedem suam. Et sicut de illo ,ppiciatorio loquebatur deus: ⁊ dabat rn̄sa diuina. Sic de celo empireo dicitur exaudire voces ⁊ desi deria inuocantiū p̄s. 19. Exaudiet illū d̄ celo sancto suo.

¶ 10. erant Duo cherubin aurei facti cū martello ex vtraq3 parte propiciatorij: vnus ab vno latere ⁊ alius ab alio. Et mutuo se respiciebant: versis vultibus in propitiatorium: sicut scribitur Exo. 25. Et erant in sancto sanctorum Exo. 25. ⁊ 26. ¶ Et per cherubim figuraba tur Natura angelica nobis inuisibilis ⁊ occulta: constituta in celo quasi in san cto sanctorum. Erant autem duo ad de signandā eorū multitudinem Job. 25. Nunquid est numerus militū eius. Et se mutuo respiciebant ad designandam eorū concordiā fm illud Job. 25. Qui facit concordiam in sublimibus suis. Erant stantes ex vtraq3 parte propicia tori⁊ respiciebant in propiciatoriū ad designandum angelorum assistentiam ante thronum dei ⁊ eorum intentam administrationem: fm illud Apoc. 7.

Et oēs angeli stabāt ī circuitu throni: ꝛ ceciderūt ī cōspectu throni ī facies suas ꝛ adorauerūt deū. Et sicut duo cherubin cultui diuino deseruiebant sic figurabant angelicā naturā diuinis laudib⁹ mancipatam.

¶ xi. erat Ipse deus qui de propitiatorio quasi sedēs sup illo loquebat̄ cū Moise: dabat responsa: ꝛ ꝑcipiebat ea q̄ ad regimen populi ptinebāt sicut dr̄ Exo. 25. ¶ Et p hoc rep̄sentabat̄ ipse de⁹ vt p̄sidens oīb⁹ reb⁹. Qui lꝫ sit vbiqꝫ per essentiā: p̄sentiā ꝛ potentiā tn̄ spāli mō est in celo in loco beatorū p apertam visionē ꝛ fruitionem. ¶ In illa autē sede vꝫ in propiciatorio qd̄ erat sedes dei: non erat aliqua imago dn̄i ipsuꝫ representans: ad designandū ꝙ ipsa deitas cuius sedes erat propiciatoriū nullo modo est figurabilis. Sed dominabatur ꝛ regebat vniuersa.

¶ 12. erat Archa de lignis septim: deaurata intus ꝛ foris auro mūdissimo. In qua erant tria clausa vꝫ Manna. Uirga Aarō: ꝛ Tabule sicut hr̄ Exo. 25. ꝛ lyra declarat ibidem. Ista Archa erat sub propiciatorio ꝛ in medio duorum cherubin ꝓm doctores Exo. 25. ¶ Per istaꝫ Archaꝫ clausaꝫ figurabant̄ rōnes occulte omnium effectuum visibilium. Et sic̄ Archa erat in sancto sanctorum ꝛ per consequens in oculto. Sic rationes effectuuꝫ visibilium: sunt in celestibus ꝛ in loco beatitudinis ꝛ sunt nobis oculte iuxta illud Job. 38. Nunquid nosti ordineꝫ celi ꝛ pones rationeꝫ eius in terra. Et sapiens. Que in celis sūt quis inuestigabit. Et sicut Archa erat sub ꝓpitiatorio quod erat sedes dei. Sic rōnes occulte effectuuꝫ visibiliuꝫ subijciūtur regule sapientie ac potestati diuine q̄ oībus dominatur Job. 38. Quis enarrabit celorū ratiōnē ꝛ concētū celi quis dormire faciet quasi dicat solus deus. Et erat archa in medio duorum cherubin qꝛ rationes visibiliū effectuū nobis oculte: angelice nature sūt manifeste qꝛ illa est ī loco celesti ꝛ beatitudinis sicut illa duo cherubin erāt in sancto sanctorum iuxta archam.

¶ 13. Erat Manna qd̄ erat dulce ꝛ datū fuit filijs israel ad eorū vitaꝫ sustentandam in deserto: sicut pꝫ Exo. 16. ¶ Et per Manna celitus datuꝫ figuratur vita que omnib⁹ est appetibilis ꝛ dulcis. Et ista vita propinat̄ nobis a corporib⁹ celestibus mediantibus eorū motibus ꝛ influentijs: ¶ Et figurat ꝛ representat spirituꝫ sanctuꝫ: cui appropriat̄ viuificatio: qꝛ Spūs est qui viuificat Jo. 6. Et dulcedo ꝛ cōsolatio dicēte de eo Ecclesia. Cōsolator optime Dulcis hospes aīe. Dulce refrigeriuꝫ. In estu tēperieꝫ. In fletu solacium.

¶ 14. erāt Tabule moisi due in quibus erant scripta precepta decalogi: que celitus a deo date sūt sic̄ pꝫ Exo. 32. ꝛ 34. ¶ Et per istas tabulas figurabatur sapientia taꝫ celestium q̄ꝫ terrenorū que a nobis agēda sunt: sicut in duab⁹ tabulis cōtinebant̄ ꝑcepta circa deū ꝛ circa proximuꝫ: Et ista sapiētia cōicat̄ nobis ab angelis sanctis mediantibus suis inspirationib⁹: reuelationibus ꝛ apparitionibus: per quam sapīam regitur ꝛ gubernatur vita. Naꝫ in ꝑceptis diuinis est vera sapīa Deut̄. 4. Hec ē.n. vestra sapīa ꝛ intellect⁹ coraꝫ populis. ¶ Hec sapīa figurat ꝛ rep̄sentat. Filiuꝫ dei qui est oīs sapīa ꝛ vocat̄ dei sapīa. i. ad Cor. i. Predicamus christū crucifixū dei virtutem ꝛ dei sapīam.

¶ 15. erat virga Aron p cui⁹ floritionem Aarō obtinuit sūmi sacerdotij dignitatem cū filijs suis sic̄ pꝫ Nūi. 17. ¶ Et p istā virgā q̄ celesti virtute floruit signi-

¶ 3. est quod istud optoriū de pellibus hyacinthinis erat ī quarto loco sup oīa tria optoria p̄dicta sicut pz Exo. 26. ¶ Nec hoc vacat a misterio qz sicut ad Tēpantiam ptinet primus gradus Justitie vz Divertere a malo: Et ad Justitiaz secūdus vz facere bonum. Et ad fortitudinem tertius vz Inquirere pacē. Sic ad prudētiā ptinet q̄rtus: vz Inquirere diligenter modum cōseruandi ipsaz pacē: iuxta illud ps. 33. Diverte a malo & fac bonū. Inquire pacē & psequere eam. s. diligenter & prudēter iuestigando vias cōseruādi eā. ¶ Istud optoriū erat super oīa alia qz prudētia ē auriga virtutuz & oēs alias regulat: ducit & in finem debitū dirigit: & iō merito sup oīa collocatur. ¶ Et hec oīa que dicta sunt: intelligantur de prudentia politica. Que est Ad rōnis normam que cogitat: queqz agit vniuersa dirigere ac nihil preter rectum velle vel facere: & humanis actib⁹ prouidere. ¶ Hec sūt quattuor vtutes cardinales inuicē colligate & iuxta posite ad defensionē Tabernaculi. Nec debēt ab inuicē disiūgi: qz Tēperantia dz esse iusta fortis & prudens. ¶ Justitia fortis: prudens & tēperata. ¶ Fortitudo prudens: temperata & iusta. ¶ Prudētia temperata: iusta & fortis. ¶ Vñ Greg. sup Ezech. Unusquisqz tm̄ prudēs est quātuz tēpans: fortis & iustus. Tantū tēperās: q̄tuz prudens. fortis: & iustus. Tātuz fortis quātū prudens: temperans & iustus: Tātū iustus quātū prudēs tēperās & fortis. ¶ Iste quattuor vtutes cardinales sūt q̄tuor scuta defensiua spūalis tabernaculi in aīe nostre medio collocati. Vñ dic. Hiero. in Origi. super Naum. Quo q̄ttuor quibus pugnamus & tegimur sunt scuta virtutuz: prudentia: Justitia: Temperantia: Fortitudo. Ita econtrario quattuor vicia sunt: stultitia: iniquitas: luxuria: formido: quibus ab hoste persecutimur. ¶ Iste quattuor vtutes cardinales sunt nō soluz scuta sed ornamēta spūalis tabernaculi diuersicolorata & deo gratissima dicente Hiero. in Epla. Vis scire quales querat dñs ornatus. Habeto iustitiam: prudentiaz: tēperātiam: fortitudinē: nihil hoc monili preciosius: nihil hac gemarū varietate distinctius. O beata aīa que est talib⁹ munita: talibus ornata: vt dignuz deo preparet habitaculum. Venite ergo ascendamus ad montem dñi & docebit nos vias suas.

¶ De spūali tabernaculi introitus constructiōe & de nāli atqz multiplici prime cause contemplatione. Cap. 8.

Venite ascendamus ad mōtez domini & docebit nos vias suas. Quia dei suffragante grā cooptoriuz tabernaculi cōposuim⁹: supest vt ad ipsius tabernaculi constructionē manus īponam⁹. Et qz hmōi tab'naculi cōstructio nihil aliud est q̄ preperatio quedā ad hoc vt deus

noster habitet in medio nostri ꝛ nobis sua responsa donet de ꝓpiciatorio: idō i huiusmodi cōstructiōe ordinate ꝓcedēdum est. ¶ Et qꝛ in tabernaculo a moise cōstructo: erant q̄ttuor ptes principales sicut pꝫ Exo. 26. ꝛ 36. ¶ Pᵐᵒ erat introitus a parte orientali. Ubi erant sex notabilia vꝫ vnū Tentoriū siue vellum diuersorū color: ꝛ sub illo quinqꝫ colūne de lignis sethim. ¶ 2. erat latuſ a pte aquilonari. In quo erant viginti tabule de lignis sethim deaurate. ¶ 3. erat lat⁹ a parte meridionali. In quo erāt viginti tabule sil'es p̄dictis. ¶ 4. erat ps occidentalis. In qua erāt octo tabule claudentes tabernaculi caput. ¶ Incipiem⁹ ergo ab introitu ꝛ inde ad latus Aquilonare. post ad lat⁹ meridionale ꝛ vltimo ad ptē occidētalē pueniemus i quo cōplebit̄ tabernaculū quo ad parietes ꝛ eius ptes principales. Et mistice singulas ptes declarabim⁹. ¶ Sꝫ pro clariori notitia vnū presupponēdū est Qꝫ vꝫ. In toto tabernaculo sicut legit̄. Exo. 26. ꝛ 36. erant Centum bases argētee. ¶ Naꝫ in latere Aquilonari erāt q̄draginta: qꝛ vnaqueqꝫ tabula hēbat sub se duas bases. Et in latere Meridionali sil'r quadraginta que simul faciūt octoginta. Et in pte occidētali sexdecim cūꝫ ibi essent octo tabule q̄ cū p̄dictis faciūt nonaginta sex. Et alie q̄ttuor erant sub q̄ttuor colūnis q̄ erant in tabernaculo: inter sancta ꝛ sanctū sanctorū ꝛ sic erāt insimul cētū. ¶ Alie quinqꝫ bases erāt enee que erāt sub quīqꝫ colūnis erectis in introitu tabernaculi a parte oriētis. ¶ Moraliter p bases argenteas centū que sustentabāt tabernaculū tabulas ꝛ colūnas intelligit̄ diuina sciētia que est fundamentuꝫ ꝛ sustētaculū ois edificij spūalis. Et sunt argentee pp candorem diuine scientie que nullas erroris maculam admittit dicēte ꝓpha in ps. Eloquia dn̄i eloquia casta. Argētū igne examinatū probatū terre purgatū septuplū Et sunt cētuꝫ qui est numer⁹ magn⁹ ꝛ pfect⁹ qꝛ diuina scia i sacra scriptura cōtenta ē sufficiēter tradita: pfecta cōpleta: imēsa ꝛ incōprehēsibilis ab intellectu viatorio. ¶ Per quinqꝫ vero bases eneas deauratas tn̄. Intelligi pn̄t sciētie humanitus aquisite q̄ merito dn̄r quinqꝫ qꝛ p viā quinqꝫ sensuū aquirūt̄ cūꝫ nihil sit i itell'u quin pri⁹ fuerit in sensu ſm phm. Et bn̄ sunt aene qꝛ sicut es sūt lucide p intelligētie claritatē ꝛ sonore p eloquētie facūditatē. Et sicut es nō est ita albū sic argētū sic humana scia nō ē ita mūda sic̄ diuina: vn̄ dicit ps. Narrauerūt mihi iniqui fabulatiōes sꝫ non vt lex tua. ¶ Et bn̄ sunt deaurate qꝛ iste scie humanit⁹ aquisite ꝓcedūt per rōnes: diuidēdo: cōponēdo arguēdo: diffiniendo ꝛ sic auro rōnis ornant̄ ꝛ decorant̄: p aurū. n. intelligit̄ rō ſꝫ Ricar. de archa mistica: li. 2. c. 7. Et qꝛ iste sciēnāles sunt prime dispōnes ad edificiuꝫ spūale ideo ponuntur in introitu tabernaculi construendi. ¶ Hijs presuppositis videamus per ordinē que via sit tenenda in constructione tabernaculi ꝛ q̄ ad ipsum requiruntur Incipientes ab ipso introitu.

¶ Pᵐ qd erat in itroitu tabernaculi erat velum siue Tentoriuꝫ de hyacintho ꝛ purpura: Cocoqꝫ bis tincto siue vermiculo ꝛ bisso retorta ope plumario sicut pꝫ Exo. 26. ꝛ 36. ꝛ pendebat an̄ quinqꝫ colūnas q̄ erāt in introitu. Sicut. n. cortine de hijs quattuor colorib⁹ cooperiebāt totū Tabernaculuꝫ ab alijs tribus ptib⁹: Aquilonari: Meridionali: ꝛ Occidentali. Sic istud velum ab orientali. ¶ Per istud velum quattuor colorib⁹ distinctum significat̄ obliuio sensibiliū

exteriorū prudens iusta: fortis τ tēpe- rata. Naz sicut velum diuidebat ea que erāt intra tabernaculū ab hijs que erāt extra. Et hijs qui erant intra ocultabat ea que erāt foris τ ecōuerso. ℂ Sic aīa Cōtēplatiua q̄ deo spūale v̄tutū taber- naculū cōstruere desiderat: p̄ debet cuz forti τ vigorosa prudētia ponere veluz inter exteriora τ interiora: idest obliui- sci quātū patit̄ humana fragilitas oīuz exteriorū sensibiliuz τ claudere hostia sensuū exteriorū ne hauriant puluerez rerum sensibiliū. Nā ista sensibilia di- strahūt animā a superiorū cōsideratiōe τ suo puluere fedant τ sua mobilitate instabilē reddūt. Et ideo ponēdū est ve lum obliuionis vt. s. aīa obliuiscat̄ sen- suuz exteriorū τ sensibiliū. vn̄ dicit Dio nisius. c. j. De mistica theologia. Tu aūt forti cōtritione: derelinque sensus τ sen sibilia. Et pphā in ps. 44. Obliuisce- re populū tuuz τ domū patris tui τ cō- cupiscet rex decorem tuum. Anima ob liuiscitur populum suū: quando derelin quit τ obliuiscitur sensus suos. Obli- uiscitur domum patris sui quādo ob- liuiscitur mundū istuz τ omnia sensibi lia que sunt in eo. Et qz separat precio- sum a vili tūc rex ɔcupiscit decorē suū. ℂ Ad ponendū istud veluz in introitu tabnaculi cōtra sensibilia exteriora hor tabat̄ saluator qn̄ dicebat math. 6. Tu autē cū oraueris intra in cubiculuz tuū τ clauso hostio ora patrē tuū in abscon dito τ pater tuus qui videt in abscondi to reddet tibi. ℂ Et istud velū qđ erat in introitu nō semp̄ fixuz manebat sed poterat trahi τ retrahi p̄ circulos sicut videtur innuere lyra sup̄ Exo. 26. circa finem. Sic istorū sensibiliū exteriorum nec semp̄ possumus obliuisci: nec semp̄ debemus reminisci. Sed quātū possi- bilitas suppetit debem⁹ forti τ pruden ti atq̧ temperato moderamine velum obliuionis τ separationis in introitu ta bernaculi ponere. ℂ Hoc. n. velū est pri mū a parte orientali.

ℂ 2. erat vna Colūna de lignis setbin de aurata siue auro operta Cuius basis erat enea sed auro op̄ta: τ caput aureū: sicut p3 Exo. 26. τ. 36. ℂ Per ligna se- thim que sunt iputribilia intelligunt̄ s3 Ricardū: libro secūdo de Archa misti ca. c. j. Quelibet rerū scrutinia honesta- tis τ vtilitatis integritate plena. Queli- bet rerū cōsiderationes q̄ nullaz mētis corruptionē inducūt que sinceritatis τ veritatis integritatē custodiunt Ligna ergo sethim rigida: ligna robusta: ligna durabilia quelibet cōsideratiōes sunt q̄ mentis vigorē reparant: que constantiā roborant: que pseuerantiā confirmant. Ligna deniq̧ ab oī corruptione aliena sunt: cōsideratio quelibet que nec macu laz feditatis: nec vmbram falsitatis con trahit. Pertinēt itaq3 ad ligna sethim quelibet de rebus corporeis assertio ve ra: sententia firma. Cōstruenduz est igi tur tabernaculum de lignis sethim im- putribilibus: de sentētijs irrefragabi- libus vt sentiamus oīa que videmus in mūdo facta ab vno deo τ creata de nihi lo: nihil in hijs oībus diffiniētes qđ dif ferat a vero. Et per ligna sethim in oib⁹ sequentibus tales considerationes itel- ligamus. ℂ Colūne autē erāt dolate τ sursum eleuate τ p̄ dolationē cōgrue in telligitur cōsiderationis exactio: exami natio: τ distictio atq̧ ordinatatio ne sit confusa rigida τ ipollita. Per erectio- nē v̄o designat̄ ɔsideratōis eleuatio: ad celestia diuina τ imortalia. ℂ Per deau- ratione colūne insinuat̄ cōsiderationis rōnabilis pcessus vt v3 sit cū rōne regu lata τ modificata. Aurū. n. optimū rō- nem que est in hoie optimum pre igu-

rat. ¶ Per Basim eneaȝ auro opertā.
Intelligitur scientia humanitus adīuē-
ta que est clara per intelligentiā ⁊ sono-
ra ꝑ eloquentiā sicut es est clarus ⁊ so-
ruȝ. Per aurū quo est opta intelligitur
rōnālis q̄ mediāte aquiritur talis sciē-
tia. ¶ Per caput aureū colūne qḋ erat
supra colūnā intelligit̄ considerationis
finis optimus ⁊ intētio recta sine deus
optimus ad quē dirigunt̄ ⁊ eleuant̄ cō-
siderationes recte. et scrutinia reruȝ in
corruptibilia sicut videbimus in seq̄nti-
bus. Hec oīa intelligantur de oībꝰ colū-
nis que sequētur. ¶ pᵃ ergo Colūna est
Cōsideratio prīe sciē siue sapīe realis vȝ
Methaphisice que est prima scientia.
Honorabilissima. diuina: vniuersalissi-
ma: certissima: liberrima: ⁊ aliarum or-
dinatiua sicut habetur. j. ⁊. 6. Metha.
Cuius subiectum est ens quod diuidi-
tur per vnum ⁊ multa. Finitum ⁊ infi-
nitum. Compositum ⁊ simplex: Actum
⁊ potētiā. Cōtingens ⁊ necessariū. Cau-
satū vel incausatū. Dependēs vel inde-
pēdēs. Ab alio vel a se Productiuū vl'
nō productiuū. ¶ Super ista basi enea
methaphisice nr̄a mens erigit colūnam
sue firme ⁊ imputribilis cōsideratiōis
dicēs. Cum oē imperfectū reduci ha-
beat ad pfectū ẜm phm. x. metha. 2. celi
⁊ mūdi ⁊ in primo priorū in principio.
Multitudo entiū impfecta quā vide-
mus oȝ reduci ad vnū Ens primū. En-
tia finita ad vnū īfinitū. Oīa composita
ad vnū simplex. Omnia potentialia ad
vnū actū purū. Oīa cōtingētia ad vnuȝ
necessariuȝ. Oīa causata ad vnū incau-
satū. Oīa depēdētia ad vnum indepen-
dens. Omnia que sunt ab alio ad vnuȝ
qḋ est a se. Oīa productiua secundaria
ad vnum productiuū primuȝ. Ergo da-
tur vnum ens primuȝ: qḋ est in se. Vnū
Infinituȝ: Simplex: Actus: necessariū:
incausatum: independens: ⁊ a se. Et hic
est deus benedictus qui est primū prin-
cipium. Et hoc modo ista Colūna pri-
ma multum eleuatur in altū quia ascē-
dit vsq; ad deum. Et habet caput au-
reum quia inclinat nos ad amandum
ipsum deū cū sit principium omniū en-
tium ⁊ consequenter omnium bonita-
tuȝ. Uel habet caput aureum quia ista
consideratio Methaphisica termina-
tur ad scripturam vel cōfirmatur a scri-
ptura sacra que dicit ī psona dei Apoc.
vlti. Ego sum Alpha: primus: ⁊ princi-
pium.

¶ 2. erat Alia colūna similis precedenti
in omnibus predictis. ¶ Et ista est Cō-
sideratio dialectice siue logice que ē pri-
ma inter scientias rationales sicut me-
thaphisica inter reales. Nam grāmati-
ca in vocibus considerat congruitatem.
Rethorica ornatum: Logica vero ve-
ritatem. ¶ Super istam basim mens
rationalis erigit colūnam sue conside-
rationis dicens. Cum omne imperfe-
ctum reducatur ad perfectum. Omnis
veritas imperfecta reducēda est ad ve-
ritatem perfectam. Ergo omnis veri-
tas contingens reducetur ad veritatem
necessariam. Et omnis veritas necessa-
ria sed probabilis sicut est veritas con-
clusionum ad veritateȝ indemonstra-
bilē sicut est veritas principioꝝ. Veri-
tas principiorum ad suas causas. i. ad
terminos. Ueritas terminorum ad ve-
ritatem ydeatam in mente diuina. i. ad
suā ydeam que est in intellectu diuino.
Ueritas ydeata ad veritatem ydeanteȝ
siue ad suum exemplar quod est intelle-
ctus diuinus ẜm Sco. in p̄. dis. 3. q. 4.
Et ista veritas ideans omnia est deus
qui est primū verū ⁊ pria veritas. ¶ Et
ista colūna multum eleuat̄ sicut pria q2
ascēdit vsq; ad sūmuȝ verū deū. Et hȝ

caput aureū qꝛ inclinat ad amādū illud primū verū. Uel h3 caput aureū qꝛ confirmatur a scriptura ī qua loquitur de⁹ dicēs Jo.14. Ego sum via veritas ⁊ vita. Et Apoc.3. Hec dicit sanctus ⁊ ver⁹ qui aperit ⁊ nemo claudit claudit ⁊ nemo aperit.

¶ 4. erat Alia colūna similis ꝑcedenti in oīb⁹ predictis. ¶ Et ista ē Cōsideratio scientie moralis. s. Ethices q̄ ē pria īter scientias aquisitas praticas. Nā ecconomica tractat de bono regimine familie. Politica de bono regimine cōmunitatis. Aethica ṽo de bono regimine suiip sius ⁊ de sūmo bono ⁊ felicitate hoīs. ¶ Super istā basim mens rōnalis erigit colūnā sue cōsiderationis dicēs. Cū oē impfectum reducatur ad pfectum Et multa sint genera bonorū ꝫm phm ꝓ ethi. ⁊ ꝓ magnorū moraliū Bona externa que sūt impfecta: reducenꝰ ad bona corporis que sūt meliora. Bona corporis que sunt ēt īperfecta reducenꝰ ad bona aīe que sunt meliora: puta ad virtutes. Uirtutes morales ad prudentiā3 que ē auriga ⁊ origo virtutū. Prudentia que est actiua ad speculationē que ē nō actiua Speculatio ad obīm nobilissimū ⁊ optimū vt cōcludit phs. x. ethi. Et hoc obiectu3 optimū est deus bn̄dictus ꝫm phm ibidem. ¶ Et hoc mō ista colūna multu3 eleuaꝰ qꝛ ascendit vsq3 ad sūmū ⁊ pfectū bonū qd̄ est de⁹. Et ista colūna h3 caput aureū qꝛ inclinat ⁊ inducit nos ad amādū sūmū bonū deu3: cum bonum sit qd̄ oīa appetunt ꝓ ethi. Uel h3 caput aureū quia ascēdit ad sacras scripturā dicentes Mar. x. Nemo bonus nisi vnus deus. Et confirmatur per ipsa3 dicentē Math.5. Estote ergo perfecti sicut ⁊ pater vester celestis perfectus est.

¶ 5. erat Alia colūna predictis similis in omnib⁹. ¶ Et ista est Cōsideratio scientie naturalis siue physice que tractat ð omnibus entibus naturalib⁹ motui ⁊ mutationi subiectis sicut patet. 3. phi. ⁊. 6. metha. ¶ Super hac Basi enea mens rōnalis erigit sue cōsiderationis colūnā dicens. Cum omne Imperfectum reducendum sit ad perfectu3. Cum omne motu3 inquātū motū dicat impfectionem: aīalia ⁊ alia entia que tm̄ mouentur ꝫm phm. 3. de anima reducētur ad mouentia priora: verbi gratia: ad elementa: Elementa que etiam mouentur reducentur ad mouētia priora. s. ad corpora celestia. Corpora celestia que etia3 mouentur ab alijs ꝫm phm. 12. metha. reducentur ad mouentia priora. s. Intelligentias siue spūs angelicos. Intelligentie etia3 cum mouentur sicut amās ⁊ desiderans mouetur ab obiecto amato ⁊ desiderato ꝫm phm. 12. metha. Cū in mouentibus ⁊ motis nō sit pcessus in infinitu3 ꝫm phm. 7. phi. reducentur ipse Intelligentie in ipsum primū mouens īmobile sicut probat phs. 8. phi. ⁊ 12. metha. Et hic est deus benedictus: qui non solum est primū ens: primū verū ⁊ primū bonū ī seipo: s3 est mouens oīa mutabilia ⁊ creata. Nam tēpus ab euo Ire iubet stabilisq3 manēs dat cuncta moueri. ¶ Et sic ista colūna multū eleuatur qꝛ ascendit vsq3 ad primū motorem vniuersi cui⁹ specialis hitatio est in celis ꝫm omnes. Et habet caput aureū quia ducit nos in amorē primi motoris nr̄i. Habet caput aureum qꝛ ascēdit vsq3 ad sententias sacre scripture q̄ clamat omnia a deo imperāte moueri. Job.9. Qui precipit soli ⁊ non oritur ⁊ stellas claudit quasi sub signaculo. Et Job.37. Subter omnes celos ipse considerat ⁊ lumen illius super terminos terre. Nubes spargunt lumē suū. Que

lustrāt cuncta per circuitū quocūq3 eas volūtas gubernantis duxerit.
¶ 6. erat Alia colūna p̄cedētib⁹ in oībus filijs. ¶ Et ista ē Cōsideratio sciē ciuilis τ politice q̄ tractat d̄ mō cōuiuendi: p̄sidendi τ iudicandi: ordinat leges: ponit premia: minat̄ penas. ¶ Super istā Basi enea mens rōnalis erigit colūnā3 sue Cōsiderationis dicēs. Cū oē impfectū reduci debeat ad pfectū. Et oēs leges humane in aliquo deficiāt τ sint impfecte q2 nō de quocūq3 occurreti d̄terminare pñt sicut p3 p p̄hm. 6. ethi. Ergo leges humane reducēde sūt ad legē nature: Lex nāe ad legem scripture: lex scripture ad legē eternā que ₰m doctores est Diuina volūtas. ¶ Sil'r Cum oēs legislatores sint iperfecti reducēdi sunt ad vnū primū legislatorē deū de q̄ dr̄ Job. 36. Ecce deus excelsus in fortitudine sua τ nullus ei silis in legislatoribus. ¶ Sil'r cū ois rector impfectus reducēdus sit ad rectorē pfectissimu3. Ois dominatio popularis reducet̄ ad dominationē optimatū τ nobiliū τ ois dominatio nobiliu3 ad dominationem Regale3 vnius tanq̄ ad pfecti⁹ ₰m p̄h3 8. ethi. ¶ Cum etiam in mūdo isto sint principes plures: nec sit in reb⁹ bonū pluralitas regētiū τ ois multitdo reducēda sit ad vnitatē Un⁹ ergo erit priceps rector τ gubernator vniuersi. 12. metha. qui est de⁹ benedict⁹ τ gloriosus. Qui sua ineffabili sapiā regit regulat τ disponit vniuersu3: Sap. 7. ¶ Et ista colūna multū eleuat̄ q2 ascendendo ptingit vsq3 ad primū rectorē τ gubernatore3 vniuersi. Et h3 caput aureū q2 inclinat ad amorē ipsius rectoris vniuersi. H3 caput aureū q2 eleuat̄ vsq3 ad notitiam τ cōfessionē sacre scripture q̄ cōfitet̄ τ clamat vnū esse deū qui est dn̄s dominantiū τ deus deo℞ τ vnū legislatorem iustissimū facientē iudiciū τ iustitia3 cū mia Deut. x. Dn̄s deus vester Ipse de⁹ deorū τ dn̄s dn̄antiū. Magnus: τ potens τ terribilis qui p̄sona3 non accipit nec munera. Facit iudiciu3 pupillo τ vidue Amat pegrinū τ dat ei victu3 atq3 vestitum. O q̄3 mirabilis τ alta est colūna ista que vsq3 ad sapientissimu3 vniuersi rectorem attingit.
¶ 7. τ vltimū qd̄ erat in Introitu tabernaculi a pte orietali erat vnus vectis optus laminis aureis: τ ipse erat de lignis sethim: τ erat q̄si supra colūnas predictas iungens tabulas q̄ erant a pte aquilonari cū hijs q̄ erant a pte meridionali τ firmans ipsu3 tabernaculū vt cēt fortius τ magis stabile cōtra impulsu3 vētorū sicut p3 per Nicolaū de lyra super Exo. 26. τ 36. ¶ Moraliter p vectem istu3 itelligit̄ admiratio τ exultatio magna τ fortis ₰m Ricardū: de Archa mistica lib. 2. ca. 25. ¶ Nā sic ligna sethim sunt fortia τ iputribilia. Ita exultatio nostra τ admiratio d3 esse inflexibilis p fortitudinē τ incorruptibilis p longanimitatē. Sit ergo exultatio vel admiratio nr̄a magna: sit ingens: sit pseuerā3 τ hēbimus vecte3 ligneū nō baculū arūdineū. ¶ Iste vectis erat supra vel circa capita quinq3 colūnarū q2 ex contēplatione vni⁹ prime essentie q̄ est Caput colūne ↄsiderationis metha^ce. Et ex cōtēplatione vni⁹ prime veritatis: q̄ est caput Considerationis logice: Ex cōtemplatione vni⁹ prime bonitatis que est caput Cōsiderationis ethice. Ex contēplatione vnius primi motoris qui est caput Cōsiderationis physice. Et ex cōtēplatiōe vnius primi rectoris τ legislatoris qui est Caput cōsiderationis politice Sequitur admiratio τ exultatio mirabilis Cōtemplando qūo oīa in inferiorib⁹ dispersa τ impfecta coadunant̄ i vna sū-

prema τ pfectissima natura. O admiratio magna. O exultatio grādis. ℭ Iste vectis ɔfirmabat tabernaculū i pte oriētali: quia talis admiratio siue exultatio manutenet aīaʒ in cōsiderationib⁹ pdictis: τ manutenet colūnas in altū qꝛ pp admirari ceperūt hoīes philosophari τ cōtēplari celestia. ℭ Iste vectis erat fortis: dolat⁹: τ deauratus: qꝛ nr̄a admiratio siue exultatio dʒ esse robusta: iusta: τ discreta. Sit ergo admiratio facta de robore cōstantie. Sit dolata ad normā iustitie. Sit deaurata auro sapiē: vt sit p fortitudinē valida: per equitatē directa: p sapiaʒ τ discretionē pvida. Multū valet hmōi in vectib⁹ deauratio qꝛ nimirū multū in oībus prodest prudens τ prouida discretio. ℭ Sit ergo admiratio nostra prudens: quaten⁹ nil de vnitate diuine essentie icōgruū: nihil de ṽitate idignū: nihil de bonitate diminutuʒ veneret τ laudet. Sit prudens τ discreta quatenus in eius motione τ vniuersi gubernatione nihil veneret absurdum nihil indignum vel inhonestum. Et qd̄ dictuʒ est de isto vnico vecte simil̄r post modū de alijs sequētib⁹ iferius sentiatur. ℭ Ista ergo septem que erāt in introitu tabernaculi a pte orientali ex qua oritur sol τ ornabant ipsuʒ: sūt illa que disponūt animaʒ ad receptioneʒ solis iustitie. s. dei τ xp̄i iesu τ preparāt ei itroituʒ gratū τ bn̄placitū. ℭ Naʒ p velum aīa sepatur a sensibilib⁹ τ secularib⁹ qd̄ deo sūme placet. 2. ad Timo. 2. Nemo militans deo iplicat se negocijs secularibus vt placeat ei cui se pbauit. ℭ Per quinqʒ Colūnas erectas fit aīa intelligens ipsum deū quod sūme deo placet Prouer. 14. Acceptus est regi minister intelligens. ℭ Per vecteʒ ṽo fit anima admiratiua exultans hylaris τ iocūda qd̄ sūme deo placet: cui seruicia coacta non sunt accepta. 2. Cor. 9. Non ex tristitia aut ex necessitate: hylarem. n. datorē diligit deus. Hec septē sunt optima ad sponsum recipiēduʒ pparatio. Hec preparāt itroitū gratiosuʒ τ ornatum. Hec ornant spūale virtutuʒ tabernaculuʒ ab oriētali pte ad solē iustitie xp̄m intromittēdū. O mortales venite ascēdam⁹ ad mōtē dn̄i τ deo nr̄o spūale virtutuʒ cōstruam⁹ tabernaculū. Appēdam⁹ veluʒ τ abijciamus oīa sensibilia. Erigamus iteri⁹ colūnā primā cōtēplādo illā primaʒ entitatē nāe diuine simplicē: idependentē: actū purū: ifinitaʒ: a se: icausataʒ τ imotā. Erigam⁹ scdaʒ τ cōtēplemur illā primaʒ veritatē iobliquabilē. Erigam⁹ tertiā τ cōtēplemur illā infinitam bonitatē cuiuscūqʒ appetit⁹ attractiuā. Erigam⁹ qr̄tā τ cōtēplemur illaʒ infinitā potētiā vniuersi motricē ifatigabilē. Erigam⁹ τ quintā cōtēplādo illā inscrutabilē sapiam legū cōditricē τ vniuersi pvidā gubernatricē. Colūnis istis aureū caput iponam⁹ ip̄m primuʒ ens: ipsā primā ṽitatē: primā bonitatē: primū motorē τ vniuersi rectoreʒ toto corde: tota mēte: tota aīa: totis viribus τ tota fortitudine diligētes: Circa haʒ colūnarū capita imponamus deauratū vectem admirantes τ exultantes de tā mira natura: tam mira veritate: bonitate: motione τ gubernatione τ sic admirantes τ iubilantes deo dignū construamus introitum tabernaculi. Uenite ergo ascēdamus ad mōtem dn̄i τ docebit nos vias suas.

ℭ De aquilonaris lateris cōstructione τ multiplici cōsideratiōe maloꝝ. Cap. 9.

Uenite ascendamus ad monteʒ dn̄i τ docebit nos vias suas. ℭ Scribit

tur hec verba Exo.26. In latere quoqꝫ scdo tabernaculi qd̄ vergit ad aquilonem viginti tabule erūt: q̄draginta hn̄tes bases argēteas: Bine bases singulis tabulis supponētur: hec ibi. ¶ Ad horū clariorē intelligētiā notādū ꝙ in latere tabernaculi aquilonari erāt q̄dragita bases argētee. ¶ Uiginti Tabule d̄ lignis setbim dolatis: ꝛ dauratis. Et vnaq̄qꝫ tabula hēbat duas bases argēteas sup positas. ¶ Unaq̄ꝫ tabula hēbat denos cubitos i lōgitudine. Et vnū cubitū ac semissē i latitudie. ¶ Unaq̄ꝫ tabula habebat duas icastraturas vnā i vno latere q̄ mediāte iūgebatur cū alia tabula. Aliā i alio latere q̄ mediāte cū altera tabula ab alio later̄ ꝯnectebat̄. ¶ In istis tabul̄ erāt ānuli siue circuli aurei a pte exteriori tabernaculi nō a pte interiori. ¶ In isto piete tēpli erāt quinqꝫ vectes d̄ lignis setbim dolatis ꝛ dauratis duo supi⁹: duo iferi⁹ ꝛ vn⁹ i medio qui trāsibāt p annulos aureos ꝛ firmabāt adinicē tabernaculi parietē istū aquilonarē. ¶ In sūmitate tabularū erāt vncini q̄dā cōnectētes tabulas iuicē ita ꝙ vn⁹ vncin⁹ duas adiuicē tabulas ꝯnectebat. ¶ Moralr̄ p lat⁹ aquilonare tabernaculi itelligi pn̄t ea oīa q̄ ad malū tā pene q̄ culpe q̄q̄ mō ptinēt qꝛ dr̄ Hier.j. Ab aquilone pādet̄ oē malū sup oēs habitatores terre. ¶ Per binas bases argēteas suppositas vnicuiqꝫ tabule significant̄ duo testamēta diuina nouū.s. ꝛ vet⁹ testm̄ cōtinēs eloquia diuina: qꝛ scribit̄ in ps. xi. Eloquia dn̄i eloquia casta: Argentū igne examinatū. Et ista duo testamēta d̄bēt subici ꝛ esse fūdamētū solidū vniuscuiusqꝫ nr̄e ꝯsideratiōis recte. ¶ Per viginti tabulas d̄ lignis setbim īputribilib⁹ dolatas ꝛ dauratas itelligūtur viginti Cōsideratiōes circa mala tā penalia q̄ culpabilia: pure ꝛ sincere: q̄ nullā mētis corruptionē iducāt. Et iste cōsideratiōes debēt esse dolate ꝛ directe p normā iustitie. Et deaurate cū auro prudētie discretiōis atqꝫ sapiētie. Et iste cōstruūt aquilonare lat⁹ tabernaculi. Et vnaq̄qꝫ istaꝝ debet hr̄e decē cubitos i lōgitudine qꝛ d̄bet eē pfecta ꝛ bn̄ circūstātionata q̄ pfectio i nūo denario d̄signat̄: qui ē nūs sūm⁹ atqꝫ pfect⁹. Ut decē cubitos hr̄e d̄bet qꝛ vnaq̄qꝫ cōsideratio extēdi d̄bet ad decalogi adipletionē. Et vnaquecqꝫ fūdari d̄bet i veteri ac nouo testō q̄si sup duab⁹ basib⁹ argēteis solidis atqꝫ firmissimis. ¶ Sumūtur aūt iste Cōsideratiōes fm̄ ꝙ ptinēt ad aquilonare lat⁹ tabernaculi fm̄ trāsgressiōes decē mādatoꝝ dei ꝛ fm̄ viginti mala q̄ infligunt̄ trāsgrediētib⁹ illa. Nā qui custodit p̄ceptū non experietur quicq̄ mali. Eccs.8.

¶ P⁹ g̃ Cōsideratio q̄si prima tabula ē. Cōsideratio pene tpalis q̄ ifligit̄ trāsgredientib⁹ illd̄ primū dei p̄ceptū Exo.20. Nō hēbis deos alienos corā me. ¶ Nā talib⁹ ifligit̄ pena tpalis priuādo eos bonis tpalib⁹. Deut.28. Maledict⁹ fruct⁹ vētris tui ꝛ fruct⁹ terre tue. Armēta boum tuoꝝ ꝛ greges ouiū tuarū. Et pena corpalis qꝛ occidūt̄ in lege veteri. Exo.22. Qui imolat diis occidet̄ p̄ter dn̄o soli. Et pena spūalis qꝛ priuāt̄ grā dei in vita pn̄ti vn̄ dicit paulus ad Ro. j. De colentib⁹ ydola. Et mutauerūt gloriā dei in silitudinē volucrū ꝛ serpētū: pp qd̄ tradidit illos de⁹ i desideria cordis eoꝝ. In imūdiciā. In passiōes ignominie. In r̄probū sēsū. ¶ Ista pria Cōsideratio siue pria tabula hꝫ i latitudie sua cubitū ꝛ dimidiū: p cubitū itelligitur plena cog̃ p dimidiū cubitū semiplena: sic testat̄ Ricar. d̄ archa mistica lib.2.c. 4. Qꝛ g̃ ista ꝯsiderō plene app̄hēdit penas exteriores tpales ꝛ corpales, sic sī pau

pertas. Dāna rerū: infirmitas: anxietas Dolor ꝛ mors: q̄ ꝑ experientiā patefiūt iō hꝫ cubitū in latitudine: qꝛ ꝟo penas interiores sicut ē priuatio gratie diuine ꝛ ꝟtutū nō plene cōpꝛhēdit qꝛ sunt inextimabiles iō in sua latitudine hꝫ ēt semicubitū. Et ista tabula prima siue cōsideratio pria fūdat̄ i duob⁹ testamētis q̄si i duab⁹ basib⁹ argēteis: qꝛ vtrūqꝫ testm̄ siue iplicite siue explicite cōfitet̄ ꝛ clamat hāc penā tēporalē infligēdā omnibus transgredientibus primū preceptū diuinuꝫ. ¶ Hec est prima Tabula in latere Aquilonari.

¶ 2. Tabula est Cōsideratio pene Eternalis q̄ infligit̄ trāsgredietib⁹ illud primuꝫ dei ꝓceptū: de q̄ dictū est. Nā tales puniūt̄ pena eterna ꝛ maledicunt̄ a deo Deut. 27. Maledict⁹ hō qui facit sculptile ꝛ cōflatile abbominationē dn̄i. Et Apoc. 21. Timidis ꝛ icredulis ꝛ execratis ꝛ ydolatris ps illoꝝ erit in stagno ardenti igne ꝛ sulphure qd̄ ē mors scd̄a. Et ibi cruciabunt̄ die ac nocte in secula seculoꝝ Apoc. 20. ¶ Et hec tabula fundatur in duab⁹ basib⁹ argēteis qꝛ in nouo ꝛ veteri testō hoc asserētib⁹ sicut pꝫ hijs locis ꝑallegatis. ¶ Hec Tabula in latitudine sua hꝫ vnū cubitum plenū: qꝛ Cōsideratio nostra plene cognoscit penā illā eternā q̄ta sit extensiue quo ad durationē qꝛ ifinita math. 25. Hij ibūt in supliciū eternū. Sꝫ ēt hꝫ semicubitū qꝛ non plene cognoscit q̄ta sit illa pena intensiue ꝛ quo ad acerbitatē. ¶ Hec ē secūda tabula in latere aquilonari.

¶ 3. Tabula est Cōsideratio pene Tpalis q̄ infligit̄ trāsgredietib⁹ illud ſm ꝑceptuꝫ dn̄i Exo. 20. Nō assumes nomē dn̄i dei tui in vanū. Naꝫ silib⁹ penis tēporalib⁹ puniūt̄ vn̄ Leui. 24. Hō qui maledixerit deo suo portabit peccatum suū ꝛ qui blassemauerit nomē dn̄i moriat̄: lapidib⁹ oppmet eū oīs multitudo populi Siue ciuis siue pegrin⁹ ille fuerit. Qui blassemauerit nomē dn̄i morte moriat̄. Silr̄ pena exteriori i rebus Leui. 26. ꝛ Deut. 28. Et silr̄ in aīa qꝛ priuat̄ grā ꝑ pctm̄ mortale. ¶ Hec tabula silr̄ hꝫ cubitū ꝛ dimidiū i latitudine qꝛ quāta sit pena reꝝ exteriorūꝫ ꝛ corporis experiēdo plene cognoscit. Sꝫ q̄nta sit spūalis in aīa semiplene: et fundat̄ ista cōsideratio in nouo ꝛ veteri testamēto q̄si i duab⁹ basib⁹ argēteis.

¶ 4. Tabula est Cōsideratio pene Eternalis q̄ infligit̄ trāsgredietib⁹ ſm mandatū predictuꝫ: q̄ in veteri ꝛ nouo testō manifestat̄ ꝛ qꝛ q̄tū ad eternitatē ē nota iō hꝫ in latitudine cubitū itegrū vnū: qꝛ ꝟo quo ad acerbitatē ꝛ intensionem est imꝑfecte cognita iō hꝫ in latitudine sua semicubitum.

¶ 5. Tabula est Cōsideratio pene tpalis siue sit rerū exteriorū siue corporis siue aīe que infligit̄ trāsgredietib⁹ ꝓceptum tertiū qd̄ scribit̄ Exo. 20. c. Memento vt dieꝫ sabbati sanctifices. Et ista pena isinuat̄ Leui. 26. Deut. 27. ꝛ. 28. Et qꝛ ista pena plene cognoscit̄ quo ad aliquā partē sui: ptim aūt semiplene q̄ ad aliaꝫ ptem Ideo tabula ista i sua latitudine hꝫ cubitū ꝛ semissem: ꝛ fundat̄ in duabus basibus sicut ꝛ ꝓdicte.

¶ 6. Tabula ē Cōsideratio pene Eternalis q̄ infligitur trāsgredietib⁹ illud tertiū mandatū. Memēto vt diē sabbati sanctifices q̄ i nouo ꝛ veteri testō quasi in duab⁹ basib⁹ argenteis solidat̄ Leui. 26. Deut. 27. ꝛ. 28. Et qꝛ quo ad eternitateꝫ est plene cognita: quo ad acerbitatē nō plene iō in sua latitudine habet vnū cubitū ac semissem.

¶ 7. Tabula est Cōsideratio pene Tpalis que infligit̄ transgredientibus illud q̄rtū dei ꝓceptū Exo. 20. Honora prēm

tuum ꝛ matrē tuā vt sis longeuus sup terraȝ quaȝ dñs deus daturus est tibi. Et ponitur ī veteri ac nouo testō ī locis ꝑdictis. Et ptīm est plene nota partim semiplene sicut dictuȝ est in ꝑcedētib⁹ ꝛ sic hȝ plenū cubituȝ ac semissem.

¶8. Tabula est Cōsideratio pene Eternalis que infligit̄ transgredientib⁹ illud ꝑceptū q̄rtū. Exo.20. Honora prēȝ tuū Que in nouo ac veteri testō quasi ī duabus basib⁹ argenteis confirmatur ꝛ solidatur ꝛ hȝ in sua latitudine cubituȝ ac semissem sicut ꝛ predicte tabule.

¶9. Tabula est Cōsideratio pene Tēporalis triplicis. s. Vie corporis ac rerū q̄ infligit̄ transgrediētib⁹ illud quintū dei ꝑceptuȝ Exo.20. Non occides: que ꝛ in veteri ꝛ in nouo testō quasi in duab⁹ basib⁹ argenteis solidatur ꝛ habet cubitū ꝛ semissem in sua latitudine sicut ꝛ precedentes.

¶x. Tabula est. Cōsideratio pene Eternalis q̄ infligit̄ transgredientibus illud quintū ꝑceptuȝ. Et in veteri ac nouo testamento q̄si in duab⁹ basib⁹ argenteis radicatur. Et hȝ in sua latitudine cubitū ꝛ dimidiuȝ sicut ꝛ ꝑcedentes.

¶xi. Tabula est Cōsideratio pene tēporalis triplicis. Vie vȝ corporis ac rerū q̄ infligit̄ trāgrediētib⁹ illud sextū dei mādatuȝ Exo.20. Non mechaberis: que ī nouo ꝛ veteri testō quasi ī duab⁹ argēteis basib⁹ solidatur ꝛ hȝ ī sua latitudine cubitū ac semisseȝ sicut ꝑcedētes.

¶12. Tabula est Cōsideratio pene Eternalis que infligit̄ trāsgrediētib⁹ illud ꝑceptū sextū: Nō mechaberis. Que ī veteri ac nouo testō quasi in duabus basibus argenteis solidatur. Et hȝ cubituȝ ac semisseȝ in sua latitudine sicut ꝛ precedentes.

¶13. Tabula est Cōsideratio pene triplicis tēporalis que infligit̄ trāsgredientibus illud septimū dei mandatuȝ Exo.20. Nō furtuȝ facies: que in duob⁹ testamētis silr̄ solidat̄ ꝛ silr̄ in sua latitudine hȝ cubitū ac dimidiū.

¶14. Tabula est Cōsideratio pene eternalis q̄ infligit̄ trāsgrediētib⁹ illō septimū dei mādatū q̄ est silis ꝑcedentibus quo ad bases ꝛ latitudinē.

¶15. Tabula est Cōsideratio triplicis pene tēporalis q̄ infligit̄ trāsgrediētib⁹ illud octauū dei mandatū Exo.2o. Non loqueris cōtra ꝓximuȝ tuū falsū testimoniū. Que in veteri ac nouo testō q̄si in duab⁹ basib⁹ argēteis solidatur ꝛ hȝ cubitū ac semissem in latitudine sicut ꝛ precedentes.

¶16. Tabula est Cōsideratio pene eternalis que infligit̄ trāsgrediētibus illud octauū dei mādatū. Et hȝ silē fundamentū ꝛ latitudinē ꝑcedētib⁹.

¶17. Tabula est Cōsideratio triplicis pene tēporalis que infligit̄ transgredientibus illud nouū dei ꝑceptū Exo.20. Nō desiderabis vxoreȝ ꝓximi tui. Que in nouo ac veteri testō quasi in duab⁹ basibus argenteis solidatur ꝛ hȝ cubitū ac semissem in latitudiue.

¶18. Tabula est Cōsideratio pene eternalis que infligit̄ trāsgredientib⁹ illud met mandatū. Et hȝ silē fundamētum ꝛ sileȝ latitudinē ꝑcedentib⁹.

¶19. Tabula est Cōsideratio triplicis pene tēporalis q̄ infligitur trāsgrediētib⁹ illud decimū dei mādatū Exo.26. Nō cōcupisces domū ꝓximi tui. Nō seruū non ancillā nō bouē non asinū nec oīa q̄ illius sunt. Que in veteri ac nouo testō q̄si in duabus basibus agenteis solidatur: ꝛ hȝ in sua latitudine cubituȝ ac semissem sicut ꝛ ꝑcedentes.

¶20. Tabula est Cōsideratio pene eternalis que infligitur trāsgrediētib⁹ illud decimuȝ dei mādatū. Nō cōcupisces rē

primi tui. Que consideratio hz simile fundamentuz et silez latitudinez tabulis pcedētib⁹. Iste sūt viginti tabule in latere aquilonari qr iste Cōsideratiões sūt cōtra insultus demonū qui impellūt homines ad trāsgressiones mādatorū dei

¶ Et notanduz q vnaqueqz tabula hz duas incastraturas vnā q cōiungit tabule pcedenti et aliā qua cōiūgit tabule subsequēti: qr iste Cōsideratiões ita debēt adinuicē cōnecti vt vna alteri copuletur. Nō.n. suffic Cōsideratio pene īfligēde p trāsgressiōe vni⁹ pcepti nisi adsit Cōsideratio pene īfligēde p trāsgressiōe alteri⁹. Nec sufficit Cōsideratio pene tpalis nisi adsit et Cōsideratio pene eternalis. Unaqqz ergo tabula hz duas incastraturas qr oēs iste viginti Cōsiderationes debent īuicem copulari vt vnū latus tabernaculi construi valeat in latere aquilonari.

¶ In isto latere aquilonari ī tabulis erāt affixi ānuli siue circuli aurei p quos trāsibāt quinqz vectes. ¶ Per circulos aureos intelligit dina sapia: diuina dispō: siue diuina pordinatio: q recte p circulū figurat: qr sicut circulus vbi hz pricipiū ibidē et finē. Sic diuina sapia ad eundē finē deducit oīa que ipa in sua eternitate a pn⁹ pcōcepit. Et sicut in circulo nec īnitiū nec finis pscrutari pt. Sic nec diuine sapie pfundū inuestigari pt. De ista tn̄ diuina sapia multū admirari possumus. Et tūc vectes duros: fortes: robustos: politos et deauratos in angulis aureis imittimus.

¶ P⁹ vectis in hoc latere ē in īfimo tabularū. Et est admiratio magna quō diuina sapia punit trāsgressores suorū pceptorū in reb⁹ tpalibus et in suis possessionib⁹. In arborib⁹ In fructib⁹ terre. In iumētis et pecorib⁹ sic pz Deut. 28 vide ibi distincte. Et hoc iustissime qr sicut homo amore inordinato rerū terrenarū diuina trāsgreditur mādata: sic amissione earū ordinata sapiētissime puniatur vt per q quis peccat p eadez et puniat. Et iste est pm⁹ vectis et pria admiratio ī ifimo lateris aquilonaris.

¶ 2. vectis est iuxta istū in ifimo. Et est Admiratio magna quō diuina sapia punit suorū pceptorū trāsgressores In amicis et propinquis: In vxoribus: In filijs et filiabus In affinibus et alijs attinentibus sicut pz Deut. 28. Et hoc iustissime qr sicut hō amore inordinato propinquorū diuina trāsgredit mandata. Sic ex eorum ordinata subtractione meritissime crucietur.

¶ 3. vectis est ī medio. Et est Admiratio magna quō dina sapia punit suorū mādatorū trāsgressores. In sanitate corporis eoz auferendo et corp⁹ terribiliter et multipliciter cruciādo sicut pz Deut. 28. vbi enumerant plurima corporis cruciamenta. Et hoc sapientissime vt sicut hō amore inordinato carnis dei mandata vilipēdit. Sic ordinato carnis cruciatu merito castigetur.

¶ 4. vectis est in parte supiori. Et ē Admiratio magna quō dina sapia trāsgressores suorū pceptorū punit. In cruciatu ale interiori in amaritudine: pauore: timore: dolore: remorsu sic pz Deut. 28. Dabit.n. tibi dn̄s cor pauidum et deficientes oculos et animaz cōsumptā merore et erit vita tua quasi pēdens ante te. Timebis nocte ac die et nō credes vite tue. Et hoc iustissime vt sicut hō amore īordinato proprie volūtatis diuina trāsgressus est mandata. Sic ordinato cruciatu ac pauore ipsammet voluntas affligatur.

¶ 5. vectis est etiā in parte supiori. Et est Admiratio magna quō dina sapia punit suorū transgressores mandatorū in

vita auferendo vitam: tam tēporalē aufe rendo ō hoc mōdo q̄ eternalē eijciēdo a paradiso ꝛ cruciādo i inferno: sicut pz Deut. 28. vbi trāsgressorib⁹ deus cōmi natur mortē ꝛ eiectionē de terra pro missionis p quā intelligit̄ eiectio a vita sempiterna. Et hoc sapiētissime vt si cut hō iordinato amore vite pñtis ꝛ cor poralis diuina vilipēdit mādata sic or dinata iustitia ꝛ pñti vita ꝛ futura me rito iusteq̄ priuet̄. Quatenus p q̄ quis peccat: per eadem ꝛ puniat̄. O magna ad miratio. Hij sunt quinq̄ vectes in late re aquilonari firmātes ꝛ fortificantes lat⁹ tabernaculi cōtra īpulsum ventorū ꝛ diabolicas temptationes. ¶ Aliud no tabile erat in isto latere aquilonari. Nā in sūmitate tabularū erant vncini adiui cem tabulas cōnectentes ita q̄ vnus vn cinus duas tabulas iuicē ligabat. Hoc moraliter pōt signare q̄ due cōsidera tiones: vz pene tpalis ꝛ pene eternalis in vnico precepto vinciūtur ꝛ colligant̄ si cut pōt patere ex supradictis. Et cōgrue vncinus est in sūmo tabularū q: iste cō siderationes ad ipsum p̄ceptum implēdū tanq̄ ad finem īmediatū dirigunt̄. Ueni te ḡ ascēdam⁹ ad montē dñi ꝛ docebit nos vias suas ꝛ vitabim⁹ mala mlta.

¶ De meridionalis lateris cōstructione: ꝛ de multiplici contemplatione bono rum. Ca. 10.

Venite ascenda mus ad mōtem dñi ꝛ docebit nos vias suas. ¶ Scribūtur hec verba. Exo. 26. Uiginti tabule erūt in latere meridiano qd vergit ad austrū quib⁹ q̄draginta bases argēteas fūdes vt bine bases singulis tabulis p duos angulos subijciātur hec ibi. ¶ Pro cla riori notitia est aduertendū q̄ in latere meridionali erant silr q̄draginta bases argentee: viginti Tabule eiusdē longi tudinis ꝛ latitudinis: de eisdē lignis: si militer deaurate. Unites siles incastra turas. Similes annuli siue circuli. Si miles vncini ꝛ siles vectes: de quibus oībus idem sentiatur sicut in latere aqui lonari moraliter est declaratum: exceptis tabulis ꝛ vectib⁹ que alīq̄uo variantur. ¶ Nam iste viginti Cōsiderationes a la tere Meridionali tabernaculi sumun tur ſm adimpletionē p̄ceptorū dei ꝛ ſz viginti bona que promittunt̄ ꝛ tribuū tur obseruantibus illa. Sicut .n. p aqui lonem diabolus intelligitur qui semper impellit ad malum ꝛ ad trāsgressionem mandatorū dei. Sic per meridiem vbi flat auster calidus spūs sanct⁹ qui sem per impellit ad bonum ꝛ ad obseruatio nē mandatorū dei iuxta illud Cant. 4. Surge aquilo ꝛ veni auster: pfla hortū meū ꝛ fluent aromata illius.

¶ Pⁿ ergo Tabula in latere meridionali est Consideratio triplicis boni tempora lis: vz rerū exteriorū: corporis ac anime qd pmittitur obseruantibus illud pri mū dei perceptū. Exo. 28. Non habe bis deos alienos coram me. Sicut pz Leui. 26. ꝛ Deut. 28. Et ista tabula dz esse constans ꝛ fortis quasi de lignis se thim ꝛ p equitatē iustitie dolata ꝛ pru dentie atq̄ sapie auro deaurata ꝛ extē di ad ipletionē totius d̄calogi vt habeat decem cubitos in longitudine. Et quia ista bona tēporalia partim plene cogno scuntur quo ad exteriora ꝛ ad corpus ideo tabula ista hz in latitudine cubitum plenum: quia vero imperfecte cognoscū tur quo ad bona aīe interiora ideo ha bet etiam cubitum incompletum vz dimi diū. Et idem p oīa dicatur in singulis ta bulis sequentibus.

¶2. Tabula est Cōsideratio Boni eternalis qđ pmittitur obseruātib⁹ dei primū p̄ceptum: sicut appet mistice Leui. 26. ⁊ Deut. 28. Et clar̄ math. 19. Si vis ad vitā ingredi sua mādata. Et math. 25. Ibunt iusti in vitā eternā.

¶3. est Cōsideratio Boni tpalis qđ pmittitur obseruātib⁹ illud 2m dei precepttum Exo. 20. Nō assumes nomē dn̄i dei tui in vanū: sicut pz in locis pallegatis Leui. 26. ⁊ Deut. 28.

¶4. est Cōsideratio Boni eterni qđ pmittitur obseruantib⁹ illudmet 2m dei p̄ceptū Exo. 20. Nō assumes nomē dn̄i dei tui i vanū: sic̄ appet vbi supra.

¶5. est Cōsideratio Boni tpalis qđ pmittit̄ obseruātib⁹ illud tertiū dei mādatū Exo. 20. Memēto vt diē sabbati sanctifices sic̄ apparet vbi supra.

¶6. est Cōsideratio Boni eterni qđ pmittit̄ obseruātib⁹ idē tertiū dei mādatū. Exo. 20. Memento vt diē sabbati sanctifices: sicut appet in locis palle.

¶7. est Cōsideratio Boni tpalis qđ pmittit̄ obƀuātib⁹ illđ q̄rtū dei mādatū Exo. 20. Honora p̄rē tuū ⁊ m̄rē tuā: sicut apparet in locis pallegatis.

¶8. est Cōsideratio Boni eterni qđ pmittit̄ obƀuātib⁹ illudmet q̄rtū dei p̄ceptū Exo. 30. Honora p̄rem tuū ⁊ m̄rē tuā: sic̄ apparet i locis pallegatis.

¶9. est Cōsideratio Boni tpalis qđ pmittit̄ obƀuātib⁹ illud quintū dei p̄ceptū Exo. 20. Nō occides. Sicut apparet in locis preallegatis.

¶x. est Cōsideratio Boni eterni qđ pmittit̄ obƀuantib⁹ idē dei mandatum Exo. 20. Non occides. Sicut apparet i locis preallegatis.

¶xi. est Cōsideratio Boni tpalis qđ pmittitur obseruātib⁹ illud sextū dei p̄ceptum Exo. 20. Non mechaberis. Sicut apparet vbi supra.

¶12. est Cōsideratio Boni eterni qđ pmittitur obseruātib⁹ idē sextū dei mādatū Exo. 20. Non mechaberis. Sicut appet in locis pallegatis.

¶13. est Cōsideratio Boni tpalis qđ promittit̄ obƀuātib⁹ illud septimū dei preceptū. Nō furtū facies Exo. 20. Sicut appet in locis pallegatis.

¶14. est Cōsideratio Boni eterni qđ pmittit̄ obseruātib⁹ idē septimū dei p̄ceptū Exo. 20. Nō furtū facies. Sicut apparet in locis preallegatis.

¶15. est Cōsideratio Boni tpalis qđ promittit̄ obƀuātib⁹ illđ octauū dei p̄ceptū Exo. 20. Nō loq̄ris ɔtra p̄ximū tuū falsū testimoniū. Sicut appet vbi sup̄.

¶16. est Cōsideratio Boni eterni qđ pmittit̄ obƀuātib⁹ illđ octauū dei p̄ceptū Exo. 20. Nō loq̄ris ɔtra p̄ximū tuū falsū testimoniū: Sicut appet vbi sup̄.

¶17. est Cōsideratio Boni tpalis qđ pmittit̄ obƀuātib⁹ illđ dei mādatū nonū Exo. 20. Nō desiderabis vxorē p̄ximi tui. Sicut appet in locis pallegatis.

¶18. est Cōsideratio Boni eterni qđ pmittit̄ obƀuātib⁹ illudmet p̄ceptū Exo. 20. Nō desiderabis vxorem p̄ximi tui. Sicut apparet in locis pallegatis.

¶19. est Cōsideratio Boni tpalis qđ pmittit̄ obƀuātib⁹ illđ d̄cimū dei p̄ceptū Exo. 20. Non desiderabis rem p̄ximi tui. Sicut appet i locis pallegatis.

¶20. est Cōsideratio Boni eterni qđ pmittit̄ obƀuātib⁹ illud decimū p̄ceptū Exo. 20. Non desiderabis rem p̄ximi tui. Sicut apparet in locis preallegatis. Et iste sunt viginti tabule in latere Meridionali tabernaculi: q₂ iste cōsiderationes disponūt ad obƀuantiā decalogi ⁊ ad itroductionē spūs sancti in aīa qui est lux ⁊ calor ignitus ⁊ meridionalis. Et habent iste tabule siue cōsiderationes incastraturas siles icastraturis ta-

bulatū que sunt in latere aquilonari.

¶ p⁹ ꝛ infimus vectis in isto latere meridionali ē Admiratio ꝛ exultatio magna: qūo dīna sapīa obſuatores suoꝝ mādatorū pmiat ēt in īfimis reb⁹. In possessionib⁹ arborib⁹. fructib⁹: vineis: oliuetis ꝛ hmōi sic p; Deut. 28. Et hoc iustissime vt sicut hō pp dīnū amorē ꝙ q̄rit regnū dei ꝛ iustitiā ei⁹ obſuādo diuina pcepta: sic ꝛ hec oīa tpalia addijciātur ei iuxta illud math. 6. Querite primū regnū dei ꝛ iustitiā eius ꝛ hec oīa adijcientur vobis.

¶ 2. vectis i latere meridionali ē Admiratio ꝛ exultatio magna qūo dīna sapīa obſuatores suoꝝ pceptoꝝ pmiat ī amicis: ī filijs: filiab⁹: nepotib⁹: ꝯsanguineis ꝛ affinib⁹ sic p; Deut. 28. Et hoc iustissime vt sicut hō pp obseruātiā mādatorū dei dereliquit ꝛ despicit oēs amicos ꝛ cōsanguineos sic in illis dīna puidentia pcurāte multiplicēt ſm illud dictū ad abraā Gen. 22. Per memetipm iuraui dic dñs q2 fecisti hāc rē ꝛ nō pepcisti filio tuo vnigenito pp me: bñdicā tibi ꝛ multiplicabo semē tuū sic stellas celi: ꝛ velut arenā q̄ ē in littore maris.

¶ 3. vectis i latere meridionali ē Admiratio ꝛ exultatio magna qūo dīna sapīa suoꝝ pceptoꝝ obſuatores pmiat ēt in bonis corporalib⁹: ī sanitate: ī fortitudine: lōgeuitate: sic p; Deut. 28. Et hoc iustissime vt sic hō pp obſuātiā diuinoꝝ mādatoꝝ corpis sāitatē puipēdit Sic ī eadē sanitate ꝛ psperitate multiplicit pmiet. Exēplū ī Moise ꝛ Josue Moises. n. vsq; ad cētū ꝛ viginti annoꝝ numerū Josue vsq; ad cētū ꝛ decē ī prosperitate pseuerauit Deut. vltio ꝛ Josue vltimo.

¶ 4. vectis i latere meridionali est Admiratio ꝛ exultatio magna qūo diuina sapīa suoꝝ pceptoꝝ obſuatores pmiat bonis spūalib⁹ ī aīa v; Cōsolatiōe spūali: cōfidētia ac securitate sicut p; Leui. 26. Et hoc iustissime vt sic hō pp obſuantiā diuinoꝝ mādatoꝝ cruciat ꝛ affligit aīa suā ei⁹ desideria abnegando: sic in eadē aīa mirabili letitia ac cōfidentia secura consolet ac pmiet.

¶ 5. vectis i latere meridionali est Admiratio ꝛ exultatio magna qūo dīna sapīa suoꝝ pceptoꝝ obſuatores pmiat ī vita: ipā plongādo: Exo 20. Et vitā eternā tribuēdo math. 19. Et hoc iustissime vt sic hō pp obſuāda dīna mādata vitā tpalē puipēdit sic in vita tā tēporali ꝙ ppetua pmiet ꝛ remuneret. Hij sūt vectes quinq; in circulos dīne sapīe penetrātes: qui ī latere meridionali firmāt ꝛ fortificāt tabernaculū ad pficiēdū in luce ꝛ calore spūs sancti. Uenite ꝰ ascēdam⁹ ad mōtē dñi. ¶ Iste cōsiderationes penarū ꝛ pmioꝝ que tribuuntur trāsgressorib⁹ ꝛ obſuatorib⁹ mādatoꝝ dei ꝯsignant Deut. 27. ꝛ Josue. 8. vbi dñs pcepit ꝙ media pars populi staret ī mōte Garizim ad bñdicēdū ꝛ alia media ps in mōte Hebal ad maledicendū. Et sacerdotes ꝛ leuite qui erāt iuxta Archā clamabāt. Bñdict⁹ hō qui nō facit sculptile ꝛ ꝯflatile. Et populus qui erat ī mōte Garizim respondebat amē. Postmodū clamabant Maledict⁹ hō qui facit sculptile ꝛ ꝯflatile. Et ppl's qui erat ī monte Hebal rñdebat ꝛ dicebat Amen. Sic in latere tabernaculi aquilonaris sūt Cōsideratiōes maledictiōis q̄ īmpcat transgressorib⁹ mādatoꝝ dei Et in latere meridionali Cōsideratiōes bñdictiōis q̄ dat obſuātib⁹ illa. ¶ Et nō videat cuiq; mirū ꝙ tabulas singulas explicauerim sigillatim ī vtroq; latere tabernaculi cū paucioib⁹ vbis explicari potuissent. Q2 sicut tabule tabernaculi sigillatim cōpacte polite ꝛ dolate atq;

deaurate sunt: sic cōsiderationes mādatorū dei nō sunt pfunctorie erigēde sed distinctissime ordinād e ꝛ subtilissima exactione cōponēde ꝛ distinguēde. In his cōsiderationib⁹ aīa contēplatiua eē dꝫ: intenta: solicita: prudēs: discreta: ordinata ꝛ nō cōfusa neqꝫ sōnolēta. Et hō innuit Deut. 6. Ubi dicit deus. Eruntqꝫ vba hec q̄ ego pcipio tibi hodie ī corde tuo. Et narrabis ea filijs tuis. Et meditaberis sedēs in domo tua ꝛ ābulās in itinere. Dormiēs atqꝫ cōsurgēs. Et ligabis ea q̄si signū ī manu tua. Eruntqꝫ ꝛ mouebūtur inter oculos tuos: scribesqꝫ ea in limine ꝛ hostijs domus tue. Ex hijs oīb⁹ pꝫ q̄lr erant disposita latera tabernaculi ab Aquilone ꝛ meridie. Restat mō videre de latere occidētali vbi erat sanctū sanctorū. Uenite ergo ascendamus ad montem dn̄i ꝛ docebit nos vias suas.

¶ De occidētali pte tabernaculi ꝛ d̄ multiplici cōtēplatiōe v̄tutū. Cap. xj.

V Enite ascendamus ad mōtem dn̄i ꝛ docebit nos vias suas. ¶ Scribunt hec vba Exo. 26. Ad occidētalē v̄o plagā tabernaculi facies sex tabulas: ꝛ rursuꝫ alias duas q̄ ī angulis erigant post tergū tabernaculi. Eruntqꝫ sibi iuncte a deorsuꝫ vsqꝫ ad sursuꝫ ꝛ vna oēs cōpago retinebit. Duab⁹ quoqꝫ tabulis q̄ in angulis ponēde sūt silis iunctura seruabitur. Et erūt silr tabule octo: bases earū argētee sexdecim: duab⁹ basib⁹ per vnā tabulā supputatis. ¶ Ad horū itelligentiā notādū ꝙ in parte occidētali tabernaculi erāt octo tabule: quarū due q̄ erant in angulis erāt strictiores q̄ꝫ reliq̄ sex sicut dicit Nico. de lyra sup Exo. 26. Et habebāt singule sub se duas bases argenteas: sic tabule que erant i laterib⁹ p̄ dictis. Et erant tabule cōiuncte a deorsuꝫ vsqꝫ ad summū. Et vna oēs cōpago retinebat. Et hēbant annulos aureos ꝛ quinqꝫ vectes ꝯfirmātes istō latus occidētale tabernaculi sicut patet Exo. 26. ꝛ. 36. ¶ Moralit̄ iste octo tabule claudētes tabernaculū a pte occidentali vbi erat sanctior pars tabernaculi vꝫ sanctū sanctorū sūt Cōsiderationes octo beatitudinū que ponūt̄ math. 5. q̄ aiam rōnaleꝫ neduꝫ ornāt sicut v̄tutes cōes: sꝫ ip̄aꝫ sanctificāt ꝛ pfectā reddūt vt sit loc⁹ sacer deo dign⁹: ꝛ scm̄ sanctorū aptissimū ad deū recipiēdū.

¶ p^a Tabula est. Cōsideratio volūtarie pauptatis: que totaliter reb⁹ terrenis renūciat quātū patit̄ humana fragilitas: Cui pmittit̄ regnū celoꝝ math. v. Beati paupes spiritu qm̄ ipsorū ē regnū celorū. ¶ Et ista tabula erat in vno angulo ꝛ erat strictior ceteris qꝛ ī sua latitudine nō habebat plenū cubitū sicut dicit lyra sup Exo. 26. Et hoc cōgruit paupertati q̄ reddit hoieꝫ strictū ꝛ tenuē in carne: ł vestib⁹. In cibis. In potib⁹ ꝛ alijs ptinētib⁹ ad vitā. ¶ Et ista tabula erat in angulo meridionali ꝛ cōiūgebat̄ cuꝫ tabulis q̄ erāt ī latere meridionali: ꝛ firmabat eas sic̄ dicit lyra Exo. 26. Quia pauptas volūtaria disponit ad obfuāṫiaꝫ mādatorū dei que in tabulis meridionalib⁹ figurat̄: qꝛ dicit christ⁹ Luc. 14. Ois ex vobis qui nō renūciat oīb⁹ q̄ possidet nō pōt meus esse discipulus. ¶ Ista tabula nō hꝫ plenū cubitū in latitudine qꝛ celsitudo ꝛ dignitas hui⁹ altissime pauptatis a nobis nō plene cognoscit̄. ¶ Hꝫ decē cubitos ī longitudine: qꝛ pauptas volūtaria ducit ad statū pfectiōis qui ī denario nūo signat̄: qꝛ dicit xp̄s math. 19. Si uis pfect⁹ eē vende oīa q̄ hēs ꝛ da paupib⁹ ꝛ habebis thesaurū i celo ꝛ veni ꝛ seq̄re me. ¶ Habꝫ

duas bases argēteas i quib⁹ fūdat̄: q2 volūtaria paupertas τ illi⁹ cōsideratio in veteri testō solidat̄. In leuitis ad dei seruitiū deputatis qui nihil ꝓpriū possidebāt Nu.18. Dixit dn̄s ad Aarō. In terra eorū nihil possidebitis nec habebitis ptē inter eos. Ego ps τ hereditas tua i medio filioꝝ israel. Et in nouo in apl'is nihil ꝓpriū hn̄tib⁹ math.x. Nolite possidere aurū neq3 argentū neq3 pecuniā in zonis vestris.

gens est caro. Que cõcupiscit aduersus spiritum ad Gal.5. Et collaphizat aiam sicut scribitur.2.Cor.12. ¶ 4. Affligẽs est mundus: qui multipliciter tribulat animam in aduersitatibus: cupiditatibus: alliciens p concupiscentiaz oculorũ ꝛ supbiam vite.j.Jo.2. Et pmit animã iuxta illud Jo.16. In mũdo presurã habebitis. ¶ Contra hec quattuor dꝫ virtus patientie opponere q̃ttuor eius latera: quatenus patienter sustineat: tribulationes imissas adeo: demone: carne ꝛ mundo: vt sit vestis quadrata sicut ꝛ superbumerale sũmi sacerdotis. ¶ Sed ista vestis quadrata est altera parte longior: quia duo sunt que diutius ꝛ fortius temptant demon vꝫ ꝛ caro. Et si.n. deus ipse non temptat. Et si mundus iam nobis crucifixus est: caro tamen ꝛ demon fortius ꝛ diutius temptãt quia vsqꝫ ad mortem nõ cessant. Et ideo patientia nostra quasi superbumerale dꝫ esse ista parte longior quia cum carne ꝛ demone est cõtinua pugna ꝛ ideo necessaria est longa patientia.

¶ 3. Superbumerale q̃tũ ad partes: sic erat dispositũ. ¶ Una.n. eius pars pendebat retro operiẽs dorsum vsqꝫ ad renes: ꝛ altera pẽdebat ante operiẽs pect⁹ sicut dicit Josephus ꝛ lyra Exo.28. ¶ Moralr̃ p ea q̃ sũt retro secularia ꝛ sẽsualia ĩtelligi pñt q̃ a nobis retro ꝓijci debẽt ꝛ obliuioni mãdari. Per ea vero que ante spũalia ꝛ celestia: q̃ ante oculos hr̃e debemus ꝛ continue desiderare. Quia vo magnus est labor derelinquere secularia ꝛ sensualia in quibus sumus ꝛ nati ꝛ nutriti ꝛ assueti. Jõ vestis patientie est nobis necessaria q̃ pendeat retro ꝛ operiat dorsũ nostrũ vsqꝫ ad renes. Quia etiaꝫ magnus est labor ꝓficere in bono ꝛ inherere spũalibus ꝛ celestibus qꝛ arta est via que ducit ad vitaꝫ math.7. Ideo vestis patientie est nobis necessaria vt operiat pect⁹ nostrũ ꝛ pendeat ante oculos nostros. ¶ Uel per partem superbumeralis pendenteꝫ retro intelligitur patientia in infirmitatibus corporis: per partem pendentem ante patientia in passionibus ꝛ infirmitatibus anime.

¶ 4. Supbumerale quãtũ ad iuncturã sic erat dispositũ. ¶ Pars eñi anterior cũ parte posteriori in quattuor partib⁹ cũ vncinis ꝛ cathenulis siue nodulis aureis iũgebanẽ: vꝫ supra humerũ dextrũ. supra humerũ sinistrũ. Sub brachio in latere dextro ꝛ sub brachio ĩ latere sinistro. ¶ Moralr̃ p istaz cõiunctionẽ q̃druplicẽ ptis anterioris cũ pte posteriori designaẽ. Q: p̃lati siue pcutiãẽ a deo: siue a demone: a carne vel a mũdo: semper debẽt habere ṽtutẽ patiẽtie inseparabilem tam in declinatione mali: q̃ꝫ in prosecutione boni: Taꝫ in ĩfirmitatib⁹ corporis q̃ꝫ in afflictionib⁹ ꝛ passionib⁹ mentis. Nõ.n. sufficit p̃latis qui alijs in exẽplũ dati sunt: hr̃e virtutem patientie in declinatione peccatorũ: nisi etiaꝫ habeant in aquisitione virtutum. Et iõ debent habere supbumerale cõiunctuꝫ in quattuor partib⁹: vt sint forteſ ꝛ imobiles p virtutẽ patiẽtie a dextris ꝛ a sinistris. Et currãt patiẽter p ĩfamiã ꝛ bonã famã. Et d̃ ista cõiũctiõe dr̃ Exo.28: Duas oras iunctas habebit ĩ vtroqꝫ latere sũmitatuꝫ vt in vnũ redeant: ꝛ post pauca: Facieſ ꝛ vncinos ex auro ꝛ duaſ cathenulas auri purissimi sibi inuicem coherentes: quas inseres vncinis.

¶ 5. Supra supbumerale erãt duo lapides onychini magni: vnũ sup humeruꝫ dextrum: ꝛ alium super humeruꝫ sinistrũ. ¶ De qb⁹ dr̃ Exo.28. Sumesqꝫ duoſ lapides onychinos. ¶ Mist.ce p duos lapides onychinos magnoſ sigaẽ

duo magna pcepta caritatis. Dei vz dilectio et primi: Dilectio dei p onychinũ existentẽ sup humerũ dextruz. Dilectio primi per onychinũ exñtez sup humerũ sinistrũ. Et hoc mõ platus sup humeros suos portare debet totã legẽ diuinã que i hijs duobus magnis pceptis cõtinetur Math.22. Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo: et in tota aia tua: et in tota mẽte tua: Hoc est maximũ et primũ mandatũ: Secũdũ aũt sile est huic. Diliges primũ tuũ sicut teipz. In hijs duob mãdatis vniuersa lex pẽdet et pphete. Et sic prelat dz supra virtutẽ patientie habere dei et primi pfectã dilectionem: et adimpletionẽ diuine legis q̃ in hijs duob mãdatis cõtinet.

¶ 6. In hijs duobus onychinis magnis erãt sculpta noia duodeciz filiorũ israel ¶ Sex noia in vno lapide et sex in altero erãt. Et noia seniorũ erant in lapide existẽte sup humerũ dextrũ: aliorũ vo in lapide existente super humeruz sinistrum: vñ dr Exo.28. Sumesqz duos lapides onychinos et sculpes in eis nomina filiorũ israel: Sex noia in lapide vno: et sex reliqua in altero iuxta ordinem natiuitatis eorũ. ¶ Mistice p ista duodecim noia filiorũ israel sposita super humeros sũmi sacerdotis designatur q prelati portãt sup humeros suos vniuersuz populũ sibi subiectũ tanq̃ rationez redituri pro eo. Et iõ subditi debẽt platis suis humiliter obedire et cuz reuerentia subiecti eẽ cuz pondus eorũ sup humeros portẽt. ¶ Vñ paulus ad Hebre.13. Obedite ppositis vr̃is et subiacete eis. Ipsi.n. peruigilant q̃si rõnem pro aiabus vestris reddituri vt cuz gaudio hoc faciũt et nõ gemẽtes. Hoc.n. nõ expedit vobis. ¶ Uel per duodecim nomina filiorũ israel sculpta in duob onychinis significant duodeciz vtutes fundate in duob preceptis caritatis quasi i duob onychinis. Que debẽt eẽ in mẽte plati. Et significant p.12. noia filiorũ israel. ¶ Per Ruben significat ordinatus timor. Per Simeon ordinatus dolor. ¶ Per leui spes ordinata. ¶ Per Judam ordinatus amor. ¶ Per Dan ordinata cõsideratio malorũ futurorũ. ¶ Per Neptalim ordinata sideratio futurorũ bonorũ. ¶ Per Gad ordinat rigor abstinẽtie. ¶ Per Aser ordinat vigor patientie. ¶ Per ysachar ordinatum gaudium. ¶ Per zabulon ordinatum odiũ. ¶ Per Joseph ordinata discretio. ¶ Per Beniamin ordinata contemplatio. ¶ Has aũt virtutes dz habere plat et sacerdos qui populũ dei regere et in bonis dirigere hz.

¶ 7. Ista duodecim noia filiorum israel sculpenda erãt in duob onychinis ope sculptoris et celatura gẽmarij. Et duo onychini icludebant et circũdabant auro. ¶ Uñ dr Exo.28. Ope sculptoris et celatura gẽmarij sculpes eos noibus filiorũ israel inclusos auro atqz circũdatos. ¶ Mistice p op sculptoris et p celaturaz gẽmarij que fiunt cuz magno labore: ingenio ac subtili artificio designatur q prelati et sacerdotes debẽt cũ magna solicitudine: cura: ingenio et industria pdictas virtutes inserere mẽtibus suis et eas circũdare et includere cũ auro nãlis rõnis firmando et fortificãdo eas in duob pceptis caritatis quasi in duob fundamẽtis vel lapidib onychinis: ¶ Uñ scribitur.2. petri.p. Uos ãt oẽm curaz subinferentes ministrate in fide nr̃a virtutes. In virtute autẽ scientiam. In scia autẽ abstinẽtiam. In abstinentia autẽ patientiã: In patiẽtia aũt pietatẽ. In pietate aũt amorẽ fraternitatis: In amore autem fraternitatis caritatem etc̃.

¶ 8.

¶ 8. ponebātur isti duo lapides cū duodecim noībus sculptis ī humeris sūmi sacerdotis in memoriale filijs israel: vz vt filij israel videntes noīa illa sculpta ī humeris sūmi sacerdotis recordarent̄ magnaliū patrū suorū ⁊ incitarentur ad similia. ¶ Uñ scribit̄ Exo. 28. Et pones in vtroq3 latere superhumeralis memoriale filijs israel. ¶ Mistice p̄lati ⁊ pastores dēbēt populis subiectis magnarum exterius ostēdere exēpla virtutū: quatenus ex hijs deo gloriā3 reddant ⁊ ad similia prouocēt̄ur ⁊ incitent̄ iuxta illud math. v. Sic luceat lux vestra corā3 hoībus vt videant opera vestra bona ⁊ glorificēt p̄re3 vestrū qui in celis est.

¶ 9. Portabat Aaron ista duodecim nomina scripta sup vtrūq3 humerū pp recordationē corā3 dño qñ. s. ingrediebatur in sanctu3 sanctorū vel in tabernaculu3 testimonij. ¶ Uñ dr̄ Exo. 28. Portabitq3 Aarō noīa eorū corā dño super vtrūq3 hūerū ob recordationē. ¶ Mistice prelati ⁊ pastores populi nō solum debēt subditis exterius exempla p̄bere virtutū: sed etiā3 corā3 deo per rectā intrinsecus intentione3 debēt virtutibus ornati eē. Ne corā3 diuina maiestate nudi appareant ⁊ virtutib⁹ spoliati. Appareant ergo p̄lati corā3 hoībus virtutib⁹ splendidi per exteriore3 operationē. Appareant corā3 deo v̄tutibus refulgētes per interiorem ⁊ sanam intentionē. Q2 sicut dicit paulus de prelatis ⁊ de seipso j. ad Cor. 4. Spectaculū facti sum⁹ mūdo: angelis ⁊ hoībus. Nos stulti: nos infirmi: nos ignobiles. Esurimus: sitim⁹: nudi sumus: colaphis cedimur: instabiles sumus: laboramus manib⁹ nostris: Maledicimur ⁊ benedicim⁹: Persecutione3 patimur ⁊ sustinemus: Blasphemamur ⁊ obsecramus. Tāq3 purgamēta huius mundi facti sumus: omnium pisma vsq3 adhuc.

¶ x. Superhumerale qđ erat factum ex quincuplici materia: erat contextu3 cu3 mirabili textura ⁊ varietate opere polimito. i. pluribus coloribus ⁊ figuris variato. Et dr̄ a polys qđ est pluralitas ⁊ imitos qđ est guta. Erant. n. in illo pāno superhumeralis flores varij figurati ⁊ cō similia: non tñ erant ibi figurata aīalia sicut dicit lyra Exo. 28. ¶ Uñ dicit̄ ibidem. Ipsa quoq3 textura ⁊ cuncta opis varietas erit ex auro ⁊ hiacintho ⁊ purpura: cocoq3 bis tincto: ⁊ bysso retorta. ¶ Mistice patientia p̄latoru3 qui sunt ministri ſm illud. Siquis voluerit inter vos eē maior fiat minister vester: d3 eē mirabili textura cōposita: q2 multiplex insurgit mā patientie. D3 ⁊ varijs v̄tutum florib⁹ adornari: q2 patiētia sine ornatu scientie: nō est pfecta: patiētia sine castitate nō adornata: ⁊ sic de alijs v̄tutibus q̄ sunt tanq3 flores ipsa3 patiētiā venustātes. Q2 ḡ in p̄latis multiplex solet materia pturbatiōis occurrere: debēt veste3 patientie hr̄e contextā varijs m̄ltiformibusq3 v̄tutib⁹. ¶ Et hāc varietate3 ⁊ mirabilē cōtexturā patiētie q̄ in pastorib⁹ ⁊ p̄latis esse d3 demonstrat apl's dicens. 2. ad Cor. 6. In oīb⁹ exhibeam⁹ nosmetipsos sicut dei ministros In multa patiētia: In tribulatiōib⁹: In necessitatibus: In angustijs: In plagis: In carcerib⁹: In seditionib⁹: In laboribus: In vigilijs: In ieiunijs: In castitate: In scīa: In longanimitate: In suauitate: In spiritu sancto: In caritate non ficta: In verbo v̄itatis: In virtute dei: Per arma Iustitie a dextris ⁊ a sinistris: per gloriā ⁊ ignobilitatē: per infamia3 ⁊ bona3 famā: vt seductores ⁊ veraces: Sicut qui ignoti ⁊ cogniti. Quasi morientes ⁊ ecce viuim⁹: vt castigati ⁊ nō mortificati. Quasi tristes: semp āt

gaudentes. Sicut egentes: multos autē locupletantes: tanq̄ʒ nihil habentes ꝛ omnia possidentes: ille. Ecce q̄ʒ mirabiliter est cōtexta prelati ꝛ pastoris patientia. Uenite ergo ascendamus ad montē dn̄i ꝛ docebit nos vias suas.

¶ De p̄latorum scientia ꝛ sapientia per rōnale iudicij prefigurata. Cap. 36.

Venite ascendamus ad montē dn̄i ꝛ docebit nos vias suas. ¶ Scribūtur hec v̄ba Exo. 28. Rōnale quoqꝫ iudicij facies opere polimito iuxta texturā superhumeralis ex auro: hiacintho ꝛ purpura: cocoqꝫ bis tincto ꝛ bysso retorta. Quadrāgulū erit ꝛ duplex: Mensurā palmi habebit tā in longitudine q̄ʒ in latitudine: Ponesqꝫ in eo quattuor ordines ladidū. ¶ In p̄ v̄su erit lapis Sardius ꝛ Topaci⁹ ꝛ Smagradus. ¶ In 2. Carbūculus ꝛ Saphyrus ꝛ Jaspis. ¶ In 3. Ligurius: Achates ꝛ Amethistus. ¶ In q̄rto Chrisolitus Onychin⁹ ꝛ Berillus. ¶ Inclusi auro erūt per ordines suos. Habebūtqꝫ noīa filiorū israel. ¶ Duodeciꝫ noībus celabunt̄: singuli lapides noīb⁹ singulorū per duodecim trib⁹. ¶ Moral'r per rōnale iudicij intelligit̄ Sapiā ꝛ sciētia p̄lati: qua iudicare pōt quid agendū: quid vitandūʒ sit. ¶ Naʒ rōnale sic vocatū est: qꝛ in ipso ostendebat̄ quid deberet agi ꝛ quid dimitti sicut dicit lyra in moralib⁹ super Exo. 39. Et in ipso rōnali iudicabat sūmus sacerdos cōsulens dn̄m quid eēt agēdū: sicut dicit lyra Exo. 28. Et quia illud rōnale portabat̄ supra pect⁹ sūmi sacerdotis sicut pꝫ Exo. 28. per ipsū designat̄ nō scientia tm̄ sed ꝛ sapientia q̄ ē sapida sciētia vꝫ notitia cū amore. Naꝫ cor p̄lati ꝛ p̄sidentis non solū dꝫ habere notitiā ꝛ sciētiā agendoꝝ sed etiā dilectionē. Et nō soluꝫ debet agēda scire sꝫ ꝛ sapere atqꝫ diligere. Et nō solū noscere debet q̄ vitanda sunt sed ꝛ odire: vt non solū habeat agendoꝝ ac vitandoꝝ sciaꝫ nudā: sed ꝛ sapiaꝫ siue sciētiā ꝛ amorē. ¶ Hec aūt sapia designat̄ in rōnali ꝛ sicut rōnale erat multipl'r variatum. Sic sapia p̄latorū eē dꝫ multiplex ꝛ variata. Et ista multiplex varietas d̄clarabit̄ discurrendo singulas p̄tes rōnalis.

¶ P̄ Rōnale erat factū opere polimito. i. plurib⁹ figuris ꝛ colorib⁹ variato sicut superhumerale. Unde scribitur Exo. 28 Rationale quoqꝫ iudicij facies ope polimito iuxta texturaꝫ superhumeralis. ¶ Moraliter sapiētia ꝛ scientia p̄latorum debet esse multis colorib⁹ ꝛ figuris variata. i. multiplex ꝛ varia: qꝛ scire debēt: quid agendū: quid vitandū: quo tēpore: q̄liter: q̄ fine: ꝛ quibuscūqꝫ alijs cōditionibus sit agendū: vel vitandum. Et iō in p̄lato nō soluꝫ dꝫ esse sapiētia ꝛ scientia sed fons sapie ꝛ scientie idest copiosa ꝛ mltiplex sapia. Prouer. 18. Aq̄ profunda verba ex ore viri ꝛ torrens redūdās fons sapiētie. Et Dan. 12. Plurimi pertransibūt ꝛ multiplex erit sciētia. Et istud rationale contexitur iuxta texturā superhumeralis: quia scientia ꝛ patientia p̄lati debēt cōmensurari: vt sicut in eo esse dꝫ multiplex patientia ita ꝛ in eo sit multiplex scientia. Et scientia per patientiaꝫ probatur sicut ꝛ patiētia per scientiam aquiritur vnde scribitur Prouer. 19. Doctrina viri per patientiā noscitur. Et ideo rationale fit iuxta texturaꝫ superhumeralis.

¶ 2. Rationale erat cōtextuꝫ ex quinqꝫ generibus filorum vꝫ ex filis factis de auro: hiacintho: purpura: coco bis tincto ꝛ bysso retorta sicut ꝛ superhumerale.

¶ Unde scribitur Exo.28. Rationale quoqꝫ iudicij facies opere polimito iuxta texturam superhumeralis ex auro hiacintho ꝛ purpura cocoqꝫ bis tincto ꝛ bysso retorta. ¶ Moraliter sapientia prelatorū qui habēt regere populos dꝫ esse contexta. ¶ P̄ ex auro sc̄ie ꝛ industrie naturalis: qꝛ debet habere prudentiam ꝛ discursuꝫ rōnis que per aurum significatur vt sit vir industrius ꝛ scientia naturali: que per rōnem colligitur adornatus: iuxta illud Gen.41. Nūc ergo prouideat rex virum sapientem ꝛ industrium ꝛ preficiat eum terre egipti: qui constituat propositos per cūctas regiones. ¶ 2. ex hiacintho sensus anagogici sacre scripture. ¶ 3. ex purpura sensus allegorici. ¶ 4. ex coco bis tīcto sensus tropologici siue moral. ¶ 5. ex bysso retorta sensus litteralis sacre scripture. Ex his quinqꝫ cōtexitur sapia ꝛ scientia veri presidētis: Sine ista quintuplici notitia non potest quis esse sapiēs in regimine animarum: vnde Sap.13. Uani autē sunt omnes hoīes in quib⁹ non subest scientia dei. Et non solū debent p̄dictorū quinqꝫ habere notitiam simplicē: sed et̄ dilectionem: vt non tm̄ sint scientes sed sapientes diligentes bona ꝛ odientes mala. Tales.n. sūt apti regimini aliorū. ¶ Unde scribitur Exo.18. Prouide autē de omni plebe viros sapientes ꝛ timentes deum: in quib⁹ sit veritas: ꝛ qui oderint auaritiam: ꝛ constitue ex eis tribunos ꝛ cēturiōes ꝛ quinquagenarios ꝛ decanos qui iudicēt populum omni tempore.

¶ 3. Rōnale erat quadrāgulū. ¶ Unde dr̄ Exo.28. Quadrāgulū erit. ¶ Moraliter sapiētia prelatorū ꝛ regentiuꝫ dꝫ esse quadrangula per notitiam ꝛ amorē quattuor virtutuꝫ cardinaliū. Debꝫ enim prelatus habere notitiā prudentie que dirigit in agēdis. Et iustitie que exequitur operanda. Et temperantie que declinat vitanda. Et fortitudinis que sustinet aduersa. ¶ Et non solum istas quattuor cardinales virtutes debet nosce sed ꝛ diligere ꝛ possidere. Quatenus verbo ꝛ exemplo: eas alijs queat insinuare: ad Titum.j. Oportet episcopum sine crimine esse: sobrium: iustuꝫ: sanctum: continentem: amplectenteꝫ eū qui s̄m doctrinam est fidelem sermonem: vt potens sit exhortari in doctrina sana ꝛ eos qui c̄dicunt arguere.

¶ 4. Rationale erat duplex.i. de panno duplicato: vt pondus lapidum ibidem situatorū melius sustineret. Et vt inter illos duos pannos nomen domini Tetragramaton includeretur: sicut dicit Ra.Sa. ꝛ recitat lyra Exo.28. ¶ Unde Exo.28. scribitur Quadrangulum erit ꝛ duplex. ¶ Mistice sapientia prelatorum debet esse duplicata: quia non solum speculatiue sed ꝛ pratice debent habere notitiam rerum diuinarū ꝛ humanarum: vite actiue ꝛ contemplatiue Et debet habere sapientiam duplicatā: quia nosce debet ꝛ que ad suimet regimen ꝛ que ad aliorum spectant. Debet enim esse doctoreꝫ ꝛ domui sue bn̄ prepositum.j. ad Tymo.3.

¶ 5. Rationale habebat mensuram palmi tam in longitudine q̄ꝫ in latitudine. ¶ Unde scribitur Exo.28. Mensurā palmi habebit tam in longitudine q̄ꝫ in latitudine. ¶ Moraliter per palmum integrum intelligitur operatio perfecta: per palmum enim siue per manuꝫ fiunt operationes: per integritatem vero perfectio operis designatur. ¶ Longitudo autem ad tollerantiā malorū pertinet: Latitudo v̄o ad executionē bonoꝝ. Lōgitudo ad tollerātiā inimicorū. Latitudo ad ꝯsolatōēꝫ amicoꝝ. ¶ Rōnale

ergo h3 mensuraz palmi tā in longitudine q̄ȝ in latitudine: q2 sapia p̄latoꝝ tam pfecte eē dȝ vt sciat ꝛ p patientiaz iniuriaz tollerare ꝛ p dilectionez oīb⁹ bona retribuere. ℭ Dȝ inquā prelatoꝝ sapia hr̄e mēsurā palmi ī lōgitudine. Quatenus in aduersis pfectaȝ demōstret patientie v̄tutem iuxta illud Prouer.14. Qui patiēs est multa gubernatꝰ sapientia. Et mēsuraȝ palmi in latitudine q̄tenus in prosperis: perfectaȝ demonstret erga ꝓximos caritatis ꝛ munificentie liberalitatē: ad Titū.j. Opȝ epȝ sine crimine esse sicut dei dispensatorē: nō percussorē: sȝ hospitalē: benignū ꝛc. ℭ Dȝ sapia p̄latoꝝ habere mensurā palmi in longitudine ꝛ latitudine quatenus ꝛ inimicos sciat patiēter tollerare ꝛ amicos benigne fouere.

ℭ 6. Rōnale habebat duodecim lapides p̄ciosos supra se in q̄ttuoꝛ ordinib⁹ collocatos. ℭ Vn̄ scribitꝰ Exo.28. Ponesq̄ȝ in eo q̄ttuoꝛ ordines lapidū. ℭ In p̄ versu erit lapis sardi⁹: ꝛ topaci⁹ ꝛ smaragdus. ℭ In scd̄o carbūculus ꝛ saphirus ꝛ iaspis. ℭ In tertio liguri⁹ achates ꝛ amethistus. ℭ In q̄rto christolitus onychinus ꝛ berillus. ℭ Mistice p duodecim lapides preciosos intelligi pn̄t decem mādata diuina: ꝛ duo p̄cepta caritatis vȝ dilectio dei ꝛ dilectio proximi: Sunt.n. duo p̄cepta s̄m dictū saluatoris math.22. In his duobus mādatis vniuersa lex pēdet ꝛ ꝓphete. ℭ Hec āt recte per gēmas significatꝰ pp p̄ciositatē ꝛ valoꝛeȝ obseruātie ipsoꝝ valēt enim ad ꝓmerēdā vitaȝ eternā math.19. Si vis ad vitaȝ ingredi serua mandata vn̄ dicebat ꝓpha in ps.118. Ideo dilexi mādata tua sup Auꝝ ꝛ topaciō. ℭ Ista āt duodecim mādata debēt esse in rōnali p̄latoꝝ.i. in eoꝝ sapia q2 scire debēt nō tm̄ speculatiue sed ꝛ pratice duo p̄cepta caritatis ꝛ decez precepta diuina: q̄ten⁹ ꝛ in se exercere valeant ꝛ in alijs p doctrinaz effundere q̄ant. ℭ Nā hec est sapiētia fideliū ꝛ maxie p̄latoꝝ scire mādata diuina. ℭ Unde scribitꝰ de p̄ceptis diuinis Deut.4. Hec ē.n. vestra sapiētia ꝛ intellect⁹ coꝛā populis vt audientes vniuersi p̄cepta hec dicāt En populus sapiens ꝛ intelligēs: gēs magna.

ℭ 7. Duodecim lapides p̄dicti erant inclusi ꝛ circūdati auro in ipso panno rōnalis. ℭ Unde dr̄ Exo.28. Inclusi auro erunt p ordines suos. ℭ Mistice p aurū intelligitꝰ ratio ꝛ lux nālis: que per rationē colligitꝰ: Lapides g̊ p̄ciosi includunt ꝛ circūdant auro: q̄n p̄cepta diuina includunt ꝛ concludunt ꝛ cōtinent in lege nāli sicut conclusiones in principijs. Naȝ lux nālis cōtinet oia p̄cepta diuina dicēte: Saluatoꝛe math.7. Oīa quecūq̄ȝ vultis vt faciāt vobis hoies ꝛ vos facite illis. Hec est.n. lex ꝛ ꝓphete. ℭ In rationali g̊ est aurū ꝛ in auro inclusi lapides preciosi: q2 in sapia p̄latoꝝ dȝ esse notitia legis nālis. Et notitia diuinoꝝ p̄ceptoꝝ ex lege nāli manātiū.

ℭ 8. In duodeciȝ lapidib⁹ p̄dictis erant sculpta noia duodeciȝ filioꝝ israel vni⁹ nomen in vno lapide. ℭ Vn̄ scribitur Exo.28. Habebūtq̄ȝ noia filioꝝ ysrael Duodecim noibus celabuntꝰ singuli lapides noibus singuloꝝ p duodecim tribus. ℭ Notandū q̄ȝ ista noia filioꝝ israel q̄ subtili artificio sculpta erāt in lapidib⁹ p̄ciosis significāt v̄tutes pfectas vel exercitia pfectaꝝ virtutū supaddita diuinis p̄ceptis. Ysrael.n. uidens deū iterp̄tatꝰ ꝛ significat viros cōtēplatiuos ac pfectos nec nō ꝛ exercitia virtutū pfectaꝝ. ℭ Naȝ subditis ꝛ cōi populo sufficit ad salutē scire ꝛ exequi decē mandata cū dilectiōe dei ꝛ ꝓximi iuxta illō math.19. Si vis ad uitaȝ ingredi serua

mandata. Sed p̄lati ꝛ rectores scire debent ꝛ exequi ea que sunt pfectionis iuxta illud math. 19. Si vis perfectus eē. Et illō Nisi habūdauerit iustitia vestra plusq̄ꝫ scribarū ꝛ phariseorū nō intrabitis in regnū celorū. Per ista ergo duodecim noīa filiorū israel que ornant lapides ꝛ sūmū sacerdotem intelligi possunt duodecim fructus spiritus sancti qui debēt eē in sapiētia ꝛ in notitia tam practica q̄ꝫ speculatiua p̄lati. ¶ Sunt āt hij. 12. fruct⁹ q̄s enumerat paulus ap̄ls ad Gal'. 5. dicens. Fructus aūt spiritus est caritas: gaudiū: pax: patientia: benignitas: bonitas: longanimitas: mansuetudo: fides: modestia: cōtinentia: castitas: ꝛc. Hec oīa scire ꝛ exequi dꝫ prelatus quia sunt eius ornamēta. ¶ Uel p noīa. 12. filiorū israel in lapidibus sculpta. 12. virtutes designantur: de quibus dictū est in capitulo precedēti: que ī prelati vita requirunt̄. In quo nō solū virtutes necessarie requirunt̄: sed ꝛ que supererrogationis sunt debent multipliciter refulgere.

¶ 9. In rationali erant octo annuli aurei quattuor in q̄ttuor angulis eiꝰ. Et duo in supiori parte: ꝛ alij duo in parte inferiori sicut dicit Josephus ꝛ lyra. Exo. 28. ¶ Uñ dicit̄ Exo. 28: Facies ꝛ duos annulos aureos quos pones in vtraq̄ꝫ rōnalis sūmitate ꝛc. ¶ Moraliter per annulos aureos qui cōstāt ex pfecta materia auri ꝛ pfecta forma circulari: intelligi pn̄t octo beatitudines q̄ sunt diuine virtutes ꝛ q̄si circulares pp suaꝫ pfectioneꝫ. Sūt aūt iste beatitudines: Paupertas volūtaria: Mitiitas: Luctꝰ: Esuries ꝛ sitis iustitie Misericordia: Mūdicia cordis: Pax: Patiētia. Hec oīa scire et exequi debent p̄lati ꝛ rectores aīarū. qꝛ xp̄s dixit ap̄lis tanq̄ꝫ episcopis ꝛ p̄latis alioꝝ math. 5. Beati paupes spiritu qm̄ ipsoꝝ est regnū celorū. Beati mites qm̄ ipsi possidebūt terrā: Beati qui lugent qm̄ ipsi cōsolabunt̄ ꝛc.

¶ x. Rōnale iungebatur cū suphumerali a pte anteriori. s. in pectore sūmi sacerdotis in quattuor angulis: in duob⁹ superiorib⁹: ꝛ in duob⁹ inferiorib⁹ cū ligaminib⁹ hiacinthinis: sicut dicunt Josephus ꝛ lyra sup Exo. 28. ¶ Moraliter p partē anteriorē sicut supra dictuꝫ est intelligitur aīa siue boni opatio: sicut p parteꝫ posteriorē corpus ꝛ mali declinatio. ¶ Per suphumerale patiētia Per rōnale sapiētia. Per ligamina seu vittā hyacinthinaꝫ q̄ est coloris celestis intelligi potest spes siue cōtēplatio bonorū celestiū. ¶ Qñ g̃ p̄lati tribulant̄ ꝛ affligūtur a deo in aīa siue ī bonis opibus: tūc cōiungenda sunt insimul patiētia ꝛ sapiētia: Patientia patienter tollerādo ꝛ sapientia sapienter offensas declinādo. ¶ Qñ diabolus tribulat in aīa siue in bonis operibus: iungenda sunt insimul patientia ꝛ sapīa. Patienter sufferēdo tribulatōes: ꝛ sapiēter culpā declinādo. ¶ Quādo caro tribulat nos in aīa siue in bonis operib⁹ iungenda sunt insimul patiētia ꝛ sapīa: patiēter sustinēdo temptationes carnis ꝛ sapiēter declinando consensuꝫ. ¶ Qñ mundus nos tribulat in aīa siue in bonis operib⁹ impediendo: tūc insimul iungenda sūt patiētia ꝛ sapīa: patienter mūdi pressuras tollerādo ꝛ sapienter eius blādicias ꝛ fallaciaꝫ euitando. Et hoc modo iūget̄ rōnale cū suphumerali in pte anteriori ī quattuor locis siue angulis. Et hee coniunctioneꝫ faciēde sunt spe ꝛ cōtemplatione bonorum celestium quasi cum vittis ꝛ ligaminibus hiacinthinis.

¶ xi. Rōnale iūgebat̄ cū suphumerali in pte posteriori. s. in scapulis sacerdotis in q̄ttuor locis: vꝫ In duob⁹ locis supiori-

bus sup humeros: et in duob' locis infe-riozibus sub brachijs sicut dicunt Josephus et lyra sup Exo.28. ¶ Moraliter sicut dixim' p partē posteriorē itel ligitur corpus: declinatio mali: et oīa secularia. Qn̄ ergo deus vel diabolus: caro aut mūdus p̄latū tribulāt i carne aut in rebus agibilib' hui' mūdi dz patiētiā simul et sapiaz copulare: patiēter aduersa tollerando: et sapiēter et caute peccata et consensuz ad malū declinādo. Hec eni oīa sunt ornamēta rōnalis: superhumeralis et sacerdotis. ¶ Et ista coniunctio fieri dz cuz duab' cathenis aureis et cū duab' vittis hiacinthinis. Qz et p industriaz et prudētiā nālem: et pp spem bonozū celestiū d̄bēt aduersa queqz patienter tollerare. Et culpā quālibet sapienter declinari. Et de istis cathenis dicitur Exo.28. Facies in rationali cathenas sibi inuicem coherentes ex auro purissimo.

¶ 12. Rōnale ita iūgebat̄ cū suphumerali q̄ nō poterat ab eo separi. ¶ Ūn̄ scribit̄ Exo.28. Et stringat̄ rōnale annulis suis cū annulis suphumeralis vitta hiacinthina: vt maneat iunctura fabrefacta et a se inuicē rōnale et suphumerale nequeant separari: hec ibi. ¶ Mistice in prelatis sapiētia et patientia ita d̄bēt eē copulata vt nūq̄ abinuicē sepent̄. Naz sapientia sine patiētia et tollerantia nihil proficeret. Et patientia et tollerātia sine sapientia esset stultitia. Sed si ista duo adinuicē copulent̄ decorant ipsum p̄latū: sicut rōnale iunctū cū suphumerali decorabat sūmū sacerdotem Aaron. ¶ Ūn̄ ista duo insimul iūgere docebat petrus apl's qn̄ dicebat. 2. Petri. j Uos aūt curaz oēm subinferentes ministrate in fide vr̄a virtutē. In virtute aūt sciētiā: In scia autē abstinētiā. In abstinētia autem patientiam. Et Salomon sapientiam cum patientia iungit dicens Prouer.19. Doctrina viri per patientiā noscitur.

¶ 13. Aaron in isto rōnali portabat super pectus suū noīa filiozū israel qn̄ ingrediebat̄ sanctuariū memoriale corā dn̄o in eternū. ¶ Ūn̄ scribit̄ Exo.28. Portabitqz Aaron noīa filiozū israel in rationali iudicij sup pect' suū: qn̄ ingredietur sāctuariū memoriale corain dn̄o in eternū. ¶ Mistice per hoc designat̄: q̄ p̄latus et rector dz in pectore iugis meditatiōis onus populi sibi ipositū semp habere: qn̄ ad orādū igredit̄ vt pro ipso dn̄m deprecet̄. Sicut et sūm' sacerdos pro populo orabat et dimittebant̄ peccata sicut pz Leui.4. ¶ Mistice ēt p hoc designat̄: q̄ p̄lat' qn̄ ingredit̄ sanctuariuz orōnis vel cōtēplationis dz habere in pectore sue cōsiderationis et dilectionis decē p̄cepta diuina: duo p̄cepta caritatis. Duodeciz fruct' spūs sancti. Octo beatitudines: vt hec oīa sint memoriale corā dn̄o. Et ipsuz dominiū depcetur pro ipsis v̄tutib' obtinēdis augumentandis et cōseruandis.

¶ 14. In rōnali ponebat̄ doctrina et veritas: que erāt in pectore Aarō qn̄ ingrediebat̄ coraz dn̄o. ¶ Et notandū q̄ ista doctrina et veritas s̄m Josephū erāt lapides per quozū fulgorē manifestabat̄ sacerdoti diuinū bn̄placitū. ¶ Scd'z vo Ra. Sa. Doctrina et veritas erat nomē dn̄i tetragramaton positū in rōnali sub lapidib': virtute cui' manifestabat̄ veritas de interrogatis sūmo sacerdoti consulenti dn̄m. Hec recitat lyra. Exo.28. Ubi de hoc scribit̄. Pones autē in rōnali iudicij doctrinā et veritatē: que erūt in pectore Aaron qn̄ ingredietur coram dn̄o: ¶ Moraliter in pectore prelati et rectoris debet esse doctrina quo ad instructionem aliozū: et quo ad vitā actia

uaз. Tenetur.n.alios instruere:arguere corrigere oportune importune:in oī patientia ɀ doctrina.2.ad Timo.4. Unde Greg⁹. Sit rector discretus in silentio:vtilis in verbo:ne aut tacenda proferat:aut proferenda reticescat. Et ideo ī rationali debet esse doctrina. ℂ Debet etiam in rationali esse veritas : quia in pectore prelati debet esse virtus contemplationis quo ad deum que per veritatem designatur:qꝛ nō semper debet incūbere operibus vite actiue:sed aliquādo operibus vite contemplatiue ascēdēdo in deum per mentales eleuatiōes qꝛ animalia ibant ɀ reuertebantur Ezech.j. ℂ Unde Greg⁹. Sit rector singulis compassione proximus:pre cunctis contemplatione suspēsus:vt ɀ per pietatis viscera in se infirmitatem ceterorū trāsferat : ɀ per speculationis altitudinem semetipsum quoqꝫ inuisibilia appetendo transcendat:ille. Et hoc modo in rationali erit doctrina ɀ veritas:quia sapientia prelatorum talis esse debet:vt ɀ ceteros instruere valeat:ɀ prelatum ipsum in excessuз contemplationis suspēdere queat.

ℂ 5. Aaron in rōnali in pectore suo gestabat iudicium filiorū israel. ℂ Naз in rationali sūmus sacerdos consulens dominum iudicabat quid esset agendum sicut dicit lyra Exo.28. Unde scribitur Exo.28. Et gestabit iudicium filiorum israel in pect re suo in conspectu domini semper. ℂ Mistice per hoc designatur:ꝙ sapientia prelati siue spiritualis siue temporalis tanta esse debet:vt sciat iudicare ɀ discernere lites ɀ questiones subditoruз. Quatenus sciat iudicare inter causam ɀ non causam. Inter leprā ɀ non lepram. Unde scribitur.j. Petri 3. Dominum autem christum sanctificate in cordibus vestris parati semper ad satisfactionem:omni poscenti vos rationem de ea que in vobis est spe. Unde tāta debet esse prelatorꝫ sapientia:ꝙ possint subditorum causas et questiones soluere ɀ iudicia determinare. Et subditi stare debent eorum iudicio ɀ determinationi. ℂ Sic enim in veteri testamento in ambiguis ɀ difficilibus questionibus emergentibus recurrebatur ad sūmos sacerdotes ɀ ad principes ɀ ipsi soluebant questiones. Et subditi tenebantur sub pena mortis stare determinationi sūmi sacerdotis. Unde scribitur Deut̂.17. Si difficile ɀ ambiguū apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinem ɀ sanguinem:causam ɀ causam:lepram ɀ non lepram. Et iudicum intra portas tuas videris verba variari: Surge ɀ ascende ad locum quem elegerit dominus deus tuus. Ueniesqꝫ ad sacerdotem leuitici generis:ɀ ad iudicem qui fuerit illo tempore. Queresqꝫ ab eis. Qui iudicabunt tibi iuditij veritatem. Et facies quodcunqꝫ dixerint qui presunt loco quem elegerit domin⁹. Et docuerint te iuxta legem eius. Sequerisqꝫ sententiam eorū. Nec declinabis ad dexteram neqꝫ ad sinistrā. Qui autem superbierit nolens obedire sacerdotis imperio:qui eo tempore ministrabit domino deo tuo:ex decreto iudicij morietur homo ille ɀ auferes malū de israel: hec ibi. Et hoc modo dicitur gestare iudicium filiorum israel in pectore suo. ℂ Ex quibus patet quāta debeat esse sapientia ɀ scientia prelatoruз: qui ignorantes habent regere ɀ in via dei dirigere ɀ gubernare: Cuius oppositum apparet in plurimis. Qui sunt ceci ɀ duces cecorum ɀ ideo in simul in foueam cadunt. Uenite ergo ascēdamus ad montē domini ɀ docebit nos vias suas.

¶ De platoꝝ vita ꝛ conuersatiōe per tunicam superbumeralis biacinthinā pre figurata. Cap. 37.

Venite ascendamus in montē dñi ꝛ docebit nos vias suas. ¶ Scribūtur hec vba Exo. 28. Facies ꝛ tunicā sup͂humeralis totā biacinthinaȝ: In cuius medio supra erat capitiū. Et ora per girū ei⁹ textilis: sicut fieri solet ī extremis vestiū partib⁹: ne facile rūpantur. Deorsum vo ad pedes eiusdē tunice p circuitum quasi mala punica facies ex biacintho: ꝛ purpura: ꝛ coco bis tincto: ꝛ bisso retorta: mixtis ī medio tintinabul'. Ita vt tintinabulū sit aureū ꝛ malū punicū. Rursūqȝ tintinabulū aliō aureū ꝛ malū punicū. Et vestiet ea Aaron in officio ministerij vt audiatur sonitus qñ ingreditur ꝛ egreditur sanctuariū in conspectu dñi ꝛ nō moriat. Hec ibi. ¶ Moraliter per tunicaȝ suphumeralis significatur vita ꝛ cōuersio platoꝝ ꝛ p̄sidentiuȝ. Nā sicut tūica sūmi sacerdotis erat biacinthina idest coloris celestis. Ita cōuersatio platorū debet eē angelica ꝛ celestis dicēte paulo ad Phil. 3. Nostra aūt cōuersatio in celis est. ¶ Circa istaȝ tunicaȝ biacinthinaȝ cōcurrebāt multa que figurant illa: que ad pfectā prelatorū cōuersationē requirūt. Et discurrēdo p singula clarebit q̄lis esse debeat platorum conuersatio ꝛ vita.

¶ p. In medio tunice biacinthine a parte supiori erat quedā aptura: per quā intrabat caput sūmi sacerdotis ꝛ illa aptura vocat in littera capitiū: qꝛ per ipsam intrabat caput sūmi sacerdotis. ¶ Vñ dicitur Exo. 28. Facies ꝛ tunicā suphumeralis totā biacinthinaȝ. In cui⁹ medio supra erit capitiū .i. aptura. ¶ Moraliter primū ꝛ principale requisituȝ in vita ꝛ conuersatione platorū est eleuatio mētis ad celestia ꝛ diuina. Et ista denotatur in apertura tunice biacinthine in parte supiori. ¶ Per caput aūt sūmi sacerdotis significat mens plati: qꝛ sicut caput ceteris mēbris ita mens preeminet oībus viribus ꝛ toti homini dirigēdo vñ ꝛ ab eminēdo est dnoīata. ¶ Et ista aptura est ī medio tunice: qꝛ ista eleuacio mētis platorū ad celestia ꝛ diuina: debet esse adeo exp̄ssa vt oīb⁹ innotescat iuxta illō math. v. Sic luceat lux vestra corā hoībus: vt videant opa vestra bōa ꝛ glorificēt patrē vestruȝ qui in celis est. Q̄ō. n. est in medio oīb⁹ p̄z. Qñ ergo platorū mēs adeo est ad celestia ꝛ diuina eleuata: q̄ omnibus patet ipsum celestia solū meditari: contēplari q̄rere ꝛ desiderare: tūc tunica biacinthina in medio ꝛ in supiori pte hȝ capitium .i. apturaȝ per quā intrat caput sūmi sacerdotis. ¶ Hoc capitiū in sūmitate ꝛ ī medio tunice biacinthine paulus hēbat qñ dicebat ad Phil. 3. Fratres ego me nō arbitror cōphēdisse. Vnū aūt. Que quidē retro sunt obliuiscēs: ad ea vo q̄ sunt priora extēdēs meipsuȝ: ad destinatū psequor ad brauiū supne vocationis dei in xp̄o iesu: ac si diceret oia quidem terrena paruipēdēs ad celestia cogitanda: desiderāda ꝛ cōtēplāda suȝ totaliter subleuat⁹. Cuius oppositū est in multis platis qui caput habēt in terrenis depressum.

¶ 2. In superiori pte tunice biacinthine erat textura per girū: ad fortificandū ꝛ ornādū supioreȝ parteȝ tunice. ¶ Unde dr̄ Exo. 28. Et ora per girum eius textilis: sicut fieri solet in extremis vestiuȝ partibus ne facile rumpantur. ¶ Moraliter si per tunicam biacinthinam celestis conuersatio intelligitur: per superiorem eius regionem ꝛ partem metis

to illa pars conuersationis significatur: que versatur circa spiritualia ꝛ diuina: puta circa studium sacre scripture: circa orationem: meditationē: diuinū officium: dei ꝛ celestiū contēplationes: que sunt precipua ꝛ superiora. ¶ Ista autē prelatorū conuersatio circa spiritualia ꝛ diuina duo dꝫ habere ordinē vꝫ ꝛ fortitudinē. ¶ ꝑ ordinem vt vꝫ prelat⁹ circa spūalia ꝛ diuina teneat ordinē mirabilem deputando debitū tēpus lectioni: debitū tempus orationi: meditationi: diuine laudi: ac celestiū cōtēplationi. Et in contēplatione ordinē debitū cōseruet gradualiter ascendēdo: ad aīas sanctorū in celo glorificatas. Ad angelicos choros: Ad virginē gloriosam: Ad christi humanitatē. Ad diuinitatē. Ad personā spiritus sancti: Ad personam filij: ꝛ ad personā eterni patris. Et iste ordo designatur per texturā. Nā superior pars tunice erat per texturā mirabiliť disposita. ¶ 2. Fortitudinē vt vꝫ ꝑlat⁹ talē ordinē circa spūalia fortiter: imobiliter ꝛ inuiolabiliter teneat: nec facile ꝑ quacūqꝫ re occurrente indifferēter obmittat. Et ista fortitudo signať etiā per texturā ꝑdictam: que non solū erat ad ornatū ꝛ pulcritudinē ipsius tunice: sꝫ etiā ad eius fortitudinē. Uñ dicit Exo. 28. Sicut fieri solet in extremis vestiū partibus ne facile rumpanť. ¶ Hanc texturā in sūmitate tunice habebat paulus qñ dicebat ad Ro. 8. Christ⁹ iesus qui mortuus est: imo qui ꝛ resurrexit. Qui est ad dexterā dei. Qui etiā interpellat pro nobis. Quis ergo nos separabit a caritate christi. Tribulatio: An angustia: An fames.

¶ 3. In inferiori parte tunice hiacinthine erant per circuitū quasi mala punica. ¶ Uñ scribitur Exo. 28. Deorsū vero ad pedes eiusdē tunice ꝑ circuitū quasi mala punica facies. ¶ Mistice per inferiorē partē tunice hiacinthine que erat circa pedes: significatur illa pars cōuersationis que circa corporalia ꝛ terrena versatur. ¶ Per corticē exteriorē mali punici rigidū ꝛ amarū: vite exterioris austeritas: per grana ꝟo īteriora cōdensa ꝛ rubicūda: multitudo bonorum operū in caritate factorū merito designať. Et hec duo debent esse in circuitu tunice: quatenus oēs circūstātes in prelatis videant ꝛ exterioris vite austeritatem: ꝛ bonorū exemplorū ꝛ operum multitudinē: ne possint de ꝑlatorū vita murmuraŕ. ¶ Uñ dicebat paulus apostolus ad titum. 3. In oīb⁹ teipsum prebe exemplū bonorū operū: in doctrina: in integritate: in grauitate: Uerbū sanū irreprehensibile: vt is qui ex aduerso ē vereatur. nihil habens malū dicere nobis. Qñ ergo prelati suis subditis ꝛ inferioribus ꝛ vite austeritatis ꝛ bonorū operum prebent exēplū: tunc in inferiori hiacinthine tunice parte. i. deorsū ad pedes quasi mala punica ponūt.

¶ 4. Ista mala punica fiūt ex q̄ttuor coloribus vꝫ ex hiacintho ꝛ purpura: ꝛ coco bis tincto: ꝛ bysso retorta. ¶ Uñ scribitur Exo. 28. Quasi mala punica facies ex hiacintho ꝛ purpura ꝛ coco bis tīcto: ꝛ bysso retorta. ¶ Mistice ꝑ hos quattuor colores intelligunť q̄ttuor virtutes cardinales: quarū opera ꝛ exēpla debēt in prelatis refulgere. ¶ Per hiacinthū qui est coloris celestis signatur prudentia que quasi celū est illuminatiua. ¶ Per purpuram que est vestis regia: iustitia q̄ ad regentes ꝑtinet. ¶ Per cocū bis tinctum hñtem colorē igneū siue flāmeū: fortitudo que est q̄si ignis superans oīa. ¶ Per byssū retortā tēperantia que torquet ꝛ affligit sensualitatem. ¶ Debet ergo prelatus in sua circa

subditos conuersatiõe: prudentie bona opera τ exẽpla prebere oĩa congruis locis: psonis: τ tẽporibus dispẽsando. ad Thimo. 3. Opz. n. epm irreprehẽsibilez esse: prudẽtẽ τ domui sue bñ ppositũ. ¶ Dz oñdere opa τ exẽpla iustitie: oĩbus que sibi cõueniũt tribuẽdo. Ad titum. 1. Opz epm sine crimine eẽ iustuz sanctũ. ¶ Dz oñdere opera τ exẽpla fortitudinis ardua agrediendo τ aduersa tolerando. 2. Cor. 6. In oĩb' exhibeam' nosmetipsos sicut dei ministros in oĩ patientia: In tribulationib': In angustijs: In plagis: In carcerib': In seditionibus: In laboribus. ¶ Dz oñdere opera τ exẽpla temperantie τ sobrietatis abstinẽdo a ꝺlectabilib' sensitiuis. 1. ad Thimo. 3. Opz epm irreprehẽsibilẽ esse: vnus vxoris virũ: sobriũ: ornatuz: pudicuz: non vinolentũ: nõ litigiosuz: filios habẽtem subditos cuz oĩ castitate. Qñ ergo prelati populis sibi subiectis harũ quattuor virtutũ exẽpla demonstrant: tunc deorsuz ad pedes in inferiori pte tunice hiacintine: quasi mala punica p circuitũ faciũt ex hiacintho τ purpura τ coco bis tincto byssoq3 retorta. ¶ Sed multi prelatorum opposita exẽpla demonstrant τ ideo nõ sunt pastores sed mercenarij.

¶ 5. Ista mala punica erant mixta cũ tintinabulis ita q3 erat vnuz tintinabulum aureũ τ iuxta illud vnũ malũ punicuz. ¶ Vñ scribitur Exo. 28. Mixtis i medio tintinabulis: ita vt tintinabulũ sit aureum τ maluz punicũ. ¶ Mistice p tintinabulũ aureũ intelligit̃ sana sonoraq3 pdicatio diuine sapientie sacreq3 doctrine. Quia in prelatis non sufficiũt exempla bona nisi adsit τ sana doctrina exhortatioq3 sonora. Et p primũ malum punicũ qđ exprimit̃ in textu intelligunt̃ exẽpla τ opa bona in vita actiua: que est prima in ordine iustitie. Et per tintinabuluz primũ sibi cõiunctũ intelligit̃ sonora doctrina atq3 efficax exhortatio ad opa actiue vite: que ambo in pastore debẽt esse cõiuncta: q̃tenus τ semetipsũ in operibus actiue vite sollicite exerceat: τ alios ad eadem opera per sermonem efficaciter inducat vnde Greg' in pasto. ¶ Sit rector actione precipuus: vt vite viam subditis uiuendo denunciet τ grex qui pastoris vocem: moresq3 sequitur: per exempla melius q̃3 per verba gradiat̃.

¶ 6. Replicatur iterũ aliud tintinabulũ aureuz τ aliud malũ punicũ. ¶ Vñ dr̃ Exo. 28. Rursũq3 tintinabulũ aliud aureũ τ malũ punicũ. ¶ Et mistice loquẽdo per malum punicum secũdario expressum intelligi possunt bona opera τ bona exempla in vita cõtẽplatiua: que est secunda in ordine iustitie. Et per secunduz tintinabulum verba exhortantia ad vitam contemplatiuã. Que ambo debẽt eẽ in cõuersatione p̃lati: quatenus in operib' vite cõtẽplatiue semetipsum exerceat: τ ad eaz efficaci sermone quãtũ põt alios iducat. ¶ Unde paulus. 1. ad Thimo. 4. Exẽpluz esto fideliuz. In verbo: In cõuersatione: In caritate: In fide: In castitate: Dum venio attẽde lectioni: exhortationi: τ doctrine. Hec meditare: In hijs esto: vt profect' tuus manifestus sit oĩbus: Attende. n. tibi τ doctrine: Insta in illis. Hoc enim faciens τ teipsum saluum facies: τ eos qui te audiunt.

¶ 7. Aaron vestiebat̃ ista tunica hiacinthina in officio ministerij: vt audiretur sonus tintinabuloꝝ qñ ingrediebat̃ sanctuariuz in conspectu domini. ¶ Vñ dicitur Exo. 28. Et vestietur ea Aaron in officio ministerij: vt audiatur sonitus quãdo ingreditur sanctuariuz in conspe.

ctu domini. ¶ Mistice prelatus ingreditur sanctuarium: quādo se occupat in pertinentibus ad deum puta in laudib⁹ ⁊ officio diuino: in studio sacre pagine. In lectionibus: orationibus: meditationibus. Ista enim omnia sancta sunt. ¶ Et mens que istis se exercet: ab exterioribus oblongata in quoddam sanctuarium secretum ingredietur. Sonus autem auditur: quando a circunstantibus talis ingressus ⁊ spiritualis occupatio percipitur: vel quādo per exhortationem alijs persuadet̄. ¶ Debet ergo prelatus in rebus spūalib⁹ ⁊ diuinis: indui tunica hiacinthina celestis cōuersationis: ⁊ mouere tintinabula efficacis exhortationis. Quaten⁹ ⁊ celestē se ostendat per cōuersationē ⁊ sonorū per p̄dicationē ⁊ exhortationē. Et hec omnia facere in cōspectu dn̄i: idest bona intentione ad honorem diuinū: non ad fumū humanū. ¶ Un̄ paulus ad Titum p̄. Opʒ epm̄ sine crimine esse: sicut dei dispensatorē: iustū: sanctū: cōtinentē amplectentē euʒ qui f̄m doctrinam est fidelem sermonem: vt potens sit exhortari in doctrina sana. Et eos qui contradicunt arguere.

¶ 8. Aaron vestiebat̄ ista tunica hiacinthina in officio ministerij: vt sonit⁹ audiretur qn̄ egrediebatur sanctuarium. ¶ Un̄ scribitur Exo. 28. Et vestiet̄ ea Aaron in officio ministerij: vt audiatur sonitus qn̄ egreditur sāctuariū. ¶ Mistice p̄latus egredit̄ sanctuariū qn̄ se occupat in temporalib⁹ ⁊ ptinentib⁹ ad populum siue gregeʒ suū: puta in prouisione cibi: potus: vestiū: locoꝝ: in destributione officiorū: in executione iustitie: Tunc. n. quasi relinquēs sāctuariū egreditur ad populum. Sonus autem talis egressus auditur: qn̄ talia opa p exhortationeʒ alijs persuadentur. ¶ Dʒ ergo prelatus in rebus tpalibus ⁊ ad populuʒ ptinentib⁹ indui tunica hiacinthina celestis cōuersatiōis ⁊ pulsare tintinabula exhortationis: quaten⁹ ⁊ celesteʒ se monstret per cōuersationē ⁊ sonoruʒ per efficacem exhortationē: vt bonū testimoniū habeat etiaʒ ab hijs qui foris sunt dicente paulo. j. ad Thimo. 3. Opʒ auteʒ episcopū testimoniū habere bonū ab hijs qui foris sunt vt nō i opprobriū incidat: ⁊ in laqueū diaboli.

¶ 9. Aaron tali tunica vestiebatur cū tintinabulis vt nō moreretur ⁊ interficeretur. ¶ Un̄ dr̄ Exo. 28. Et non moriat̄ scʒ si ea tunica nō fuerit iductus qn̄ ingreditur ⁊ egredit̄ sanctuariū. ¶ Mistice si prelat⁹ inferiorib⁹ nō prebet bone cōuersatiōis exēplū ⁊ doctrine salutifere documentuʒ: spūaliter per peccatū in aīa moritur. Et rō est qꝛ cuʒ prebet iniquitatis exēplū spūaliter eos a quib⁹ intuetur occidit dicēte Aug. in epl̄a. Oīs qui male viuit in cōspectu eoꝝ quib⁹ p̄positus est: q̄ntuʒ in ipso est oēs occidit hec ille. Et iō cū spūale cōmittat homicidiū: spūalē meret̄ mortē: vn̄ dicit Greg⁹ super Ezech. ¶ Scire prelati debēt qꝛ si peruersa vnquaʒ perpetrant: tot mortibus digni sūt: quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt: ille. Et ideo debent prelati siue in hijs que ad deum siue in hijs que ad populum pertinent bone prebere conuersationis exemplum: quatenus ⁊ ingrediendo et egrediendo subiectis populis ⁊ moralis instructionis sonitum ⁊ integerrime conuersationis demonstrent exemplū. Alias spiritualem mortem incurrunt. Ex quibus claret qualis debet esse prelatorum vita ⁊ conuersatio per hiacinthinam tunicam designata. Uenite ergo ascendamus ad monteʒ dn̄i ⁊ docebit nos vias suas.

¶ De rõnalis spiritus sanctificatione in Aaron summi sacerdotis cõsecratione prefigurata. Cap. 38.

Venite ascendamus ad mõtẽ dñi & docebit nos vias suas. ¶ Scribũtur hec v̾ba Exo. 29. Sed & hoc facies vt mihi in sacerdotio cõsecrent̄. Tolle vitulũ de armẽto. Et arietes duos imaculatos: panesq3 azimos. Et crustulaz absq3 fermento: que conspersa sit oleo. Lagana q̄q3 azima oleo lita. De simila triticea cũcta facies: & posita i canistro offeres. Vitulũ aũt & duos arietes & Aaron ac filios ei⁹ applicabis ad hostiũ tabernaculi testimonij: Cũq3 laueris patrẽ cuz filijs suis aq̄. Indues Aarõ vestimẽtis suis. Et oleũ vnctiõis fundes sup caput ei⁹: atq3 h̾ ritu ꝯsecrabit̄: hec ibi. ¶ Mistice p Aarõ qui interp̄tat̄ montan⁹ itelligi põt spũs rõnalis: qui celestia cõtẽplãdo supra spũalẽ montẽ ascẽdit. ¶ Per cõsecrationẽ autẽ ipsi⁹ Aaron: q̄ in sacerdotez dñi ordinabat̄: vt ei sacrificia & oblatões digne offerret: intelligi p̄t spũalis dispõ: q̄ spũs rõnalis fit ydoneus vt deo dignas laudis hostias immolet.

¶ Multa ãt ꝯcurrerũt ad ꝯsecrationẽ ipsius Aarõ: que spũaliter cõcurrũt ad disponẽdũ spm̄ rõnalẽ ad deo digne ministrãdũ. Que per singula discurrẽdo patebunt.

¶ p̄ Aaron fuit totus lot⁹ aq̄. ¶ Nã moises congregata oĩ multitudine añ fores tabernaculi statuit Aaron cũ filijs suis corã altari: q2 applicabant̄ diuino cultui & lauit totũ corpus eorũ aq̄ vt dicit lyra Exo. 29. ¶ Vñ scribit̄ Leui. 8. Fecit Moises vt dñs imperauerat: cõgregataq3 oĩ turba ante fores tabernaculi ait. Iste ẽ sermo quẽ iussit dñs fieri: Statimq3 obtulit Aarõ & filios eius. Cũq3 lauisset eos &c. ¶ Sic moraliter spũs rõnalis qui ad dei seruitiuz d3 ordinari & disponi siue cõsecrari. P̄rio & añ oĩa debet cũ aqua cõtritionis: lacrimaruz & penitentie lauari & mundari ab oĩb⁹ peccatis interioribus & exterioribus: sicut Aaron fuit lauatus in toto corpore. Et p istã lotionẽ dat̄ itelligi q̄ spũs rõnalis debet esse & corde & cõuersatione mundus: & ab oĩ imũdicia peccati expedit⁹. ¶ Vñ ait p̄p̄ha in ps. 25. Lauabo iter innocentes manus meas & circundabo altare tuũ dñe. Et ĩ ps. 6. Lauabo p singulas noctes lectũ meũ: lacrimis meis stratũ meũ rigabo.

¶ 2. Aaron fuit indut⁹ vestimẽtis sacerdotalib⁹. ¶ Vñ scribit̄ Leui. 8. Vestiuit pontificẽ subucula linea: accingẽs eũ baltheo. Et induens eũ tunica hiacinthina & d̾sup humerale iposuit &c. Et silia v̾ba scribũtur Exo. 29. ¶ Sic mistice spũs rõnalis secũdo loco deb3 indui virtutibus per vestimenta sacerdotalia designatis sicut supius est declaratũ. Non eniz sufficit mũdari a pctis: nisi etiaz virtutibus adornetur: cuz non solum sit a malo declinandum: sed & bonũ exequẽdum. Spũs ergo rõnalis qui ad dei seruitiũ & cõtẽplationem vult disponi d3 in virtutib⁹ exerceri & eis quasi vestibus adornari. ¶ Vñ. 2. petri. j. scribit̄. Vos autez curam omnem subinferentes ministrate in fide vestra virtutẽ. In virtute aũt scientiaz. In scientia autez abstinentiã: In abstinẽtia autez patientiam: In patientia autez pietatem. In pietate autem amorẽ fraternitatis. In amore aũt fraternitatis caritatẽ. Hec.n. si vobiscũ adsint & supent: ñ vacuos: nec sine fructu vos cõstituẽt in dñi nr̄i iesu xp̄i cognitione. Cui.n. nõ p̄sto sunt hec cec⁹ est & manu temptans.

¶3. Aaron fuit vnctus in capite oleo vnctionis. ¶ Vñ scribitur Leui.8. Tulit ꝛ vnctionis oleū. Qđ fundēs sup caput Aaron vnxit eū ꝛ ↄsecrauit. ꝛ Exo.29. Et oleū vnctionis fundēs sup caput ei⁹ scȝ Aarō atq; h̄ ritu cōsecrabiť. ¶ Sic mistice spūs rationalis tertio loco debꝫ oleo vnctiōis vngi in capite.i.grā diuina ꝓfundi in volūtate ꝑ caput.n.qđ supeminet oībus mēbris ꝛ ē primū ī corpore ītelligiť volūtas q̄ supeminet oīb⁹ potentijs ꝛ est primū in hoīe oīa disponēs ad libitū suū. ¶ Per oleuꝫ autē qđ supernatat oībus liquoribus ītelligiť gratia diuina ꝛ caritas que supeminet oībus virtutibus. ¶ Per vnctionē.n.huius grē spūs rōnalis deo cōsecrať. q2 fit diuin⁹ per ꝑticipationē ꝛ deo offert holocausta gratissima. ¶ Sine vnctiōe āt huius diuine grē siue caritatis nihil valent p̄fate virtutes nec quecūq; bona.j. Cor.13. Si linguis hominū loquar ꝛ angelorū. Et si habuero prophetiā. Et nouerim misteria oīa ꝛ oēm scientiaꝫ. Et si habuero oēm fidē ita vt montes trāsferaꝫ. Et si distribuero in cibos pauperū omnes facultates meas. Et si tradidero corpus meū ita vt ardeaꝫ: caritatē autē nō habuero nihil mihi ꝓdest.

¶4. pro consecratiōe Aaron fuit īmolatus vitulus pro peccato corā tabernaculo testimonij idest in atrio. ¶ Vñ scribitur Leui.8. Obtulit ꝛ vitulū ꝓ pctō: Cūq; super caput eius posuisset Aarō ꝛ filij eius manus suas imolauit euꝫ: ꝛ Exo.29. scribiť. Postq; initiaueris manus eorū: applicabis ꝛ vitulū coram tabernaculo testimonij. Imponētq; Aaron ꝛ filij eius manus super caput illi⁹: ꝛ mactabis eum in conspectu dñi iuxta ostiū tabernaculi testimonij. ¶ Sic mistice spiritus rōnalis quarto loco debet imolare vitulū pro peccato in ostio tabernaculi idest christum pro alienis peccatis passuꝫ in sua imaginatione memorando ei⁹ mortē retinere. ¶ Ymaginatio.n. est quasi ostiuꝫ anime que est spūale tabernaculū: Cū nihil sit in intellectu quin pri⁹ fuerit in sensu. Quasi ergo vitulus pro peccato in ostio tabernaculi mactať cū christus passus ꝛ mortu⁹ ꝓ nostris peccatis imaginatione retineť. Et qñ hoc bona intētione agiť: quasi in cōspectu dñi.i. ipso vidente ꝛ approbāte īmolatur. ¶ Spiritus ergo rōnalis qui vult in sacerdotium spūale cōsecrari dꝫ xp̄m pro suis pctīs mortuū in imaginatione ꝛ cogitatiōe retinere ad Hebre.12. Recogitate eū qui talē sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsū ↄtradictionem: vt ne fatigemini aīs vestris deficientes. ¶ Et notandū q Aaron ꝛ filij ei⁹ īponebant manus super caput vituli īmolādi ꝓ pctō ꝑꝑ duo vt dicit lyra sup Exo.29. ¶ p̄ q per hoc confitebanť q vitulus interficiebatur pro pctō eoꝝ. Et q ex rigore iustitie erant digni morte: sꝫ ex diuina mia mors in illud aīal trāsferebať. ¶ 2. q2 ꝑ talē īpōnē manus accipiebant ꝑtātē offerēdi de cetero hostias pro pctōꝫ ille. ¶ Sic spūs rationalis in meditatiōe mortis xp̄i manus sup caput vituli īmolandi ponit: qñ opa sua digna morte in xp̄i morte delecta cōsiderat. Ex ista manuū impositione accepit potestatē hostias offerendi: q2 ex tali cōsideratione disponitur ad dignius deuꝫ laudandum: ꝛ diuine maiestati gratias vberius referendum.

¶5. pro cōsecratiōe Aaron ponebať sanguis vituli occisi sup cornua altaris ꝛ fūdebať etiaꝫ ad basim altaris. ¶ Unde scribiť Leui.8. Hauriens sanguinem ꝛ tincto digito tetigit cornua altaris ꝑ girum. Quo expiato ꝛ sanctificato fudit reliquū sanguinē ad fundamēta eius ꝛ

⁊ est minus efficax: ⁊ ideo ad differentiam huius dicitur hic: Sume tibi aromata mirrhe prime ⁊ electe. ¶ Moraliter primum requisitum ad sanctificationem cordis est carnis maceratio ⁊ mortificatio per abstinentiam ⁊ castitatem: ⁊ hec significatur per mirrham. Nam mirrha mortificat humores supfluos ⁊ preseruat corpora mortuorum a corruptione: Sic maceratio carnis mortificat humores superfluos per abstinentiam. Et preseruat a corruptione per castitatem. ¶ Sed notandum q duplex est mortificatio carnis per abstinentiaz ⁊ ieiuniuz. Una exterior que fit ad laudem humanam aquirendam ⁊ ista non sanctificat cor humanum: ⁊ hec significatur per secundam guttam exeuntem de mirrha per incisionem corticis exterioris: que non ponebatur in vnguento. Alia interior que fit propter deum qui videt in abscōdito: ⁊ ista sanctificat cor humanum ⁊ significatur per primam guttam mirrhe: que egrediebatur per modum sudoris quasi ab intrinseco: et ista ponebatur in vnguēto ⁊ dicebatur mirrha prima ⁊ electa. ¶ De ista dupli ci abstinentia loquitur christus dicens Math. 6. Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocrite testes. Exterminant enim facies suas vt appareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis quia receperunt mercedē suam. Ecce quomodo non sanctificat. Tu autē cuz ieiunas vnge caput tuum: ⁊ faciem tuam laua: ne videaris hominibus ieiunans: sed patri tuo qui est in abscōdito ⁊ pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi. Ecce quomō ista sanctificat ⁊ meretur retributionem. ¶ Per istam abstinentiā ⁊ macerationez carnis sanctificatus est moises. Qui postq̄ ieiunauit quadraginta diebus ⁊ quadraginta noctibus meruit accipere legem dei ⁊ moduz cōstruendi tabernaculū ⁊ omnia pertinētia ad cultum diuinum: Exo. 24. ⁊. 25. ¶ Similiter duplex est castitas ⁊ continentia: Una interior que fit vt soli deo placeat homo interiori gaudio cōscientie. Alia exterior que fit vt gloria capiat humana. ¶ p⁹ sanctificat cor humanuz ⁊ significatur per guttam mirrhe primam que egrediebatur per sudorem ⁊ ponebatur in vnguento. ¶ 2. significatur per secundam guttam que non ponebatur in vnguento ⁊ non sanctificat cor. Et ista duplex continentia significatur in decem virginibus: quaruz quinq̧ fuerūt fatue ⁊ sunt exeluse a nuptijs. Quinq̧ autem fuerunt prudentes ⁊ ingresse sunt ad nuptias: Math. 25. ¶ Primum ergo requisitum ad sanctificationem cordis est Mirrha prima ⁊ electa. i. abstinentia ⁊ continentia pura ⁊ propter deum facta que sanctificant hominez. Unde scribitur Sap. 6. Incorruptio facit esse proximuz deo. Et per oppositum dicit paulus. j. Cor. 15. Hoc autem dico fratres quia caro ⁊ sanguis regnū dei possidere nō possunt: neq̧ corruptio incorruptellam possidebit: ille. ¶ Hoc primū requisitum respicit corpus nostrum.

¶ 2. est Cinamomuz aromaticū. ¶ Unde dicitur Exo. 30. Et Cinamomi medium idest ducentos quinquaginta siclos. In hebreo autem habetur sic. Et cinamomi aromatici medium eius. col. siclos. ¶ Notādum q sicut recitat Lyra super Exo. 30. Duplex est cinamomum: vnum quod parum aut nihil habet de odore: aliud aromaticum. Et de illo dicitur hic Cynamomi aromatici ad differētiā alterius. ¶ Hui⁹ ēt Cinamomi cortex p̄ciosior ē q̄ lignū: ⁊ ideo vtrūq̧ p se pōderabat̄, ⁊ ponebat̄ i. hoc

vnguento de vtroqȝ.ccl.sicli: hec lyra. ¶ Moraliter secūduȝ requisitum ad sanctificationem cordis est oratio odorifera in conspectu diuine maiestatis. Que significatur per cinamomū aromaticuȝ. Naȝ sicut cinamomū est odorifex ꝫ illō Ecci.24. Sicut cinamomū ꝛ balsamū aromatizās odorē ōdi. Sic oratio que procedit a spiritu est odorifera in cōspectu diuine maiestatis: iuxta illud ps.140. Dirigatur orō mea sicut incensuȝ in cōspectu tuo. ¶ Sed aduertenduȝ qꝛ duplex est oratio. ¶ Una incōgrua: qua vȝ homo a deo petit tēporalia: vel inutilia: aut nociūa: vel que fit in peccato: ꝛ ista non est odorifera in cōspectu dei nec sanctificat cor ꝛ significatur per cinamomū qō parum aut nihil habet odoris: qui nō ponebat̄ in sacra vnctione. Et de ista oratione dicitur Ysa.j. Cum multiplicaueritis orationeȝ non exaudiā. Manus.n. vestre sanguine plene sunt. ¶ Alia est oratio cōgrua que fit cum debitis circūstātijs ꝛ ista sanctificat cor ꝛ est grata in cōspectu dei. Et significatur per cinamomū odoriferum. Et ō ista dr̄ Ysa.38. Uadō ꝛ dic Ezechie Hec dicit domin⁹ deus Dauid prīs tui. Audiui orationeȝ tuaȝ ꝛ vidi lacrimas tuas. Ecce ego addijciaȝ sup dies tuos quindecim annos ꝛ de manu regis assiriorum eruam te. ¶ Et ista oratio congrua distinguit̄: quia vel est intētionalis vel realis. ¶ Intētionalis est qn̄ est in mente vel in voce tantū iuxta illud.1. Cor.14. Nam si orem lingua: spiritus meus orat Orabo spiritu orabo ꝛ mēte. ¶ Realis est quādo est ī opere sicut dicit q̄das glosa sup illud Luc.18. Opꝫ semper orare. Non cessat orare qui non cessat bn̄facere. Ista oratio realis videt̄ efficacior ꝛ p̄ciosior qꝛ intentionalis nō videt̄ sufficere sine ista ꝫm illō Math. 7. Non omnis qui dixerit mihi. Domine dn̄e intrabit in regnū celorū: sed qui fecerit volūtatem patris mei qui in celis est. Ambe iste orationes sunt necessarie ad sanctificationē cordis. Intentionalis signatur ꝑ lignū intrinsecū. Realis vō per corticem exteriorē cinamomi qui erat efficacior. Et ambo ponebā tur in vnguēto. ¶ Per istam orationeȝ odoriferam sanctificatus est publican⁹ Luc.18. Publicanus a longe stans nolebat nec oculos ad celuȝ leuare: sed percutiebat pectus suuȝ dicens. Deus propicius esto mihi peccatori. Dico vobis descendit hic iustificatus in domū suā. ¶ 2. ergo requisitum ad sanctificationem cordis est cinamomum odorifere orationis. ¶ Et istud scōm respicit animam nostram.

¶ 3. est Calamus. ¶ Unde scribit̄ Exo. 30. Calami similiter ducētos quinquaginta siclos. ¶ Ubi dicit lyra qꝛ calamus est arbor aromatica gracilis ꝛ nodosa ad moduȝ calami qui est stipes segetis: ideo ꝛ sic nominatur. ¶ Mistice tertium requisitum ad sanctificationeȝ cordis est paupertas voluntaria rerum tēporalium: que per calamum designatur. Nam sicut calamus est aromatica: sic paupertas volūtaria est famosa ꝛ exemplaris ꝛ odorifera. ¶ Et sicut calamus ē arbor gracilis ꝛ subtilis sic paupertas facit homineȝ gracilem ꝛ macilentum ꝛ subtilem. Nam diuitie faciūt hominem pinguem ꝛ crassum ꝛ grossū vnde de diuite dicit̄ Job.15. Cucurrit aduersus deū erecto collo ꝛ pingui ceruice armat⁹ est: Operuit faciē eius crassitudo ꝛ de lateribus ei⁹ aruina dependet. Et per oppositū pauptas volūtaria facit hoīem macilētū subtileȝ ꝛ macrū: quia diuitie crassos faciūt incommoda macros. ¶ Et sicut calamus est arbor

nodosa: sic paupertas est rigida ꝛ aspera atq; dura: quēadmodū per oppositū diuitie sunt delicate ꝛ molles. Exēplū in diuite epulone: qui erat tc t⁹ deliciosus in victu ꝛ vestitu. Et i lazaro paupe qui erat rigidus: durus ꝛ vlceribus plenus Luc. 16. ¶ Ista ergo pauptas volūtaria pp deū sanctificat cor humanū iuxta illud math. 5. Beati paupes spiritu qm̄ ipsorū est regnū celorū. Et sicut diuitie maculāt cor humanū aliquo pctō Ecci. xi. Si diues fueris nō eris imunis a delicto: sic pauptas volūtaria sanctificat ꝛ pficit cor humanū dicente ỽitate math. 19. Si vis pfect⁹ esse vade ꝛ vēde oia q̄ habes ꝛ da paupib⁹: ꝛ habebis thesaurū in celo: ꝛ veni seq̄re me. ¶ Per istaz paupertatē voluntariā sanctificati sunt aplī: qui dixerūt christo math. 19. Ecce nos reliquim⁹ oia ꝛ secuti sum⁹ te: quid ergo erit nobis. Jesus autē dixit illis: Amē dico vobis q̄ vos qui reliquistis oia ꝛ secuti estis ꝛc. vitaz eternā possidebitis. Et istud tertium respicit bona temporalia.

¶ 4. est Casia. ¶ Uñ scribit Exo. 30. Casie autē quingētos siclos in pōdere sanctuarii. Casia aūt est nomē arboris aromatice: ſm ỽo alios ē nomē herbe odorifere: vide lyram Exo. 30. ¶ Mistice q̄rtū requisitū ad sanctificationē cordis est patientia in malis tollerādis: Que p casiaz designat̄. Naz sicut casia est aromatica ꝛ odorifera: sic ꝛ patiētia tribulationū est odorifera ꝛ famosa p bonuz exēplū q̄d p̄stat. Sic fuit odorifera patiētia Job ꝛ patiētia xp̄i in cruce q̄ suo odore repleuit vniuersuz: Jaco. v. Ecce beatificam⁹ eos qui sustinuerūt: Sufferentiā Job audistis ꝛ finē dn̄i vidistis. ¶ Ista ergo patiētia ꝛ sufferētia tribulationū pp deū sanctificat cor humanuz iuxta illud math. v. Beati qui psecutiones patiunt̄ pp iustitiā qm̄ ipsorū est regnum celorū. ¶ Per istam patientiam sanctificati sūt martires qui diuersa tormētorū gn̄a pp deum sustinuerūt: Sicut describit paulus ad Hebre. xj. dicēs Sancti p fidē vicerūt regna. Opati sūt iustitiaz: adepti sūt repromissiones: obturauerūt ora leonū. Et hij oēs testimonio fidei probati inuenti sūt. ¶ Et istō q̄rtū respicit mala tēporalia.

¶ 5. est oleū de oliuetis. ¶ Unde scribit Exo. 30. Oleuz de oliuetis mēsurā hin. ¶ Et notādū ſ3 lyrā ibidē: Q dr̄ oleū de oliuetis ad differētiam alteri⁹ olei vz nucū vel aliarū rerū: q̄d nō debebat in hoc vnguēto poni. ¶ Mistice quītū requisitū ad cordis sanctificationē est misericordia ꝛ pietas erga pximū que per oleū designat̄. Nā sicut oleū de oliuetis est lenitiuū ꝛ dulcoratiuū ꝛ doloris mitigatiuū. Sic mīa est lenitiua dulcoratiua ꝛ mitigatiua afflictionum proximi. ¶ Ista aūt mīa ꝛ pietas si pp deū pximo exhibeat̄ sāctificat ꝛ mūdificat cor humanū dicēte ipsa ỽitate Luc. xj. Q̄d supest date elymosinā ꝛ ecce oia munda sūt vobis. ¶ Per istuz oleū pietatis ꝛ mie sanctificatus est corneli⁹ centurio cui dixit angelus Act. x. Corneli exaudita est oratio tua ꝛ elymosine tue cōmemorate sūt in cōspectu dei. Et istō quintū respicit pximuz nostrum. Ultra ista quinq; quasi mālia requirebant̄ ad sacraz vnctionē cōponēdā quinq; formalia: siue modificantia ista quinq; materialia predicta.

¶ pᵐ est numerus quinari⁹. ¶ Qui itelligit̄ in quingētis siclis: qui bis ponūtur vz in pondere mirrhe ꝛ in pondere casie. Quingēta. n. sunt centū quinquies sumpta. ¶ pᵐ formale ꝛ modificatiuuz requisitū ad sanctificationez cordis est mortificatio siue custodia quīq; sensuū

exteriorū: & significat in quinario mirrhe. Et custodia quinq; sensuū interiorū: & significat in quinario casie: Sine custodia istorū quinq; sensuū exteriorū & interiorū ipo'le est sanctificari cor humanū: Unde & quinq; virgines fatue reputate sunt que integritatē quinq; sensuū nō seruauerūt math.25. ¶ Per istā custodiā quinq; sensuū. Quinq; virgines prudentes ingresse sunt ad nuptias Math.25.

¶ 2. est Numerus centenarius. ¶ Qui ponit quater in sacra vnctiōe: vz In quingentis siclis mirrhe: In ducētis quinquaginta cinamomi: In ducētis quinquaginta calami. In quingētis siclis casie. ¶ Mistice scdm formale requisitū ad cordis sanctificationē est perfecta adipletio decem diuinorū preceptorū: que intelligit p numerū cētenariū. Denarius.n. numerus est pfectus & cū ducit in seipsuz reddit centenariū. Decies.n. decē faciunt centum. Per numerū ergo cētenariū intelligitur pfecta adimpletio decez preceptorū: sine qua ipo'le est sāctificari cor hūanū de lege ordinata math.19. Si vis ad vitam ingredi serua mādata. ¶ Et qr decez precepta diuina nō possūt obseruari sine quattuor virtutib' cardinalib'. Que sūt cardo sustētaculū & fundamētū oīum virtutū: ideo numerus cētenari' quater in sacra vnctione replicat. ¶ Per istam adimpletionē decē mandatorū iustificatur cor dicente veritate Jo.xv. Si precepta mea seruaueritis manebitis in dilectione mea.

¶ 3. est Numerus binarius. ¶ Qui bis exprimit in sacra vnctione: vz semel in ducentis quinquaginta siclis Cinamomi. Et semel inducētis quinquaginta siclis calami. ¶ Mistice tertiū formale requisitum ad cordis sanctificationē sunt tres virtutes theologice: vz Fides: Spes & caritas Que designantur per duplicem binarium. ¶ Nam primus binarius Significat: Fidem & Spem: Sine quibus impossibile est cor sanctificari & placere deo ad Hebre.xi. Sine fide autem impossibile est placere deo: Credere eni oportet accedentem ad deum quia est: Et inquirentib' se remunerator sit. ¶ Secūdus binarius significat caritatē que bifariā diuidit: In dilectionē dei & dilectionē proximi Sine qua impo'le est cor sanctificari.1.Cor.13. Si linguis hominū loquar & angelorū: Caritatē autē non habeaz factus sum velut es sonās aut cymbaluz tiniens. ¶ Per fidē autē & spem mūdificat cor humanū Act.15. Fide purificans corda eorū. ¶ Similiter Caritas mundificat cor.1. Jo.4. Qui manet in caritate in deo manet & de' in eo. ¶ Nam in dilectione dei & proximi vniuersa iustificatio fūdatur math.22. In his duobus mādatis vniuersa lex pendet & prophete.

¶ 4. est Numerus quinquagenarius: ¶ Qui exprimitur in sacra vnctione semel in ducentis quinquaginta siclis Cinamomi. ¶ Sic mistice quartū formale requisitum ad cordis sanctificationē est cessatio ab operibus malis & seruilibus: siue declinatio ab operibus seruilibus & hoc designat per numerum quinquagenarium. ¶ Naz nūs quinquagenarius est nūs Jubilei: In quo iubileo oēs seruitutes et debita remittebantur et homines liberabantur a seruitute & debitis sicut pz Leui.25. et lyra ibidem declarat. Sic qui vult cor suuz sanctificare debet derelinquere opa seruilia & declinare ab operibus malis et cessare ab omni iniquitate. Unde scribitur Ezech.18. Conuertimini & agite penitētiam ab omnibus iniquitatibus vestris & non erit vobis in ruinam iniquitas:

Proiicite a vobis oēs iniquitates vestras in quibus preuaricati estis: et facite vobis cor nouū et spiritū nouū. Et q̄re moriemini domus israel et Ysa.j. Lauamini: mūdi estote: Auferte maluз cogitationum vestrarum ab oculis meis. Quiescite agere puerse. Si fuerint peccata vestra vt coccinū: quasi nix dealbabuntur. Sic igitur quartum requisitū ad cordis sanctificationē et ad sacram vnctioneз est declinatio et cessatio a malis operibus et ab occasionib⁹ peccandi et a malis societatib⁹. Qui ergo cor suū sanctificare desiderat spiritualē iubileū celebret et a peccati seruitute: et spūalib⁹ debitis se liberū reddat.

¶ 5. est Nūs quinquagenarius. ¶ Qui exprimitur in sacra vnctione altera vice In ducētis quinquaginta siclis calami ¶ Et mistice loquendo quintū formale requisitum ad sacraз vnctioneз et cordis sanctificationē est societas virorūз sanctorum: et hec designatur per scđm numerū quinquagenariū. ¶ Nam numerus quinquagenarius significat iubileum In quo oēs redibant ad familiaз suam pristinam sicut pз Leui.25. ¶ Familia nostra pristina est virorum sanctorum societas qui per baptismum facti sunt filij dei: Et nos per baptismum facti sumus de eadem familia a principio: Sed peccando recessimus a familia nostra et a familia patris nostri dei: sicut filius prodigus recessit a familia patris et dissipauit substantiam Luc.15. ¶ Ad sacram vnctionem ergo et ad cordis sanctificationē requiritur societas sanctorū: et hoc est reuerti ad familiam nostram pristinaз.s. cuз sanctis et iustis hominibus conuersari: quia ex tali cōuersatione et societate sanctorū mundificatur et sanctificatur cor humanū dicente spiritu sancto in ps. Cuз sancto sanctus eris: et cum viro innocēte innocēs eris. ¶ Ista ergo sunt quinq3 formalia requisita ad sacram vnctionem et cordis sanctificationem. ¶ Sed omnia predicta fieri debent cum virtute discretionis et cum virtute perseuerātie sine quibus nihil valerent ad cordis sanctificationem. Et discretionis virtus intelligitur in hoc quod dicit Qз predicta dēbēt esse in pondere sanctuarii. ¶ Perseuerantie vero virtus designatur in hoc qđ dicit mensuram hin plenam esse debere per quam plenitudineз designatur op⁹ completum et terminatuз per virtutem perseuerantie.

Ultra hec omnia circa sacram vnctioneз data sunt quinq3 p̄cepta a domino ipsi Moisi: que inuiolabiter obseruari deberent.

¶ pᵐ preceptum est de compositione vnguenti siue sacre vnctionis. ¶ De qua scribitur Exo. 30. Faciesq3 vnctionis oleum sanctum vnguentum compositū opere vnguentarij. ¶ Mistice ad sanctificationem cordis sicut et ad sanctificationem altaris holocausti requiritur vnguentarius. Et vnguenti siue olei sancti compositio per omnium predictorū cōmixtionem. Naз f̄m lyram Exo.30. Omnia predicta.s. Mirra: Cinamomū: Calamū: Casia et oleum cōmiscebantur in compositione vnguenti per opus artificis: prudentis in tali compositione. ¶ Iste vnguentarius est christus iesus qui est samaritanus portans antidota sanitatis Luc.x. Et est ille qui cōponit omnia p̄dicta et modificat illa vt sint sanatiua et mūdificatiua cordis humani. De quo dr̄ Eccī.38. Unguentarius faciet pigmenta suauitatis et vnctiones cōficiet sanitatis. Sine ope et artificio huius vnguentarij impoīe est per omnia predicta sanctificari cor humanū q2 ipse

dixit Jo.15. Sine me nihil potestis facere. ¶ Unctio aūt quā ex mixtione p̄dictorū cōficit vnguētarius est sp̄us sanctus siue gr̄a sp̄us sancti: que est caritas ꝛ spiritalis vnctio cordiū Juxta illud. Qui paraclit⁹ diceris: donū dei altissimi: fons viuus: ignis: caritas ꝛ spiritalis vnctio. Qn̄ ergo christ⁹ iesus p̄dictis virtutib⁹ adiūgit gr̄am suā que est forma aliaꝝ virtutū: tūc fit vnguētū ꝛ oleū sanctū cōsecratiuū ꝛ sanctificatiuū cordis humani. Sine gr̄a aūt sp̄us sancti nō sufficiūt quelibet virtutes ad cordis sanctificationem.

¶ 2. preceptum est De vnctione faciēda. ¶ De qua scribit̄ Exo.30. Et vnges ex eo tabernaculū testimonij ꝛ archā testamenti: mensāqꝫ cū vasis suis: Candelabrū ꝛ vtensilia ei⁹: altaria thimiamatis ꝛ holocausti. Et vniuersā supellectilē que ad cultū eorū ptinet: sanctificabisqꝫ oīa ꝛ erūt sancta sanctorū. Qui tetigerit ea sanctificabit̄: Aaron ꝛ filios ei⁹ vnges sanctificabisqꝫ eos vt sacerdotio fungātur mihi. ¶ Mistice ex vnguēto cōposito ex oīb⁹ supradictis virtutib⁹ vncta ꝛ sāctificata sūt tabernaculū testimonij i. Ecclesia: ꝛ Aīa rōnalis: Archa testamēti. i. Uirgo Maria: Mēsa cū vasis suis. i. memoria cū ptinētib⁹ ad ipsam: Candelabrū cū vasis ꝛ vtensilib⁹ suis. i. Intellect⁹ cū ptinētib⁹ ad ipsū: Altare thimiamatis ꝛ Altare holocausti. i. cor pfectorū ꝛ cor penitentiū. Suppellex ad eorū cultū ptinens. i. sensus deseruiētes anime: Aaron ꝛ filij eius. i. spirit⁹ rōnalis ꝛ cōtēplatiuus siue deo dedicatus ꝛ oīa eius opera. ¶ Nā per vnctionem predictarū virtutū sanctificant̄ ꝛ sanctificata sunt oīa p̄dicta. ¶ Et notandū Qꝫ vt dicit lyra Exo.30. Ista nō erāt vngēda p totū qꝛ q̄ntitas p̄dicti vnguēti non sufficeret. Sꝫ in q̄libet angulo cū digito intincto in vnguēto fiebat q̄dam figura ad modū Caph greca. ¶ Sic mistice christus q̄si alter moises cū digito sp̄us sancti intincto in vnguēto p̄noiatarū virtutū vnxit aīam rōnalē q̄si tabernaculū in angulis q̄tuor ꝟtutū cardinalium. Et cor humanū q̄si altare holocausti in angulis quattuor passionū principalium vꝫ spei: gaudij. timoris ꝛ doloris: Et sanctificauit illud ꝛ ad suū obsequiū quasi ad sacerdotium spirituale cōsecrauit.

¶ 3. preceptū est De singularitate isti⁹ sacre vnctionis. ¶ Nā ista vnctio erat singularis ꝛ solū diuino cultui deputata. ¶ De qua singularitate scribit̄ Exo.30. Filijs quoqꝫ israel dices. Hoc oleū vnctionis sanctū erit mihi in generatiōes vestras. ¶ Sic moraliter loquēdo vnctio p̄dicta ex virtutib⁹ supranoiatis ꝛ gr̄a diuina confecta solūmō cultui diuino est deputata: qꝛ solū existētes in dei gr̄a vnguntur ex ea. Et ista vnctio pseuerat in gn̄ationes qꝛ eadē vnctione ꝛ eadē gratia diuina eisdēqꝫ virtutib⁹ oēs iusti ꝛ deo dedicati sanctificant̄.

¶ 4. p̄ceptū est De ei⁹ ꝓhibitiōe. ¶ Nā erat prohibitū hoībus deo nō cōsecratis vngi ex ea: ꝛ erat ꝓhibitū facere aliō vnguētū ex eisdē reb⁹ ꝛ in eadē proportione. Sed ex alijs reb⁹ ꝛ etiā ex eisdem in altera ꝓportione nō erat ꝓhibitū fꝫ lyrā Exo.30. ¶ Ubi scribit̄ Caro hoīs nō vnget̄ ex eo: ꝛ iuxta cōpositionē eius nō facietis aliud qꝛ sanctificatū est ꝛ sanctum erit vobis. Et sicut ibidē dicit lyra Soli reges ꝛ sacerdotes vngebātur eo vnguēto qꝛ q̄ntū ad officiū sunt supra hoīes qꝛ medij inter deū ꝛ populū. ¶ Moraliter ex vnguento p̄dictarum ꝟtutū nō vngitur caro hoīs: qꝛ viri carnales ꝓut sunt luxuriosi: gulosi: accidiosi: inuidi: emuli: iracūdi ꝛ siles vicia carnis

nis sequentes prefacta vnctione vngi nō merentur Sed ex eo vnguntur sacerdotes diuino cultui deputati idest viri iusti deo per gratiam dedicati: qui sunt sacerdotes idest sacra dātes: sacra dos: sacra docentes: Unguntur etiam ex eo reges idest viri sancti: qui motus sensualitatis bene regere et subdere sciūt Unde et reges appellari merentur et sacerdotes. j. Petri. 2. Uos autem genus electum Regale sacerdotium: Gens sancta: populus aquisitiōis: vt virtutes annuncietis eius qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum: Et caro hominis non vngetur ex eo: quia Istud vnguentum sanctificatum est et sanctuz erit vobis: caro auteȝ non est sancta ad Ro. 7. Scio quia nō habitat in me hoc est in carne mea bonum. Et quia vncti tali vnguento erant deo grati: qui auteȝ secundum carnem viuunt deo placere non possunt: ad Ro. 8. Sapientia carnis inimica est deo: Legi enim dei non est subiecta: nec enim potest: Qui auteȝ in carne sunt deo placere non pñt.

¶ .5. preceptum est De eius credulitate quid scilicet tenendum et credenduȝ sit de ista sacra vnctione. ¶ Nam credendum est talem moralem vnctionem nō posse competere nec cōicari nisi iusto: fideli: et deo grato. Et qui crederet oppositum per vicium infidelitatis separatur a populo suo. Et hoc est ꝙ scribitur de ea Exo. 30. Homo quicunqȝ tale cōposuerit et dederit ex eo alieno exterminabitur de populo suo. ¶ Mistice homo facit talem compositionem et dat alieno: quando quis credit talem congeriem virtutum prenominatarum cum vnctione diuine gratie posse competere peccatori existenti in peccato: vel infideli et a dei via alienato. Quod est impossibile: cum omnis ex ea vnctione vnctꝰ sanctificetur: Sic autem peruerse credens exterminatur de populo suo: quia per vicium infidelitatis et erroris a dei populo fit alienus et longinquus. Ex his omnibus patet quomodo cor humanum spirituali vnctiōe quasi Altare holocausti domino consecratur et sanctificatur: Uenite ergo ascendamus ad mōtem domini et docebit nos vias suas.

¶ De septem oblationibus Spiritus rationalis per gratiā renouati. Cap. 41.

Venite ascendamus ad monteȝ domini et docebit nos vias suas. ¶ Scribuntur hec verba Leui. 9. Facto auteȝ octauo die vocauit Moises Aaron et filios eius ac maiores natu israel dixitqȝ ad Aaron: Tolle de armento vitulum pro peccato. Et Arietem in holocaustū vtrumqȝ immaculatum: et offer illos coram domino. Et ad filios israel loqueris: Tollite hyrcum pro peccato: et vitulum atqȝ agnum anniculum et sine macula in holocaustum: Bonuȝ et arieteȝ pro pacificis: Et immolate eos coram domino: in sacrificio singulorum similam conspersam oleo offerentes: Hodie eniȝ dominus apparebit vobis: hec ibi. ¶ Facta et completa consecratione ipsius Aaron et altaris holocausti: precepit moises Aaron in die octaua sue cōsecrationis et filiis israel vt offerent victimas domino promittens ꝙ eadem die dominus illis apperet: Obtulerunt autem septem animalia videlicet Uitulum pro peccato: Arietem in holocaustum: Hircum pro peccato populi: Uitulum in holocaustum: Agnum in holocaustum: Bonem pro pacificis: Et arietem pro pacificis sicut patet Leui. 9.

Et cum his etiam obtulit Similam conspersam oleo: frixam in sartagine et calidam sicut patet Leui.6.et.9.
¶ Mistice loquendo postquam spiritus rationalis est deo consecratus: Et cor humanum per spiritualem unctionem gratie et virtutum prefatarum quasi altare holocausti est sanctificatum et diuino cultui dedicatum: debet in corde sic sanctificato quasi in altari holocausti consecrato: deo suo septem spiritualia offerre sacrificia: que per septem predictas victimas designantur. ¶ Quorum proprietas et ordo patebit comparando et discurrendo per singulas victimas.
¶ p° Aaron immolauit vitulum pro peccato suo. ¶ Unde scribitur Leui.9. Statimque Aaron accedens ad altare immolauit vitulum pro peccato suo: Cuius sanguinem obtulerunt ei filii sui: in quo tingens digitum tetigit cornua altaris et fudit residuum ad basim eius: Adipemque et renunculos ac reticulum iecoris que sunt pro peccato adoleuit super altare sicut preceperat dominus Moisi: Carnes et pellem eius extra castra combussit igni hec ibi. ¶ Sic moraliter spiritus rationalis per gratiam diuinam renouatus et deo spiritualiter consecratus: debet deo offerre in altari cordis Austeritatem penitentie: dolendo de suo peccato commisso: Sicut et Aaron immolauit vitulum pro peccato suo quod fecerat fabricando vitulum conflatilem Exo.32. Hoc enim fecit aaron in memoriam sui peccati commissi vt dicit Lyra Leui.9. Sic homo a peccato per gratiam liberatus debet peccatum suum ad memoriam reuocare et de ipso intrinsecus per penitentiam dolere. ¶ Filij Aaron ministrantes obtulerunt ei sanguinem: quia sensus interiores et intellectus representant reatum ipsi spiritui. ¶ Spiritus vero tingit digitum in sanguine et tangit quattuor cornua altaris: quando ex diligenti consideratione quattuor cordis passiones rectificat: videlicet sperando de non recidiuatione Gaudendo de liberatione: Timendo dei iustitiam. Dolendo ob culpam commissam. ¶ Fundit residuum sanguinis ad basim altaris: quando ex consideratione sui reatus amorem qui est omnium passionum radix rectificat et sanctificat. ¶ Adipem et renunculos ac reticulum iecoris que sunt pro peccato adolet super altare: quando dulcedinem ac delectationem peccati: que per adipem et renunculos et reticulum designatur: In corde quasi super altare cum igne doloris: et amaritudinis concremat comburit et consumat. ¶ Carnem et pellem vituli extra castra comburit igni: quando occasionem et incentiuum peccandi ex vehementia doloris procul abiicit et repellit. ¶ Hoc vitulum penitentie et amaritudinis offerebat Ezechias rex Juda: quando et ab infirmitate et a peccatis sanatus dicebat Esa. 38. Tu autem eruisti animam meam vt non periret Proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee. Ecce vitulum penitentie Ecce vitulum pro peccato. Ecce primum sacrificium offerendum a spiritu reconciliato. ¶ Hoc Primum sacrificium respicit peccata commissa. Et hic vitulus erat immaculatus quia penitentia debet fieri sine commissione alterius criminis. Et immolabatur coram domino quia fieri debet cum recta intentione. ¶ Hoc igitur primum sacrificium respicit Peccata nostra commissa.
¶ .2. Immolauit Arietem in ho-

locaustum. ¶ Unde scribitur de eo Leui. 9. Immolauit & holocausti victimam. Obtuleruntq; ei filij sui sanguinem eius: quem fudit per altaris circuitum: Ipsam etiam hostiam in frustra concisam: cum capite & membris singulis obtulerunt: Que omnia super altare cremauit igni: Lotis prius aqua intestinis & pedibus Hec ibi. ¶ Sic moraliter spiritus rationalis debet secundo loco deo offerre soliditatem patientie que per arietem in holocaustum significatur: Aries enim est fortis & robustus inter oues: Quando ergo mentis: & corporis fortitudinem ad sufferendas propter diuinum honorem tribulationes submittimus: tunc arietem in holocaustum immolamus. ¶ Filij Aaron ministrantes in diuino sacrificio sunt intellectus & sensus: qui sunt liberi per participationes: & voluntati siue libero arbitrio famulantur in diuino seruitio. ¶ Isti offerunt sanguinem ipsi Aaron quando accerbitatem passionis & tribulationis considerantes eam voluntati representant. ¶ Aaron sanguinem per circuitum altaris fundit quando ipsam tribulationem pro deo acceptare dispon t. ¶ Filij offerunt hostiam in frusta concisam cum capite & membris singulis: quando intellectus: & sensus voluntati nostre ostendunt & principium tribulationis: & medium & finem: & singulas eius partes. ¶ Sed Aaron hec omnia super altare cremat igni: quando voluntas nostra igne diuini amoris inflammata: omnes tribulationes in corde suo cum solida patientia concremat consumit & puluerizat. ¶ Sed tamen prius intestina & pedes lauantur aqua. Quia ad hoc q; tribulatio exterior sit nobis proficua & deo grata lauari debent eius intestina idest cogitationes ne sinistrum aliquid cogitemus contra persecutores & tribulantes. Lauari debent & pedes idest desideria ne malum nostris inimicis & persecutoribus cupiamus. Et hoc modo deo gratum solide patientie offerimus holocaustum. ¶ Hoc sacrifitium solide patientie domino offerebat Dauid: quando Absalonis filij sui persecutionem: & expulsionem de regno: ac Semei maledictionem patientissime tollerans dicebat. 2. R. 16. Dimitte eum vt maledicat iuxta preceptum domini: si forte respiciat dominus afflictionem meam & reddat mihi dominus bonum pro maledictione hac hodierna. ¶ Et Congrue secundo loco offertur sacrificium patientie: quia post peccata commisa & per penitentiaz deleta solent occurrere aduersa: in quibus neccessaria est patientia. ¶ Hoc igitur secundum sacrificium respicit Aduersa que solent pro peccatis occurrere.

¶ 3. Immolauit hyrcum pro peccato populi. ¶ Unde scribitur Leui. 9. Et pro peccato populi offerens mactauit hyrcum. Et secundum liram ibidem: Ideo hyrcus pro peccato populi mactabatur quia hircus est animal fetidum ideo denotat grauitatem & fetorem peccati multitudinis populi quia Sic bonum q̃to cõmunius tanto est diuinius Ita peccatum q̃to cõmunius tanto est deterius. ¶ Sic moraliter spiritus rationalis tertio loco debet deo offerre sacrificiuz abstinentie: & sobrietatis que per immolationem hirci designatur: Nam hircus est animal fetens & rigiduz siue hyspiduz: Gula etiam & crapula: & ebrietas corpus hominis fetens reddunt Sobrietas vero & abstinentia faciunt corpus rigidum: Quando ergo

voluntas nostra gulam refrenat: Quando omnes sensus ab illatis sensationibus restringit: tunc immolat hyrcum pro peccato populi idest pro peccatis omnium sensuum: qui multipliciter peccauerunt: et nomine populi censentur: Peccant enim multipliciter sensus nostri Audiendo: videndo: odorando: gustando et tangendo quasi populus rebellis contra dominum: Sed pro eorum peccato immolandus est hyrcus et restringenda gula crapula et ebrietas per virtutem abstinentie et ieiunii: quia sic relaxatur pena peccati. ¶ Hunc hircum abstinentie et ieiunii immolauit domino Achab Rex israel pro homicidio et inuasione possessionis Naboth et ideo deus temperauit ei penam promissam Unde dicitur. 3. Re. 21. Itaque cum audisset Achab sermones istos scidit vestimenta sua et operuit cilicio carnem suam ieiunauitque et dormiuit in sacco et ambulauit demisso capite. Et factus est sermo domini ad Heliam tesbitem dicens: Nonne vidisti humiliatum Achab coram me: Quia igitur humiliatus est mei causa non inducam malum in diebus eius. ¶ Hoc tertium sacrificium respicit corpus quod per abstinentiam maceratur.

¶ 4. Immolauit Uitulum in Holocaustum. ¶ Unde scribitur Leui. 9. Expiatoque altari fecit holocaustum: addens in sacrificio libamenta que pariter offeruntur et adolens ea super altare. Et secundum liram Leui. 9. Iste vitulus fuit oblatus in holocaustum pro vitulo conflatili: in quo peccauit multitudo populi Exo. 32. ¶ Sic moraliter spiritus rationalis quarto loco debet deo immolare sacrificium Maturitatis et grauitatis que per immolationem vituli in holocaustum designatur: Uitulus enim est animal gesticulosum et mobile et saltatiuum Unde dicitur Mala. 4. Egrediemini et salietis sicut vitulus de armento: Et homo quam pluries per huiusmodi gesticulationem in saltibus corporis: in motione manuum et aliorum membrorum: et in verbis et actibus scurrilibus diuinam maiestatem offendit: Quando ergo voluntas nostra leues gestus et scurriles per maturitatem: et debitam grauitatem occidit: tunc vitulum deo in holocaustum immolat. Et sicut Aaron immolauit vitulum pro populo qui luserat et saltauerat ante vitulum conflatilem Exo. 32. Sic spiritus rationalis per gratiam renouatus pro leuibus et scurrilibus gestis debet maturitatis et grauitatis domino vitulum immolare ¶ Sed contra hoc multi faciunt tam religiosi quam seculares: qui post conuersionem et penitentiam iterum reuertuntur ad dissolutiones: lusus et cantus sed male finiunt vitam suam Job. 21. Infantes eorum exultant lusibus: Tenent tympanum et cytharam et gaudent ad sonitum organi: Ducunt in bonis dies suos et in puncto ad inferna descendunt. ¶ Hunc Maturitatis vitulum immolabat Sarra vxor thobie que in oratione domino dicebat. Tho. 3. Numquam cum ludentibus miscui me: Neque cum his qui in leuitate ambulant participem me prebui. ¶ Hoc quartum respicit Animam.

¶ 5. Immolauit Agnum anniculum immaculatum in holocaustum. ¶ De quo dicitur Leui. 9. Tollite hircum pro peccato. Et vitulum atque agnum anniculum sine macula in holocaustum. Et secundum liram ibidem. Iste agnus immolatus fuit in holocaustum in memoriam agni pascalis: pro cuius immolatione fuerunt saluati ab angelo percuti

ante primogenitos egipti Exo.12. ¶ Sic mistice quinto loco spiritus rationalis per gratiam renouatus debet deo sacrificium immolare simplicitatis et innocentie que per agnum designatur. ¶ Nam agnus nemini nocet Neminem impetit: nec pedibus sicut equus: nec dentibus sicut vrsus: nec cornibus sicut taurus. Sic innocens nullum offendet pratis desideriis aut machinationibus que per pedes designantur: Nec verbis que per dentes: Nec operibus que per cornua significantur. Et talis innocens dignus est eterna requie dicente propheta in psal.23. Quis ascendet in montem domini: Aut quis stabit in loco sancto eius. Innocens manibus quo ad opera. Et mundo corde quo ad desideria. Qui non accepit in vano animam suam nec iurauit in dolo proximo suo quo ad verba. Et Job.22. Saluabitur innocens: saluabitur autem mundicia manuum suarũ. ¶ Hec autem innocentia consistit in non irrogando malum proximo. ¶ Hunc agnũ innocentie: et simplicitatis immolauit Job deo affirmans se nullum proximum offendisse Job.31. Et capi.27. dixit Donec deficiam non recedam ab innocentia mea: Justificationem meam quam cepi tenere non deseram. Neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea. Sed multi faciunt contrarium: quia cum astutia semper erga proximum malum machinantur. ¶ Hoc quintum sacrificium respicit proximũ nostrum.

¶.6. Immolauit Bouem in hostiam pacificam. ¶ De quo scribitur Leui.9. Immolauit et bouem atque arietem hostias pacificas populi. ¶ Sic mistice spiritus rationalis per dei gratiam renouatus debet sexto loco deo immolare sacrificium sollicitudinis et industrie in bene operando et multiplicando opera bona. Hec autem sollicitudo bonorum operum signatur per bouem: Bos enim est animal laboriosum et vtile: scindens terram et eam disponens ad fructificandum et ideo significat sollicitudinem et industriam in bonis operibus multiplicandis: ¶ Ad istam sollicitudinem et industriam multiplicandi opera bona hortatur Sapiens dicens Eccl.9. Quodcumque facere potest manus tua instãter operare quia nec opus nec ratio nec sapientia: nec scientia est apud inferos quo tu properas. ¶ Ad istam sollicitudinem bene operandi nos hortatur Petrus apostolus dicens.2. petri.1. Qua propter fratres magis satagite vt per bona opera certam vestram vocationem et electionem faciatis: Quando ergo spiritus rationalis per gratiam a peccatis resuscitatus ex recognitione tanti beneficii: et ad obtinenda plura merita in futurum apud deum: sollicitatus cum industria ad multiplicanda opera bona: tunc spũaliter deo bouem immolat in hostiam pacificam que ob impetrata vel impetranda beneficia offerebatur. ¶ Hunc Bouem et hanc hostiam sollicitudinis et industrie in bene operando immolabat Paulus post conuersionem suam dicens.2.ad Cor. 11. In laboribus plurimis: in carceribus habundantius: in plagis supra modum In mortibus frequenter: preter illa que extrinsecus sunt: instantia mea cotidiana: Sollicitudo omnium ecclesiarum: Quis infirmatur et ego non infirmor: Quis scandalizatur: et ego non vror: Sed multi opposito modo se habent qui post conuersionem efficiuntur inertes: et pigri. ¶ Istud sextum sacrificium respicit opera bona peragẽda.

¶.7. Immolauit Arietem in hostiam pacificam. ¶De quo dicitur Leui.9. Immolauit: et bouem atque arietem hostias pacificas populi. ¶Sic mistice spiritus rationalis per gratiam renouatus debet deo sacrificium Prudentie: et perspicacitatis immolare: Que per arietem designatur: Nam non sufficit operari bonum: nisi et malum prudenter caueatur: Aries enim est dux ouium et quia ad duces: et rectores aliorum spectat esse prudentes: vt sciant alios regere: et mala populi precauere: Ideo per arietem immaculatum intelligitur Prudentia: et perspicacitas in precauendis malis. Quando ergo spiritus rationalis per gratiam renouatus prudenter et perspicaciter studet a malis precauere: tunc arietem in hostiam pacificaz deo sacrificat. ¶Ad istud sacrificium prudentie in precauendo mala nos hortabatur Paulus apostolus quando dicebat ad Ephe.5. Nemo vos seducat inanibus verbis: propter hec enim venit ira dei in filios diffidentie: Nolite ergo effici participes eorum: Eratis enim aliquando tenebre nunc autem lux in domino: vt filii lucis ambulate. Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum: Uidete itaque fratres quomodo caute ambuletis: non quasi insipientes sed vt sapientes redimentes tempus quoniam dies mali sunt: Propterea nolite fieri imprudentes: sed intelligentes que sit voluntas dei: Et nolite inebriari vino in qua est luxuria etc. Sed multi postque surrexerint a peccatis parum precauent a periculis. ¶Hoc prudentie et perspecacitatis in precauendis malis sacrificium deo immolabat apostolus Paulus: quando de seipso dicebat .j. Cor.9. Ego autem sic curro non quasi in incertum: Sic pugno non quasi aerem verberans: Sed castigo corpus meum: et in seruitutem redigo: ne cum aliis predicauerim ipse reprobus efficiar Hec ille. ¶Et istud septimum sacrificium respicit mala precauenda.

¶.8. cum predictis sacrificijs de animalibus obtulit Aaron in die consecrationis sue: Quedam alia que dicuntur libamenta. ¶Unde dicitur Leui.9. Addens in sacrificio libamēta que pariter offeruntur. Et ista fuerunt Simila cōspersa oleo: Frixa in sartagine: Et calida. ¶De qua scribitur Leui.6. Locutusque est dominus ad Moisem dicens Hec est oblatio Aaron et filiorum eius quam offerre debent domino in die vnctionis sue: Decimam partem Ephi offerent simile in sacrificio sempiterno: Medium eius mane: et medium eius vespere: Que in sartagine oleo conspersa frigetur: Offeret autem eam calidam in odorem suauissimum domino: sacerdos qui iure patri successeris: et tota cremabitur in altari Omne enim sacrificium sacerdotum igne consumetur: Nec quisque comedet ex eo. ¶Sic mistice spiritus rationalis per gratiam renouatus: et ad dei obsequium dedicatus debet cum predictis sacrificiis vt sint deo grata offerre libamenta. ¶p. Similam idest Mentis puritatem que per similam designatur que est farina purgatissima: sine qua mentis puritate nulla deo sunt grata sacrificia Et hoc quo ad ipsum offerentem. ¶.2. Oleum cum predicta simila mixtum idest pietatem hylarem: que per oleum designatur: Oleum enim significat letitiam iuxta illud psal. Unxit te deus deus tuus oleo letitie: Et ista letitia requiritur in operibus pietatis. 2. ad Cor.9. Hylarem enim datorem diligit deus. Et hoc

quo ad proximum. ¶ 3. Frixam si= milam cum oleo in sartagine idest ze= lum diuine iustitie: que per frixionem in sartagine designatur: Nam pietas es set nimis remissa si non adesset zelus iustitie. Et hoc quo ad deum. ¶ 4. Debet offerre calidam idest cum ca= lore caritatis. Sine qua non prosunt quelibet opera iustitie. j. Cor. 13. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas: Et si tradidero cor= pus meum ita vt ardeam: Caritatem autem non habuero nihil mihi pro= dest.

¶ 9. Post hec omnia sacrificia apparu it gloria domini omni multitudini. ¶ Unde scribitur Leui. 9. Et ecce i= gnis egressus a domino deuorauit ho= locaustum et adipes: qui erant super al tare: quia post pdicta omnia sacrificia spiritus sanctus qui ignis est descen= dit in cor renouatum inflammans: et comburens illud igne diuine caritatis. ¶ Hec omnia predicta possunt applica ri nouo sacerdoti: qui in die consecra= tionis sue talia spiritualiter sacrificia deo debet offerre: qualia obtulit Aa= ron in die consecrationis sue Uenite er go ascendamus ad montem domini: et docebit nos vias suas.

¶ De septem spiritualibus sacrificiis super altare cordis domino spirituali= ter immolandis. Cap. 42.

Venite ascenda mus ad montem domini: et docebit nos: vias suas. ¶ Scribuntur hec verba Leui. j. Uocauit autem do= minus Moisem: et locutus est ei de tabernaculo testimonii dicens: Lo= quere filiis israel: et dices ad eos: Ho= mo qui obtulerit ex vobis hostiam do mino de pecoribus idest de bobus: et ouibus offerens victimas: Si holoca= ustum fuerit eius oblatio: Hec ibi.

¶ Notandum q sicut colligitur ex li= bro leuitico super altare holocausti qd significat cor humanum septem gene= ra sacrificiorum deo immolabantur: et offerebantur: videlicet sacrificium Ma tutinum: Holocaustum. Hostia paci= fica: Hostia pro peccato: Oblatio de re bus aridis: Libamenta de rebus li= quidis: Et sacrificium vespertinum. Et significant septem spiritualia sacrificia: que in altari cordis nostri deo sunt im molanda: Quorum distinctio et propri tates patebunt comparando et discur= rendo per singula.

N. + 7. sacrificiorum quae olim.

¶ Primum sacrificium quod deo offe rebatur a summo sacerdote Aaron su per altare holocausti erat Sacrificium Matutinum quod fiebat in mane: ¶ De quo dicitur Exo. 29. Hoc est quod facies in altari. Agnos annicu= los duos per singulos dies iugiter: vnũ agnum mane et alterum vespere: De= cimam partem simile consperse oleo tu so: quod habeat mensuram quartam partem hin: et vinum ad libandum e= iusdem mensure in agno vno. ¶ Et Nũeri. 28. de eodem sacrificio matu= tino dicitur. ¶ Hec sunt sacrificia que offerre debetis: Agnos annicu= los immaculatos duos cotidie in ho= locaustum sempiternum: vnum offe= retis mane: et alterum ad vesperum: Decimam partem Ephi simile: que conspersa sit oleo purissimo: et habeat quartam partem hin Et libaminis vi= ni quartam partem hin per agnos sin= gulos in sanctuario domini: hec ibi.

¶ Et de eodem scribitur Leui.9. Absq̃ cerimoniis holocausti matutini: Et de illomet dicitur Leui.6. Ignis in altari meo semper ardebit quem nutriet sacerdos subiiciens ligna mane per singulos dies ꝛ imposito holocausto d̃ super ꝛc̃. ¶ Ubi notandum secunduz Nicolaum de lyra in locis preallegatis: Quod sacrificium matutinum diceba tur Iuge sacrificium: iuge holocaustuz Dicebatur matutinum quia offerebatur mane ante ortum solis vt dicit Josephus ꝛ precedebat omnia alia sacrificia ꝛ erat primum sacrificium quod in die deo offerebatur. ¶ Dicebatur iuge sacrificium quia fiebat cotidie in mane nec vnq̃ pretermittebatur propter aliud sacrificium: nec propter aliquam solemnitatem occurrentem: nec etiam in die sabbati: Nam singulis diebus offerebatur. ¶ Dicebatur iuge Holocaustum Numeri.28. quia agnus qui offerebatur: offerebatur in holocaustum quia totus incendebatur. ¶ In hoc sacrificio Matutino offerebatur agnus anniculus sine macula idest sine defectu aliquo membrorum: non autem sine varietate colorum. ¶ Offerebatur cuz agno decima pars Ephi simile consperse cum oleo puro trito cum pilo. ¶ Offerebatur etiam vini quarta pars Hin: Et vt dicit Josephus sacerdos omni mane ponebat super altari holocaustorum duo ligna parua ad continuanduz ignem perpetuo in altari Et post superponebatur Holocaustum sicut recitat Lira. supra Leui.6. ¶ Mistice spiritus rationalis in altari cordis debet d̃o cotidie ante omne aliud offerre: ꝛ immolare sacrificium recte intentionis: omnia dirigendo in ipsum deum Et ista significatur per sacrificium matutinum. ¶ Nam sicut illud sacrificium precedebat omnia alia ꝛ fiebat in principio diei ante ortum solis: Sic intentio recta precedere debet omnia opera nostra. Et fieri debet ante initiuz cuiuslibet operis nostri quasi ante ortum mistici solis. Et sicut sacrificium matutinum singulis diebus fiebat sine intermissione. Sic intentio recta in singulis diebus ymo si fieri potest in singulis operibus reiterari debet. ¶ Et dicebatur holocaustum: quia totus agnus incendebatur ad honorem diuinum: Sic intentio nostra tota debet referri ad honorem diuinum non partim ad deum ꝛ partim ad homines. ¶ Sed in isto sacrificio offerebatur agnus qui' est animal simplex: quia intentio nostra simpliciter ꝛ sine duplicitate debet in deuz dirigi. ¶ Sed cum ista simplici ac recta intentione debemus offerre similaz que est faria purgatissima idest mentis mundiciam. Et oleum purissimum idest deuotionem ꝛ pietatem ad ipsum deum. Et vinum idest zelum diuini honoris ꝛ glorie. Et supponere omni mane duo ligna parua idest christum ꝛ virginem ipsos ad cor nostrum reuocando ꝛ intentionem nostram in ipsos dirigendo. ¶ Ad istud sacrificium matutinum recte intentionis nos hortabatur Paulus apostolus quando dicebat ad Col.3. Omne quodcunq̃ facitis in verbo aut in opere: omnia in nomine domini nostri iesu christi facite. ¶ Hoc sacrificium matutinum recte intentionis docuit nos facere christus iesus in nostris ieiuniis dicens Mat.6. Tu autem cuz ieiunas vnge caput tuum: ꝛ faciem tuam laua: ne videaris hominibus ieiunans/ sed patri tuo qui est in absc̃odito. Et in nostris persecutionibus dicens Mat.5. Beati estis cum maledixerint vobis homines: ꝛ persecuti vos fu-

rint: τ dixerint omne malum aduersus vos mentientes propter me. Et in nostris elemosinis: τ abiectione temporalium dicens Mat.19. Omnis qui reliquerit domum vel fratres aut sorores aut patrem aut matrem aut vxorē aut filios aut agros propter nomen meum: centuplum accipiet τ vitam eternā possidebit. ℭ Et merito Istud sacrificiū recte intentionis est matutinum: τ primum omnium: quia ex bonitate ipsius omnia alia sacrificia efficiuntur bona: τ deo grata: τ ex eius malicia omnia viciantur dicente veritate Mat.6. Si oculus tuus idest intentio simplex fuerit totum corpus tuum idest opus lucidū erit: Si autem oculus tuus fuerit neq̄ totum corpus tuum tenebrosum erit. ℭ Hoc sacrificiū intentionis recte deo offerebat propheta quando dicebat in Ps.122. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in celis: Ecce sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum Et sicut oculi ancille in manibus domine sue vt scilicet ei placeat τ suam exequatur voluntatem: ita oculi nostri ad dominum deum nostrum donec misereatur nostri. ℭ Hoc est ergo primum τ matutinum τ iuge sacrificium nullo impedimento pretermittendum: quod in altari cordis nostri est immolandū videlicet Intentio recta τ munda in deum Et hoc est cōtra multos qui nunq̄ vel raro intentionem in deum dirigunt: Et dicunt q̄ ideo non dirigunt intentionem in deum quia non recordātur: sed contra istos est quia sacrificium matutinum nulla occasione poterat preter mitti.

ℭ 2. erat holocaustum. ℭ De cuius natura τ condicionibus expresse tractatur Leui.j. Ubi dicitur Si holocaustū fuerit eius oblatio: ac de armento masculum immaculatum offeret ad hostium tabernaculi testimonii ad placandum sibi dominum τc. ℭ Et sicut dicit ibi Lyra dicitur holocaustum sacrificium totaliter incensum ad honorem diuinum τ dicitur ab Holon quod est totum τ cauma quod est incendiū: Et per hoc designabatur: q̄ anima offerentis debebat totaliter resolui seu refferri ad honorem siue ad amorem diuinū Et hoc sacrificium erat deo gratissimū super omnia alia sacrificia: vnde vocatur oblatio suauissimi odoris domino Leui.j. Holocaustum est τ oblatio suauissimi odoris domino. ℭ Mistice spiritus rationalis in altari cordis debet secūdo loco deo offerre: τ imolare sacrificium siue holocaustum diuine dilectionis ipsum deum totis viribus diligendo. Et ista dilectio per holocaustum figuratur. Nam sicut holocaustum totum incendebatur: sic tota anima debet amore diuino succendi: τ comburi: Et sicut holocaustum offerebatur solum ad honorem diuinum: sic diuina dilectio debet esse solum propter bonitatem diuinam. Et sicut holocaustum erat deo gratissimum: τ suauissimum super omnia alia sacrificia: sic diuina dilectio τ caritas est deo super omnia alia opera gratissima τ accepta. ℭ Ad istud holocaustum diuine dilectionis offerendum hortatur Moises dicens Deutero.6. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo: τ ex tota anima tua τ ex tota fortitudine tua. O beata anima que tale holocaustum frequentat sed multi in corde suo diabolo immolant holocaustum odii: rancoris: inuidie. iracundie τc̄. ℭ Istud holocaustum immolare volebat Dauid quando in psal.17. dicebat Diligam te domine fortitudo mea: Dominus fir-

mamētū meū ꝛ refugiū meū ꝛ liberatoꝛ meus.

¶ 3. erat Hostia pacifica. ¶ De qua scribitur Leui. 3. Quod si hostia pacificorum fuerit eius oblatio ꝛ de bobus voluerit offerre: marem siue feminam: immaculata offeret coꝛam domino ꝛc. Et sicut dicit Lira ibidem Istud sacrificium non erat ita perfectum sicut holocaustum: ideo poterat in eo offerri non solum masculus: sed ꝛ femina Et fiebat pro beneficii impetratione Et si beneficium iam erat obtentum: tale sacrificium dicebatur Gratiarum actio: Si autem obtinendum postulatio. Et ideo vocabatur hostia pacifica: quia quando deus exhibet beneficium homini videtur ei pacificatus: similiter homo recipiens beneficium postulatum pacificatur in animo quia suum desiderium adimpletur. ¶ Mistice spiritus rationalis debet in altari cordis sui tertio loco deo immolare sacrificium deuote orationis Et debite gratiarum actionis ¶ p̄ de beneficiis iam receptis debet offerre sacrificiū gratiarum actionis: deo magnifice gratias in corde referendo: iuxta illud apostoli ad Collo. 3. Super omnia autem hec caritatem habete qđ est vinculum perfectionis Et grati estote. ¶ Hoc sacrificium gratiarum actionis deo immolabant iudei de magnis periculis ab ipso liberati dicentes. 2. Macha. j. De magnis periculis a deo liberati magnifice gratias agimus ipsi: vt pote qui aduersus talem regem dimicauimus: sic virgo Maria post beneficium incarnationis receptum: magnifice deo gratias egit dicens Luc. j. Magnificat anima mea dominum. ¶ 2. pro beneficiis impetrandis debet deo sacrificium immolare deuotissime orationis iuxta illud saluatoris Mat. 7. Petite ꝛ dabitur vobis: Querite ꝛ inuenietis: pulsate: ꝛ aperietur vobis. ¶ Hoc sacrificium deuote orationis deo immolabat Daniel propheta petēs ab ipso liberationem populi israel a captiuitate babilonica dicens Dan. 9. Et posui faciem meam ad dominum deū meū rogare ꝛ deprecari in ieiuniis: sacco ꝛ cinere Et oraui dominum deū: ꝛ confessus sum ꝛ dixi: Obsecro dn̄e deus magne ꝛ terribilis ꝛc. ¶ Ad hoc geminum sacrificium deuote orationis: Et debite gratiarum actionis nos hortatur apostolus paulus. j. ad thesal. 5. dicens. Sine intermissione orate. in omnibus gratias agite. Hec est enim voluntas dei in christo iesu in omnibus vobis: Sed multi sunt ingratissimi ꝛ orationem quasi pestem abhoꝛrent ꝛ ad gratiarum actionem sopiti sunt.

¶ 4. erat Hostia pro peccato: ¶ De qua scribitur Leui. 4. Locutus est dominus ad Moisem dicens: loquere filiis israel dicens: Anima que peccauerit p̄ ignorantiam: ꝛ de vniuersis mandatis domini que precepit vt nō fierent: quippiam fecerit: Si sacerdos qui vnctus est peccauerit delinquere faciens populum offeret pro peccato suo vitulū immaculatum domino. Et sicut dicit ibidem Lyra Hec hostia offerebatur pro peccati remissione: siue peccatum commissum foret per ignorantiam: siue per passionem seu negligentiam: siue p̄ maliciam. ¶ Mistice spiritus rationalis in altari cordis debet deo immolare sacrificium contritionis ꝛ penitentie: dolendo grauiter de peccatis suis cōmissis siue per ignorantiam siue per negligentiam: siue per maliciam. ¶ Hoc contritionis sacrificiū significatur per hostiam pro peccato: quia sicut per illam hostiam dimittebantur peccata sic per

contritionem ꝛ penitentiam remittun-tur. ¶ Ad istud sacrificium inuitat nos dominus dicens Johel. 2. Conuertimini ad me in toto corde vestro: in ieiunio ꝛ fletu ꝛ plātu. Et scindite corda vestra ꝛ non vestimenta vestra. Et conuertimini ad dominum deum vestrū quia benignus: ꝛ misericors est: patiens: ꝛ multe misericordie ꝛ prestabilis super malicia. ¶ Hoc sacrificium contritionis ꝛ penitentie immolauerunt viri niniuite qui audientes Jone predicationem conuersi sunt a via sua mala ꝛ egerunt penitentiam ꝛ deus liberauit eos Jone. 3. ¶ Sic ꝛ publicanus contritus de peccato suo ꝛ percutiens pectus suum meruit peccati remissionem Luc. 18. ¶ Sed multi nolunt istam hostiam pro peccatis suis offerre: Nec dolent de offensione diuina: sed solum de amissione bonorum temporalium: quia plorāt lacrimis amissa peccunia veris.

¶ 5. erat Oblatio de rebus aridis sicut sunt farina: thus: sal ꝛ huiusmodi. ¶ Nā sicut dicit Lira sup̄ Leui. 6. Sacrificium proprie dicitur de animalib⁹: oblatio vero de aridis inaīatis vt sunt panis: lagna: simila ꝛ huiusmodi: Libamentum vero est de liquidis vt de vino ꝛ oleo. ¶ De hac oblatione dicitur Leui. 2. Anima cum obtulerit oblationem sacrificiū domino. Simila erit eius oblatio: Fundetq; super eam oleum ꝛ ponet thus ac deferet ad filios Aaron sacerdotis ꝛc. ¶ Mistice spiritus rationalis super altari cordis sui debet deo offerre oblationem siue sacrificium deuote meditationis: Que congrue significatur per oblationem siue sacrificium de aridis: Nam sicut arida non sunt pspicua: nec peruia: nec transparentia: sic meditatio que versatur circa corporalia nō est puia: nec multū pspicua: sꝫ opata qꝫ circa corporalia tm̄ versatꝰ. ¶ Cū ḡ spūs rationalis in corde suo habet deuotam meditationem ad deum ordinatam: puta ad cognoscendam diuinam sapientiam: potentiam ꝛ benitatem ꝛ: vel ad aquirendam dei dilectionem: ꝛ deuotionem: tunc in altari holocausti offert domino Oblationem de rebus aridis idest de rebus corporalibus: ꝛ materialibus. ¶ Ad istam deuotam meditationem circa vegetabilia inducebat veritas quando dicebat Mat. 6: Considerate lilia agri quomodo crescunt: Non laborant neque nent: Si ergo fenum agri quod hodie est ꝛ cras in clibanum mittitur deus sic vestit: quanto magis vos modice fidei. Et circa sensitiua quando dicebat Math. 6. Respicite volatilia celi que non serunt neque metunt: neque congregant in horrea: ꝛ pater vester celestis pascit illa: Non ne vos magis pluris estis illis. ¶ Ad meditationem humanitatis Christi inducebat Paulus quando dicebat ad Hebre. 12. Curramus ad propositum nobis certamen: aspicientes in auctorem fidei: ꝛ consumatorem Jesum: qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem: Recogitate eum qui talem sustinuit a peccatoribus contradictionem vt non fatigemini deficientes animis vestris. ¶ Istud sacrificium deuote meditationis in corde suo deo immolabat propheta quando dicebat in psal. 142. Anxiatus est super me spiritus meus: in me turbatum est cor meum: Memor fui dierū antiquorum Meditatus sum in omnibus opibus tuis. ꝛ i factis manuū tuarū meditabar. ¶ Sꝫ multi i cordē suo hn̄t meditatiōes vanas: mūdiales: carnales: aīales: diabolicas ꝛ terrenas: ɔtra q̄s clamat propheta in ps. 2. Quare fre-

inuerunt gentes: et populi meditati sunt inania.

¶ 6: erat Libamentum de rebus liquidis sicut sunt vinum: et oleum. ¶ De quo scribitur Leui. 6. Hec est lex sacrificii et libamentorum que offerent filij Aaron coram domino et coram altari. ¶ Mistice spiritus rationalis debet in altari cordis sui deo immolare sacrificium limpide contemplationis: Que congrue significatur per libamentum de rebus liquidis. Nam sicut liquida sunt perspicua et transparentia: Ita limpida contemplatio est perspicua et luminosa: quia transit omnia corporalia: et in lucem diuine claritatis terminatur. Quando ergo spiritus rationalis omnia corporalia transcendit: Et puro mentis intuitu in speculum superne lucis intendit: Quando omnibus creatis post tergatis: in solum et purum deum figit intellectum: cogitatum: desiderium et affectum: tunc in altari holocaustorum deo immolat libamenta de liquidis. ¶ Ad istud sacrificium limpide contemplationis inuitabat propheta dicens in psal. 61. In deo salutare meum et gloria mea: deus auxilii mei et spes mea in deo est Sperate in eum omnis congregatio populi. effundite coram illo corda vestra: Deus adiutor noster in eternum. ¶ In ista oblatione mistica limpide contemplationis maximam suauitatem et dulcedinem anima degustat Unde clamat propheta in psa. 76. Renuit consolari anima mea scilicet in rebus creatis Memor fui dei et delectatus sum et exercitatus sum et defecit spiritus meus. ¶ Istud sacrificium contemplationis frequentabat propheta qui dicebat in psal. 62. Deus deus meus ad te de luce vigilo: sitiuit in te anima mea quam multipliciter tibi: et caro mea. Sic memor fui tui super stratum meum: in matutinis meditabor in te quia fuisti adiutor meus. ¶ Sed quam plurimi obliuiscuntur deum et toto tempore vite sue contemplantur Aurum et argentum: Logicam: phisicam: mathematicam: methaphisicam: astrologiam: nicromantiam: arithmeticam o miseras hominum mentes: o pectora ceca.

¶ 7. erat sacrificium Uespertinum. ¶ De quo scribitur Exo. 29. Alterum vero agnum offeres ad vesperam iuxta ritum matutine oblationis. iuxta ea que diximus in odorem suauitatis: Sacrificium est domino deo oblatione perpetua in generationes vestras. ¶ Et de eodem scribitur Leui 6. Hec est lex holocausti: Cremabitur in altari tota nocte vsque mane. ¶ Et de eodem dicitur Numeri. 28. Alterum quoque agnum similiter offeretis ad vesperam iuxta omnem ritum sacrificii matutini et libamentorum eius: oblationem suauissimi odoris domino hec ibi. Et sicut dicit Lyra Exo. 29. et Leui. 6. Istud sacrificium fiebat in sero ante solis occasum: et erat vltimum respectu omnium sacrificiorum illius diei. Et dicebatur iuge sacrificium vespertinum: quia non pretermittebatur vlla occasione sicut dicit Lyra Numeri. 28. Et in hoc sacrificio immolabatur agnus in holocaustum cum similia oleo conspersa et vino sicut et in sacrificio matutino quod erat primum omnium sacrificiorum. ¶ Mistice spiritus rationalis in altari cordis debet septimo et vltimo loco deo immolare sacrificium Glorificationis: Reddendo deo gloriam et honorem de omnibus bonis operibus consumatis: et non sibi inaniter: et false gloriam vendicare: iuxta illud saluatoris Luc. 17. Cum feceritis omnia que precepta sunt vobis dicite: Serui inutiles sumus

Quod debuimus facere fecimus. Et ista glorificatio dei bene signatur per sacrificium vespertinum: quia sicut predictum sacrificium erat vltimum omnium sacrificiorum: Sic in omni opere nostro bono vltimum quod agendū superest: est gloriam deo reddere ꝛ gratias referre: quia dedit nobis gratiam perficiendi ꝛ terminandi opus bonū. ❡ Sic gloriam dabat deo Paulus apostolus de gratiis adeo sibi concessis quando dicebat illud. j. Cor. 15. Gratia dei sum id quod sum: ꝛ gratia eius in me vacua non fuit: sed habundantius illis omnibus laboraui Non ego autē sed gratia dei mecum. Et in eodem capitulo dicit Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam per iesum christū dominum nostrum. ❡ Et sicut sacrificium vespertinum nunꝗ̄ intermittebatur: Sic in omni opere nostro cum fuerit completum ꝛ consumatum reddenda est gloria deo ꝛ non industrie nostre. ❡ Et sicut sacrificium matutinum: ꝛ vespertinū erant omnino similia ꝛ vnū iuge sacrificium: sic omnia opera nostra debent a deo incipere ꝛ in deū terminari quia ipse est principium ꝛ finis alpha ꝛ o Apoc. j. ❡ Hanc autem inceptionem ꝛ terminationem operum nostrorum in deum docebat paulus quando dicebat ad Collo. 3. Omne quodcunꝙ facitis in verbo aut in opere: omnia in nomine domini nostri iesu christi facite. quo scilicet ad principium: Gratias agentes deo ꝛ patri per ipsum quantū ad finem. ❡ Istud sacrificium vespertinum Glorificationis diuine immolabat deo Paulus apostolus post suam conuersionem ꝛ gratie diuine collationē dicens. i. ad thimo. j. Regi autem seculorum ꝛ immortali: ꝛ inuisibili soli deo: honor ꝛ gloria in secula seculorum amen. O Beata anima illa: que h: ec septem sacrificia in altari cordis sui deo cotidie imolat: Sꝫ ve illis qui hoꝝ opposita cotidie diabolo imolant: Quoꝝ infinitus est numerus ꝛ dānatio manifesta. Uenite ergo ascendamuꝫ ad montem domini ꝛ docebit nos vias suas.

❡ De decem sacrificiorum generibus: deo nostro spiritualiter immolandis Cap. 43.

Venite ascendamus ad montem domini ꝛ domini ꝛ docebit nos vias suas ❡ Scribūtur hec verba Leui. j. Loꝗ̄re filiis israel ꝛ dices ad eos ꝛ. Homo qui obtulerit ex vobis hostiam domino de pecoribus idest de bobus ꝛ ouibus offeretis victimas. ❡ Secundum sententiam pauli apostoli. j. ad Cor. 10. Omnia in figura cōtingebant illis: scripta sunt autem ad correptionē nostrā: in quos fines seculorum deuenerunt. ❡ Decē autem generalia sacrificia deo fiebāt in lege veteri. ❡ Quinꝙ de quinꝙ generibus animalium videlicet: De bobꝰ: De ouibus. De capris De turturibꝰ ꝛ De columbis: De passeribus autem fiebat oblatio tantum in mundaciōe leprosi Leui. 14. ❡ Alia quinꝙ fiebant de quinꝙ generibus terrenascentium: videlicet De pane: vino: oleo: sale ꝛ thure sicut narrat Nicolaus de lira Leui. j. ꝛ. 2. ❡ Ista autē decem genera sacrificiorum materialium significant decem spiritualia sacrificia que quisꝙ fidelis deo debet offerre in corde suo ꝗ̄si in altari holocausti: Quorum proprietates ꝛ condiciones patebunt comparando ꝛ discurrendo per singula. ❡ pᵐ Sacrificium fiebat deo de bobus ❡ De quo dicit Leui. j. Homo qui ob-

tulerit ex vobis hostiaz domino de pec coribus idest de bobus. si holocaustuz fuerit eius oblatio ac de armento: masculum immaculatum offeret ad hostiũ tabernaculi ed placandum sibi dominum. ¶ Sic primum spũale sacrificiũ deo offerendum est Operatio exterior fructuosa vt videlicet Homo oē opus suum exterius in dei ꝛ honorem ꝛ amorem ꝛ laudem dirigat ꝛ solo dei amore illud incheet ꝛ prosequatur ꝛ terminet. ¶ Et ista exterior operatio significatur per sacrificium de Bobus: Quia sicut Bos est animal laboriosum: subiectum oneribus portandis ꝛ fructuosum in laborando ꝛ euertendo terram: Sic vir exercens propter deuz opera exteriora: dura: laboriosa: ꝛ fructuosa se ipsum quasi bouem i dei sacrificio immolat: vt dicere possit deo illud ps Ut iumentum factus sum apud te Et sic tanꝙ iumentum fructificare facit terram corporis sui ad honorem ꝛ laudez dei. ¶ Ad istam operationem exteriorem quasi ad sacrificium de bobus hortabatur Paulus apostolus chorinthios quando dicebat. 2. ad Cor. 6. Adiuuantes autem exhortamur vos ne in vacuum gratiam dei recipiatis. Ecce nunc tempus acceptabile: Ecce nunc dies salutis: Nemini dantes vllam offensionem: vt non vituperetur ministeriuz nostruz: sed in omnibus exibeamus nosmetipsos sicut dei ministros: in multa patientia: in tribulationibus: in necessitatibus: ꝛc. vsqꝫ possidentes. ¶ Sed plurimi sacrificium de bobus offerunt carni ꝛ non deo quia propter carnis concupiscentiam faciandam mirabilia operantur exterius: Alij immolant boues mundo: quia propter mundi honores exercent durissima ac laboriosa: Alij immolant mamone qui propter diuitiarum amorem stupenda foris exercent: Alij immolant diabolo quia propter explenda opera diaboli prout sunt homicidia: superstitiões: incantationes: ꝛ proditiones crudelissima tolerant. ¶ Sed in contrarium clamat Paulus apostolus dicens ad Collo. 3. Omne qḋ cumqꝫ facitis in verbo aut in opere: omnia in nomine domini nostri iesu Christi facite. ¶ Primum ergo sacrificium deo immolandum est exterior operatio.

¶ 2. de Ouibus. ¶ De quo scribitur Leui. 1. Quod si de peccoribus oblatio est: De ouibus siue de capris holocaustum Agnum anniculum ꝛ absqꝫ macula offeret: immolabitqꝫ ad latus altaris quod respicit ad aquilonem coram domino: Et ouis offerebatur cum cauda Leui. 3. ¶ Sic mistice secundum sacrificium deo spiritualiter immolandũ est innocentia mentis interior continua ꝛ perseuerans. Quando videlicet quis propter deum tenet mentem mundam ab omni peccato: ꝛ mala voluntate. ¶ Ista mentis innocentia congrue significatur per sacrificium de ouibus que offerebantur cum cauda: Nam sicut ouis est animal innocens ꝛ neminem ledens: Sic mens innocens neminez querit conturbare: Cauda autem que est finis animalis significat perseuerantiam in ipsa innocentia sine qua nulluz opus est fructuosum. ¶ Quando ergo spiritus rationalis ob diuinum amorem nititur conseruare innocentiam mentis ꝛ animi puritatez expellendo maliciã: dolum: simulationem: ꝛ huiusmodi. Tũc deo offert ouem innocentem ꝛ immaculatã: Unde. j. Petri. 2. Deponentes igitur omnem maliciam ꝛ omnem dolũ ꝛ simulationez ꝛ inuidiam ꝛ omnes detractiones: sicut modo geniti infantes

rationabiles sine dolo lac concupiscite. Et si spiritus rationalis in ista mentis innocentia perseueret vsqz in finē: Tūc offert ouem cum cauda. ¶ Ad hanc innocentiam deo immolandam cum perseuerantia hortabatur omnes christianos Petrus apostolus clamans. 2. Petri. 3. Propter quod carissimi hec expectantes: satagite imaculati et inuiolati ei inueniri in pace. Et dñi nr̄i iesu christi longanimitatem salutem arbitramini. ¶ Hanc ouem mentalis innocentie cuz pseuerātie cauda dño immolabat Job patientissimus dicens Job. 27. Donec deficiā non recedaz ab innocentia mea: Justificationez meā quā cepi tenere nō deseram: Nec. n. reprehendit me cor meum in omni vita mea. ¶ Sed multi immolant diabolo vulpes fraudulētie: duplicitatis: malicie et calliditatis: et ideo ꝓuocant iram dei quia scriptum est Job 36. Simulatores et callidi prouocant iram dei. ¶ Secundū ergo sacrificium deo offerendum est interior mentis innocentia cum perseuerantia.

¶ 3. De capris. ¶ De quo dicitur Leui. j. Quod si de peccatoribus oblatio est: De ouibus siue de capris holocaustum Agnum anniculum et absqz macula offeret. ¶ Sic mistice tertium spirituale sacrificium deo immolandum Est Abstinentia et carnis mortificatio propter deum videlicet Abstinere a cibis et potibus: et corpus debitis disciplinis et laboribus mortificare. ¶ Et bene ista Abstinentia et mortificatio per sacrificium de capris figuratur: quia capra habet exteriorem pellem rigidam. hispidam: et duram: Sic et abstinentia et mortificatio carnis est rigida et dura et carnem rigidam et duraz redit: Quando ergo spiritus rationalis corpus cum abstinentia et ieiunijs aliisqz rigiditatibus castigat et affligit si propter deuz facit Tunc domino capram siue sacrificium de capris immolat. ¶ Hoc sacrificium abstinentie domino immolare cogitabat sapiens quādo dicebat Eccl. 2. Cogitaui in corde meo abstrahere a vino carnem meam vt animum meum transferrem ad sapientiam. ¶ Hoc sacrificium dominus indixit Aaron et omnibus sacerdotibus dicens Leui. 10. Vinum et omne quod inebriare potest non bibetis tu et filij tui: quando intrabitis tabernaculū testimonij ne moriamini. Et Paul° ad Collo. 3. Mortificate ergo membra vestra que sunt super terram. ¶ Hoc sacrificium abstinentie et macerationis deo immolabat Joannes Baptista: qui erat vestitus de pillis camelorum: et locustas comedebat: et Mel siluestre: et habitabat in desertis De quo scribitur Mat. capi. 3. Ipse autem Joannes habebat vestimentum de pillis camelorum: et zonam pelliceam circa lumbos suos: Esca autem eius erat locuste: et mel siluestre. ¶ Sed ꝙ plurimi immolant Belphegor cibaria dedicata potius que suaues: Quibus summa boni est vncta vixisse patella: Quorum finis interitus: Quorum deus venter est: et gloria in confusione: ipsorum qui terrena sapiunt ad phil. 3. ¶ Tertium ergo sacrificium deo offerendum est Abstinentia et Carnis maceratio.

¶. 4. De turturibus maioribus quia sunt meliores et pinguiores ꝙ pulli. ¶ De quo sacrificio dicitur Leui. j. Si autem de auibus holocausti oblatio fuerit domino: De turturibus: et pullis columbe: offeret eam Sacerdos ad altare: Et retorto ad collum Capite ac rupto Vulneris

loco: decurrere faciet sanguinem super crepidinē altaris. ¶ Sic mistice quartum spirituale sacrificium deo immolandum est Castitas et carnis continentia ab illecebris luxurie que sequitur ad abstinentiam et carnis maceracionē. Et ista continentia carnis congrue per sacrificium de turturibus significatur: quia Turtur post mortem primi consortis vt fertur non amplius cum alio carnali copula sociatur: sed in viduitate et continentia et solitudine gemendo: et susurando perseuerat: Sic anima continens et casta post mortem celestis sponsi quasi viduata in solitudine et gemitu perseuerans: carni per sensuales delectationes copulari recusat. Quando ergo quis ob diuinum honorem carnem suam a delectationibus luxurie cohibet: tunc deo sacrificium de turturibus offert. ¶ Ad istud sacrificium deo offerendum monebat apostolus quando dicebat. j. Cor. 7. De virginibus preceptum domini non habeo: Consiliū autem do tanquam misericordiam consecutus a deo vt sim fidelis: Existimo enim hoc bonum esse proter instantem necessitatem: quoniam bonum est homini sic eē: Solutus es ab vxore noli querere vxorem: Qui sine vxore est sollicitus est que domini sunt: quomodo placeat deo. Et mulier innupta et virgo cogitat que domini sunt vt sit sancta corpore et spū. ¶ Hoc sacrificiū continentie et castitatis obtulerūt domino quinq3 virgines sapientes: et ideo ingresse sunt ad celi nuptias Mat. 25. ¶ Sed multi offerunt et sacrificant sues et porcos luxurie Asmodeo: Quorum manifesta sunt opera carnis que sunt Fornicatio: immundicia: impudicitia: luxuria: ydolorum seruitus: Ueneficia Ebrietates: Comessa: iones et hūs similia Et qui talia agunt regnum dei non possidebunt ad Gal. 5. ¶ Quartum ergo sacrificium deo immolandum est Castitas et carnis continentia.

¶ 5. De pullis columbarū: qui sunt meliores columbis antiquioribus. ¶ De quo sacrificio scribitur Leui. j. Si autem de auibus holocausti oblatio fuerit domino: De turturibus et pullis columbe: offeret eam sacerdos ad altare. ¶ Sic mistice quintum sacrificiū deo offerendum est interior penitentia et cordis Contritio de peccatis commissis. Et ista congrue figuratur per sacrificium de columbis: Nam sicut columba habet gemitum pro cantu et caret felle et est animal simplex. Sic vere penitus debet carere felle iracundie et simpliciter gemere ac dolere de peccatis: Quando ergo quis de peccatis suis ob diuinū amorem intrinsecus dolet: conteritur et gemit: tunc deo de columbis sacrificium immolat. ¶ Ad istam interiorem penitentiam inuitabat saluator dicens mat. 4. Penitentiam agite appropinquabit enim regnum celorū. Et Jacob⁹ apostolus Jaco. 4. Emundate mãus peccatores et purificate corda duplices animo Miseri estote et lugete et plorate: Risus vester in luctum conuertetur et gaudium in merorem. ¶ Istud sacrificium interioris penitentie et contritionis deo immolabat dauid: quando post cōmissum peccatum dolens ad deum clamauit dicens Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam: et in fine conclusit. Sacrificiū deo spiritus contribulatus: cor contritum et humiliatum deus non despicies ¶ Sed multi immolant dee veneri sacrificia gaudii et letitie dicētes illud sap. 2. Uenite fruamur bonis que sunt: coronemus nos rosis antequam marcescant

ficant. Nullum pratū sit qd̄ nō ptranseat luxuria nostra. Sed istoꝝ risus dolore miscebit̄ et extrema gaudij inferni luctus occupat Prouer. 14. ¶ Quintuz ergo sacrificium deo imolādū est interior pnīa et cordis contritio.

¶ 6. De panibus siue de simila vel frugibus que sunt mā panis. ¶ De quo sacrificio scribitur Leui. 2. Anima cū obtulerit oblationē sacrificij dn̄o: Simila erit eius oblatio. ¶ Sic mistice sextuz sacrificiū deo imolandū est sacrificium diuine sapīe: et intelectualis doctrine: pp deū vz vacare diuine sapīe que in sacris litteris ꝯtinet̄. Et ista sapīa bn̄ et cōgrue signatur p sacrificiū panis et sil'e que est materia panis: qꝛ diuina sapīa panis est et nutrimētū aīe: sicut et panis est nutrimentuz corporis Deut. 8. Nō in solo pane viuit hō: sed in oī v̄bo qd̄ procedit de ore dei. Qn̄ ergo spūs rōnalis in inuestigāda diuine scripture sapīa laborat. Si pp deum sic facit tūc ipsi deo panez salutaris sapīe in diuinū sacrificium offert. Et ista diuina sapīa que in scriptura sacra cōtinet̄ vtilis est ad pficiendū hoīez in omni iustitia dicente paulo. 2. ad Timo. 3. Oīs scriptura diuinitus īspirata vtilis est ad docendū: ad arguenduz: ad corripiendū: ad erudiendū in iustitia: vt perfectus sit hō dei ad oē opus bonum īstruct⁹. ¶ Hoc sacrificiū sapīe obtulit deo moises: qui diuinā sapiam toto corde exquisiuit et alijs predicauit. De quo scribit̄ Ecc̄i. 45. Dedit illi cor ad p̄cepta et legē vite et discipline: docere iacob testamn̄tū suū et iudicia sua israel. ¶ Hoc sapīe sacrificiū deo īmolare cupiebat ꝓpħa qn̄ dicebat in ps̄. Legem pone mihi dn̄e viaz iustificationū tuarū: et exquirā eaz semp. Da mihi intellectū et scrutabor legē tuaz et custodiā illā in toto corde meo. ¶ Sed multi vacant scientijs curiosis: vaniloquis: et ꝓphanis: q̄ ducūt ad īpietatē et scelera multa. 2. ad Timo. 2. Prophana aūt et vaniloqua deuita. Multū. n. ꝓficiūt ad iniquitatē et sermo eorū vt cācer serpit. ¶ Sextū ergo sacrificiū est ītellectualis sapīa.

¶ 7. De vino sicut supra patuit in sacrificio matutino et vesptino. ¶ De q̊ scribitur Exo. 29. Et vinū ad libandū eiusdez mēsure in agno vno. ¶ Et Nu̅. 28. Et libabitis vini q̄rtā ptez hin p agnos singulos in sanctuario dn̄i. ¶ Sic mistice septimū sacrificiū deo īmolandū ē legalis iustitia q̄ per sapiētiā diuine scripture īsinuat̄ et persuadet̄. Et iō sacrificiū iustitie cōgrue sequit̄ īmediate sacrificiuz sapīe. qꝛ ab ip̄o orit̄ et depēdet. Et bn̄ legalis iustitia per vinum figuratur: qꝛ sicut vinū est mordicatiuuz et lauatiuuz ac sanatiuū vulnerū: sic iustitia ē rigida: mordicatiua sed tn̄ pctōꝝū lauatiua et sanatiua. Et pz etiā in figura Luc. x. De samaritano qui vidēs vulneratuz infudit oleū mīe et vinū mordicatiuum iustitie et alligauit vulnera ei⁹. ¶ Qn̄ g̊ spūs rōnalis legalē iustitiaz seruat tribuēdo cuiqꝫ qd̄ suū est. Deo: Aīe: corpori: et ꝓximo. Et viuit fm iustitiaz dictataz a lege diuina: si pp deuz hoc facit tūc deo vinū in sacrificio imolat siue libat. ¶ Ad istud iustitie sacrificiū īuitabat paulus qn̄ dicebat ad Ro. 13. Reddite ergo oīb⁹ debita: cui tributū tributuz: Cui vectigal vectigal: Cui timorē timorez: Cui honorē honorem. Nemini quicq̄ȝ debeatis nisi vt inuicē diligatis. ¶ Istud iustitie sacrificiū deo īmolabat Job patiētissimus: qui de seipso dicebat Job. 29. Justitia indut⁹ suz et vestiui me sicut vestimento et diademate iudicio meo. Oculus fui ceco et pes claudo: pater eraz paupuz et cām quā nesciebam diligētissime inuestigabā: Côtere

bam molas iniqui ꝛ de dētib⁹ illius au ferebam predā. ¶ Sed multi deo imolant vinum mixtum aqua iniquitatis ꝛ iniustitie. De quib⁹ scribitur Ysa. j. Justitia habitauit in ea: nūc autē homicide: Argentū tuū versum est in scorias: vinum tuū mixtū est aqua: principes tui infideles: socij furū: Oēs diligūt munera: sequūtur retributiōes: Pupillo non iudicant: ꝛ causa vidue nō igredit̄ ad illos. ¶ Septimū ergo sacrificiū deo immolandū est iustitia legalis.

¶ 8. De oleo. ¶ De quo scribit̄ Leui. 2. Si oblatio tua fuerit de sartagine simile cōsperse oleo ꝛ absq̄ fermēto: diuides eam minutatim ꝛ fundes sup eam oleū. ¶ Sic mistice octauū sacrificiū deo offerendū est pietas: cōpassio ꝛ misericordia: que tēperat rigorē iustitie: ꝛ ipsam superaltat: Jaco. 2. Superaltat autē misericordia iudiciū. Et ideo immediate sequit̄ iustitiam: q2 sicut scribitur Jaco. 2. Judicium sine misericordia illi qui nō facit misericordiā. Et bn̄ p oleū signatur misericordia ꝛ cōpassio: q2 sicut oleū est vulnerū lenitiuū ꝛ cōsolatiuum sic misericordia est lenitiua ꝛ cōsolatiua paupū ꝛ afflictorū. Et patet in figura de samaritano ifūdēte oleo. Luc. x. ¶ Qn̄ ergo quis ob dei amorē: pietatis ꝛ cōpassionis i proximū opera ipendit: tunc in dei sacrificio oleū offerre cōprobatur. ¶ Ad istud sacrificiū pietatis ꝛ misericordie offerendū hortabat̄ Petrus apl's dicens. j. Petri. 3. In fide oēs vnanimes: cōpaciētes: fraternitatis amatores: misericordes: modesti: humiles: nō reddētes malū pro malo: nec maledictū pro maledicto: sed ecōtrario bn̄ dicētes. ¶ Istud pietatis sacrificiū deo solicite offerebat ille magn⁹ patriarcha Thobias de quo scribit̄ Tho. j. Thobias cotidie pergebat per omnē cognationem suā ꝛ consolabatur eos. Diuidebatq̄ vnicuiq̄ put poterat de facultatib⁹ suis. Esuriētes alebat: Nudisq̄ vestimēta pbebat. Et mortuis atq̄ occisis sepulturā sollicit⁹ exhibebat. ¶ Sꝫ multi deo imolant sacrificia ipietatis ꝛ crudelitatis. Qui nō solū nō subueniūt paupib⁹ sꝫ deuorāt ꝛ cōsumūt vsq̄ ad radicē: dicēte dn̄o in ps. 13. Qui deuorant plebē meā sicut escā panis. Quorū dānatio est māifesta math. 25. ¶ Octauū ergo sacrificiū deo imolandū est pietas cōpassio ꝛ mia ad pximū.

¶ 9. De sale. ¶ De quo scribit̄ Leui. 2. Quicquid obtuleris sacrificij sale condies. Nec auferes sal federis dei tui de sacrificio tuo: In oī oblatiōe offeres sal. ¶ Sic mistice nonū sacrificiū deo offerendū est discretio ꝛ prudētia: sine qua nullū deo offert̄ digne sacrificiū. Que oīa opera nr̄a modificat: regulat ꝛ temperat tuꝫ sit oīū auriga virtutū. Et cōgrue signatur per sacrificiū salis: quia sicut sal preseruat a corruptiōe sic discretio pseruat bona a corruptiōe pctī. Et sicut sal est cibi cōdimētū ꝛ reddit ipꝫ sapidū ꝛ sine sale est insipidus: sic oē op⁹ nr̄ꝫ p admixtionē discretiōis reddit̄ cōditū ꝛ deo saporosū: sine autē discretione redditur insipidū. ¶ Ad istud discretionis sacrificiū deo imolādū tunc spūs rōnalis accigit̄: qn̄ ob diuinū amorem ꝛ honorē oīa opa sua cū libra discretionis tēperat ꝛ modificat. ¶ Ad h̄ sacrificiū iuitabat paulus apl's qn̄ dicebat ad Colo. 4. In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt redimētes tēpus: Sermo vester semp i grā sale sit cōdit⁹ vt sciatis quō oporteat vos vnicuiq̄ respōdere. ¶ Hoc sacrificiū discretionis deo imolauit Yetro cognatus moisi: qn̄ docuit Moisē cū magna discretiōe instituere tribunos: Cēturiones: quinq̄

genarios et decanos ad populū dei magis pacifice gubernādū Exo.18. ¶ Sz multi deo imolant sacrificia indiscretionis et imprudentie et ideo ꝓpter suā imprudentiā et indiscretionē ꝑeunt et cōfūduntur Baruch.3. Neqꝫ viaz discipline inuenerūt ꝓpterea perierunt. Et qm̄ non habuerūt sapientiam perierunt ꝑp suaz insipiētiā. ¶ Nonū ergo sacrificiū deo imolādū est discretio et prudentia in agendis.

¶ x. De thure. ¶ De quo scribit Leui. 2. Si autem obtuleris munus primiciarum frugū tuarum dño de spicis adhuc virētib⁹: torrebis eas igni et cōfringes i morem farris: Et sic offeres primicias tuas dño: fūdēs sup ea oleū: et thus iponēs: qꝛ oblatio dñi est. De q̄ adolebit sacerdos in memoriā muneris: partē farris fracti et olei ac totum thus: hec ibi.

¶ Sic mistice spūs rōnalis decimo loco et vltimo dꝫ deo in sacrificiū offerre. Deuotionē: que oia p̄dicta reddit odorifera corā deo: sine aūt deuotione ad ipsuz deuz parū prosunt oia p̄dicta. ¶ Et cōgrue deuotio ꝑ sacrificiū thuris siue incensi significat: qꝛ sicut thus positum sup ignē reddit fumū calidū odoriferuz et ascendētē: sic d̄uotio in igne cordis superposita emittit desideria celestia et diuina. Et orōnes calidā ascendētē et odoriferam corā deo iuxta illō p̄s.140. Dirigat oratio mea sicut incensuz in cōspectu tuo. ¶ Qn̄ ergo spūs rōnalis in suꝑdictis opib⁹ admiscet spiritū deuotionis erga deuz et oia agit ꝑp deuz tunc in suis sacrificijs superponit incensum. ¶ Ad istud sacrificium deuotionis īitabat Paulus apl'us Ephesios quādo dicebat ad Ephe.v. Nolite inebriari vino in quo est luxuria: sed implemini spiritu sancto loquentes vobismetipsis in psalmis: hymnis et cāticis spiritualib⁹: cantātes et psallētes i cordibus vestris dño: Grās agētes semꝑ pro oib⁹ i noie dñi nr̄i iesu xp̄i deo et patri. ¶ Hoc deuotionis sacrificiū deo offerebat Anna ꝓphetissa: q̄ dieb⁹ ac noctib⁹ ieiunijs ac orōnibus vacabat: vn̄ et saluatorē meruit videre et de ip̄o ꝓphetare. De q̄ scribit Luc.2. Et erat Anna ꝓphetissa filia phanuel de tribu Asser. Hec ꝓcesserat in dieb⁹ m̄l'tis et vixerat cū viro suo ānis septē a ꝟginitate sua. Et hec vidua vsqꝫ ad ānos octogintaq̄ttuor: que non discedebat de tēplo: ieiunijs: et obsecrationib⁹ seruiens nocte ac die. Et hec ip̄a hora superueniens cōfitebat̄ dño: et loquebat̄ de illo oibus qui expectabāt redemptionē israel. ¶ Hec sūt decez gn̄alia q̄ in dei sacrificio offerēda sunt. Et beata aīa illa que oia ista obtulerit cū incenso cordialis et salutifere deuotiōis.

¶ Sz aduertēdū qd̄ a sacrificijs que offerebant̄ sup altari deo excludebant̄ vꝫ fermentū et mel. ¶ De quib⁹ scribit̄ Leui.2. Ois oblatio q̄ offertur dño absqꝫ fermento fiet: nec quicq̄ꝫ fermēti ac mellis adolebit̄ in sacrificio dñi: primicias tm̄ eoꝝ offeretis ac munera: sup altare ꝟo nō imponent̄ in odorem suauitatis: hec ibi. ¶ Moraliter p̄mū exclusū a diuinis sacrificijs ē peccati corruptio. Et ista sign̄at̄ ꝑ fermentū iuxta illō apl'i.1. Cor.5. Nescitis qꝛ modicū fermentū totā massaz corrūpit. Et ista peccati corruptio non dꝫ poni super altare cordis nostri et ibi ꝑ ignem cōcupiscētie comburi: quia deo non placet tale sacrificium sed est sibi odiosuz Sap.14. Similiter autem odio sunt deo impius et impietas eius. Qui ergo deo sacrificiuz gratū offerre ōsiderat peccati corruptionē a corde suo ꝓcul abijciat. ¶ 2. exclusū a diuinis sacrificijs est mel: et significat lasciuie dissolutionēꝫ et luxurie et delecta-

tionem & alia carnis blandimēta. Que in altari cordis nr̄i p ignē cōcupiscētie nō sūt cremāda: qr deo non sūt grata sꝫ odiosa dicēte paulo ad Ro.8. Qui aūt in carne sunt deo placere nō pn̄t. Et per oppositū. Qui sūt christi carnē suā crucifixerūt cum vicijs & cōcupiscētiis ad Gal.5. Qui ergo deo gratū sacrificiū offerre desiderat carnis delectationē procul abijciat. Quia caro & sanguis regnū dei possidere nō pn̄t neqꝫ corruptio icorruptellaꝫ possidebit.i.Cor.15. Uenite & ascendamus ad montem domini & docebit nos vias suas.

De intetione pulchr.

¶ De nr̄e intētionis rectitudine p matutinū sacrificiuꝫ p̄figurate. Cap.44.

Venite ascendamus ad montē dn̄i & docebit nos vias suas. ¶ Scribūtur hec v̄ba Exo.29. Hoc ē qđ facies in altari.s. Holocausti: Agnos āniculos duos p singulos dies iugiter: vnū agnū mane & alterū vespere: Decimā ptē si1e cōspersē oleo tuso: qđ habeat mēsurā q̄rtaꝫ ptē hin. Et vinū ad libādū eiusdem mensure i agno vno: hec ibi. ¶ Et Nūi 28. scribit̄. Hec sunt sacrificia q̄ offerre debetis: Agnos anniculos imaculatos duos cotidie i holocaustū sēpiternū: vnū offeretis mane. Et alteꝝ ad vespeꝝ: Decimā ptē Ephi si1e. Que ꝯspsa sit oleo purissimo. Et habeat q̄rtaꝫ ptē hin. Et libabitis vini q̄rtā ptem hin p singulos agnos i sc̄tuario dn̄i: hec ibi. ¶ Et Leui.6. Ignis in altari meo semp ardebit: quem nutriet sacerdos subijciēs ligna mane p singulos dies. Et Leui.9. Absqꝫ cerimonijs Holocausti matutini.

¶ Hec oīa scripta sunt de sacrificio matutino. Uñ ēt dicebat̄: Holocaustū matutinū iuge sacrificium: Juge holocaustū. Et qr sacrificiū matutinū significat intētionē sicut supius est declaratū: videnda sunt multa de intētiōe recta: sm corrn̄dentiā ad sacrificiū matutinū:

¶ P^m^ videndū ē. In quo subiecto sit recta intentio. ¶ Et dico sm Scotū in.2. dist.38. Qr est i volūtate siue i libero arbitrio: qđ icludit intellectū & volūtatem sm aliquos. ¶ Et rō est quia sicut dicit Ansel.lib.de cōcor presci & lib.ar. Uolūtas est instrumētū seipsuꝫ mouens. Et oīa alia istrumēta quib⁹ spōte vtimur. Et q̄ sūt i nobis vt manū: linguā visum & hmōi. Et q̄ sūt extra nos vt stillū: Securim: & hmōi. Et facit oēs volūtarios mot⁹. Ipsa v̄o suis affectionib⁹ mouet seipsaꝫ in desideratū fineꝫ. Et iō sola volūtas elicit actū intētiōis ppie dicte & principal̄r. Sed a rōne siue itellectu dirigente siue dictāte. Est ergo itētio subiectiue in libero arbitrio: vel in volūtate siue in corde. ¶ Et hoc mistice designatur: qr sacrificiū matutinū qđ significat intētionē fiebat in altari siue sup altare Holocausti: qđ significat cor humanuꝫ siue volūtatē. ¶ Uñ dr̄ Exo.29. Hoc ē scꝫ sacrificiū matutinū: qđ facies in altari.s. Holocausti. Intentio ergo est i corde siue in ipsa volūtate sic̄ sacrificiū matutinū fiebat i altari holocaustoꝝ.

¶ 2. vidēdū ē. Quo cor đbeat eē dispositū. ¶ Et dico q̄ dꝫ hr̄e i se ignē dilectionis: sicut altare holocausti habebat in se ignē cōtinuū: quem nutriebat sacerdos subijciens ligna i mane p singulos dies: & postea supponebat holocaustū siue sacrificiū matutinū. Et sicut dic̄ Joseph⁹ apponebant̄ cotidie duo ligna parua pp p̄ceptū diuinū nō pp necessitatē: qr ignis cōtinuari potuisset sine tali lignoꝝ appositione. Uñ scribit̄ Leui.6. Ignis in altari meo semp ardebit: quē nutriet sa

cerdos subijciens ligna mane p singulos dies ꝛ iposito holocausto desup ꝛc. ¶ Sic mistice in corde siue īuoluntate ad hoc ꝙ habeat intentionē bonā dʒ eē ignis diuine dilectionis. Quē sacerdos debet nutrire subijciendo singulo mane duo ligna. ¶ Iste sacerdos est spiritus sanct⁹ siue spūs rōnalis: qui oī die dʒ in corde ponerē duo ligna. i. duo dei magna bñficia: vʒ beneficiuʒ creationis ꝛ beneficium redemptionis. ¶ Uel duo ligna sunt Christi humanitas ꝛ diuinitas. ¶ Uel duo ligna parua sunt Christus ꝛ virgo maria de quibus dicit ꝑpha in ps. 22. Uirga tua ꝛ baculus tuus: ipsa me cōsolata sunt. ¶ Uel duo ligna parua sunt Exēpla sanctoꝝ qui sunt ligna viridia iuxta illud Luc. 23. Si in viridi ligno hec faciūt: ꝛ exēpla iniquoꝝ qui sē ligna arida Luc. 23. In arido quid fiet. Hec aūt duo ligna si ponant super cor nostruʒ per recordationē nutriūt igneʒ diuine dilectionis vt possit in eo incēdi sacrificiuʒ matutinū. Debet ergo cor eē ignitum caritate ad hoc vt habeat intentionem rectam.

¶ 3. videndū est. Unde oriatur ꝛ a quo moueatur intētio. ¶ Et dico ꝙ intētio oritur ꝛ mouet ab amore. Et nō fit sine amoris ōsiderio. ¶ Nā ꝗto maior est amor finis tanto vehemētior est motus intentiōis in finē. Ita ꝙ amor mouet in fineʒ desideratū. Sed intētio ordinat ꝛ disponit ad illius finis cōsecutioneʒ oīa illa: per que amor pōt cōsequi taleʒ finē desideratū. Et iō sacrificiū matutinum quod significat intētioneʒ ponebat sup ignem quod erat in altari. ¶ Unā scribitur Leui. 6. Ignis aūt in altari semꝑ ardebit quē nutriet sacerdos subijciens ligna mane per singulos dies ꝛ imposito holocausto desuper. Et sicut in altari ꝑ erat ignis ꝛ deinde superponebatur sacrificiū matutinuʒ: Sic in corde nostro prius debet esse amor ꝛ deide oritur ꝛ mouetur intentio.

¶ 4. videnduʒ est. Qd sit intentio. ¶ Et dico ꝼm Scotuʒ i. 2. di. 38. ꝛ sanctū Bonauenturā in libro de septeʒ itineribus eternitatis. Qd intentio proprie ꝛ principaliter est actus voluntatis elicitē ꝛ libere ordinantis ꝛ mouentis in finem a ratione directus. ¶ Et si ista intentio sit a volūtate informata caritate potest tripliciter ordinare siue referre actū aliqueʒ in fineʒ debitū ꝼm Scotū in. 2. di. 41. ¶ ꝑ actualiter sicut cogitans actualiter de fine. s. deo diligit illuʒ ꝛ vult aliquid ꝑꝑ illum. Et certū est ꝙ talis intētio reddit actū illuʒ meritoriū. ¶ 2. virtualiter sicut cogitās in principio misse de fine dirigit illā in deuʒ: sed in executione postmodū illius celebrationis nō dirigit actualiter qꝛ nec actualiter ō deo tunc cogitat. Sed dicit referre ꝛ dirigere virtualiter. i. in virtute illius prime ꝛ actualis relationis. Et satis probabile ē ꝙ talis intentio virtualis reddat actum sic virtualiter relatum infinem: meritoriū. ¶ 3. habitualiter: puta si oīs act⁹ referibilis in fineʒ manens cū caritate ꝗ est principiū referendi dicat referri habitualiter. i. ꝑꝑ habitū caritatis inexistē tem. Et de tali actu sic solū habitualiter relato in finem ab intentione habituali: dubium est an sit meritorius: ꝛ Scot⁹ videt dicere ꝙ non: nec intētio habitualis suffic. ¶ Et nota sicut sacrificiū matutinuʒ fiebat in altari holocausti. Ita intentio que ꝑ ipsuʒ significat fit in corde siue in volūtate cū sit actus eius: que per altare significatur.

¶ 5. videndū est. Quotuplex est intētio. ¶ R⁹ ꝼm Hugonē lib. i. de archa noe. Et Ber. super Cant. Qd ꝼm diuersitates cōcupiscētie ꝛ amoris est diuersitas

Intentio quid.

quotuplex.

intētiōis. Et si amor aut cōcupiā sit circa turpia: etiā intētio turpis erit fedans faciē aīe. ¶ pᵒ ergo intētio ſm Ber. est Perversa ⁊ iniq̄ sicut illa q̄ procedit ex volūtate affecta carnalr: siue ex amore carnali: tēdēs ī finē qui ē cōtrariᵒ vltio fini ⁊ eterno: put ē intētio illoꝝ qui terrena sapiūt. Quoꝝ deᵒ vēter ē. Qui intēdūt gule vt magis possint exercere actus luxurie. De quibᵒ dicit ꝑpħa in ps. Oculos suos statuerūt dclinare ī terrā. ¶ 2. Intētio ē ficta ⁊ falsa: vt illa q̄ ꝑcedit ex volūtate affecta mēdaciter: tendens ī deū apparēter ⁊ false ⁊ nō vere: qꝛ pp fauorē hoīuꝫ. Et ista ē ītētio hyppocritarū. De quibᵒ dr̄ math. 6. Cū ieiunatis nolite fieri sicͤ hyppocrite tristes: Exterminā̄t.n. facies suas vt appareā̄t hoībᵒ ieiunātes. ¶ 3. Intētio ē obliqua ⁊ mercenaria: put ē illa q̄ ꝑcedit ex volūtate affecta pusillanimiter: tēdens in deū: nō pp deū: sed pp p̄ñtis vite nec̄cia. Et est illorū qui in deū tēdūt sed nō pp deū. Qui deū querūt ſ; nō pp deuꝫ: sed pp bōa tp̄alia. De quibᵒ dr̄ Jo. 6. Amē amē dico vobis. Queritis me nō qꝛ vidistis signa ſ; qꝛ mā̄ducastis ex panibᵒ ⁊ saturati estis. ¶ 4. Intētio ē r̄cta q̄ ē ⁊ pp deū p̄ncipl'r ⁊ pp ipsuꝫ directa. Et ista est intētio actiuorū: q̄ ꝑcedit ex volūtate affecta sp̄ūaliter. i. estu diuini amoris calefacta. Que volūtas sic exestuā̄s operā̄do impellit ītētionē ad cōsecutionē eterni finis desiderati: liq̄faciēdo in deū dirigit. nec eā sistere nisi ī deo eterno sinit. De ista intētiōe actiuorū in operibᵒ bonis dicit paulus ad Collo. 3. Oē quodcūq; factis ī verbo aut in ope oīa ī nomine dn̄i nostri iesu xp̄i facite. Et hec intētio nō adhuc hꝫ p̄fectū decorē qꝛ occupatur circa multa: ſ; pp deū: ⁊ turbat̄ ⁊ sollicita est ⁊ nō potest non aliquā̄q̄'r aspergi ⁊ fedari vel tenui puluere actuū terrenorū. ¶ 5. Intētio ē recta simplex ⁊ magis mū̄da ⁊ odore finis eterni dulciter allecta. Et ista est intētio cōtēplatiuorū: que ꝑcedit ex voluntate finis eterni experimētaliter affectiua. Nā̄ experimentalis odor eterni finis oīa alia aliquomō cōt̄ēnere facit. Et ītētionē quā tū pōt vltimo fini īmediate vnit ⁊ pp ipsum: ſ; nō totaliter pp ipsū solū vt sepe: sed ēt querit pp se meditari ⁊ ꝯsolari retinens adhuc aliquid de proprio. Talis erat intētio petri qñ dicebat Math. 19. Ecce nos reliquimᵒ oīa ⁊ secuti sumus te. Ecce intētionē rectā ī deū. Quid ergo erit nobis. Ecce qūo q̄rit ꝑpriā mercedeꝫ ſ; secūdario. Et iō nō reprehēdit̄ a christo. ¶ 6. Intētio ē īmediata: simplificata: deificata ⁊ amore finis eterni totaliter attracta. Et ista est intētio beatorū in patria: que intētio ꝑcedit a volūtate affecta deiformiter. Et ista intentio tota est deifica nihil hñs de ꝑprio. De q̄ dicit Ber. in lib. de diligēdo deū. O pura ⁊ defecata intētio volūtatis: eo certe d̄fecatior ⁊ purior quo in ea de proprio nihil iaꝫ admixtū relinquit̄: eo suauior ⁊ dulcior quo totū diuinū est qd̄ sentit̄: hec ille. Et vr̄ Bernardus sentire. Non posse haberi talē intētionē nisi post corporū reassumptioneꝫ: qꝛ ⁊ si aīe beate ꝑ intētionē in deuꝫ ferantur: tamē adhuc hñt aliquid de proprio: cū naturali desiderio suorū corporū appetant vnioneꝫ. Et sic pꝫ quā multiplex sit itētio.

¶ 6. Uidendū est: q̄ꝫ efficax sit intentio. ¶ Et dico q̄ intētio ē efficacissima siue in bonū siue in malū. ¶ Naꝫ Chaim occidit Abel ⁊ peccauit qꝛ mala intētione occidit Gen. 4. Dauid interfecit Goliaꝫ ⁊ meruit qꝛ bona intētiōe id fecit vt populuꝫ suū liberaret. i. R. 17. Abraā in ꝑmissione filij risit ⁊ risus eiᵒ fuit cōmēdabilis ⁊ virtuosus: qꝛ ex letitia ⁊ secu-

pitate fuit. Gen.17. Sara ex eadez pmis sione risit ꝛ risus ei⁹ fuit repꝛehēsibilis quia ex incredulitate processit Gen.18. ¶ Multiplex intētio quā habebāt tur be in sequēdo xp̄m variabāt sequellam ad vicia ꝛ ꝟtutes. Nā quidā sequeban tur eū vt nequiter eū obseruauerēt ꝛ gra uiter peccabant Luc.14. ¶ Quidā se quebanť eū vt de panib⁹ ei⁹ saturarenť. Et quidā vt a languoꝛib⁹ sanarenť ꝛ hij nec peccabant nec merebantur. Jo.6. ¶ Quidā ꝟo sequebātur eū vt audi rēt ꝟbū ei⁹ ꝛ edificarenť ꝛ hij merebā tur Luc.5. ¶ Diuersitas intentionū in cupiēdo videre iesuz fecit zacheū mere ri salutē dom⁹ sue Luc.19. Et Herodē nō mereri xp̄i respōsiōez Luc.23. ¶ In tentio bona pro facto reputať si possibi litas nō adsit opādi: vñ dñs cōmēdauit bonā itētionē Dauid d̄ tēplo edificādo licet ipse noluerit qd̄ edificareť. 2.R.7. ¶ Heredis intentio qñ occidit pueros fuit occidere xp̄m licet nō potuerit: ideo christicida vocať. Naz ita peccauit ac si occidisset math.2. ¶ Et sic pz q̄ꝫtum sit efficax intētio in bonis ꝛ in malis. Et iō bñ significať per sacrificiū Matutinū: qd̄ erat p̄m inter oīa sacrificia q̄si dans ꝟtutē oībus alijs: qꝛ intentio est primū qd̄ est in opere dans influxū oīb⁹ sequē tib⁹: siue in bonū si sit intētio bona siue in malū si sit mala.

¶ 7. Uidendū est: q̄ꝫ odoꝛifera ꝛ sursuz eleuatiua sit itētio. ¶ Et dico ꝙ itētio simplex ꝛ recta est mirabiliter ad deuz eleuatiua ꝛ in cōspectu maiestatis eius odoꝛifera. ¶ Nā cū intentio recta i deū sit quedaz tendētia i ipsuz sine obliqui tate: cōsequēs est ꝙ intentionis cōtinua tēdētia in deū sit quedā ad ipsuz appꝛo ximatio ꝛ spūalis quedaz sursuz eleua tio. Et ideo anima que intentionē suam in deuz collocat: sup oīa creata eminētis sime se subleuat. ¶ Uñ dicit Hugo ꝑ lib. de Archa noe. ¶ Hoc est ad deum tēdere: sp eum p desideriū q̄rere: per co gnitionē iuenire ꝛ p gustū tāgere. Intē tio caritate ꝛ veritate munita oīa tpalia d̄relinquat: ꝛ ad eterna redeat: donec in tētio: tentio fiat vt dicere possit: Inueni quē diligit aīa mea: tenui eū nec dimittā donec eū itroducā i oēs mētis capacita tes taz cōes q̄ꝫ singulares. Ubi intentio oībus inferioꝛib⁹ supferť: extra mūduz constituiť. In eternis collocať ꝛ quieta tur: ille. ¶ Et ista sursuz eleuatio ꝛ odo rifera ascēsio recte intētiōis bñ figurať in sacrificio matutino: qd̄ ꝑ oblatū fuit i mōte Sinai: ad inuēdū ꝙ sicut mons est eleuat⁹ a ceteris terre ptib⁹. Sic intē tio recta eleuat a terrenis: Uñ scribiť d̄ sacrificio matutino. Nū.28. Holocau stuz iuge est qd̄ obtulistis in mōte sinai in odoꝛē suauissimū incēsi dñi.

¶ 8. Uidendū est. Q̄uo intētio recta est quietatiua a pturbationib⁹ mūdialib⁹. ¶ Et dico ꝙ intētio recta in deuz aīam mirabil'r quietat a tēpoꝛaliū rez ptur batiōib⁹. Qd̄ sic pz: qꝛ cū intētio nr̄a re cta figatur in deū qui est imobilis ꝛ oīa mobilia trāscēdēs: ipa stabiliť ꝛ aīaz ip saz stabilē facit qꝛ sup oīa mutabilia ele uat ꝛ rei imobili cōiūgit. ¶ Et h̄ bñ fi gurať i sacrificio matutino: qd̄ dicebať sacrificiuz oblatione ppetua in gn̄ones. De quo dr̄ Exo.29. Sacrificiū est dñō deo oblatiōe ppetua in gn̄ones vestras. Nā sicut illud matutinū sacrificiū habe bat pmanentiaz imutabilē per singulas generatiōes. Sic intentio recta in deum aīam imutabilem ꝛ imobilez reddit in oībus exterioꝛibus perturbationibus. ¶ Uñ dicit Greg⁹.25. moꝛa. Si semel in appetitione celestis patrie foꝛti stabili tate animus per intentionē figitur: mi nus rerū tempoꝛaliū pturbatiōe vexať:

accinctis quippe exterioribus motibus eandem intentionem suam quasi quendam secretum secessum petit. Ibique incommutabiliter inherens: et mutabilia cuncta transcendens cum ipsa tranquillitate quietis sue in mundo extra mundum est. Excedit quippe omnia ima intentione summorum. Et cunctis rebus quas non appetit libertate quadam superesse se sentit. Nec tempestatem rerum temporalium intus sustinet: quas intuetur foris: quia terrena omnia que concupita opprimere mentem poterant: despecta sub eius iacent: hec ille. Quietat ergo intentio recta mentem nostram.

¶ 9. videndum est. Quomodo intentio recta est deo grata. ¶ Et dico quod intentio recta et in deum directa est ipsi deo gratissima. ¶ Ubi notandum quod dominus dicitur respicere et videre ea que approbat et sibi sunt placita. Et non videre que non approbat: sicut patet de muneribus Abel ad que respexit et Chaim ad que non respexit Gen. 4. Et respexit dominus ad Abel et ad munera eius: Ad chaim autem et ad munera illius non respexit. Intentio autem recta est gratissima coram deo. Et ideo dicitur fieri coram domino. i. in eius conspectu et notitia: quia ipsam approbat et acceptat. ¶ Et hoc bene significatur in sacrificio matutino quod fiebat ad ostium tabernaculi testimonii coram domino: unde scribitur Exo. 29. Ad ostium tabernaculi testimonii coram domino. Sicut ergo sacrificium matutinum fiebat ad ostium tabernaculi quasi in loco patenti et manifesto et omnibus noto. Et coram domino quasi ipso vidente et approbante. Sic intentio recta dicitur fieri coram domino quasi ipso vidente approbante et laudante tanquam rem sibi gratissimam. ¶ Unde et in figuram huius quinque virgines prudentes que habuerunt intentionem rectam in operibus suis sunt a deo cognite. Quinque autem fatuis non habentibus intentionem rectam dixit sponsus. Amen dico vobis nescio vos Math. 25. ¶ Intentio ergo recta est deo gratissima. Et per oppositum intentio torta et iniqua est sue maiestati inimica et odiosa.

¶ x. Videndum est. Quomodo intentioni nostre recte in deum: correspondet intentio dei bona in nos. ¶ Et dico per illam regulam scriptam Math. 7. In qua mensura mensi fueritis remetietur vobis: Ut qualis est intentio nostra erga deum: talis et intentio dei erga nos. ¶ Nam si homo intendit et disponit querere deum. Deus intendit querere ipsum ymo prior occurrit illi Sap. 6. Preoccupat qui se concupiscunt ut illis se prior ostendat. Qui de luce vigilauerit ad illam non laborabit: Assidentem. n. illam foribus suis inueniet. ¶ Si quis diligit deum diligitur a deo Prouer. 8. Ego diligentes me diligo. Et Jo. 14. Qui diligit me diligetur a patre meo et ego diligam eum. ¶ Si quis deum erubuerit et eius sermones et deus erubescet eum Luc. 9. Qui me erubuerit et meos sermones: hunc filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua. ¶ Si quis deum negauerit et deus eum negabit: dicente christo Math. x. Qui autem negauerit me coram hominibus: negabo et ego eum coram patre meo qui in celis est. ¶ Sic quis per intentionem rectam in deum: ipsum intendit honorare et glorificare: deus similiter intendit talem rehonorare. ¶ Et hoc bene significatur in sacrificio matutino facto coram domino. Ubi deus disponebat loqui ad Moisen dicens Exo. 29. Ubi constituam ut loquar ad te. Quasi sicut in intentione recta homo statuit in corde suo honorare et magnificare deum. Ita deus statuit et disponit atque proponit loqui ad hominem ipsum exaltando et honorificando iuxta illud Math. x. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus. Confitebor et ego eum coram patre meo. ¶ Ex hijs omnibus patent recte intentionis conditiones mirabiles. Venite ergo ascendamus ad montem domini et docebit nos vias suas.

¶ De multiplici nostre intētiōis modificatione in matutino sacrificio prefigurate Cap. 45.

V Enite ascendamus ad montē dñi ꝛ docebit nos vias suas. ¶ Scribūtur hec verba Exo. 29. Hoc est qḋ facies in altari. Agnos anniculos duos ꝑ singulos dies iugiter: vnū agnū mane: ꝛ alterū vespere. Decimā ꝑtem si'le conspersse oleo tuso: qḋ habeat mēsurā quartā ꝑtez hin: ꝛ vinuz ad libandū eiusdē mēsure in agno vno. ¶ Declarata multiplici nr̄e intentionis cōditione: nunc de sua q̄litate ꝛ modificatiōe ordinate q̄rendū ꝛ videndū est. Qualis sit intētio. ¶ Et dico ꝙ intētio nr̄a dꝫ esse multipliciter qualificata ad hoc vt sit deo matutinuz ꝛ gratum sacrificium.

¶ ꝑ Intentio debet esse in opere: prima quaten⁹ ipsuz totū opus dirigat ꝛ bonū reddat. ¶ Vñ scribit̄ Math. 6. Si oculus tuus .i. intētio simplex fuerit totum corp⁹ tuū .i. opus tuū lucidū erit. ¶ Et hͦ bñ figurat̄ in sacrificio matutino. Qḋ fiebat in mane ante solis ortuz ꝛ ꝑcedebat oē aliud sacrificiū illius diei sicut dicit lyra Exo. 29. ꝛ Leui. 6. Sic intentio nr̄a dꝫ eē ꝑma ꝛ ꝑcedere op⁹ nr̄m.

¶ 2. Cōtinua. ¶ In oī. n. opere nr̄o dꝫ esse intētio actualis vel v̄tualis vel saltez habitualis. Vñ xp̄s docet nos ꝑponere intētionē in oīb⁹ nr̄is elemosinis faciendis quo ad ꝓximū. In oīb⁹ orōnib⁹ nostris quo ad deū. In oīb⁹ ieiunijs nr̄is quo ad nosmetipsos: dicēs math. 6. Te autē faciente elemosinā ꝛc̄. Tu autē cū oraueris intra in cubiculū tuū ꝛ ora patrez tuū in abscōdito ꝛc̄. Tu aūt cū ieiunas vnge caput tuū ꝛ faciez tuā laua: ne videaris hoībus ieiunās: sꝫ pr̄i tuo qui est in abscōdito ꝛc̄. ¶ Et hoc bñ figuratur in sacrificio matutino qḋ vocabat̄ iuge sacrificiū: quia sicut illud sacrificiū erat ꝯtinuū ꝛ fiebat oī mane: nec aliqua occasione occurrēte poterat ꝑtermitti sicut dicit lyra Leui. 9. ꝛ Nūi. 28. Sic intentio pura in oī opere nr̄o dꝫ premitti nec aliq̄ occasione dꝫ intermitti vel ꝑtermitti. Intētio. n. ē Matutinū ꝛ iuge domini sacrificium.

¶ 3. Indiuisa. ¶ Nā intentio nr̄a dꝫ tota ꝛ indiuisa in deū tendi: nō āt diuidi partim ī deū ꝛ ꝑtim in hoīes: qꝛ sicut scriptū est Math. 6. Nemo p̄t duob⁹ dñis seruire: Aut. n. vnū odio habebit ꝛ alterū diliget: Aut vnū sustinebit ꝛ alteruz cōtēnet. Et Ecci. 3. Cor ingrediēs duas vias nō habebit successus. ¶ Et hoc bñ figurat̄ in sacrificio matutino qḋ dicebat̄ holocaustū matutinū Leui. 9. qꝛ sicut tota victima ī holocaustū īcēdebat̄ in honorē diuinū: Sic tota nr̄a intentio dꝫ in deū indiuisa dirigi. Et ad honorez diuinū ītegra ꝛ ī diuisa totaliter imolari ꝛ referri. Intentionis bonae qualitates ·x·

¶ 4. Jesualis. ¶ Naz intentio nr̄a dꝫ in Jesum xp̄m dirigi: qꝛ ipse dicit Jo. 15. Sine me nihil potestis facere. Unde ait Ap̄ls ad Collo. 3. Oē qḋcūqꝫ facitis in v̄bo aut ī ope: oīa ī noīe dñi nr̄i iesu xp̄i facite. ¶ Et hoc bñ significat̄ in sacrificio matutino: qꝛ in illo imolabat̄ agnus anniculus imaculat⁹ sicut pꝫ Exo. 29. ꝛ Nūi. 28. Et ille agn⁹ iugiter ī illo sacrificio imolat⁹ figurabat eternitatē xp̄i iesu sicut dicit lyra Exo. 29. Naz iesus xp̄s heri ꝛ hodie ꝛ ipse in secula ad Hebre. 13. ¶ Sicut ergo sacrificiū matutinū fiebat de agno ꝛ circa agnū: sic intētio nr̄a dꝫ in ipꝫ agnū imaculatū xp̄m iesum dirigi ꝛ terminari: qꝛ ipse est Alpha ꝛ O principium ꝛ finis oīum reruꝫ ꝛ oīum operationū nostraꝝ Apo. 1.

¶ 5. Munda. ¶ Naz intentio nr̄a nō dꝫ

esse maculata aliquo pctō vel malo desiderio existente i volūtate. Sʒ dʒ esse a corde mūdo ꝛ volūtate ꝛ cōsciā mūda: alr sacrificiū itētiōis nō eēt deo gratū Ysa. j. Lauamini: mūdi estote: Auferte malū cogitationū vestraꝝ ab oculis meis. Dʒ etiā eē mūda: qꝛ itētio nr̄a dʒ eē ad mundationē ꝑprie cōsciētie ꝛ ꝑprij cordis iuxta illud math. 6. Faciē tuā laua Dʒ.n. vnusquisqʒ intētionē suā dirigere ad mūdādā cōscientiā. ℭ Et hoc bn̄ significat̄ in sacrificio matutino: in quo offerebat̄ simila q̄ est farina mūdissima ꝛ purgatissima. Exo. 29. Et significat puritatē ꝛ mūdiciaʒ cōscie que ānexa eē debet recte intentioni.

ℭ 6. legalis. ℭ Nā intētio nr̄a dʒ extēdi ad diuine legis obseruātiā. Ita ꝙ intentio nr̄a dʒ esse ad obseruāda decē p̄cepta d̄calogi: in quibꝰ cōsistit salus eterna ꝛ vita math. 19. ℭ Vn̄ scribit̄ Deut. 6. Eruntqꝫ v̄ba hec q̄ ego p̄cipio tibi hodie i corde tuo: ꝛ narrabis ea filijs tuis: ꝛ meditaberis sedēs in domo tua ꝛ ambulās i itinere. Dormiēs atqꝫ cōsurgēs Et ligabis ea q̄si signū i manu tua. Eruntqꝫ ꝛ mouebūtur īter oculos tuos: scribesqꝫ ea in limine ꝛ ostijs domꝰ tue: hec ibi: q̄si diceret. Tota tua itētio dirigi dʒ ad obseruāda mādata decalogi. ℭ Et hoc bn̄ figurat̄ i sacrificio matutino. In quo offerebat̄ farine sil'e Decima pars ephi. Nūi. 28. Quia nr̄a itētio q̄ p sacrificiū matutinū significatur: dʒ dirigi ad obꝫuātiā decē p̄ceptoꝝ diuinoꝝ: p quorū obseruantiā mūdicia mentis cōseruatur: vn̄ scribit̄ Ecci. 6. Cogitatū tuuʒ habe in p̄ceptis dei. et in mādatis illius maxie assiduus esto. Et ipse dabit tibi cor ꝛ cōcupia sapie dabit̄ tibi.

ℭ 7. Diuina. ℭ Naʒ intētio nr̄a dʒ super oīa in deū ꝛ in beatissimā trinitatē tendere: Oīa ad eiꝰ honorē ꝛ gloriā faciendo: que est principiū ꝛ finis oīum nr̄aꝝ operationū. ℭ Unde dicit paulus. j. ad Cor. x. Siue ergo māducatis siue bibitis vel aliud quid facitis oīa in gl'iaʒ dei facite. ℭ Et hoc bn̄ significat̄ in sacrificio matutino. In quo offerebat̄ sil'e decima ps Ephi. Ephi āt dr̄ mēsura triū modioꝝ vel tres modij mensurati. Et potest figurare beatissimaʒ trinitatem Que est mēsura saltē extrinseca oīum creaturaꝝ: spūaliū: corporaliū: ꝛ mixtorū. Uel oīuʒ que fecit in nūo pondere ꝛ mēsura. Sicut ḡ p similā intētio ꝑprie mūdicie. Et p decimā ptē intētio obseruandi decalogi. Ita per Ephi denotat̄ intētio gl'ificandi ꝛ honorādi beatissimaʒ trinitatē. Qn̄ ergo intētio nr̄a dirigit opa in laudē honorē ꝛ amorē beatissime trinitatis. Tūc i nr̄o sacrificio matutino offerimꝰ sil'e decimā pteʒ Ephi. ℭ Ad istā intētionē dirigendā i beatissimaʒ trinitatē instruebat xp̄s qn̄ dicebat apl'is math. vlt. Euntes ergo docete oēs gentes: baptizantes eos in noīe pr̄is ꝛ filij ꝛ spūs sancti: docentes eos seruare oīa que mādaui vobis.

ℭ 8. Cōpassiua. ℭ Nā intētio nr̄a dʒ esse benigna ꝛ cōpassiua quo ad ꝑximū: q̄tenus hō in oībꝰ operibꝰ suis intēdat ꝑximo suo cōpati bn̄facere ꝛ in necessarijs subuenire. Docēdo: cōsulēdo: cibādo: vestiēdo ꝛ alia necessaria ministrādo. ℭ Hāc intētionē cōpassiuā ad ꝑximū hēbat paulus qn̄ dicebat. 2. ad Cor. xi. Instantia mea cottidiana sollicitudo oīum ecclesiaꝝ. Quis ifirmat̄ ꝛ ego nō infirmior. Quis scādalizatur ꝛ ego nō vror. ℭ Et hoc bn̄ figurat̄ in sacrificio matutino: in quo ponebat̄ oleū purissimū quo aspgebat̄ simila. Oleū aūt pietatē lenitiuā significat. Et bn̄ oleū miscet̄ sil'e: qꝛ puritati mētis associāda est pietas ꝑximi. Qn̄ ergo quis intēdit so

licite ad ꝓprie cōſcie purgationē: tūc ſi-milā ponit ī ſacrificio matutino: qn̄ aūt ītēdit ꝓxio cōpati: ſubuenire ꝛ miſereri: tūc oleū ſil'r ſupaddit. ¶ Et dꝫ eē oleum puriſſimū qꝛ intētio cōpaſſionis ꝛ mie: nō dꝫ aliq̄ ſiniſtra itētiōe maculari iuxta illō math. 6. Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua. Et iō illud oleū debebat cōtūdi cū pilo ſm Lirā Exo. 29. Qd ſignificat puritatē ꝛ rectitudinē intētiōis q̄ dꝫ eē cū pietate.

¶ 9. Juſta. ¶ Nā intētio nr̄a dꝫ ſp ad iuſtitiam faciēdā dirigi. Quaten⁹ hō in oībus q̄ facit loquit̄ ꝛ cogitat ſp iuſtitiam ītēdat. Et oīb⁹ qd̄ ſuū eſt tribuere. Uñ dixit ſaluatoꝛ math. 22. Reddite q̄ ſūt ceſaris ceſari ꝛ que ſūt dei deo. ¶ Et h bñ ſignificat̄ in ſacrificio matutino: in q̄ ponebat̄ vinū qd̄ eſt mordicatiuū. Et ſignificat iuſtitiā quā in intētiōe ſemp debemus habere. Qñ ergo quis in oībus opib⁹ ſuis iuſtitiā ſeruare intēdit ꝛ oībus qd̄ ſuū eſt reddere: tūc vinū ponit ī ſacrificio matutino. Beati ergo qui eſuriunt ꝛ ſitiunt iuſtitiam qm̄ ipſi ſaturabuntur math. 5.

¶ x. Cōpleta ſiue cōſumata. ¶ Nā ītētio nr̄a dꝫ eſſe in oīb⁹ recta: qꝛ ſi in vno eēt ordinata ꝛ in alio nō ordinata: non eſſet cōpleta ꝛ cōſumata ſed deficiēs ꝛ min⁹ pfecta. Uñ ſaluatoꝛ dixit math. 3. Sic decet nos īplere oēm iuſtitiā. ¶ Et hoc bñ ſignificat̄ in ſacrificio matutino: Jn quo offerebat̄ olei q̄rta pꝫ hin. Et vini q̄rta pars hin. Exo. 29. ꝛ Nūi. 28. Hin īterp̄tat̄ mēſura. Oleū ſignificat miaꝫ: mia aūt quattuoꝛ rebus eſt impēdenda. ¶ p̄ aīe noſtre p̄ſeruando a peccatis: iuxta illō Ecci. 30. Miſerere aīe tue placens deo. ¶ 2. Coꝛpoꝛi noſtro iuxta illō ad Ephe. v. Nemo. n. vnq̄ carnē ſuam odio habuit ſed nutrit ꝛ fouet eaꝫ. ¶ 3. Aie ꝓximi p̄ſeruādo eam a peccatis: iuxta illō Ja. v. Qui cōuerti fecerit peccatoꝛem ab erroꝛe vie ſue: ſaluabit aīaꝫ eius a moꝛte. ¶ 4. Coꝛpoꝛi pꝛoximi veſtiendo cibādo ꝛ hmōi: iuxta illud Yſa. 58. Frange eſurienti panē tuū ꝛ egenos vagoſq̄ induc ī domū tuā. Cuꝫ videris nudū operi eum ꝛ carnē ſuā ne deſpexeris. ¶ Qñ ergo quis ītēdit hijs q̄ttuoꝛ rebus loco ꝛ tēpoꝛe ipendere opera miſericoꝛdie: tūc in ſacrificio matutino offert olei quartā partē hin. Et tūc hꝫ ītētionē miſericoꝛdie ꝛ pietatis plenam ꝛ cōſumatā. ¶ Uinū aūt ſignificat iuſtitiam q̄ reddit vnicuiq̄ qd̄ ſuū eſt. Suū aūt redendū eſt q̄ttuoꝛ gn̄ib⁹ perſonaꝝ vꝫ: ſupioꝛibus: inferioꝛib⁹: equalib⁹: et nobis ipſis. Qñ ergo quis intēdit reddere qd̄ ſuū eſt ſuperioꝛib⁹: inferioꝛib⁹: Equalibus ꝛ ſibiipſi: tunc in ſacrificio matutino offert domino vini quartam partem hin. ¶ Et in hijs decem conditionibus monſtratur pfectio noſtre intentionis quaſi noſtri ſacrificij matutini. Denarius enim eſt perfectiſſimus oīum numeroꝝ ſicut ꝛ ſacrificiuꝫ matutinuꝫ erat ſanctius ꝛ perfectius alijs ſacrificijs ſiē dicit lyra Exo. 29. ¶ Quicūq̄ ergo deo gratiſſimuꝫ ꝛ matutinū cupit offerre ſacrificium dirigat intentionem ſuaꝫ vt ſit in omni opere prima: continua: indiuiſa: Jeſualis: munda: legalis: Diuina: compaſſiua: iuſta: completa ꝛ conſumata. Uenite ergo aſcendamus ad montem domini ꝛ docebit nos vias ſuas.

¶ De multiplici recte intentionis vtilitate in matutino ſacrificio pꝛefigurata. Cap. 46.

V Enite aſcendamus ad montē dn̄i ꝛ docebit nos vias ſuas. ¶ Scribūtur

bet vba Exo.29. Sacrificium est dño deo oblatione ppetua in generatiões vestras ad ostium tabernaculi testimonij coraʒ dño: vbi cõstituã vt loquar ad te. Ibiqʒ pcipiã filijs israel. Et sanctificabitur altare in gl'ia mea: Sãctificabo ꝛ tabnaculũ testimonij cũ altari. Et Aarõ cũ filijs suis vt sacerdotio fungant̃ mihi. Et habitabo in medio filiorũ israel. Eroqʒ eis deus. Et sciẽt ꝙ ego dñs deꝰ eorũ. Qui eduxi eos de terra egipti. Ut manereʒ inter illos. Ego dñs deus ipsorũ. ¶ Post declarationẽ rectitudinis ꝛ modificatiõis nr̃e intẽtionis vidẽdũ ẽ. Quõ intentio recta est fructuosa. ¶ Et dico ꝙ intẽtio recta ꝛ in deũ directa est fructuosissima: cũ ex ipsa sequant̃ plurimi fructꝰ: qui exprimunt̃ Exo. 29. ꝛ promittuntur rite offerentibus sacrificium matutinum.

¶ pꝰ fructus qui sequit̃ ex recta intentione est diuina reuellatio siue diuina allocutio. ¶ Et hic significatur in sacrificio matutino: post cuius descriptionem dixit deus Exo.29. Ibiqʒ precipiaʒ filijs israel.i.si obtuleritis mihi rite sacrificium matutinum: loquar ad vos ꝛ docebo vos precepta mea. ¶ Nam deus libẽter loquit̃ ꝛ illuminat simplices habentes rectã intẽtionẽ: sicut abbominatur astutos qui hñt prauam ꝛ iniquã intentionẽ: qꝛ scribitur Prouer.3. Abbominatio dñi est oĩs illusor. Et cũ simplicibus sermocinatio eius.

¶ 2. Fructꝰ ẽ cordis sctificatio. ¶ Que pmittitur rite offerẽtibꝰ sacrificiũ matutinũ: vñ dicit̃ Exo.29. Et sanctificabitur altare.i.cor ĩ gl'ia mea. ¶ Et sicut altare fuit sanctificatuʒ: quia fuit missus ignis de celo super ipsuʒ altare Leui.9. Sic hñtes in corde suo ĩtẽtionẽ in deũ rectã: merent̃ ꝙ ignis diuine caritatis a deo descẽdat: ꝛ cor suũ inflãmãdo ꝛ cõburendo sanctificet.

¶ 3. est anima ꝛ eorꝫ que sunt in aĩa sanctificatio. ¶ Unde scribit̃ Exo.29. sanctificabo ꝛ tabernaculũ testimonij cuꝫ altari. Et Aarõ cũ filijs suis vt sacerdotio fungant̃ mihi. ¶ Nã intentio sancta ꝛ recta sãctificat volũtatẽ in qua est Cũ operatio bona: recta: ꝛ sctã bonificet: rectificet ꝛ sctificet subiectũ ĩ quo est. Uolũtas sctificata sctificat aĩam: Aĩa sanctificata sanctificat̃ spũs rõnalis vl' liberuꝫ arbitriũ: Spiritu sanctificato siue libero arbitrio: sanctificant̃ desideria q̃si filij ex ipso quasi ex pr̃e procedẽtia ꝛ nascentia. ¶ Tabernaculũ ergo est aĩa: altare volũtas: Aaron Spũs: Filij ðsideria q̃ oĩa ex sancta ꝛ recta intẽtiõe sanctificant̃ ꝛ regulant̃.

¶ 4. Diuina inhabitatio. ¶ Uñ scribitur Exo.29. Et habitabo ĩ medio filiorũ israel. ¶ Intẽtio.n. recta fac̃ deũ habitare in aĩa: qꝛ scribit̃ Prouer.8. Ego sapiã habito in cõsilio ꝛ eruditis intersum cogitatiõibꝰ: cogitatiões.n. erudite sũt ille q̃ ĩ rectũ finẽ sũt directe. ¶ Et p oppositũ deꝰ nõ pt̃ habitare cũ hñtibꝰ siniſtras ĩtẽtiões ꝛ tortas cogitatiões ꝙ scribit̃ Sap.j. Peruerse cogitatiões separãt a deo: Spũs.n. sctũs discipline effugiet fictũ: ꝛ auferet se a cogitatiõibꝰ q̃ sunt sine itell'ũ. Et iõ dicit deũ Nũi vlti. Ego.n. sum dñs: qui habito inter filios israel.i. inter vidẽtes deũ p rectã fidem ꝛ intentionem.

¶ 5. Diuina veneratio. ¶ Unde scribit̃ Exo.29. Eroqʒ eis deꝰ.s.p spẽaleʒ cultũ ꝛ venerationẽ. ¶ Nã habẽtes intẽtionẽ rectã ad deũ disponũt̃ ad diuinũ cultũ ꝛ ad dinã venerationẽ melioꝛi ꝛ specialioꝛi mõ ꝙ̃ nõ hñtes intentionẽ talẽ. Unde dicitur Cant.j. Recti diligunt te: Recti per intentionem diligunt per obsequium ꝛ venerationẽ.

¶ 6. Diuina cognitio. ¶ Unde scribitur Exo. 29. Et sciēt q̄ ego dn̄s deus eorū. ¶ Intētio. n. recta in deū illuminat ad dei cognitionē: sicut oculus corporis in aliqđ obiectū direct⁹ illuminat ad eius cognitionē. Un̄ de ope facto p itētionē rectā dr̄ Luc. xj. Et sicut lucerna fulgoris illuminabit te.

¶ 7. Diuinorū bn̄ficiorū receptio. ¶ Un̄ scribit̄ Exo. 29. Qui eduxi eos de terra egypti liberādo. s. ꝛ multa bn̄ficia exhibēdo. ¶ Per intētionē. n. in deū directaꝫ meret̄ hō diuina recipe bn̄ficia dicente saluatore math. 6. Querite ḡ primū regnū dei ꝛ iustitiā ei⁹. s. p rectam ꝛ principalē intētionē. Et hec oīa adijciētur vobis vꝫ bona tēporalia.

¶ 8. Diuine gr̄e ꝯseruatio. ¶ Un̄ scribit̄ Exo. 29. Ut manerē inter illos. ¶ Sicut. n. rite celebrātib⁹ sacrificiū matutinū pmittit̄. Q̄ de⁹ māsurus sit inter illos. Sic in bn̄tib⁹ rectā ad dn̄i itētionē cōseruat̄ gr̄a diuina. Et de⁹ in illis inhabitat perseueranter p gr̄e cōseruationē. ¶ Un̄ de talib⁹ dr̄ Jo. 14. Si quis diligit me. s. recta intētiōe sermonē meum seruabit ꝛ pr̄ meus diliget eū ꝛ ad eum veniemus: ꝛ māsionē apud eū faciem⁹. ¶ Exēplū hr̄ in beato Job qui habuit intentionē rectā cū essꝫ vir simplex ꝛ rect⁹ Job. j. Cui⁹ oculus stillabat ad deū Job. 16. ꝛ iō in tot tribulatiōib⁹ semper fuit conseruatus in gratia. Et deus mā sit in illo.

¶ 9. Diuina ptectio. ¶ Un̄ scribit̄ Exo. 29. Ego dn̄s ipsorū: Ego dn̄s per protectionē ꝛ liberationē a presentib⁹ malis. ¶ Habētes. n. intētionē in deū rectam: merent̄ a deo in hac vita a malis iminētibus ptegi. Un̄ de bn̄tib⁹ cogitationeꝫ ꝛ itētionē apud altissimū scribit̄ Sap. 5. Justi aūt in perpetuū viuent ꝛ apud dn̄m est merces eorū. Et cogitatio illorum apud altissimū. Ideo accipiēt regnū decoris ꝛ diadema spēi de manu domini qm̄ dextera sua teget eos ꝛ in brachio sancto suo defendet illos.

¶ x. Finalis glorificatio. ¶ Un̄ scribitur Exo. 29. Ego deus ipsorū. s. p finalē glorificationē. ¶ Hn̄tes. n. intētionē i deū rectaꝫ merent̄ a deo finalē obtinere glorificationē. ¶ Exē^m habet̄ in quinq̄ virginibus prudētib⁹: que q̄ habuerūt intentionē rectā in operib⁹ suis ideo igresse sunt ad nuptias math. 25. Sic hn̄tes intentionē in deū rectā merent̄ eternam gl'ificationē. ¶ Ex his p̄dictis oīb⁹ pꝫ: quāte gratiositatis: fructuositatis ac dignitatis sit sacrificiuꝫ matutinū Recte intētionis: O Beata aīa que tale sacrificiuꝫ oī mane an̄ oē aliud sacrificiū deuota mente deo imolauerit: ꝛ ve illi qui laborū suorū intētionē: vl' p maliciaꝫ a deo auertit: vel p negligentiā ad ip̄m nō ꝯuertit. Uenite ergo ascēdam⁹ ad monteꝫ dn̄i ꝛ docebit nos vias suas.

¶ De quinq̄ holocaustorū generib⁹ deo nr̄o spūaliter imolādis. Cap̄. 47.

V Enite ascendam⁹ ad mōtē dn̄i ꝛ docebit nos vias suas. ¶ Scribūtur hec verba Leui. j. Hō qui obtulerit ex vobis hostiā dn̄o de pecorib⁹. i. de bobus et ouib⁹ offerēs victimas. Si holocaustū fuerit ei⁹ oblatio ac ꝛ armēto: Masculū imaculatū offeret ad ostiū tabernaculi testimonij ad placandū sibi dn̄ꝫ. ¶ Uiso de sacrificio Matutino qđ oīa alia p̄cedebat: superest videre de Holocausto qđ erat inter alia que restant dignissimū. Et prio vidēdū est de ipso in generali. ¶ Ubi notandū qđ Holocaustum erat sacrificiū totaliter incensū ad honorē diuinuꝫ. Et dr̄ ab Holon q̄ est } Holoc. —

totum: et cauma quod est incendium. Et per hoc designabatur quod aia offerentis debebat totaliter resolui seu referri ad honorem diuinum sicut dicit lyra Leui.j. ¶ In holocausto autem offerebantur quinque aialium genera vz Boues: Oues: Capre: Turtures: et Columbe. Et significant quinque spiritualia sacrificia que a nobis deo nostro sunt ad honorem diuinum totaliter imolanda. Quorum proprietates et conditiones patebunt comparando et discurrendo per singula.

¶ Primum Genus holocausti fiebat de armento siue de bobus. ¶ De quo dicitur Leui.j. Homo qui obtulerit ex vobis hostiam domino de pecoribus .i. de bobus: Si holocaustum fuerit eius oblatio ac de armento. Et in hoc genere holocausti tria domino immolabantur. ¶ Primo Immolabantur Tauri sicut patet .2. parali.29. Ubi scribitur. Consurgens diluculo rex Ezechias aduauit omnes principes ciuitatis et ascendit in domum domini obtuleruntque simul tauros septem .s. in holocaustum prout ibidem lyra declarat. ¶ 2. Immolabantur Boues sicut patet Numi.7. Ubi scribitur. Primo die obtulit oblationem suam Naason filius Aminadab de tribu iuda: Bouem de armento in holocaustum. ¶ 3. Immolabantur vituli sicut patet Numi.29. Ubi scribitur: Offeretisque holocaustum in odorem suauissimum domino vitulos de armento tredecim. ¶ Moraliter primum genus spiritualis holocausti quod deo nostro debemus offerre: est holocaustum nostre fortitudinis quod per holocaustum Boum: qui sunt aialia fortia et laboriosa significatur. Quando ergo propter solum diuinum honorem et amorem nostram fortitudinem exercemus: tunc de armento siue de bobus deo holocaustum immolamus. ¶ Hanc autem nostram fortitudinem deo nostro tripliciter in holocaustum offerimus: sicut de bobus siue de armento tripliciter fiebat holocaustum. ¶ Aut enim imolamus declinando malum et dimicando contra inimicos nos temptantes. De quo conflictu dicit paulus ad Ephe.6. Induite vos armaturam dei vt possitis stare aduersus insidias diaboli: quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem et sanguinem: sed aduersus principes et potestates: Aduersus mundi rectores tenebrarum harum: Contra spiritualia nequitie in celestibus. Propterea accipite armaturam dei vt possitis resistere in die malo etc. Et ista fortitudo nostra significatur per holocaustum de tauro quod est aial forte robustum et bellicosum. Quando ergo mundo carni et diabolo impugnantibus resistimus et contra ipsos fortiter propter solum diuinum amorem et honorem dimicamus. Tunc deo nostro taurum in holocaustum imolamus. ¶ Aut imolamus nostram fortitudinem operando bonum. De qua fortitudine dicit petrus .2. petri.j. Uos autem curam omnem subinferentes ministrate in fide vestra virtutem. In virtute autem sciam. In scia autem abstinentiam: etc. Quapropter satagite magis fratres vt per bona opera certam vestram vocationem et electionem faciatis. Et ista fortitudo significatur per holocaustum de boue quod est aial laboriosum et fructuosum ac vtile in portandis oneribus: In generandis et multiplicandis frugibus terre. Quando ergo in bene operando nostram fortitudinem exercemur propter solum diuinum honorem: tunc in holocaustum deo nostro laboriosum et fructuosum bouem imolamus. ¶ Aut imolamus nostram fortitudinem. Proficiendo in bono et refrenando gestus leues ac dissolutos qui impediunt profectum in bonum: de quo dicit paulus ad Ephe.5. Turpitudo aut stultiloquium: aut scurilitas que ad rem non pertinet nec nominetur in vobis. Et .2. ad Thimo.2. Iuuenilia autem desideria fuge sectare iustitiam: fidem: spem: caritatem: et pacem cum hijs qui

inuocant deū de corde puro. Et ista for titudo significat per holocaustū de vitulo: qd̄ est aial gesticulosum ⁊ lasciuū. Mala. 4. Salietis sicut vitulus de armēto. Quādo ergo in bono pficiendo refrenamus gestus lasciuos ac dissolutos ⁊ maturitati cōtrarios: si pp honorez diuinū id agimus dn̄o vitulū in holocaustum imolamus. Et sic nostrā fortitudinem deo tripliciter in holocaustū offerimus: dū pp deū laboram⁹: a malo resistendo: bonum operando: et in bonum proficiendo.

¶ 2. Genus holocausti fiebat de ouibus. ¶ Unde scribitur Leui. j. Qd̄ si de pecoribus oblatio est. De ouib⁹ holocaustum. Et in hoc genere holocausti duo offerebātur: vz Arietes magni. Et agni anniculi. ¶ Un̄ scribitur Nū. 29. Offeretisq3 holocaustū domino in odorem suauissimum vitulum de armento vnū: Arietem vnum: agnos anniculos immaculatos septem. ¶ Moraliter secundum genus holocausti: quod deo debemus offere est holocaustū nostre mā suetudinis prudēter sufferēdo cōtumelias ⁊ maledictiones ⁊ oīa aduersa: que nobis bn̄facientib⁹ occurrūt sine rancore ⁊ appetitu vindicte. ¶ Et ista mansuetudo figurat per holocaustū factum de agno anniculo. Qd̄ est aial mansuetum nō iracūdum: non remurmurans: nec recalcitrās in verberibus: sed mansuete gemēs. Qn̄ ergo quis iniurias cōtumelias ⁊ psecutiones illatas cū mansuetudine tollerat: si pp diuinū honorē vel amorē id facit: agnū ānicul ū imolat in holocaustū. De ista mansuetudine dicit apl̄s ad Ephe. 4. Obsecro itaq3 vos ego vinctus in domino: vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis cum oī humilitate ⁊ māsuetudine: cum patiētia supportantes inuicē in caritate: Solliciti seruare vnitatem sp̄us in vinculo pacis. ¶ Sed cum agno imolare debemus ⁊ arietem qui est dux ouiū ⁊ agnorum: quia cuz mansuetudine debemus exercere simul ⁊ prudentiam in cauendis persecutoribus: et ista significatur per arietem quia sicut Aries regit ⁊ ducit agnos ⁊ oues: sic prudētiā nostram decet mansuetudinem regulare regere ⁊ temperare. Unde ⁊ saluator docuit nos simul ⁊ arietem prudentie ⁊ agnuz mansuetudinis imolare dicēs Math. x. ¶ Estote ergo prudentes sicut serpentes ⁊ simplices sicut columbe Cauete autem ab hominibus: Tradent eniz vos in conciliis ⁊c̄. Cum enim tradent vos: nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. ¶ Et congrue post holocaustum Fortitudinis immolandum est holocaustum prudentie ⁊ māsuetudinis: quia cum ceperimus malis resistere. In bonis operibus laborare: ac in proficiendo desudare: Insurgunt oblocutores: maledici ac calūniatores: ⁊ aliquādo corporis psecutores: quos oportet cum prudentia ⁊ mansuetudine tolerare: dicēte Petro apostolo. j. petri. 3. ¶ In fide omnes vnanimes: compatiētes: fraternitatis amatores: misericordes: modesti humiles. Non reddentes malum pro malo: nec maledictum pro maledicto: sed econtrario benedicentes: quia in hoc vocati estis vt benedictionē hereditate possideatis. Qui enim vult vitaz diligere ⁊ dies videre bonos: coerceat linguam suam a malo: ⁊ labia eius ne loquantur dolū.

¶ 3. Genus holocausti fiebat de capris. ¶ Unde scribitur Leui. j. Quod si de peccoribus oblatio est: de ouibus siue de capris holocaustum. ¶ Et in hoc genere holocausti offerebantur hedi. sicut patet. j. Esdre. 6. Ubi dicitur

Oz si necesse fuerit τ vitulos τ agnos τ hedos in holocaustū deo celi: Frumentum: Sal: Uinū τ oleū ſm ritū sacerdotum qui sunt in hierl'm: detē eis p singulos dies. ℭ Moraliter tertiū genus holocausti qḋ deo ḋbemus offerre est holocaustū abstinētie: restringēdo appetitū gule. Et ista abstinētia figuratē per holocaustū de capris siue de hedis: qꝛ capra est aīal hispidū τ rigidū habēs pilos duros τ horridos. Et abstinētia similiter delectatur rigidis τ duris τ reddit corpus asperū τ horridū. Qñ ergo quis gule appetitū refrenat: si pp honorem τ amorē diuinū id facit: tūc hedū in holocaustū imolat: τ holocaustū de capris offert. ℭ Ad istud abstinētie holocaustū deo imolandum nos excitabat saluator dicēs Luc.21. Attēdite aūt vobis ne forte grauentē corda vestra in crapula et ebrietate τ curis hui' vite: τ superueniat in vos repentina dies illa. ℭ Et cōgrue post holocaustū Mā suetudinis offerēdū est holocaustum abstinētie: qꝛ cū victi fuerint hostes exteriores p virtutē mā suetudinis: insurgūt appetitus interiores gule: dicētes illḋ comedam' τ bibam': cras.n.moriemur τ aīaꝫ miseram ad malū īpellunt. Sed p virtutē abstinētie occidēdi τ imolandi sunt ne aīam trahāt in ptē reproboꝝ iuxta illḋ Luc.12. Qḋ si dixerit seruus ille ī corde suo: morā facit dñs meus venire. Et ceperit pcutere seruos τ ancillas: τ edere τ bibere τ inebriari veniet dñs serui illius in die qua nō sperat τ hora qua nescit τ diuidet eū: partē qꝫ eius cū infidelibus ponet.

ℭ 4. Genus holocausti fiebat de turturibus. ℭ Uñ scribitē Leui.j. Si autē de auibus holocausti oblatio fuerit dñō ḋ turturib': offeret eaꝫ sacerdos ad altare. ℭ Moraliter quartū gen' holocausti qḋ deo debemus offerre est holocaustum castitatis τ cōtinētie refrenādo appetitus luxurie τ sēsualitatis. Et ista castitas bñ figuratur p holocaustū de turturib'. Que vt ferē post mortem primi cōiugis nullis āplius copulanē sꝫ cōtinenter τ caste viuūt toto tēpore futuro in montib' τ solitudinib' gemētes. Qñ ḡ quis carnalitatis ac lasciuie appetitus refrenat ḋclinādo fornicationem: adulteria: incestuꝫ τ alia opera carnis: si pp diuinū honorē τ amorē facit. Tūc ḋ turturib' dñō offert holocaustū. ℭ Ad istud holocaustū deo imolandū incitabat paulus apl's qñ dicebat ad Ephe.v. Fornicatio autē τ oīs imūdicia nec nominetē in vobis sicut decet sanctos: aut turpitudo aut stultiloquiū aut scurrilitas que ad rem nō ptinet: sed magis gratiarum actio. ℭ Et cōgrue post holocaustum abstinētie offerendū est holocaustū castitatis τ cōtinētie: qꝛ subiugato p abstinentiā appetitu gule: refrenatē consequēter τ desideriuꝫ carnis τ luxurie. Et ideo ista duo cōiūgebat paulus apl's τ ab ambob' abstinere docebat dicens ad Ro.13. Nō in cōmessationib' τ ebrietatib'. Non in cubilib' τ ipudicijs. Nō in contētione τ emulatiōe: sed induimini dominū iesuꝫ xp̄m. Et carnis curam ne feceritis in desiderijs.

ℭ 5. Genus holocausti fiebat de colūbis. ℭ Uñ scribitē Leui.j. Si aūt de auibus holocausti oblatio fuerit dñō de pullis colūbe: offeret eam sacerdos ad altare. ℭ Et Leui.5. Offerat duos turtures vl' duos pullos colūbarū dñō: vnū pro peccato τ alterū in holocaustū. ℭ Moral'r quintū genus holocausti qḋ deo debemus offerre est holocaustū penitētie τ cōtritionis interioris: dolendo τ gemēdo pro peccatis p̄teritis τ negligētijs cōmissis siue pro dilatione celestis patrie.

Et ista penitentia bene figuratur per Holocaustum de pullis columbarum: quia sicut Columba habet gemitum pro cantu et caret felle. Sic vere penitens habet gemitum et lamentum penitentie pro cantu et solacio iuxta illud Aug. Doleat peccator et de dolore gaudeat. Et caret felle amaritudinis et rancoris: iracundie ac vindicte: libenter indulgens vt sibi a domino indulgeatur: Quando ergo quis sponte assumit lamenta penitẽtie et contritionis interioris siue pro peccatis siue pro dilatione glorie: si totum hoc pro dei honore ac dilectione facit: tunc de pullis columbarum domino offert holocaustum. ¶ Ad istud holocaustũ penitentie inuitabat peccatores Jacobus apostolus dicens Jaco. 4. Emũdate manus peccatores et purificate corda duplices animo: Miseri estote et lugete et plorate. Risus vester in luctum conuertetur et gaudium in merorem. ¶ Et congrue vltimo loco deo offerendum est holocaustum penitentie interioris: quia q̃uis omnia predicta sacrificia et holocausta offerantur: semper tamen ex pronitate ad malum homo in hac vita maculatur aliqua culpa saltem veniali: quia Si dixerimus quia peccatum non habemus nosmetipsos seducimus et veritas in nobis non est. j. Jo. j. Et ideo per istud vltimum holocaustum penitentie emundamus animam ab omni delicto: quia scribitur. j. Jo. j. Si confiteamur peccata nostra fidelis est: et iustus vt remittat nobis peccata nostra: et emundet nos ab omni iniquitate. ¶ Per primum holocaustum fortitudinis Homo resistit demonibus. ¶ Per secundum holocaustum Mãsuetudinis resistit malis hominibus. ¶ Per tertium holocaustum Abstinẽtie refrenat gulam. ¶ Per quartum holocaustum castitatis refrenat tactum. ¶ Per quintum holocaustum penitentie purgat animum et totam vitam. Et ideo ad istud sacrificium siue holocaustum penitentie diligenter immolandũ inuitat dominus dicens Johel. 2. Conuertimini ad me in toto corde vestro: in ieiunio fletu et planctu: Scindite corda vestra: et non vestimenta vestra: dic totum. Et respondit dominus: et dixit populo suo. Ecce ego mittam vobis frumentum et vinum et oleum et replebimini in eis: et non dabo vos vltra opprobrium in gentibus. O beata anima que predicta holocausta domio fideliter immolauerit: Et ve illi que opposita predictorum immolat demoniis. ¶ Sed aduertendum q in holocausto de predictis animalibus offerebatur simila: Vinum: Oleum: Sal: et Thus sicut patet Leui. 2. et Numeri. 28. et 29. Sic cũ quinque predictis debem⁹ offerre similã interioris et mentalis mũdicie Vinũ iustitie: Oleum pietatis et misericordie Sal discretionis et Thus cordialis deuotionis: de quibus supra satis dictum est. Venite ergo ascendamus ad montem domini et docebit nos vias suas.

¶ De nostre fortitudinis rectitudine in holocausto mistice p̃signata. Cap. 48.

Venite ascendamus ad montem domini et docebit nos vias suas. ¶ Scribũtur hec verba Leui. j. ¶ Homo qui obtulerit ex vobis hostiam domino de pecoribus idest de bobus: et ouibus offerens victimas. Si holocaustum fuerit eius oblatio ac de armento. Masculum immaculatum offeret ad ostiũ tabernaculi: ad placandum sibi domi-

mum: Ponetq; super caput hostie manus: Et acceptabilis erit: Atq; in expiationē eius pficiēs: Hec ibi. ¶ Moraliter p sacrificiū siue holocaustū de bobus significat nostra fortitudo: Que sicut prediximus deo tripliciter immolatur: dum laboramus vel malo resistēdo: vel bonum operando: vel in melius proficiendo. Ad holocaustum autem istud digne offerendum septem conditiones requiruntur: que reddunt holocaustum nostre fortitudinis integrum & perfectum. Et quicumq; cupit deo suam offerre fortitudinem propter eius amorem & honorem laborando: studeat pro posse has omnes conditiones in suo sacrificio coadunare: Unde nostra fortitudo debet esse.

¶ p Libera ex parte voluntatis offerentis: vt videlicet libere deo offerat suam fortitudinem propter eius amorem: & honorem laborando. ¶ Et ista est prima bonitas moralis que conuenit actui scilicet conuenientia eius ad causam effectiuam siue ad efficiens: qua actus dicitur moralis quia libere elicitus: sicut declarat Scotus in. 2. di. 40. ¶ Et ista prima conditio notatur in littera quando dicitur Leui. j. Homo qui obtulerit ex vobis hostiam scilicet ex deuotione mera. Offeret scilicet sponte & libere ad ostium tabernaculi scilicet ad christus: qui est ostium superni tabernaculi Jo. 10. ¶ Sine ista condicione nulla oblatio & nullum sacrificium est deo acceptum. 2. Cor. 9. Unusquisq; prout destinauit in corde suo: nō ex tristitia aut ex necessitate. Hyllarem enim datorē diligit deus. Et hoc est contra illos qui in diuinis operibus non libere sed ex q̄dam necessitate vel verecundia laborant.

¶ 2. Uigorosa siue virilis. ¶ Quia cū militia sit vita hominis super terram Job. 7. necesse est fortitudinem nostram esse vigorosam & virilem in resistendo temptationibus Et in exequendo opera virtuosa. Et in bonis proficiendo. ¶ Et ista condicio notatur in littera quādo dicitur Leui. j. Offerat masculum: Masculus enim est fortior femina: & ideo significat virilitatē nostre fortitudinis: ¶ Et ista est secunda bonitas moralis que conuenit actui ex obiecto: quando videlicet Actus transit supra debitum obiectum: ex quo fit bonus ex genere: vlterius circumstantionabilis aliis circumstantiis: sicut dicit: Scotus in. 2. di. 40. ¶ De ista virilitate nostre fortitudinis dicit Paulus ad Phil. 6. Induite vos armaturā dei: vt possitis stare aduersus insidias diaboli: quoniam non est nobis collucatio aduersus carnem & sanguinē: sꝫ aduersus principes & potestates Et hoc est contra illos qui in terrenis operibus sunt fortissimi & viriles: sed in celestibus & diuinis sunt infirmi & debiles De quibus dicit Grego. Omnes huius seculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt: in celestibus debiles.

¶ 3. Munda. ¶ Quia fortitudo nostra debet esse mūda & immaculata ne inferat proximo violentiam: aut committat rapinam iniuste inuadendo aliena: iuxta illud quod dixit Joannes Baptista militibus Luc. 3. Neminem concutiatis: neq; calumniam faciatis & contenti estote stipendiis vestris. ¶ Et ista condicio notatur in littera quando dicitur Leui. j. Masculum immaculatum.

¶ Ubi dicit Lyra Quod Animal immolandum debebat esse immaculatū: carens omni defectu membrorum: nō debebat esse languidum: nec debile: nec contaminatum ex concubitu cum ani-

mali alterius speciei. Nec contaminatũ ex contactu alicuius rei immunde: nec aliquõ maculatum aut ineptum diuino sacrificio: hec ille. Sic nostra fortitudo debet esse munda ꝛ nullo vicio maculata. ¶ Et ista est tertia bonitas que conuenit actui ex forma sua: quando videlicet fit debito modo ꝛ põitur quarta circumstantia actus a Scoto. in. 2. di. 40. ¶ De ista mundicia nostre fortitudinis dicitur Job. 17. Tenebit iustus viã suam ꝛ mundis manibus addet fortitudinem Et hoc est contra illos qui suam fortitudinem quam in diuinis rebus exercent: deo offerunt immundã ꝛ maculatam ex rapinis: violentijs: homicidiis ꝛ sanguine ꝓximorũ.

¶ 4. Recta. ¶ Quia nostra fortitudo debet in debitam finem dirigi per rectam intentionem videlicet in deum ad eius gratiam ꝛ amicitiam promerendam. ¶ Et ista condicio notatur in littera quando dicitur Leui. j. Ad placandum sibi dominum. ¶ Et ista est quarta bõitas in actu: que videlicet est ex circunstantia finis: quando actus ordinatur ad rectũ ꝛ debitum finem. ¶ Istã fortitudinis rectitudinem in suis passionibus habebant illi qui dicebant in ps. 43. Propter te mortificamur tota die extimati sumus sicut oues occisionis. Et hoc est contra illos qui in ecclesiasticis ꝛ diuinis rebus laborant: non propter deum: sed propter lucrum vel humanam laudem.

¶ 5. Integra. ¶ Quia nostra fortitudo tota exerceri debet propter deum: non partim propter deum ꝛ partim propter mundum: quia non esset integra ꝛ perfecta: sed diminuta. ¶ Et ista condicio bene notatur in littera quando scribitur Leui. j. Ponetq; super caput hostie manus scilicet ambas. Et hoc faciebat secundum Liram ad denotandum ꝙ offerens animal renunciabat iuri qđ habebat in eo: ꝛ offerebat totum deo: Sic nostra fortitudo totaliter debet in diuinum honorem referri non in proprium honorem vel commoduꝫ. Utrãq; ergo manum supra caput hostie ponimus: quando nostram fortitudinem totam pro diuino honore labori supponimus. Utranq; manum super hostiam ponimus: quando propter deum ꝛ in spiritualibus ꝛ in temporalibus Et in prosperis ꝛ inaduersis. Et in vita cõtemplatiua ꝛ actiua desudamus ꝛ fatigamur: Hec enim omnia per dexteram ꝛ sinistram significantur. ¶ Istam integram fortitudinem offerebat Paulus apostolus: ꝛ vtranqꝫ manuꝫ super caput hostie ponebat quando dicebat. 2 ad Cor. 6. In oĩbus exhibeamus nos sicut dei ministros: per arma iustitie a dextris ꝛ a sinistris: per gloriam ꝛ ignobilitatem: per infamiam: ꝛ bonam famã: vt seductores ꝛ veraces ꝛc. Et hoc est contra infinitos qui in spiritualibus ꝛ diuinis parum laborant: sed in terrenis plurimum ꝛ sic claudicant in duas partes ꝛ ingrediuntur duas vias ꝛ nõ habebũt success⁹ Ecci. 3. Cor. igrediẽs duas vias nõ hẽbit successus.

¶ 6. Grata. ¶ Quia si nr̃a fortitudo nõ deo foret grata non eẽt perfecta: Tante .n. bonitatis est res queq;: ꝗ̃tum a diuina voluntate acceptatur. ¶ Et ista Condicio notatur in littera cum dicitur Leui. j. Et acceptabilis erit. Et in hoc consistit nostre fortitudinis ꝛ nostri holocausti summa perfectio: si a diuina voluntate acceptetur. ¶ Istam Gratam hostiam deo docebat offerre Petrus ap̄lus qñ dicebat. j. Petri. 2. Ad quẽ accedentes lapidẽ viuum ꝛ ipsi tãꝙ̃ lapides viui supedificamini domos

spirituales: offerentes spiritales hostias: acceptabiles deo per iesum christuz: Et hoc est contra illos qui in diuinis laborant sed non sunt in caritate ꝛ ideo eius fortitudo ꝛ labor non est deo gratus: Uel si sunt in caritate non agunt tales labores ex inclinatiōe caritatis: sꝫ ex cōsuetudine vel ex aliquo alio respectu: ꝛ ideo talis labor non est deo gratus sicut declarat Sco. in quol. q. 17. ar. 2.

¶ 7. Fructuosa. ¶ Quia nostra fortitudo si pro diuino amore exerceatur vel resistendo tēptationibus vel opādo difficilia vl' tolerādo dura ꝛ aspera: expiat ꝛ purgat aiam sicut lima ferrum: ꝛ fornax argentum: iuxta illud ps. 16. Probasti cor meum ꝛ visitasti nocte: Igne me examinasti: ꝛ non est inuenta in me iniquitas. ¶ Et ista condicio notatur ī littera cū scribit̄ Leui. j. Atqꝫ in expiationem eius proficiens. ¶ Istum fructum nostre fortitudinis describit Paulus apostolus dicens ad Ro. 5. Gloriamur in tribulationibus: scientes ꝙ tribulatio patientiam operat̄: patiētia autem probationem: probatio vero spem Spes autem non confundit: quia Caritas dei diffusa est in cordibus nostris: per spiritum sanctum qui datus est nobis Hee sunt condiciones septem que concurrunt in holocausto nostre fortitudinis ex parte ipsius offerētis. ¶ Et beatus spiritus ille qui fortitudinez suam sic propter deuz exercet vt labores sui sint liberi: viriles: mundi: recti: integri: deo grati: ꝛ sibi metipsi vtiles ac fructuosi Uenite ergo ascendamus ad mōtem dn̄i ꝛ docebit nos vias suas.

¶ De multiplicibus fortitudinis nostre condicionibus in holocausto ō bobus mistice presignatis Cap. 49.

Venite ascendamus ad montez domini ꝛ docebit nos vias suas. ¶ Scribūt hec v̄ba Leui. j. Immolabitqꝫ vitulū coraz dn̄o. Et offerent filii Aaron sacerdotis sanguinem eius: fundentes per altaris circuitum: quod est ante hostium tabernaculi. Detractaqꝫ pelle hostie: artus in frustra concident. Et subiicient in altari ignem: strue lignorum ante composita. Et membra que sūt cesa desuper ordinantes: caput videlicet ꝛ cuncta que adherent iecori: intestinis ꝛ pedibus lotis aqua: Adolebitqꝫ ea sacerdos super altare in holocaustum: ꝛ suauem odorem dn̄o: hec ibi. ¶ Uisti ce sacerdos deo dedicatus ꝛ sacra ministrans est spiritus rationalis: ꝛ portio superior deprecans ad optima: ꝛ sacra persuadēs Uel spiritus sanctus qui sacra docet: vel christus iesus qui est sacerdos secundum ordinem melchisedech. ¶ Filii huius summi sacerdotis sunt angeli sancti qui vocantur filii dei Job. 38. Cum me laudarent astra matutina: ꝛ iubilarent omnes filij dei. ¶ Uel filii summi sacerdotis sunt cogitationes recte in nobis a deo recto genite. 2. Cor. 3. Non ꝙ sufficientes sim' cogitare aliquid a nobis q̄si ex nobis. sꝫ sufficientia nostra ex deo est. ¶ In hoc autem holocausto nostre fortitudinis multa concurrunt ad eius completam ꝛ omnimodam perfectionem.

¶ p̄ Sacerdos immolat vitulum coraz domino. ¶ Unde scribitur Leui. j. Immolabitqꝫ vitulum coram domino scilicet sacerdos. ¶ Sic moraliter spiritus rationalis vel portio superior: christus vel spiritus sanctus iugulat fortitudinis nostre bestialitatem: que prius pro terrenis diuitiis ꝛ honoribus labora-

bat: iuxta illud Grego. Omnes huius seculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt: in celestibus debiles: Sacerdos bouem iugulat. cum portio nostra superior: fortitudinem nostram in terrenis laborantem reprimit: & in celestibus laborare compellit. ¶ Hunc vitulum siue bouem sacerdos coram deo iugulat: quia portio nostra superior siue spiritus rationalis fortitudinem nostraz more bouis in terrenis desudantem: deo approbante mortificat. Et coram deo iugulat: quia ad bonuz conuertit: vt sicut prius nostra fortitudo pro mundo: ita postmodum pro deo tantuz modo: laboret. ¶ Unde scribit Paulus ad Ro. 6. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immundicie: & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitie in sanctificationem.

¶ 2. Filii Aaron offerunt sanguinem. ¶ Unde scribitur Leui. j. Et offerent filij Aaron sacerdotis sanguinem eius Sanguis ē dulcis & significat dlectationem siue gaudiū. ¶ Quando ergo cogitationes sancte vel conscientie stimuli vel angeli sancti inspirant anime vt omne gaudium de sua fortitudine ad deuz referat Tunc filij Aaron sanguinem vituli deo offerunt: quasi dicentes hominibus viriliter pro deo laborantibus illud apostoli ad Phil. 4. Gaudete ī dño semper iterum dico gaudite.

¶ 3. Filii Aaron fundunt sanguineʒ per circuitum altaris. ¶ Unde scribit Leui. j. Fundentes scilicet sanguinem per altaris circuitum quod est ante ostiuz tabernaculi. ¶ Moralit altare est cor nostrum: & dicitur esse ante ostium tabernaculi quia ante xp̄m cui omne cor patet & omnis voluntas loquitur: vel altare est christus. ¶ Quando ergo dictamīa ɔscientie recta vl angeli sancti docent nos vel intus in corde siue conscientia: vel in christo de nostra fortitudine gaudere: non extra in laudibus hominum: tunc sanguinem nostri vituli fundunt in circuitu altaris: quasi dicentes illud. 2. Cor. j. Gloria nostra hec est testimonium conscientie nostre: Et illud j. Cor. j. Qui gloriatur in domino glorietur.

¶ 4. Sacerdos excoriabat vitulum siue bouem immolandum. ¶ Unde scribitur Leui. j. Detractaq; pelle hostie. Et in casu necessitatis leuite adiuuabāt sacerdotes in excoriando: Unde dicit. 2. Parali. 29. Sacerdotes vero pauci erant: nec poterant sufficere vt pelles holocaustorum detraherent: vnde & leuite fratres eorum adiuuerunt eos. ¶ Moraliter Aaron & filii excoriāt hostiam: quando portio superior & eius dictamina qui sunt eius filii vel spiritus sanctus & angeli qui sunt eius filii: hortantur nos ad omnis peccati: & circumstantie depositionem: & fortem cuiuslibet aduersitatis tollerationem: dicentes illud apostoli ad Hebre. 12. Deponentes omne pondus & circūstans nos peccatum: per patientiam curramus ad propositum nobis certamen. ¶ Pellē de hostia detrahunt: quando veterem consuetudineʒ nostre fortitudinis que circa terrena versabatur: docent immutare: & circa celestia & spiritualia exercere: dicentes illud apostoli ad Phil. 4. Deponite vos secundum prestinam cōuersationem veterem hominem: qui corrumpitur secundum desideria erroris. Renouamini autem spiritu mentis vestre: & induite nouum hominem qui secundum deum creatus est: in iustitia & sinceritate veritatis: Qui furabatur iam non furetur: magis auteʒ la/

boret opãdo mãsb⁹ suis qd̃ bonũ ẽ: vt hẽat vñ tribuat necessitatẽ patiẽti.

¶.5. Sacerdos cum leuitis diuidebant artus hostie in frusta. ¶ Unde scribitur Leui.j. Artus in frusta concident. ¶ Moraliter Aaron ⁊ eius filij diuidunt hostiam immolandam in frusta: quando superior portio: ⁊ rationis dictamina vel spiritus sanctus ⁊ angeli docent ⁊ instruunt nostram fortitudinem in multis ac variis operatiõibus fore exercendam: quasi dicant illud apostoli.2 ad Cor.6. In omnibus exhibeatis vos metipsos sicut dei ministros: In multa patientia: In tribulationibus: in necessitatibus: In laboribus: in vigiliis: In ieiuniis: in castitate: Per arma iustitie a dextris ⁊ a sinistris.

¶.6. Sacerdos lauabat intestina scilicet viscera aqua. ¶ Unde scribitur Leui.j. Intestinis: ⁊ pedibus lotis aqua. ¶ Moraliter per viscera que replentur stercoribus intelligi possunt appetitus luxurie que stercori comparatur. Eccl.9. Omnis mulier que est fornicaria quasi stercus in via ab omnibus pretereuntibus conculcabitur: Sacerdos ergo lauat viscera hostie immolande aqua: quando spiritus sanctus nos edocet nostram fortitudinem non ad delectationẽ carnis nec propter explendum luxurie appetitum exercere: Sed propter diuinum honorem ⁊ propter regnum celorũ docet nos fortiter carnis appetitum restringere dicens illud mathe.19. Sunt eunuchi qui se ipsos castrauerunt propter regnum celorum. Sacerdos lauat viscera cum aqua: quãdo spiritus rationalis forti castigatione ⁊ forti contritione luxurie incitamenta refrenat dicens illud Pauli.j. Cor.9. Castigo corpus meum ⁊ in seruitutem redigo: ne forte cum aliis predicaue-rim ipse reprobus efficiar.

¶.7. Sacerdos lauabat ped: s hostie immolande aqua. ¶ Unde scribitur Leui.j. Intestinis ⁊ pedibus lotis aqua. ¶ Moraliter per pedes qui puluere terreno fedantur intelliguntur desideria rerum terrenarũ: que debent aqua contritionis dilui. Sacerdos ergo aqua pedes hostie immolande lauat: quando spiritus rationalis vel spiritus sanctus edocet nostram fortitudinem: non pro terrenis rebus aquirendis sed pro celestibus exercendam dicens illud apostoli.j. ad Thimo.4. Exerce te ipsum ad pietatem: Nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis est. Et illud.j Jo.2. Nolite diligere mundum neque ea que in mundo sunt.

¶.8. Sacerdos componebat in altari ligna. ¶ Unde scribitur Leui.j. Strue lignorum ante composita. ¶ Moraliter ligna in altari componere est diuina beneficia: ⁊ fortitudinis exempla sanctorum ad cordis memoriam reuocare: Sacerdos ergo: ⁊ leuite ligna in altari componunt: quando spiritus rationalis ⁊ munde cogitationes: vel spiritus sanctus ⁊ angeli: ad cordis nostri memoriam diuina beneficia ⁊ fortitudinis exempla sanctorum reducunt: dicentes illud apostoli ad Hebre.11. Sancti per fidem vicerunt regna Operati sunt iustitiã. Adepti sunt repromissiones: Obturauerunt ora leonum: Extinxerunt impetum ignis: Alii vero ludibria ⁊ verbera experti: insuper: ⁊ vincula: ⁊ carceres: lapidati sunt: Secti sunt: Temptati sunt ⁊c. Et illud ad Hebre.12. Recogitate eum qui talem sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem: vt ne fatigẽini ãimis v̄ris d̄ficiẽtes.

¶.9. Sacerdos ordinabat membra. Ho

stie cesa super ligna composita. ¶ Unde scribitur Leui. j. Et membra que sunt cesa desuper ordinantes. Caput videlicet et cuncta que adherent Jecori. ¶ Moraliter membra hostie super ligna composita ordinare est: Actus singulos fortitudinis ad exempla sanctorum exercere. Sacerdos ergo membra hostie cesa super ligna composita ordinat: quando spiritus sanctus vel spiritus rationalis quasi alter Aaron in corde suggerit cui operi quis debeat insudare q̄si dicens illud apostoli ad Ro.12 Unicuiqꝫ sicut de⁹ diuisit mēsurā fidei Sicut.n. in vno corpore multa membra habemus Omnia membra non eundem actum habent. Ita multi vnū corpus sumus in Christo: singuli autem alter alterius membra. Habentes donationes secundum gratiam differentes: Siue prophetiam ꝑm rōnem fidei: Siue ministeriū in ministrando: Siue qui docet in doctrina. Qui exhortatur in exhortando. Qui tribuit in simplicitate. Qui p̄est in sollicitudine. Qui miseretur in hylaritate: Sollicitudine non pigri: spiritu freuentes: domino seruientes ꝛc̄. ¶ Sacerdos ergo membra d̄ super ordinat: quando spiritus nos interius edocet laborare primo ad declinandum malum. 2. ad operandum bonum: ꝛ. 3. ad proficiendum in bono quasi dicat illud apl̄i. j. Cor. 14. O ia hōeste ꝛ ꝑm ordinē fiant in vobis.

¶. 10. Sacerdos siue leuite ministrantes subiiciebant ignem omnibus predictis. ¶ Unde dicitur Leui. j. Et subiicient in altari ignem: vbi dicit Lyra. Non est intelligendum ꝙ apportarent ignem aliunde quia Nadab ꝛ Abbiu offerentes ignem alienum statim interfecti fuerunt a domino Leui. 10. ꝛ ideo quod dicitur hic Et subiicient ignem: intelligitur de lignis que imponebant ad nutritionem ꝛ continuationem ignis de celo dati vt habetur infra Leui. 9. Hec Lyra. ¶ Moraliter ad omnes nostre fortitudinis actus predictos requiritur ignis diuine caritatis missus de celo a spiritu sancto: sine quo igne nulla deo sunt grata sacrificia: dicente paulo. j. Cor. 13. Si linguis hominum loquar ꝛ angelorum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas. Et si tradidero corpus meum ita vt ardeam: caritatem autem non habuero nihil mihi prodest. ¶ Sacerdos omnibus predictis subiicit ignem. quando sp̄us sanctus post predictos fortitudinis actus ignem in nobis sue dilectionis accēdit: Sacerdos subiicit ignem: quando portio superior ꝛ spiritus rationalis ad diuinam dilectioneꝫ nos per exempla sanctorum inflammat Leuite subiiciunt ignem: quando rationis dictamina ꝛ cō scientie stimuli: ex diuinoꝝ bn̄ficioꝝ consideratiōe flāmaꝫ i nobis diuie caritatis excutiūt dicētes illō. j Jo. 4. Nos ḡ diligam⁹ deū: qm̄ de⁹ prior dilexit nos.

¶ u. Sacerdos adolebat ꝛ cōburebat ꝛ i cinerē redigebat oīa ꝑdcā sup Altare i holocaustū. ¶ Un̄ scribit̄ Leui. j. Adolebitqꝫ ea sacerdos sup altare i holocaustū. ¶ Moralit̄ sacerdos oīa ꝑdcā i cinerē redigit qn̄ sp̄us scūs vl' sp̄us rōnalis oīa opa fortitudinis nr̄e ꝑdcā cū cinere hūilitatis asꝑgit: Cinis.n. hūilitatē significat iuxta illō Job. 30. Cōpat⁹ sūꝫ luto ꝛ assimilat⁹ sū fauille ꝛ cieri. ¶ Oia adolet i holocaustū ꝛ i cinereꝫ redigit: qn̄ post laudabilia opa fortitudinis ex gr̄a humilitatis totū i diuinū honorē refūdere edocet. Suggerēs i corde illud Luc. 17. Cum feceritis omnia que precepta sunt vobis dicite: Serui inutiles sumus. Quod debuimus facere

¶ 12. Ex hoc holocausto sic cõcremato ⁊ incinerato egrediebatur odor: qui erat suauissimus domino. ¶ Unde scribitur Leui. j. Et suauem odorem domino.
¶ Moraliter Opera nostre fortitudinis sic igne diuine caritatis concremata ⁊ in puluerem humilitatis redacta deo sunt gratissima: quia Altus dominus ⁊ humilia respicit approbando ⁊ acceptando opera fortitudinis ex caritate ⁊ humilitate pacta. ¶ Uel' Odor suauis ex hoc holocausto egreditur: quia ex operibus fortitudinis predicte: bone fame ⁊ boni exempli ad omnes tam probos quam reprobos odorifera opinio dilatatur: Unde dicit apostolus. 2. ad Cor. 2. Christi bonus odor sumus deo in his qui salui fiunt ⁊ in hijs qui pereunt: Alijs quidem odor mortis in mortem: Alijs autem odor vite in vitam: ille. Et hic odor boni exempli est suauissimus deo. Et ex hijs patet quomodo Holocaustum nostre fortitudinis sit deo offerendum. Et hoc modo suam fortitudinem deo obtulit Stephanus protomartir ⁊ potest pro eius sermone vel alterius martiris applicari. ¶ Hec omnia tam ex parte offerentis quam ex parte sacerdotis immolantis dicantur de Holocausto nostre Mansuetudinis: que per Holocaustum de ouibus significatur. Et de Holocausto nostre abstinentie que per Holocaustum de capris significatur: Quia quasi in nullo differunt sicut patet intuenti litteram Leui. j. Ubi sequitur. Quod si de pecoribus oblatio est de ouibus siue de capris holocaustum ⁊c. Uenite ergo ascendamus ad montem domini: ⁊ docebit nos vias suas.

¶ De nostre Castitatis holocausto in sacrificio de turturibus mistice presignato. Cap. 50.

Uenite ascendamus ad montem domini ⁊ docebit nos vias suas. ¶ Scribuntur hec verba Leui. j. Si autem de auibus holocausti oblatio fuerit domino de turturibus ⁊ pullis columbe offeret eam sacerdos ad altare. Et retorto ad collum capite: ac rupto vulneris loco: decurrere faciet sanguinem super crepidinem altaris: vesiculam vero gutturis ⁊ plumas proiiciet prope altare ad orientalem plagam: In loco in quo cineres effundi solent: Confringetque ascellas eius ⁊ non secabit neque ferro diuidet eam. Et adolebit super altare: lignis igne supposito. Holocaustum est ⁊ oblatio suauissimi odoris domino. ¶ Moraliter per holocaustum de turturibus significatur nostra Castitas siue continentia: Quam deo in holocaustum offerimus propter diuinum amorem: ⁊ honorem refrenando sensualitatis ⁊ carnis appetitus sicut prediximus. ¶ Ad istud autem holocaustum castitatis immolandum: talia requiri videntur: qualia in holocausto fortitudinis quantum est ex parte offerentis: videlicet vt sit libera: Uirilis: Munda: Recta: Integra: Grata: ⁊ Fructuosa. Sed ex parte Sacerdotis immolantis alia requiruntur que in locis suis destinguendo patebunt. ¶ Iste autem sacerdos immolans turtures potest significare spiritum sanctum: vel spiritum rationalem per gratiam contemplationis sacra docentem ⁊ spirituales hostias immolantem. Plurima autem faciebat sacerdos: que facere debet: qui deo vult sacrificium castitatis offerre.
¶ j. Sacerdos offerebat oblationem de

turturibus ad altare: Naꝫ turtures ob latas ab offerentibus sacerdos offerebat ad altare. ¶ Unde scribitur Leui. j. Si autem de auibus holocausti oblatio fuerit domino de turturibus: offeret eam sacerdos ad altare. ¶ Moraliter spiritus rationalis siue spiritus sanctus docet hominem cupientem caste viuere. Castitateꝫ ipsam in libertate cordis primo librare: ꝛ examinare: ꝛ hoc est turtures offerre ad altare: quod Castitatem cordi presentare: quatenus vtrum eligere velit an respuere: diligenter examinet: quia castitas nō est necessitatis ꝛ de precepto: sed supererogationis ꝛ de consilio: Unde dicit Paulus ď ista libertate cordis quo ad seruandaꝫ castitatem. j. ad Cor. 7. Nam qui statuit in corde suo firmus: non habens necessitateꝫ: potestatem autem habēs sue voluntatis ꝛ hoc iudicauit in corde suo seruare virginem suam: bene facit.

¶ Uel sacerdos turtures offert ad altare: quando spiritus rationalis sue castitatis propositum dirrigit in christuꝫ: qui est altare nostrum: sacerdos ꝛ hostia. ¶ Uel sacerdos turtures oblatas offert ad altare: quando spirit⁹ sanctus castitatem quam mente concipimus e docet ad christum tanq̄ ad verum altare dirigere: ipsam propter eius amorem obseruando: quasi dicens illud apostoli ad Collo. 3. Omne quodcunq̄ facitis in verbo aut in opere omnia in nomine domini nostri iesu christi facite ¶ Spiritus ergo sanctus offeret turtures ad altare: quia in holocausto nostre castitatis instruit nos christi iesu beneplacitum adimplere iuxta illud apostoli. j. Cor. 7. Uolo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine vxore est sollicitus est que domini sūt quomodo placat dō ¶ Turtures sue castitatis non obtulerunt ad altare quinq̄ virgines fatue: q̄ non seruauerunt continentiam propter christum: ꝛ vt eius beneplacitum adimplerent: ꝛ ideo nihil profuit sua castitas quia excluse sunt a nuptiis Mathe. 25.

¶ 2. Sacerdos retorquebat caput turturum ad collum. ¶ Unde scribitur Leui. j. Et retorto ad collum capite. ¶ Moraliter Ista retorsio est Refrenatio siue oculorum regulatio. Nam quando caput ad collum retorquetur: oculus a rebus coram positis auertitur. Et ipse aspectus in se debilitatur. Et ideo retorsio capitis ad collum est Refrenatio ꝛ regulatio oculorum: spiritus ergo sanctus vel spiritus rōnalis caput turturum ad collum retorquet: quando cupiētes obseruare castitatem refrenare oculos edocet dicēs illō Ecci 9. Ne respicias mulierem multiuolam ne forte incidas in laqueos illius: Uirginem ne conspicias ne forte scandalizeris in decore illius. Auerte faciem tuaꝫ a muliere compta: ꝛ ne circumspicias speciem alienam: Propter speciem mulieris multi perierunt: ꝛ ex hoc concupiscētia q̄si ignis exardescit. ¶ Sine ista oculorum custodia impossibile est seruare castitatem: Unde ꝛ Dina filia Iacob que egressa est vt videret mulieres regionis illius perdidit virginitatem: ꝛ Sichem filius Emor videns eam cōmisit stuprum Gen. 34.

¶ 3. Sacerdos rumpebat collum turturum cum vngue non cum ferro. ¶ Unde dicit̄ Leui. j. Ac rupto vulneris loco ¶ Moraliter Ista fractio vulneris cū vngue: est gule Refrenatio siue Regulatio cum discretione: Nam cum frangitur guttur impeditur via cibi. Et ideo fractio gutturis: significat Refrenationem ventris: sed ista refrenatio debet

esse discreta non nimis aspera: ideo debet fractio fieri cum vngue que discretionem significat: non cum ferro quod significat rigiditatem et indiscretionem ¶ Spiritus sanctus ergo vel spiritus rationalis locum vulneris rumpit cum vngue: quando cupientes castitatem obseruare: docet gulam cum discretione refrenare dicens illud apostoli .j. ad Timo. 5. Teipsum castum custodi. Noli adhuc aquam bibere: sed modico vino vtere: propter stomachum tuum et frequentes tuas infirmitates. ¶ Sine ista refrenatione gule difficile est conseruare castitatem: Unde et Loth qui inter viros Sodome lascinos castus fuerat post modum inebriatus vino: cum propriis filiabus peccauit et commisit duplicem incestum Gen. 19. Similiter Adam et Eua post commestionem pomi senserunt carnis rebellionem: qui ante esum: nullum carnis motum sentiebāt. Gen. 2. et. 3.

¶ 4. Sacerdos faciebat decurrere sanguinem turturum super Crepidinem altaris. ¶ Unde scribitur Leui. j. Decurrere faciet sanguinem super crepidinem altaris. ¶ Moraliter ista est Applicatio nostre delectationis ad christum: sanguis enim qui dulcis est delectationem significat: Sanguis ergo turturis decurrit super crepidinem altaris: quando delectatio carnalis fit spiritualis: et quādo delectationem nostre carnis conuertimus in delectationem christi: qui est altare nostrum. ¶ Sacerdos ergo facit sanguinem turturū decurrere super crepidinem altaris: quū spiritus sanctus vel spiritus rationalis delectationem nostrā viciosam circa carnem: cum uertit in delectationem virtuosam circa christum dicens vnicuique castitatem seruare cupienti illud ps. 36. Delectare in domino et ipse dabit tibi petitiones cordis tui ¶ Ista autem conuersio delectationis ad christum est optimum adiutorium ad obseruandam castitatem: quia secundum Greg. Gustato spiritu desipit omnis caro. ¶ Sine ista autem applicatione delectationis ad christum difficile est seruare castitatem: quia necesse est Animam aut in carnalibus aut in spiritualibus delectari. ¶ Et ideo bene dicebat ille propheta: Abacuc. 3. Ego autem in domino gaudebo et exultabo in deo iesu meo.

¶ 5. Sacerdos vesiculam gutturis vbi congregatur cibus turturum proiiciebat prope altare. ¶ Unde scribitur Leui. j. Uesiculum vero gutturis proiiciet prope altare. ¶ Moraliter Ista est Applicatio nostri desiderii siue appetitus ad christum: vesicula enim in qua cōgregatur cibus desiderium et appetitum significat veri cibi: qui est christus iesus qui dicit Jo. 6. Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus Quando ergo quis ex instinctu spiritus sancti vel portionis superioris omnem suum desiderium et appetitum proiicit in christum. Tunc sacerdos vesiculam guturris proiicit prope altare. ¶ Ista autem applicatio desiderii nostri ad christum iesum facit hominem castum et cōuertitur in delectationem spiritualem: Unde dicit spiritus sanctus Prouer. 6 In omni animo tuo idest dsiderio tuo accede ad illam scilicet sapientiam que est christus Et in omni virtute tua conserua vias eius. Inuestiga illam et manifestabitur tibi et continens factus ne derelinquas eam: In nouissimis enim inuenies requiem in ea: et conuertetur tibi in oblectationē. ¶ Hoc modo delectationem suam et desiderium suum ad christum applicauerat beata Agnes vir

go que dicebat. Jam mel et lac ex eius ore suscepi: iam amplexibus eius castis astricta sum: Jam corpus eius corpori meo sociatum est: et sanguis eius ornauit genas meas: Ipsi soli seruo fidem: ipsi me tota deuotione committo Quem cum amauero casta sum etc. Et ideo conseruauit castitatem propositā. ¶ Sine autem ista applicatione desiderii ad christum difficile ē castitatē conseruare.

¶ 6. Sacerdos plumas turturū proiiciebat prope altare ad orientalem plagā. ¶ Unde scribitur Leui. j. Et plumas ꝓiiciet prope altare ad orientalem plagā. ¶ Moraliter Ista est Applicatio cogigitationis ad christū: que plurimum cōfert ad castitatis custodiā: Plume. n. per quas in altum auium corpora subleuantur cognitiones ac contemplationes non incongrue significant: per quas aīa circūfertur et sursū eleuat. ¶ Plumas sacerdos proiicit prope altare: qn̄ spūs sanctus vel spūs rōnalis nos istruit stimulat et impellit cogitationes nr̄as in xp̄m passum et crucifixum iactare: q̄ cogitatio multum confert ad castitatis obseruantiam quasi dicens nobis illud .j. Petri. 4. Christo igitur passo in carne et vos eadem cogitatione armamini: quia qui passus est in carne desiit a peccatis: vt nō iam desideriis hominū: sed voluntate dei: quod reliquū est in carne viuat temporis. Sufficit. n. ꝑpteritum tempus ad voluntatē gentiū consumādam: hiis qui ambulauerunt in luxuriis: desideriis: violentiis: comessationibus: potationibus: ebrietatibus etc. ¶ Hoc mō cogitabat christum passū: et castitatem custodiebat sanctus Jeronimus qui a carne stimulatus ad iesu iacebat pedes. Et sine ista cogitatione passionis xp̄i vix supatur viciū carnalitatis. ¶ Nota etiam diligenter: q̄ plume proiiciebantur prope altare. ad orientalem plagam: ex qua oritur lux: quia applicatio cogitationis ad xp̄m mirabiliter illuminat aīam: quia scribit̄ Sap. 6. Cogitare de illa sensus est consumatus.

¶ 7. Sacerdos plumas turturū proiiciebat prope altare in loco in quo cineres effundi solent. ¶ Unde scribitur Leui. j. Et plumas ꝓiiciet prope altare ad orientalē plagā In loco in quo cineres effundi solent. ¶ Moraliter Ista est applicatio cogitationis ad mortem: Nam sicut per plumas cogitatio: sic per cinerē mors recte significatur: quia p̄ mortē homo conuertitur in cinerem iuxta illud Gen. 3. puluis es et in puluerē reuerteris: Proiicere ergo plūas in loco cinerum: est cogitationes nr̄as applicare ad mortē Plumas ergo in loco cinerum proiicere est sepulture nr̄e cineres frequenter cogitare: Plūas in loco cinerū proiicimus: cū nos in breui morituros eē cogitam⁹. ¶ Sacerdos ergo ꝓiicit plumas in loco cinerū: qn̄ spiritus sanctus nos admonet mortem nostrā frequenter cogitare quasi dicat illud Ecci. 11. Malicia vnius hore obliuionem facit luxurie magne. ¶ Et ista mortis cogitatio multum confert ad castitatis custodiam: quia facile contemnit omnia qui se semper cogitat moriturum Unde scribitur Ecci. 7. In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua: et in eternum non peccabis.

¶ 8. Sacerdos confringebat Ascellas turturis. ¶ Unde dicitur Leui. j. Confringetque ascellas eius. ¶ Moraliter Ista est sensualitatis Disciplina moderata: Et carnis castigatio temperata. ¶ Per Ascellas Autem in

que per suam fortitudinem eleuant in altum plumas: intelligitur robur & fortitudo corporis: que in altum eleuāt cogitationes mentis iuxta illud Hiere. 9. Non glorietur fortis in fortitudine sua Sed ista carnis & corporis fortitudo est confringenda cum moderatis flagellis & cum moderatis operibus iuxta illud quod scribitur Ecci. 33. Cibaria: & virga & onus asino: panis & disciplina & onus seruo. Sacerdos ergo frāgit Ascellas turturis quando spiritus rationalis vel Spiritus sanctus carnis nostre fortitudinē docet cū debito moderamine castigare: quasi dicens illud Prouer. 29. Qui delicate a pueritia sua nutrit seruum suum idest corpus suū postea sentiet eum contumacem per carnis scilicet lasciuias. ¶ Ad hanc castitatem conseruandam disciplinabat carnem suam paulus quando dicebat. j. ad Cor. 9. Ego igitur sic curro non quasi in incertum: sic pugno: non quasi aerē verberans: sed castigo corpus meum & in seruitutem redigo: ne forte cum alijs p̄dicauerim: ipse reprobus efficiar.

¶ 9. Sacerdos non secabat turturē: nec diuidebat eam ferro: sed integram dimittebat sic immolandam. ¶ Unde dicitur Leui. j. Et non secabit neq̄ ferro diuidet eam. ¶ Moraliter Ista est castitatis perfectio & integratio. Ille turturem diuidit qui castitatem seruat in opere: sed luxuriose viuit in corde. Ille turturem diuidit qui verba quidem casta pronunciat: sed opera luxuriosa consumat. ¶ Sacerdos autem turturem non secat: nec ferro diuidit: quando spiritus. s. & superior portio q̄ semp deprecatur ad optimū: integram castitatem & in corde & in ore & in ope custodire sollicitat dicens illud Esa. p̄. Lauamini q̄ ad opera: Mundi estote quo ad verba Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis: quo ad desideria Alias non deo est acceptum Castitatis holocaustum nisi Turtures integre immolentur. ¶ Et multi quidem deo offerunt holocaustum de turturibus sed deo non est acceptum: quia diuidunt eas: quia & si castitatem seruent in opere: luxuriose tamen viuunt in corde & si castitatem seruant in tēpore vno luxurie tamen succūbunt in alio.

¶ 10. Sacerdos ligna componebat in altari. ¶ Unde scribitur Leui. j. Et adolebit super altare: lignis igne supposito ¶ Moraliter Ista est castitatis exemplificatio: Ligna enim sunt exempla virorum sanctorū: qui in scriptura lignorum noīe designantur iuxta illud Luc. 23. Si in viridi ligno hoc faciunt: in arido quid fiet: Cor est altare. ¶ Sacerdos ergo ligna in altari cōpōit: qn̄ spūs sanct⁹ exēpla castitatis in corde nr̄o ordinate p̄ponit: Adducēs ad memoriā xp̄m: virginē: Jo. Baptistā. Jo. euangelistā: Paulū. Catherinā. Luciā. Agnetem dicens illud Sap. 4. O q̄ pulcra ē casta generatio cū Claritate. Immortalis est. n. memoria illius: qm̄ & apud deum nota est & apud homines. Et istud est optimū remediū ad conseruandam continentiam.

¶ 11. Sacerdos sup ligna pōebat turtures cōburēdas. ¶ Un̄ dr̄ Leui. j. Et adolebit sup altare lignis igne supposito. ¶ Moraliter Ista ē castitatis dilectio & custoditio: sacerdos. n. turturem pōit sup ligna: qn̄ spūs rōnalis vel spūs sanct⁹: ad exēpla sanctorū nos ad dilectionem & custodiā Castitatis inspirat: dicens illud quod scribitur Sap. 3. Felix est sterilis & incoinquinata: que nescit thorum in delicto. Habebit fructus in respectione aīarū sanctarū Et spa-

do qui non operatus est per manus su as iniquitatem: Nec cogitauit aduersus deum nequissima. ¶ Hoc modo sancte virgines Catherina: Lucia Clara et innumere alie: ad exemplum virginis seruauerūt continentiam: et obtulerunt deo turturem integram viuendo caste corde ore et opere: toto vite sue tempore.

¶ .12. Sacerdos igne lignis supposito comburebat turtures. ¶ Unde scribitur Leui. j. Et adolebit super altare lignis igne supposito. ¶ Moraliter iste ignis est gratia spiritus sancti siue caritas: sine qua omnes actus nostre castitatis predicti nihil valent secundum illud apostoli. j. Cor. 13. Si linguis hominum loquar et angelorum: caritatem autem non habuero nihil mihi prodest. ¶ Sacerdos ergo ignem supponit: quando spiritus rationalis omnia predicta propter diuinam caritatem operanda demonstrat: Sacerdos ignem supponit: quādo spiritus rationalis pōst opera castitatis predicta: ad diuinam nos dilectionem stimulat et inflammat Sacerdos ignem supponit: quādo spiritus sanctus ignē sue caritatis infundit. Et omnia in cinerem humilitatis redigit: quando post omnia opera castitatis predicta: spiritum nobis humilitatis infundit dicens illud Luc. 9. Cum feceritis omnia que precepta sunt vobis dicite quia serui inutiles sumus.

¶ Ultimo ex isto holocausto sic incinerato et cremato egrediebatur odor qui erat suauissimus domino. ¶ Unū scribitur Leui. j. Holocaustum est: et oblatio suauissimi odoris domino. ¶ Moraliter Iste odor est Bona fama et bonum nomen quod diffunditur ex virtute continentie: et castitatis custodite. Et delectat deum et homines quia scriptum est Sap. 4. O quā pulcra est casta generatio cum claritate: Immortalis est enim memoria illius: quoniam apud deum nota est et apud homines. ¶ Ex his omnibus patet quō holocaustū nostre castitatis sit deo immolandum Cuius oppositum faciunt multi: qui castitatem suam in christum non dirrigunt: nec oculos regulant. Gulam non refrenāt: In christo non delectantur: In christum non erigunt sua desideria: non cogitationes: Mortem non meditantur: Carnem non castigant: Castitatem integram non conseruant: Exempla castitatis non recolunt Castitatem non custodiunt: Diuina dilectione non calescunt: Opinionem odorifere fame non diffundūt. Si occurrerit predicare pratica cōtra singulas particulas in locis suis.

¶ Hoc modo predicto suam Castitatem deo in holocaustum obtulit Beata clara virgo: et mater pauperum dominarum et potest pro eius sermone vel alterius virginis applicari. ¶ Hec omnia que dicta sunt in holocausto nostre castitatis: dicātur in holocausto nostre penitentie: que per Holocaustum de columbis significatur: quia in nullo discrepant sicut patet Leui. j. Mutatis solum modo auctoritatibus et exemplis Uenite ergo ascendamus ad montem dn̄i: et docebit nos vias suas.

¶ Sex hominum differentie diuina edocent verba et i sex materie triticee oblationibus presignantur. Cap. 51.

v **Enite ascendamus** ad montem domini: et docebit nos: vias suas.

¶ Scribuntur hec verba Leui. 2. Anima cum obtulerit oblationem sacrificii

domino. Simila erit eius oblatio. Fundetq; super eam oleum: et ponet thus: ac deferet ad filios Aaron Sacerdotis Quorum vnus tollet pugillum plenum simile et olei ac totum thus: et ponet memoriale super altare in odorem suauissimum domino. ¶ Moraliter panis in diuina scriptura significat verbum dei sicut scribitur Deutero. 8. Non in solo pane viuit homo Sed in omni verbo quod procedit de ore dei. ¶ Per Fariinam autem que est materia panis propinqua. Et per spicas que sunt materia panis remota: et per diuersa genera panum qui offerebantur in diuino sacrificio intelligūtur diuersi ac varij modi docendi: et adiscendi verbum diuinum: In quibus omnibus deo fit spiritualis oblatio. ¶ Sex autem modis principalibus docetur: et adiscitur vbū dei et significant p sex oblatiões q̄ fiebāt de frumēto: et notāt Leui. 2.

¶ Primi edocentes verbum dei sunt Boni pedagogi. ¶ Qui pueros inducunt ad bonos mores secundum capacitatem illius etatis: docentes Pater. Aue maria Credo et alia rudimenta fidei. Et hoc non est parum ymo secundum philosophum in libro ethicorum Multum facit ad virtutem assuefactio ad opera virtutis ab adolescentia: quia scriptum est Prouer. 22. Adolescens iuxta viam suam etiam cum senuerit non recedet ab ea. ¶ In hoc etiam gradu sunt boni parentes: qui filios suos instruunt ad bonos mores secundum illorum capacitatem iuxta illud Ecci. 7. Filij tibi sunt erudi illos: et curua illos a pueritia eorum. ¶ Et hij significant p illos qui offerebāt i diuio sacrificio spicas virētes et nūdū maturas. ¶ Nā offerētes spicas virides munus primiciarum frugū suarū dño: Torrebant eas igni: et excutiebant grana: et postmodum frangebant in modum farris idest in frusta grossa: et post fundebant oleum super ea. et postmodum imponebant thus. et sal: et sic offerebant domino. ¶ Unde scribitur Leui. 2. Si autem obtuleris munus primitiarum frugum tuarum domino de spicis adhuc virentibus: torrebis eas igni. Et confringes in morem farris. Et sic offeres primitias tuas domino: Fundens super ea oleum: Et thus imponens: quia oblatio domini est: De qua adolebit sacerdos in memoriā muneris: partem farris fracti et olei: ac totū thus: Hec ibi. ¶ Mistice pedagogi instructes pueros: et parētes īstructes filios in via dei: offerunt domino munus primiciarum frugum suarum de spicis adhuc virentibus: quia docent paruulos verbum dei adhuc immaturum et non perfectum: quia non sunt capaces perfectionis doctrine. ¶ Offerunt primicias: quia fidei rudimenta docent. ¶ Torrent spicas igni: quia docere dēbēt ex caritate tales paruulos et filios. ¶ Confringunt in modum farris idest in frusta grossa: non subtilia: quia paruuli nō essent capaces talis doctrine subtilis: Unde dicebat Paulus. j. Cor. 3. Tanq̄ paruulis in christo lac vobis potum dedi non escam: Nundum enim poteratis: sed nec nunc quidem potestis. ¶ Infundunt oleum: quia inducunt ad opera pietatis. ¶ Infundunt thus: quia inducunt ad deuotionem: et fidem vnius veri dei. ¶ Condiebant omnia predicta sale: quia debent docere paruulos: et filios cum discretione iuxta illud apostoli ad Ephe. 6. Uos patres nolite ad iracundiam prouocare filios vestros sed educate illos in disciplina: et correptio

ne domini. ¶ Hoc modo primicias frugum suarum offerebat domio Thobias senior quando instruebat filium suum in viam dei sicut patet Thobie. 4. ¶ Torrebat spicas igni quia filium docebat ex caritate. ¶ Frangebat in frusta grossa: quia docebat fundamenta virtutum dicens: Audi fili mi verba mea et ea in corde tuo quasi fundamentum constitue. ¶ Infundebat oleum: quia docebat inducens ad pietatem: et dicens. Ex substantia tua fac elimosinam: et noli auertere faciem tuam ab vllo paupere. ¶ Infundebat thus: quia inducebat ad dei deuotionem: et orationem dicens Omnibus diebus vite tue in mente habeto deum: et caue ne aliquando peccato consentias: Omni tempore benedic deum: et pete ab eo vt vias tuas dirigat. ¶ Cum sale omnia predicta condiebat: quando ipsum ad prudentiam: et discretionem instruebat dicens Consilium semper a sapiente require. Et hoc modo optimi patres et optimi pedagogi deo offerunt primitias frugum suarum de spicis adhuc virentibus: docendo pueros mores optimos et fidei fundamenta. ¶ E conuerso faciunt mali parentes et mali pedagogi. ¶ Qui docent eos curiosa atque lasciua: Contra quos intonari potest poeticum illud Plurima sunt fascine: et fama digna sinistra Que monstrant ipsi pueris traduntque parentes: dic totam.

C. 2. Sunt scolares theologi. ¶ Qui ad hoc student in diuina scriptura: vt de propinquo valeant predicare verbũ dei. ¶ Et hii significantur per illos qui offerunt in diuino sacrificio farinam: que est materia propinqua panis: quia adiscentes sacram theologiam de propinquo possunt proponere populo panem diuini verbi. ¶ Et congrue isti figurantur per offerentes Similam que est farina tritici subtilissima purgata et delicata: quia scolares theologi adiscentes sacram theologiam diligenter eam atterunt subtiliant: et purgant ac delicatam reddunt: per argumenta: distinctiones: diuisiones: comparationes: similitudines. Aliasque probationes: eliminantes omnem nigredinez ignorantie et omnem corticem duplicitatis: et erroris. ¶ Hoc modo didicit sacram scripturã Paulus apostolus vt in proximo predicaret: ad pedes magistri Gamalielis doctoris magni: sicut ipsemet de seipso testatur dicens Act. 22. Ego sum vir iudeus natus tarso cilicie: nutritus autem in ista ciuitate: secus pedes gamalielis eruditus: iuxta veritatem paterne legis: emulator legis sicut et vos estis hodie. ¶ Hoc etiam modo Paulus apostolus farinam verbi diuini subtiliabat et purgabat: quando ascendit hierosolimam et contulit euangeliuz quod predicabat cum principalioribus apostolis: ne forte inania et minus vera predicaret. Unde dicit de seipso ad Gal. 2. Deinde post annos quattuordecim iterum ascendi hierosolimam cum barnaba assumpto: et tito: Ascendi autem secundum reuellationem: et contuli cum illis euangelium: quod predico in gentibus: Seorsum autem hijs qui videbantur aliquid esse: ne forte in vacuuz currerem aut cucurrissem. ¶ Hii ergo scolares adiscentes theologiam vt in proximo predicare valeant offerũt moraliter similam: Et quia hoc facere debent cum pietate ad proximuz: Cum deuotione ad deum: et cum discretione: ideo infundunt simile oleum. Et inponunt thus ac superinfundunt sal. De quibus scribitũ Leui. 2. Aia cum obtulerit

oblationem sacrificii domino: Simila erit eius oblatio: Fundetque super eam oleum et ponet thus: ac deferet ad filios Aaron sacerdotis. ¶ E converso faciunt indisciplinati scolares theologi: qui dei scientiam adiscunt ad cumulandam pecuniam: ad aquirendam humanam laudem: ad consequendas dignitates et ad confundendum proximum in disputationibus.

¶ 3. Sunt docentes sacram scripturam in scriptis. ¶ Et hii significantur per illos qui offerunt panes coctos in clibano sive furno De quibus dicitur Levi. 2. Cum autem obtuleris sacrificium coctum in clibano de simila: panes scilicet absque fermento conspersos oleo. ¶ Tales fuerunt quattuor doctores ecclesie videlicet Gregorius: Jeronimus: Ambrosius et Augustinus: qui in suis monasteriis et celis clausi quasi in clibano restricti: ardenti caritate inflammati: verba divina posuerunt in scriptis suis: ea dividentes: distinguentes: declarantes: concordantes et exponentes: et fecerunt et coxerunt mirabiles panes verborum divinorum sicut patet in eorum libris. ¶ Et coxerunt hos panes absque fermento falsitatis: quia a divinis eloquiis eliminaverunt omnem falsitatem et omnes hereticorum errores et fecerunt azimos panes sinceritatis et veritatis. ¶ Et consperserunt hos panes oleo: quia ex pietate et misericordia animarum composuerunt libros suos. ¶ Et imposuerunt Sal discretionis: cum magna prudentia et discretione homines inducentes ad opera pietatis et ad fidem et devotionem unius ac solius omnipotentis dei. ¶ Hij doctores et alii consimiles composuerunt et coxerunt mirabiles panes absque fermento: quia ex divinis verbis eorumque sententiis: mirabiles tractatus: epistolas: sermonesque veridicos composuerunt: remoto omni falsitatis erroris que fermento. Quibus dei sapientia promittit vitam eternam dicens. Eccl. 24. Qui elucidant me vitam eternam habebunt. ¶ E contrario multi sunt doctores quinymo detractores qui sacram dei scientiam assumentes: eam intermiscent verbis scurrilibus: lasciviis: et impudiciis: comedias: et obscena carmina componentes Quibus dici potest illud Jere. 23. Propheta qui habet somnium narret somnium: et qui habet sermonem meum loquatur sermonem meum vere: Quid paleis ad triticum dicit dominus.

¶ 4. Sunt confessores docentes aliquam personam in particulari. ¶ Et hij significantur per illos qui offerunt lagana que sunt panes in aqua calida. De quibus dicitur Levi. 2. Et lagana azima oleo lita. ¶ Tales fuerunt christi confessores: et omnes vere fideles: qui suis bonis exhortationibus peccatores inducunt ad lachrimas contritionis. Que sunt aque calide procedentes ex cordis dolore. ¶ Isti ergo sic exhortantes personas in particulari sive ad lachrimas peccatorum sive ad lachrimas devotionis: si in suis exhortationibus non admiscent falsam doctrinam: nec inducunt ad aliquid malum: offerunt tunc lagana azima sine fermento erroris vel malicie. ¶ Et si inducunt ad opera pietatis: tunc liniunt lagana oleo. ¶ Et si hoc faciunt cum prudentia et discretione: tunc etiam cum laganis offerunt sal. ¶ Hoc modo nathan propheta docuit david et corripuit de peccato adulterii et homicidii et induxit ad lachrimas et contritionem et hoc fecit cum sale discretionis et prudentie sicut patet in parabola proposita ipsi david. 2. Re. 12. ¶ Hij tales qui suis bonis exhortationibus

tationibus idūcūt aliquē ad pniaz duo bona faciūt. Naz saluāt aīam illi⁹ quem cōuertūt ⁊ operiūt multitudinē pctōꝝ suoꝝ dicēte Jacobo aplo Jaco.5. Fratres mei: siquis ex vobis errauerit a veritate ⁊ cōuerterit quis eū: scire dz: qm qui cōuerti fecerit peccatores ab errore vie sue: saluabit aīam ei⁹ a morte ⁊ operit multitudinē peccatorū. ¶ Oppositū faciunt mala psuadētes ⁊ ad peccatū inducētes. De quib⁹ scribit i ps.49. Sedēs aduersus fratrē tuū loquebaris ⁊ aduersus filiuz matris tue ponebas scādalum.

¶ 5. Sunt lectores legētes sacrā paginaz ⁊ diuina eloquia in scolis. ¶ Et hij significātur p illos qui offerūt panes coctos in sartagine siue frixos in patella. De quib⁹ dr Leui.2. Si oblatio tua fuerit de sartagine sīle cōspse oleo ⁊ absqꝫ fermēto: diuides eaz minutatiz. Et fundes sup eaz oleuz. ¶ Tales sunt magistri in theologia ⁊ lectores quiqꝫ in scolis sacraz theologiā scolarib⁹ declarātes sicut fuit Alexāder d alijs: Scot⁹ alijqꝫ lectores. ¶ Hij offerūt panes coctos in patella: q̄ est partim patēs ⁊ partiz clausa. s. in laterib⁹: qz docēt partiz in publico qz plurib⁹ scolarib⁹: ⁊ pti i occulto qz clausi in scolis. ¶ Hij offerūt panes frixos in patella: qz ipsi lectores frigūtur magna sollicitudine pponēdi: ⁊ auditores magna sollicitudine capiēdi siue intelligēdi. ¶ Hij offerūt similā siue panes sine fermēto: qz docēt verba diuina sine admistione erroris vel falsitatis. ¶ Et diuidūt farinā minutatiz: qz vba diuina mō diuidunt: mō distingunt: mō diffiniūt: mō exponūt: modo concordāt: ⁊ multiplr subtiliāt: qsi minutatiz ⁊ p singula vba diuidētes ⁊ minuētes. ¶ Infundūt oleum: qz instruūt ad pietatem. ¶ Infūdunt thus qz instruūt ad dei deuotionē. ¶ Et miscent sal qz cuz discretione ⁊ prudētia oīa agunt. ¶ Hoc mō videt legisse i scola paulus aplus eloquia diuina scolaribus suis: qñ exclusa mltitudine īfideliū obstinatoꝝ qui verbuz dñi maledicebāt: cōgregatis discipulis fidelib⁹ disputabat cottidie coraz eis in scola tirāni cuiusdaz. Uñ scribit Act.19. Cuz aūt quidā idurarent ⁊ nō crederēt maledicētes viaz dñi coram mltitudine: discedens ab eis paulus: segregauit discipulos cottidie disputās in scola tirāni cuiusdaz. ¶ Oppoitum faciūt mali lectores qui in scolis legūt carnalia: lasciua ⁊ curiosa: diabolica ⁊ supstitiosa ⁊ sic offerunt panes frixos in patella diabolo infernali.

¶ 6. Sunt pdicatores populis in publico annūciātes vbū dei. ¶ Et hij significant per illos qui offerūt panes coctos sup craticulaz. De quib⁹ dr Leui.2. Si aūt de craticula fuerit sacrificiū: eque simila oleo cōspergetur: quā offerens dño trades manib⁹ sacerdotis: qui cū obtulerit eaz: tollet memoriale de sacrificio: ⁊ adolebit sup altare in odorē suauitatis dño. Quicquid autē reliquū est: erit Aaron ⁊ filiorū eius: sanctū sanctoꝝ de oblationibus dñi. ¶ Tales fuerūt oēs apli ⁊ pdicatores vbi diuini: qui obtulerūt mistice panes coctos in craticula q̄ ē patens ⁊ ponit in loco patēti: qz publice iudeis ac gētilib⁹: bonis ⁊ malis verbū dei annūciauerunt. ¶ Et sicut panis in craticula igne solidat: sic verbuz dñi ab aplis pdicatū igne mltiplicis tribulationis est coctū: solidatū ⁊ cōbustū. Et apli pdicātes igne multipliciū tribulationuz sunt calefacti: sicut pz in paulo aplo i actib⁹ aplorū qui totiēs alligat⁹: vberat⁹: pcussus ⁊ cōquassat⁹ fuit. ¶ Cū hoc pane miscuerūt oleū: qz pdicauerūt opera pietatis. ¶ Cū h pane obtulerūt ⁊ thus

quia ad vni⁹ dei fideȝ ⁊ deuotionē īstrū xerunt. ¶ Cū hoc pane obtulerūt ⁊ sal: cū moderamine discretiōis ⁊ prudētie oīa pdicta faciētes. ¶ Oppositū faciūt pseudo pdicatores iducētes ad errores infidelitatē heresis ⁊ hmōi. In quoꝝ ore magis resonāt platonica q̄ euāgelica verba ⁊ magis ouidiana figmēta q̄ mosaica enigmata. Cōtra quos clamat paulus dicēs. 2. ad Cor. 2. Nō. n. sum⁹ sicut plurimi adulterātes vbū dei: sȝ ex sinceritate sicut ex deo: corā deo i xpo loquimur. Uenite ergo ascendam⁹ ad mōtē dn̄i.

¶ De multiplicib⁹ pdicatorū cōditionib⁹ in oblatione triticee materie prefiguratis. Cap. 52.

Venite ascendamus ad montē dn̄i ⁊ docebit nos vias suas. ¶ Scribūtur hec vba Leui. 2. Oīs oblatio q̄ offertur dn̄o: absq̄ fermēto fiet: nec quicq̄ fermēti ac mellis adolebit̄ i sacrificio dn̄i. Primicias tm̄ eoꝝ offeretis ac munera: sup altare vo nō iponent̄ in odorem suauitatis: Quicquid obtuleris sacrificij sale cōdies: nec auferes sal federis di tui de sacrificio tuo. In oī oblatiōe offeres sal ⁊c. vsq̄ ibi ac totū thus. ¶ Qualis debeat eē diuini sermonis pdicator mistice in verbis assūptis dscribit̄ ⁊ psignatur. Pro quoꝝ declaratiōe notādum est: q̄ in sacrificio panis vl̄ farine sex gnal'r obsuāda mādant̄: quoꝝ duo excludunt̄ ⁊ q̄ttuor includunt̄: que oīa a predicatore diuini verbi sunt oīmode obseruanda ⁊ custodiēda.

¶ Pm̄ est: q̄d in nullo sacrificio vel oblatiōe q̄ offert̄ sup altari dȝ offerri fermētū. ¶ Un̄ dicit Leui. 2. Oīs oblatio q̄ offert̄ dn̄o absq̄ fermēto fiet. ¶ Moraliter pdicator diuini sermonis dȝ excludere a sua doctrina corruptiōes pctī q̄ significat̄ p fermētū. j. Cor. 5. Modicū fermētū totā masaȝ corrūpit. Nō. n. dȝ peccata psuadere sȝ dissuadere ⁊ detestari. Nec dȝ vba ad peccatū inducētia in corde auditoꝝ ponere: q̄si in altari dn̄i velit offerre fermentū. ¶ Dȝ ēt a sua pdicatiōe ⁊ exhortatiōe excludere falsitatē ⁊ errorē nō pdicando falsa nec erronea. Falsitas aūt p fermentū significat̄ q2 sicut fermētū modicū totā massam corrūpit ad Gal. 5. Ita eloquiū falsum ⁊ mēdax totā doctrinā ⁊ vitā corrūpit. j. Cor. 15. Corrūpūt bonos mores colloquia mala.

¶ 2. est: q̄d in nullo sacrificio vel oblatione que offert̄ sup altari dȝ offerri mel. ¶ Un̄ scribit̄ Leui. 2. Nec quicq̄ fermēti ac mellis adolebit̄ i sacrificio dn̄i. ¶ Moral'r pdicatores ⁊ publicatores diuī vbi p panē significati: debēt a suis sermonib⁹ ⁊ exhortatōib⁹ excludere dissolutionē ⁊ delectationē lasciuie ⁊ carnalitatis: q̄ p mellis dulcedineȝ figurat̄. Naȝ nō debēt extollere vitam carnaleȝ: nec delectationē vite f̄ sentis: nec pdicare iductiua ad lasciuiā ⁊ carnal' delectationeȝ. Sed magis talia debēt detestari ⁊ pdicare oppositū: vȝ amaritudinē: luctū: lacrimas ⁊ austeritatē dicētes illud apl'i ad Hebre. 12: Oīs aūt disciplina in p̄nti quidē videt̄ nō esse gaudij sed merores: postea aūt fructū paccatissimū exercitatis p eā reddet iustitie. ¶ Debēt ēt excludere a suis pdicatiōib⁹ mel adulationis: non pdicādo delectabilia auribus auditoꝝ sȝ vtilia: sicut faciūt quidaȝ qui solū aurib⁹ auditorū placere: ⁊ nō animabus pdesse dsiderāt. Et sunt adulterantes vbū dei: q2 sicut adulteri ex aliena vxore nō q̄rūt gn̄are filios sȝ solū cape dlectationē. Ita tales nō q̄rūt deo

filios ex sua pdicatiōe gñare: s3 solū delectationē τ vtilitatē ppriā ex laudib⁹ audiētiū cape. Cōtra qͦs clamat paulus 2. Cor. 2. dicēs. Nō sum⁹ sicͭ plimi adulterātes vbū dei. S3 ex sinceritate sicut ex deo: corā deo in xp̄o loquimur.

¶ 3. est: qͦd in sacrificio panis vel sile vel spicarū debet offerri oleū. ¶ Uñ scribitur Leui. 2. Si obtuleris mun⁹ pmiciarū frugū tuarū dño ḋ spicis adhuc virētibus: torrebis eas igni: τ sic offeres primicias tuas dño fundēs sup ea oleū. ¶ Moralr ois pdicator τ exhortator diui smonis d3 infūdere oleū cū simila diui eloquij: qꝛ ad pdicandū moueri d3 ex pietate aiarū: nō amore pecuniarū vl' alicu⁹ boni terreni. ¶ Hoc oleū sue pdicatiōi infūdebat paulus qñ ex pietate aiar pdicās dicebat. 2. ad Cor. xi. Instātia mea: cotidiana sollicitudo oīu3 ecclesiar. Quis ifirmaṫ τ ego nō ifirmor: Quis scādalizaṫ τ ego non vror. ¶ D3 ēt īfūdere oleū i suis exhortationib⁹: qꝛ maxime d3 auditores ad opa pietatis inducere τ vnicuiq dicere illḋ Apli. j. ad Timo. 4. Exerce teipsū ad pietatē. Nā corporalis exercitatio ad modicū vtilis est. Pietas āt ad oia valet: pmissionē3 hñs vite q̄ nūc est τ future.

¶ 4. ē: qͦd in sacrificio panis τ sile τ spicar offerebaṫ sil' τ thus. ¶ Uñ scribiṫ Leui. 2. Offeres pmitias tuas dño: fundēs sup ea oleū τ thus ipones. ¶ Moralr p thus signaṫ ḋuotio mētis in deū iuxta illḋ ps. 140. Dirigaṫ orō mea sicͭ icēsū i cōspectu tuo. ¶ D3 ḡ ois pdicator τ exhortator i suis smonib⁹ pcipue inducere ad dei deuotionē credendo in ipsu3 τ in ipsu3 spem suā ponēdo τ ipm sup oia diligendo. Et ad ista duo v3 ad opa pietatis erga pximū τ ad deuotionē erga deu3 d3 tota pdicatoris intētio versari. ¶ Et ad ista duo docebat paulus Timoteū hortari diuites hui⁹ seculi dicēs. j. ad Timo. 6. Diuitib⁹ hui⁹ sec. pcipe: nō sublime sape. Neq sperare in incerto diuitiarū: s3 i deo viuo qui pstat oīb⁹ nobis oia habūde ad fruēdū. Bñ agere: Diuites fieri i bonis opib⁹. Facile tribueṙ: Cōicare: Thesaurizare sibi fūdamētū bonū i futur vt appbendāt bonā vita3: ille. ¶ Debēt cū simila offerre thus qꝛ ḋbēt pdicare deuota τ nō subtilia: iutilia τ curiosa.

¶ 5. est: qͦd in oi sacrificio de panib⁹ vel simila vel spicis offerebaṫ simul τ sal. ¶ Uñ scribiṫ Leui. 2. Quicquid obtuleris sacrificij sale cōdies. Nec auferes sal federis dei tui ḋ sacrificio tuo. In oī oblatiōe offeres sal. ¶ Moraliter predicator verbi celestis d3 in sua oblatione miscere sal discretionis: qꝛ non solū d3 auditores inducere ad pietate3 erga proximu3: τ ad deuctionē erga deum: sed etia3 ad discretionē τ prudentiā erga seipsu3 τ opera sua: vt v3 doceat que quis cauere: que ve agere d3: quid magis quid minus eligendu3: quid magis quid minus fugiendu3. ¶ Hoc mō sal in sua oblatiōe ponebat paulus apl's qñ instruebat ephesios in oi suo opere esse discretos: prudentes: τ cautos dicēs ad Ephe. v. Uidete itaq3 fratres qūo caute ambuletis. Non quasi insipiētes. sed vt sapientes: redimentes tēpus: quoniā dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudētes sed itelligētes que sit volūtas dei τc̄. ¶ Debet in sua oblatiōe offerre sal: quia in predicādo d3 eē discretus accōmodando sermonē tempori τ auditoribus grandia grandibus: mediocria mediocribus: τ paruulis puula predicādo sm eor capacitate3. ¶ Hoc mō sal in suis pdicationib⁹ ponebat paulus apl's: qui cū magna discretiōe. Al'r filios: Al'r parētes: Al'r vgines: Al'r cō

iugatos: Aliter seruos: Aliter dños ad monebat qñ dicebat ad Ro.j. Grecis ac barbaris: sapiētib⁹ ⁊ īsipiētib⁹ debitor sum ⁊c. Oppositū faciūt idiscreti p̄dicatores ⁊ cōsultores qui magnis parua vł paruis magna p̄dicare volunt: Curiosa tm̄ ⁊ subtilia bucinātes: quib⁹ dici pōt illud Job.38. Quis est iste iuoluēs sentētias sermonib⁹ imperitis.

¶ 6. est qđ in sacrificio siue oblatiōe farine ac panū sacerdos accipiebat pugillū plenū farine ⁊ olei ac totū thus ⁊ ponebat sup altare i memoriā ꝙ totū qđ habebat offerēs habebat a deo. Reliqua aūt pars farine ⁊ olei erat Aarō ⁊ filiorū eius. Et hoc fiebat in oblatiōe farine siue simile. In oblatiōe panis. Et in oblatiōe spicarū. ¶ Vñ scribit Leui.2. Quorꝫ vn⁹ tollet pugillū plenū simile ⁊ olei ac totū thus: ⁊ ponet memoriale super altare i odorē suauissimū dño. Qđ aūt reliquū fuerit đ sacrificio erit Aarō ⁊ filiorū ei⁹: Sanctū sanctorꝫ de oblationib⁹ dño. ¶ Et silia vba dñr īferius De oblatiōe panis siue sile cocte. ¶ Et de oblatiōe spicarū virētiū in fine capłi ¶ Moraliter simila est notitia diuine sciētie: Oleū pietas: Thus deuotio: pugillus que est manus clausa: est opatio iuxta tria p̄dicta. Altare est cor nostrū siue xp̄s iesus. ¶ Sacerdotē ergo ponere sup altare pugillū plenū sile ⁊ olei ac totū thus: est spūm scm̄ cor nostrū diuina scīa erudire: ⁊ pietate mollificare. Et deuotiōe ad deū odoriferū reddere. Et iuxta istā triplicē interiorē dispositionē: per manū doctā: piaꝫ ac deo dnotaꝫ exteri⁹ cōformiter operari cōpellere. ¶ Sacerdos altari similā sup ipōit: qñ spūs sanct⁹ nr̄o cordi diuinā sciaꝫ supinfūdit: Oleū supipōit: qñ cor nrꝫ ex ꝓximorū pietate mollificat: Thus supimponit: qñ cor nr̄m odoriferū erga deum deuotiōe succendit. ¶ Sacerdos pugillū plenū sile ⁊ olei supimpōit: qñ spiritus cor nr̄m ⁊ ad opa vite cōtēplatiue p similā: ⁊ ad opa vite actiue p oleū designate cōpellit. ¶ Et hec tria ponit super altare sacerdos tāq̄ memoriale: qñ spiritus sanct⁹ cor nr̄m admonet frequentius cogitare ⁊ aduertere hec tria bona: quo ad se: quo ad ꝓximū: ⁊ quo ad deū se a dño recepisse. ¶ Hec tria adolent̄ sup altari in odorē suauitatis dño. Qr hec tria. s. sciētia diuina: pietas ⁊ deuotio: si cū igne caritatis cremen̄t in corde nr̄o deo sunt gratissima acceptissima ⁊ odorifera. ¶ Totū thus ponit̄ i altari nō tota simila: nec totū oleū: qr plus vigere dꝫ ⁊ cremari in altari cordis nr̄i deuotio: q̄ꝫ pietas vł scia. ¶ Tota simila nō cremat̄ i altari: qr dinā sciaꝫ oino penetrare nō possum⁹. Totū oleū nō ponitur qr ⁊ opa pietatis i hac vita ad plenū nō iplem⁹. Sed qđ nos nō penetramus spūs sanct⁹ tāq̄ Aaron ⁊ angeli tāq̄ filij ei⁹: oīa plene cognoscūt ⁊ opa pietatis ad plenū exequūtur. Et hoc est qđ dicit̄ Qđ aūt reliquū fuerit đ sacrificio erit Aaron ⁊ filiorū ei⁹. ¶ Ex hijs pꝫ: quō panis ⁊ bi dini sex modis p̄dicat̄ ⁊ sex modis spūaliter in sacrificio offertur: ⁊ quō ad ei⁹ p̄dicationeꝫ sex cōditiones requirunt̄. Uenite ḡ ascēdam⁹ ad mōteꝫ dñi ⁊ docebit nos vias suas.

¶ De nostre fortitudinis rectitudine in hostie pacifice sacrificio mistice p̄signata. Cap.53.

Venite ascendam⁹ ad mōtē dñi ⁊ docebit nos vias suas. ¶ Scribūtur hec verba Leui.3. Qđ si hostia pacificorū fuerit eius oblatio. Et de bobus voluerit offerre marē siue feminā. Immac

tulata offeret coraȝ dn̄o. Ponetq̄ sup caput victime sue manū. Que imolabit in introitu tabernaculi testimonij. Funden tq̄ filij Aaron sacerdotis sanguinē p altaris circuitū. Et offerent de hostia pacificoꝝ in oblatiōeȝ dn̄o. Adipeȝ que operit vitalia. Et quicquid pinguedinis est itrīsecus. Duos renes cū adipe quo teguntur ilia. Et reticulū iecoris cū renū culis. Adolebitq̄ ea sup altare in holocaustū: lignis igne supposito. In oblatione suauissimi odoris dn̄o: hec ibi. ¶ Ad intelligentiā dicēdoꝝ notādū fm Lyram sup Leui. 3. ꝛ. 7. Q hostia pacifica erat duplex. Una offerebat̄ p bn̄ficio a deo iaȝ recepto. Et ista habebat rōnem gratiarū actionis ꝛ vocabat̄ Hostia laudatiua. Alia offerebat̄ pro bn̄ficio obtinēdo ꝛ sperato. Et ista habebat rōnem postulatiōis ꝛ vocabat̄ Hostia votiua vel spontanea: q2 nō habebat rationem ita debiti sicut p̄ma: q2 pro bn̄ficio accepto magis tenet̄ hō ad seruiēdū deo q̄ pro bn̄ficio sperato. ¶ Ista Hostia vocabat̄ pacifica fm lyraȝ ꝛ alios sup Leui. 3. pp duo. ¶ P̄ q2 qn̄ de⁹ exhibet hoi bn̄ficiuȝ aliqd videt ei pacificat⁹. Silr hō recipiēs vel sperās recipere bn̄ficiū postulatū pacificat̄ in aīo: q2 cōplet̄ eius d̄sideriū. ¶ 2. q2 hostia pacifica facit paceȝ dando cuilibȝ qd̄ suū est: vȝ deo. homini offerēti ꝛ sacerdoti imolāti. Nam hostie pacifice vna ps imolabat̄ deo. s. Adeps iterior. Alia erat sacerdotiȝ imolantis. s. Armus dexter ꝛ pectusculum. Alie v̄o carnes erant offerentis sicut pȝ Leui. 7. ꝛ pp hoc vocabat̄ hostia pacifica. ¶ Moralr hostiaȝ pacificaȝ de bobus offerrimus fm lyrā in moralib⁹ super Leui. 3. Qn̄ nostrā fortitudinē i diuinis laboribus exercemus. ¶ Hoc āt facimus vel pp bn̄ficiuȝ iaȝ receptū: puta qn̄ quis vouit deo si liberatus fuerit ab infirmitate: se velle ferre ciliciuȝ: totiens in die orare: tantū vigilare: peregrinari: laborare pro sustētandis paupib⁹: vel aliquid aliō laboriosū facere: si post sanitatē receptā hec laboriosa pagit: tūc hostiam pacificaȝ offert pro bn̄ficio iaȝ recepto. Uel hec facimus pro aliquo beneficio obtinēdo tēporali vel eterno: puta pro sanitate vel vita filioꝝ: pro cōseruatione sanitatis ꝛ rerū: pro p̄mio eterno: pro grā ꝯtēplatiōis obtinēda. ¶ Siue ergo pp bn̄ficiuȝ receptū siue pp recipiendū ꝛ speratuȝ in diuinis operib⁹ laboremus: ad hoc q̄ hostia nr̄e fortitudinis que p bouem figurat̄: deo sit accepta: plīma requirunt̄: que Leui. 3. ꝛ. 7. figurant̄ ꝛ cōditiōes requisite patebūt cōparādo hostiā pacificā d̄ bob⁹: ad nostrā fortitudinē in diuinis laborib⁹ pp bn̄ficia recepta vl̄ recipienda occupatā. Et de tali fortitudine semp in p̄nti capitulo intelligatur.

¶ P̄ nr̄a fortitudo in diuinis operib⁹ occupata: siue resistēdo malis ꝛ tēptationib⁹: siue operādo bōa: adhoc q̄ sit deo grata dȝ esse libera: q2 nullū pōt esse op⁹ bonū ꝛ deo gratū nisi sit a principio libero elicitū vel imperatū. ¶ Un̄ scribitur Leui. 3. Q si hostia pacificoꝝ fuerit ei⁹ oblatio: ꝛ de bob⁹ voluerit offerre: q̄si dicat volūtaria dȝ eē oblatio ꝛ nō coacta. Un̄ dicit p̄s. Uolūtarie sacrificio tibi ꝛ confitebor nomini tuo.

¶ 2. ꝓportiōata. ¶ Scd̄ȝ. n. q̄litatē bn̄ficij recepti: siue recipiēdi. Uel voti emissi: vel ꝯditionē ipsius operātis dȝ ꝛ nr̄a fortitudo eē ꝓportionata ꝛ cōmēsurata. Ita q̄ recipiēs mai⁹ a deo bn̄ficium magis tenet̄ in diuinis opib⁹ laborare: q̄ recipiēs min⁹ bn̄ficiū. Et vouēs artiorē vitā tenet̄ arti⁹ laborar̄. ¶ Et ista ꝓportio nr̄e fortitudinis d̄signat̄ Leui. 3. Ubi dr̄: Marē siue feminā offeret: p

boue masculū intelligitur fortitudo pfecta et maior: p feminā aūt fortitudo imperfecta et minor. Et vtraqz dz in diuinis opib⁹ laborare fm cditionē laborātis. Uñ dic paulus ad Ro.12. Habētes donationes: fm grām que data est nobis: differētes: Siue ministeriū in ministrādo. Siue qui docet i doctrina. Qui exhortatr in exhortādo. Qui tribuit i simplicitate. Qui pest in sollicitudine. Qui misereī i hylaritate. Et iō scribiī Eccl 9. Qdcūqz facere pt manus tua instanter operare.

¶ 3. Munda siue imaculata. ¶ Quia si nrā fortitudo laborās i diuis opib⁹ eēt maculata furtis: rapinis: oppssioib⁹ vel homicidijs aut violētijs nō eēt sacrificiū deo gratū imo odiosū Ysa.j. Ne offeratis vltra sacrificiū frustra. Incēsuz abhoīatio est mihi. Man⁹.n. vestre plene sū sāguine. ¶ Uñ dr̄ Leui.3. Immaculata offeret. Et iō scribiī Iaco.j. Religio munda et imaculata apud deum et patrez hec est. Immaculatū se custodire ab hoc seculo.

¶ 4. Recta. ¶ Quia dz eē nō pp laudē humanā: siue pp cōmodū tpale pncipaliter: sz pp deū. ¶ Et h notaī cū dr̄ Leui.3. Corā dño. Nā illa dicunī fieri corā dño: q̄ fiūt hac intētiōe vt deo sint placita et grata. Naz illa dr̄ acceptare q̄ videt sicut et respuere q̄ nō videt. Sic etiā illa dnr̄ fieri coraz hoīb⁹: q̄ fiūt vt hoīb⁹ placeāt et applausus hoīuz acquirāt: iuxta illō math.5. Attēdite ne iustitiā vestraz faciatis corā hoīb⁹ vt videamini ab eis. ¶ Fortitudinē g̃ nrāz dbem⁹ i diuinis laborib⁹ exercere recta intētiōe pp deuz iuxta illud aplī.j.Cor.x. Oīa in gloriam dei facite.

¶ 5. Efficax et robusta. ¶ Nā fortitudo nrā nō solū dz eē i corde et in ore: sz efficacit i ope: et nō solū ex fortitudine operari dbem⁹ mediocria aut minima: sz valida et robusta. ¶ Et h bñ figuraī cū dr̄ Leui.3. Ponetqz manū sup caput victime sue: p manuz opōnis efficatia: p hostie caput opis excellētia dsignaī. Quidaz fortitudinis opa hñt i corde: quidā i ore: sz manū nō ext·dūt ad op⁹ exequēduz. Quidā vo manuū ad op⁹ extēdūt sz minima opanī: hij et si manū extēdūt nō tn̄ ad caput hostie: qz robusta fortitudinis opa nō exequūtur. ¶ Ad hāc robustā et efficacē fortitudinē paulus iducebat Timoteuz: qn̄ dicebat.2.ad Timo.2. Labora sicut bon⁹ miles xp̄i iesu et.c.4. Tu vo vigila: i oīb⁹ labora: opus fac euāgeliste.

¶ 6. Fidelis siue deuota. ¶ Nrā.n. fortitudo dz in diuinis opib⁹ exerceri dvote et fideliter: ita q fundeī i fide mediatoris xp̄i iesu: sine quo nihil possum⁹ facere deo gratuz Io.15. Sine me nihil potestis facere. ¶ Hec āt dvotio et fidelitas notaī cū scribiī Leui.3. Que imolabiī in itroitu tabernaculi testimonij. Tunc eni hostia nrē fortitudinis imolaī i introitu tabernaculi: qn̄ imolaī in fide mediatoris dei et hoīuz xp̄i iesu: qui est introitus et hostiū tabernaculi celestis ipso ptestāte qui ait Io.x. Ego sum hostiū: per me siquis introierit saluabitur. ¶ Tabernaculū est ecclesia militās vel triumphās: hostium est xp̄s. Introitus fides.

¶ 7. Pia non inanis aut vanagloriosa. ¶ Nā si laboremus in diuinis opib⁹ d ipa nrā fortitudine nō dbem⁹ ianiī gaudere ad laudes hominū: sz gaudiū nrm dz eē int⁹ in ɔscia nrā iuxta illō Aplī.2. Cor.j. Nā glīa nrā hec ē testimoniū cōscie nrē. Uel gaudiū d nrō labore dz eē in deo iuxta illō aplī.2.Cor.x. Qui aūt gliaī i dño glorieī. ¶ Et h designaī cū dr̄ Leui.3. Fūdentqz filij Aarō sanguī

nē per altaris circuitū. Sanguis bouis significat dulcedinē et delectationem nre fortitudinis et opōnis. Sāguis.n. dulcis ē. Altare est cor nrm siue xpo iesus. Filij Aaron sacerdotis sunt angeli scti vel cogitatiōes recte. Filij ergo Aarō sāguinem bouis fūdūt p circuitū altaris: qn dñis laboriosis opib⁹ nō extra in cōspectu boiū: sed int⁹ in corde et in xpo iesu nos gaudere debere demōstrāt dicētes illud aplī.j. Cor.i. Qui gloriat in dño glorief. ¶ Et hoc est qd dicit dñs Hiere.9. Nō glietur sapiēs i sapia sua et nō glorief fortis in fortitudine sua: sz i hoc gliet qui gloriat scire et nosce me.

¶ 6. Debet considerare quod propter expiationem sui peccati septies est aspsus sanguis christi. ¶ Uz in circūcisione: oratione: flagellatiōe: coronatione: manuum clauatione: pedum clauatione. Et lateris fossiōe. Et hoc modo aduertet quo modo peccatū suū est contra christū deum et dominē. ¶ Et ista sexta condicio significat in sacrificio sacerdotis cum dicitur Leui. 4. Cumqꝫ intinxerit digitum in sanguine: asperget eum septies coram domino: contra velum sanctuarii. ¶ Moraliter per digitū quo subtilia ab inuicez discernimus: intelligitur subtilis consideratio. Digitum ergo in sanguinem vituli: clerici et religiosi intingunt: quando diligenter considerāt sui criminis grauitatez. ¶ Sed septies eū aspergunt coram dn̄o: quando pro expiatione sui criminis considerant diligenter sanguinē christi septies fuisse cōspsum: Considerando sanguinē circūcisionis: orationis: flagellationis etc. ¶ Sed ista aspersio septemplicata fit contra velum: quia iste septē aspersiones sanguinis christi fuerunt contra humanitatē christi quam cruciabant. Et contra sensualitatē repugnantē iuxta illō mat. 26 Pater si possibile est transeat a me calix iste. Uelum .n. humanitatem christi mortalem significat vt supra dictuz est: Debent ergo serui dei reatum sui criminis considerare: quando pro ipso expiando septies est effussus sanguis agni imaculati. ¶ Sed multi clerici religiosi ac sacerdotes cotidie bibunt sanguinē christi in bn̄ficiis p̄bendis et annuis reditibus et nūqꝫ cogitant de sanguine christi.

¶ 7. Debet cōsiderare quō p peccatū suum perdidit bona supna. ¶ Nam fm Sco. in. 4. di. 14. q. 2. Homo per peccatū incurrit in q̄ttuor damna cōparando ad superiora. Nam p̄ transgredit legez diuinā. 2. offendit deum. 3. amittit amicitiā dei siue ipm deum: 4. pdit premium eternū. Et hec debēt serui dei diligenter considerare. ¶ Et ista septima cōdicio designatur in sacrificio sacerdotis: cum dr̄ Leui. 4. Ponetqꝫ de eodē sanguine sup cornua altaris thimiamatis gratissimi domino: quod est in tabernaculo testimonii. ¶ Moraliter p altare thimiamatis gratissimi domino supra quod consumabantur sacrificia intelligi potest cor contemplatiuum: et perfectum et ad celestia subleuatum: qd̄ est deo gratissimum Sicut per altare holocausti quod erat extra tabernaculum intelligitur cor penitēs et impfectū ¶ Per q̄ttuor autē cornua altaris thimiamatis sursum tendentia: intelliguntur quattuor considerationes rerum celestium in corde nr̄o: ¶ Sacerdotes ergo et clerici sanguinem vituli super vnū cornu altaris thimiamatis pōunt: quādo considerant quod per peccatum suum transgressi sunt legem diuinam et celestem. ¶ Super secundum cornu ponunt sanguinez quando considerant quod per peccatum suum offenderunt maiestatem diuinam. ¶ Sed tertiuz cornu ponunt: quando considerant quod per peccatum suum perdiderunt ipsum deuz. ¶ Super quartuz cornu ponunt: quādo considerant quod per peccatum suum premium sempiternum amisserunt. O beati serui dei si frequenter hec quattuor cornua altaris thimiamatis cuz sanguine vituli aspergerent: et madefacerent Certe viderent quanta perdidissent in supernis per pctm̄.

¶8. Debet considerare quõ per peccatũ suum obligatus est ad inferni suppliciũ ¶ Nã per pctm̃ mortale obligat̃ hõ ad suppliciũ eternuꝫ sicut dicit Sco.in.4. di.14.q.2. ¶ Et ista octaua cõdicio designat̃ in sacrificio sacerdotis cum dr̃ Leui.4. Oẽm autẽ reliquũ sanguinẽ fũdet ad basim altaris holocausti in introitu tabernaculi. ¶ Moraliter p altare holocausti intelligit̃ penitentis cor. per basim que est inferius: intelligitur timor penarũ ĩfernaliũ. ¶ Sacerdotes ergo totum reliquũ sanguinẽ ab basim altaris fundunt: qñ ex timore tormẽtorũ ↄsiderant: ꝙ ꝑꝑ peccati sui reatũ: ad penas inferni sunt obligati Et sic considerantes criminis sui reatũ dicere possunt illud Esa.14. Detracta est ad inferos superbia tua: Concidit cadauer tuum. O beati serui dei: qui sic diligenter attenderent enormitatem suorum criminũ: Certe si nõ essent oĩno dementes clamarent cuꝫ propheta in ps.68. Saluum me fac deus: quoniaꝫ intrauerunt aque vsqꝫ ad animam meam. Infixus sum in limo profundi: ⁊ non est substãtia. Eripe me de luto vt nõ infingar: Libera me ab his qui oderunt me: ⁊ de profundis aquarum. Non me demergat tempestas aque: neqꝫ absorbeat me profundum: Neqꝫ vrgeat super me puteus os suum.

¶9. Debet profundissime hũiliari: omnia bona deo attribuendo: ⁊ omnia mala sibi ascribendo. ¶ Et considerare debet: ꝙ ex sua malicia incurrerat mortẽ sempiternaꝫ Sed ex dei misericordia liberatus est. Unde dic̃ dñs Osee.13. Perdicio tua Israel: ex me autem auxilium tuum. ¶ Et ista nona condicio designatur in sacrificio sacerdotis: cum dicitur Leui.4. Et Adipem vituli offeret pro peccato: tam eum qui vitalia operit ꝙ omnia que intrinsecus sunt: Duos renunculos: ⁊ rethiculum quod est: supra eos iuxta ilia. Et adipem iecoris cum renunculis: sicut offert̃ de vitulo hostie pacificorum. ¶ Moraliter adipem vituli offerimus pro peccato: qñ fructum nr̃e penitentie deo attribuim⁹ ⁊ non nobis. Adipem qui operit vitalia deo offerimus: qñ oĩa bona spiritualia diuine bonitati ⁊ nõ nr̃is mentis ascribimus. Rethiculum pingue: quod est supra renunculos iuxta illia: deo offerimus: quãdo corporalia bona diuĩe mĩe attribuimus. Adipem Iecoris siue Epatis offerimus: qñ oĩa bona temporalia a deo nos recepisse cõfitemur. O ꝙꝫ grata est humilitas ista coram deo. Sic debent in sua penitentia hũiliari serui dei: qꝛ sic faciebant Antiqui patres prophete ⁊ pr̃iarche sibi in suis confessionibus ascribẽtes omnem maliciam ⁊ deo suo omnẽ bonitatem. ¶ Uñ ⁊ sic in penitentia egit Esdras: ꝺ̃ quo scribitur.j. Esdre.9. Et in sacrificio vespertio surrexi de afflictione mea: ⁊ scisso pallio ⁊ tunica: curuaui genua mea ⁊ expãdi manus meas ad deum meum ⁊ dixi Deus meus confundor ⁊ erubesco leuare faciaꝫ meã ad te: qm̃ iniquitates nr̃e multiplicate sunt super caput nostrum: ⁊ delicta nostra creuerũt vsqꝫ ad celum a diebus patrum nostrorum. Sed ⁊ nos ipsi peccauimus grauiter vsqꝫ ad hanc diem. Et in iniquitatibus nostris traditi sumus nos ⁊ reges nostri in gladium ⁊ in captiuitatem ⁊ in rapinam ⁊ in confussioneꝫ vultus. Et in seruitute nostra non dereliquit nos deus noster: ⁊ inclinauit sup nos mĩsicordiã suã corã rege persaꝝ: vt daret nobis vitã: ⁊ sublimaret domũ dei nr̃i: ⁊ extrueret solitudines eius: ⁊ daret nobis speꝫ in Iuda ⁊ hierusalẽ: qꝛ tu de⁹ liberasti nos ꝺ̃ iniquitate

nrā: ⁊ dedisti nobis salutem sicut est hodie. Ecce quomodo in penitentia omnē pinguedinem deo attribuat. Pinguedo enim bonum tam temporale ꝗ̄ spirituale significat quod soli deo est attribuendum.

¶ 10. Debet omnia predicta ex diuina caritate peragere. Et in debitum finē ordinare omnia faciendo pp deū. ¶ Nā ista circumstantia finis redit penitentiā nostrā deo acceptabilem. ¶ Et ista decima condicio denotatur in sacrificio sacerdotis cum dicitur Leui. 4. Et adolebit ea sup altare holocausti. ¶ Moraliter altare holocausti significat cor penitens supra qđ penitentie sacrificiū solet īmolari Sup isto corde oīa predicta cremamus: quando oīa p̄dicta ex igne diuini amoris agimus. Et oīa in deum tanꝗ̄ in finem principaliter intentum ⁊ desideratum ordinamus. Sic enī omnia opera nr̄e penitentie sunt agenda pp deum: sicut ⁊ omnia alia opera nr̄a iuxta illud pauli apostoli. j. Cor. 10. Oīa in gloriam dei facite.

¶ 11. Debet post omnia predicta elongare ⁊ expellere a se Malā consuetudinē peccandi quam habet: operando ad oppositum. ¶ Et hoc est quod scribitur Leui. 4. Pellem vero efferet extra castra. ¶ Moraliter per pellem vituli occisi pro peccato: intelligitur consuetudo exterior peccandi ⁊ conuersatio pristina in actu peccati: iuxta illud Hiere. 13. Si mutare potest ethiops pellem suam: ⁊ pardus varietates suas ⁊ vos poteritis benefacere cum didiceritis male: pellem ergo extra castra prohiicimus quādo pristinam conuersationem ⁊ malā consuetudinem a nobis procul remouemus. Et hoc maxime facere debent serui dei in sua penitentia. ¶ Unde dicit Paulus ad Ephe. 4. Depōite vos secū dum pristinam conuersationem veterē hominem: qui corrumpitur secundum desideria cordis. Renouamini autē in spiritu mentis vestre. Qui furabatur iam non furetur.

¶ 12. Debet se elongare ab occasionibus peccati ⁊ malis societatibus ne iterum reuertat ad vomitum: ⁊ fiant ei posteriora deteriora prioribus. 2. petri. 2. ¶ Et hoc est quod scribit Leui. 4. Et oēs carnes efferet extra castra. ¶ Moraliter per carnem que semper concupiscit ⁊ bellatur aduersus spiritū ad Gal. 5. intelligitur occasio peccati ⁊ mala societas: que semper pertrahit ad peccatum: sicut lex carnis semper nititur captiuare legem spiritus ⁊ eam pertrahere in legem peccati ad Ro. 7. Uideo aliam legē in membris meis repugnantem legi mentis mee: ⁊ captiuitatem me in lege peccati: Carnes ergo efferunt extra castra: qui omnes peccati occasiones a se procul alienant. ¶ Et hoc debent facere maxie religiosi clerici ⁊ serui dei. Unde dicebat Paulus. j. ad Timo. 5. Adolescentiores autem viduas deuita Et. 2. ad Timo. 3. Hoc autē scito quia in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa ⁊ erunt homines se ipsos amantes: cupidi: elati: superbi ⁊c. Et hos deuita. Et ad Titum. 3. Hereticum hominem post vnam ⁊ secundā correptionem diuita: sciens quia subuersus est qui eiusmodi est.

¶ 13. Debet a se propellere cogitationes superbie que est initium peccati. ¶ Et hoc designatur cum dicitur Leui. 4. Pellem vero: ⁊ omnes carnes cum capite efferet extra castra. ¶ Moraliter per caput intelligi possunt cogitationes que sunt caput ⁊ principiū peccati. Et superbia que est initium ⁊ caput peccati Ecci. 10. Initium oīs peccati est sup-

bia: Caput ergo vituli occisi pro peccato efferre extra castra est: Cogitationes superbas a se procul expellere. Et hoc maxime facere debent serui dei in sua penitētia. Et ideo dicebat ille sanctus Thobias filio suo Tho. 4. Superbiã nunquam in tuo sensu aut in tuo verbo dominari permittas.

¶14. Debet a se propellere Appetitum Auaritie & inordinata terrenorum desideria. ¶ Et hoc notatur cum dicit Leui. 4. Pellem & omnes carnes cum pedibus efferent extra castra. ¶ Moraliter per pedes que adherent terre intelliguntur terrenorum desideria Et inordinata rerum temporalium cupiditas. Que est radix omnium malorum: Pedes ergo vituli occisi extra castra deferre est: inordinatum appetitum rerū temporalium a se procul abiicere Quod maxime facere debent serui dei. Unde dicit Paulus. j. ad Timo. 6. Radix omnium malorum cupiditas: quam quidam appetentes errauerunt a fide & inseruerunt se doloribus multis: Tu autem O homo dei hec fuge.

¶15. Debet a se propellere appetitum luxurie: & inordinata carnis desidera. ¶ Et hoc notatur cum dicitur Leui. 4 Pellem & omnes carnes cum intestinis efferent extra castra. ¶ Moraliter per intestina mollia que sunt prope genitalia itelligitur luxuria que in lumbis virorum viget: & in vmbiculo mulierū Job. 40. Fortitudo eius in lumbis eius & virtus illius in vmbilico ventris eius: itestina ergo vituli occisi extra castra proiicere est: Desideria: & occasiones luxurie procul abiicere & declinare. ¶ Et hoc maxime facere debent serui dei in sua penitētia. Unde dicitur Prouer. 5. Ne intenderis fallacie mulieris: Longe fac ab ea viam tuam: & ne appropinques foribus domus eius.

¶16. Debet a se repellere fetorem mali exempli & male fame. ¶ Et hoc notatur cum dicitur Leui. 4. Pellem & omnes carnes cum fimo efferet extra castra. ¶ Moraliter per Fimū intelligitur operatio mala fetorem mali exempli populo prebens. Nam sicut stercus est fetens naribus. Ita malum exemplum fetet animabus rationalibus. Fimum ergo extra castra efferre est. mala exempla procul abdicare. ¶ Et hoc debent facere serui dei. Unde dicebat illis christus iesus Mat. 18. Si autem manus tua & pes tuus scandalizat te: abscide eum & proiice abs te: & si oculus tuus scandalizat te: erue eum & proiice abs te &c.

¶17. Debet a se repellere omnem malã operationem. ¶ Et hoc notatur cum dicitur Leui. 4. Pellem & omnes carnes cū reliquo corpore efferet extra castra. ¶ Moraliter per totum reliquum corpus intelligitur tota congeries operationum: Sicut accipitur & Mat. 6. Ubi dicitur Si oculus tuus idest intentio simplex fuerit: totum corpus tuum lucidum erit: idest tota congeries operationum erit sancta & bona sicut ibidem exponit Lira. Totum ergo corpus vituli occisi extra castra deferre est Omne opus malum a se procul abiicere. ¶ Et hoc maxime facere debent serui dei: dicente Paulo. j. ad Thesal. 5. Ab omni specie mali abstinete vos. Et Tho. j. Genuit filium quem ab infantia timere deū docuit & abstiere ab oī pctō

¶18. Debet Memoriã mortis in mēte retinere: que valet ad elonganda septē p̄dicta mala. ¶ Et hoc notatur cū dicit Leui. 4. In locum mundum vbi cineres effundi solent. ¶ Moraliter locus vbi cineres effunduntur est memoria

mortis in qua omnes incineramur Et dicitur locus mūdus quia eius memoria mentez mundat. Pellem ergo ꝛ carnes ꝛ alia predicta extra castra in locuz mundū vbi cineres effundi solent defferre est: ex memoria mortis omnia septem predicta mala a se propellere ꝛ ꝓcul elongare. ¶ Quod maxime facere debent in sua penitentia serui dei: quia scriptum est Ecci.7. In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua ꝛ in eternum non peccabis.

¶ 19. Debet diuina beneficia ad mentez reuocare. Que multum conferūt ad septez predicta mala a nobis elonganda. ¶ Et hoc notatur cum dicitur Leui.4 Incendetq; ea super struem lignorum. Strues lignorum est congeries diuinorum beneficiorum que sunt innumerabilia. Struem lignorum facimus: cum diuina beneficia sigillatiz ꝛ ordinate cogitamus. Super istam struem lignorū pellem ꝛ omnes carnes: ꝛ omnia predicta incendimus: quando ex memoria diuinorum beneficiorum igne diuine dilectiōis excitato omnia mala predicta cōsumimus atterimꝰ ꝛ incineramus ꝛ a nobis procul abiicimus. ¶ Et hoc facere debent serui dei in sua pēitentia: Unde Paulus dixit Atheniensibus Act.17 In ipso enim viuimus. mouemur: ꝛ sumus.

¶ 20. debet exempla sanctorum ꝛ malorum recolere. ¶ Sanctorum quiꝰ predicta septem mala a se elongauerunt ꝛ ad finem optatum peruenerunt. Et malorum qui mala predicta sequendo male terminauerunt. ¶ Et hoc notatur cuz dicitur Leui. 4. Incendetq; ea super struem lignorum. Strues lignoruz sūt exempla sanctorum: qui sunt ligna viridia. Et exempla malorum qui sunt ligna arida iuxta illud Luc.23. Si in viridi ligno hoc faciunt: in arido quid fiet: Struem ergo lignorum facimus: cum ꝛ bonorum ꝛ malorum exempla seriatim memoramur. Super istam lignorum struem septem predicta mala consumimus: quando exemplo malorum territi: ꝛ exemplo bonorum incitati: septem predicta mala a nobis procul pellimus ꝛ exterminamus: ꝛ viam virtutū ꝛ penitētie libenter assumimus. ¶ Quod maxime facere debent serui dei iuxta illud apostoli ad Hebre.12. Ideoq; ꝛ nos tantam habentes impositam nubem testiuz: deponentes omne pondus ꝛ circūstans nos peccatum: per patientiā curramus ad propositum nobis certamen Ex his omnibus patet quomodo religiosi clerici sacerdotes ꝛ reliqui serui dei in sua penitentia debent decem considerationes habere. A septem precauere Et tria remedia adhibere. ¶ Et quia christiani sunt gens sancta ꝛ regale sacerdotium. j. Petri. 2. per istā penitentiam sacerdotis pōt etiam significari penitentia cuiuslibet christiani. Et mirabilis ac prolixus posset fieri sermo ꝺ penitētia: sed in hoc cap. sicut ꝛ in ceteris volui tantū principalia tetigisse: que studiosus contēplator ꝛ predicator per singulas partes: prout sibi videbitur: expedire: ex sua poterit deuotione restringere vel dilatare. ¶ Eodem modo dicatur de penitentia multitudinis siue totius populi De qua immediate scribitur Leui.4. Quod si omnis turba filiorū Israel ignorauerit: quia similes sunt regule hic ꝛ ibi. Uenite ergo ascendamus ad montem domini ꝛ docebit nos vias suas.

¶ De Salutifera principum ac rectorum: Liberi arbitrii ac voluntatis penitentia: in hostia pro peccato misticeq;

signata. Cap. 57.

Venite ascendamus ad montez domini & docebit nos vias suas. ¶ Scribunt hec verba Leui. 4. Si peccauerit princeps & fecerit vnum e pluribus per ignorantiaz quod domini lege prohibetur. & postea intellexerit peccatum suuz offeret hostiam coram domino hyrcuz de capris imaculatum. Ponetq; manū suam super caput eius. Cumq; immolauerit eum in loco vbi solet mactari holocaustū corā dño q2 pro pctō est tinget sacerdos digitum in sanguine hostie pro peccato: tangens cornua altaris holocausti: & reliquum fundens ad basim eius. Adipem vero adolebit supra sicut in victimis pacificorum fieri solet. Rogabitq; pro eo sacerdos & pro peccato eius & dimittetur ei. ¶ Moraliter per hostiam pro pctō principis intelligi debet penitentia eorum qui presunt populis. Et bene offerunt pro peccato suo hyrcum: quia sicut hyrcus est dux capratum. Ita & principes sunt duces: & rectores subditorum. Et sicut hyrcus est animal fetidum: ita peccata principū sunt fetida & male odorifera per maluz exemplum. Nam omne animi vicium tanto conspectius in se: Crimen habet: quanto maior qui peccat habet. ¶ Si quis autem principum per ignorantiaz peccatum aliquod contra legem domini commiserit: Cognito peccato suo: sic penitentiam agere debet ¶ Moraliter etiam per penitentiam siue per hostiam pro peccato principis intelligi potest penitentia voluntatis que est princeps: domina: & regina in regno anime: cuius domino subiacent omnes sensus: vel liberi arbitrij qui in anima quasi in ciuitate dominatur: Et huius voluntatis vel liberi arbitrii peccatum est fetidum: quia ex deprauatione voluntatis vel liberi arbitrii: corrumpuntur: & deprauantur omnes sensus quasi populi subiecti quia Mobile mutat̄ semper cum principe vulgus. Et sic poterit hic sermo cuilibet particulari persone applicari. Si ergo voluntas vel liberuz arbitrium peccatum aliquod contra legem domini commiserit cognito peccato suo: sic penitentiam peragere debet.

¶ Primo debet proponere coram deo siue coram conscientia sua: se velle omnino derelinquere tale peccatum scandalizatiuum populi. ¶ Et hoc est quod dicitur Leui. 4. Si peccauerit princeps: & fecerit vnum e pluribus per ignorantiam quod domini lege prohibetur: & postea intellexerit peccatum suum. Offeret hostiam coram domino hyrcum de capris immaculatum. ¶ Moraliter hircum de capris coram domino offert princeps: quando voluntas vel rector aliorum in conscientia sua proponit se a peccato fetido: & scandalizatiuo elongare: & emendare. Et hoc est primum in ordine penitentie: & iustitie: velle derelinquere malum. Offerre ergo hyrcum domino est peccatum scandalizatiuum a se alienare: Et pro dei honore confessionis gladio iugulare. ¶ Hoc propositum faciebat in corde suo propheta quando dicebat in psal. 38. Dixi custodiam vias meas vt non delinquam in lingua mea: posui Custodiam ori meo cum consisteret Peccator aduersum me.

¶. 2. Debet considerare quod per tale peccatum ꝑmeruit mortem. ¶ Et hoc est Quod dicitur Leui. 4.

ponetq̃ manum suã super caput eius. ¶ Moraliter manum sup caput ponere est cõsiderare: quod opa que per manum designant merentur amittere vitam: que p caput: quod est membrũ pricipale: designatur. ¶ Nam et in veteri testamẽto princeps ponebat manũ super caput hyrci occidendi: ad designandũ: q sicut hircus occidebatur ꝓ peccato suo sic ipe merebat mori pro trãsgressione diuini precepti: nisi accepta esset eius oblatio ex misericordia dei. Debet ergo cõsiderare q Sicut os quod mentitur occidit animam Sap. i. Ita omne opus peccati mortalis animam obligat ad mortem.

¶ 3. Debet exercere actus virtutis opposite. ¶ Uidelicet si peccauerat furando aliena: tribuat sua: Si per gulam: abstineat: si per luxuriã: contineat. ¶ Et hoc est qd dr Leui. 4. Cumqz imolauerit eum in loco vbi solet mactari holocaustum coram dño: quia pro peccato est. ¶ Moraliter hyrcũ imolare ẽ pctũm infamie et scandalizosum per vite emendationẽ auferre: vt qui furabatur iam non furetur ad Ephe. 4. ¶ Hoc modo immolauit hyrcũ domino rex Manasses: qui prius construxit aras Baalim et adorauit omnes militiam celi: obseruabat somnia: sectabatur auguria: Maleficiis artibus inseruiebat. Habebat secum magos et incantatores: multaqz mala opera operatus est coram domino vt irritaret eum. Sed postmodũ conuersus egit penitentiam valde. Abiecit deos alienos et simulacrum de domo domini. Aras quoqz quas fecerat in monte domus domini et in hierusalem proiecit omnia extra vrbem. Et instaurauit altare domini: et immolauit super illud victimas et pacifica et laudes Et sic fetorem infamie per odorem bonorum operum abstulit: sicut patet 2. Parali. 33. ¶ Hec autem immolatio spiritualis hyrci: fieri debet in atrio vbi mactatur holocaustuz idest In fide ecclesie: que per atriũ designat.

¶ 4. Debet diligenter considerare grauitatem peccati commissi. ¶ Et hoc est quod dicitur Leui. 4. Tinget sacerdos digitum in sanguine hostie pro peccato. ¶ Mistice sacerdos est spiritus rationalis vel spiritus sanctus: quorum primus semper deprecatur ad optima: et secundus sacra edocet. Digitus est discretio: et diligens consideratio. Sanguis est reatus peccati. ¶ Sacerdos ergo digitum in sanguine hostie tingit: quando spiritus rationalis ex instinctu spiritus sancti diligenti consideratione grauitatem sui criminis examinat et deplorat. ¶ Hoc modo grauitatem peccati sui considerabat propheta: quando dicebat in psal. 37. Quoniam iniquitates mee supergresse sunt caput meum: et sicut onus graue grauate sunt super me.

¶ 5. Debet considerare q per peccatum suum celestia bona perdidit. ¶ Et hoc est quod dicitur Leui. 4. Tangens cornua altaris holocausti. ¶ Moraliter quattuor cornua altaris holocausti in parte superiori: significant quattuor cõsiderationes celestes cordis penitentis: quas ponit Scotus in. 4. di. 14. q. 2. ¶ Primo debet considerare: q per peccatum suum transgressus est legem diuinam. ¶ 2. q offendit diuinam maiestatem. ¶ 3. Quod perdidit ipsum deum: et auersus est ab eo. ¶ 4. Quod perdidit premium sempiternum. ¶ Quando ergo spiritus rationalis ex instinctu spiritus sancti considerat q propter peccatũ hec quattuor mala incurrit: tunc sacerdos cũ sanguĩe ho

stie tangit quattuor cornua altaris holocausti Et hoc facere debet princeps in sua penitentia Et voluntas et liberum arbitrium in sua ad deum conuersione et penitentia.

¶ 6. Debet considerare: quod per peccatum suum obligatus est ad supplicium eternum siue ad mortem eternam secundum quod determinat Sco. in. 4. di. 14. ¶ Et hoc est quod dicitur Leui. 4. Et reliquum scilicet sanguinem fundens ad basim eius ¶ Moraliter per basim altaris: que est infima pars eius: intelligitur consideratio cordis penitentis respectu penarum infernalium que sunt in inferioribus terre partibus. ¶ Quando ergo spiritus rationalis ex instinctu spiritus sancti: considerat se per peccatum suum ad inferni penas obligatum. tunc sanguinem hostie fundit ad basim altaris holocausti. Et hoc facere debet princeps in sua penitentia et voluntas in sua penitentia: et ad deum conuersione.

¶ 7. Debet profundissime humiliari. Omnia bona deo attribuendo et sibi omnia mala ascribendo. ¶ Et hoc est quod dicitur Leui. 4. Adipem vero adolebit supra sicut in victimis pacificorum fieri solet. ¶ Notandum quod in victimis pacificorum: sicut dicitur Leui. 3. Offerebant adipem qui operit vitalia. Et quicquid pinguedinis est intrinsecus: Reticulum iecoris cum adipe quo teguntur ilia. Sic fieri debet in sacrificio pro peccato principis et voluntatis. ¶ Mistice triplicem adipem deo offerimus: quando et bona spiritualia et corporalia et temporalia omnia deo attribuimus: et nobis omnia mala ascribimus confitendo dei bonitatem et nostram maliciam: Dando deo gloriam et nobis culpam: Dicendo cum propheta Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam: et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meā: quoniam iniquitatem meam ego cognosco: et peccatum meū contra me est semper: Tibi soli peccaui et malum coram te feci.

¶ 8. Debet hec omnia ex caritate facere et in deum tanquam in debitum finem ordinare. ¶ Et hoc est quod dicitur Leui. 4: Adipem vero adolebit supra scilicet altare holocausti sicut in victimis pacificorum fieri solet. In hostiis pacificorum sicut scribitur Leui. 3. Adolebant adipes predictos super altare in holocaustū: lignis igne supposito: in oblationem suauissimi odoris domino. ¶ Moraliter adipem super altare igne supposito cremamus: quando omnia opera nostre penitentie ex igne caritatis propter deum agimus: et in diuinum honorem ordinamus omnia faciendo propter deum: Et talis penitentia est odorifera et gratissima in conspectu dei Et hoc modo facere debet penitentiam princeps etiam in deum ordinando: sic et voluntas et liberum arbitrium.

¶ 9. Debet deum instanter deprecari pro remissione peccati commissi. ¶ Et hoc est quod dicitur Leui. 4. Rogabitque pro eo sacerdos et pro peccato eius. ¶ Moraliter spiritus rationalis ex instinctu spiritus sancti cognoscens peccatum suum: rogare debet deum cum lachrimis et gemitibus ac contritione competenti pro remissione ipsius peccati commissi. Et tunc dicitur spiritus rogare pro nobis: cum nos congrue orantes et rogantes facit iuxta illud ad Ro. 8. Spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Nam quid oremus sicut oportet nescimus. Sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. ¶ Hoc modo clamare debet princeps et nostra vo

luntas siue liberum arbitrium pro re missione peccati sui ad deum cum lachrimis exemplo mulieris Cananee: que pro liberatione filie flendo clamauit ad deum dicens mat. 15. Miserere mei domine fili Dauid. Filia mea male a demonio vexatur.

¶ 10. Sequitur Absolutio per confessionem. Et tunc liberatur a peccato: vnitur et incorporatur christo et corpori eius mistico quod est ecclesia. ¶ Et hoc est quod dicitur Leui. 4. Et dimittetur ei. s. peccatum suum Et bene post orationem et rogationem sequitur remissio peccati. Quia scriptum est mat. 7. Petite et dabitur vobis: querite et inuenietis: pulsate et aperietur vobis. ¶ Hoc modo mulier Cananea postquam perseueranter clamauit ad deum: audiuit ipsum dicentem mat. 15. O mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut vis: et sanata est filia ex illa hora. Sic voluntas nostra: sic liberum arbitrium: sic populi princeps: post debitum clamorem ad deum pro peccato suo: meretur remissionem quia scriptum est mat. 7. Omnis qui petit accipit et qui querit inuenit et pulsanti aperietur. Uenite ergo ascendamus ad montem domini et docebit nos vias suas.

¶ De salutifera singularis persone penitentia: in hostia pro peccato mistice pregnata Cap. 58.

V Enite ascendamus ad montem domini et docebit nos vias suas. ¶ Scribuntur hec verba Leui. 4. Quod si peccauerit anima per ignorantiam de populo terre vt faciat quicquam ex hiis que domini lege prohibentur atque delinquat. Et cognouerit peccatum suum offeret capram immaculatam Ponetque manus super caput hostie que pro peccato est: et immolabit eam in loco holocausti: Tollet que sacerdos de sanguine in digito suo: et tangens cornua altaris holocausti: reliquum fundet ad basim eius: Omnem autem adipem auferens: sicut auferri solet de victimis pacificorum: adolebit que super altare in odorem suauitatis domino: rogabit que pro eo et dimittitur ei: Si autem de pecoribus obtulerit victimam pro peccato. Ouem scilicet immaculatam ponet manum suam super caput eius: vide vsque in finem capi. ¶ Notandum quod persona singularis peccans per ignorantiam offert capram siue ouem et idem erat modus offerendi in ambobus sicut patet Leui. 4. in fine. ¶ Moraliter per capram stoliditas: per ouem ignorantia designatur: que duo sunt plurimis causa peccati. Siquis autem ex aliquo istorum in aliquod peccatum ceciderit: penitentiam hoc ordine agere debet.

¶ Primo Cognito peccato suo debet firmiter proponere se velle tale peccatum et talem stoliditatem derelinquere. ¶ Et hoc est quod dicitur de sacrificio singularis persone Leui. 4. Quod si anima peccauerit per ignorantiam: et cognouerit peccatum suum offeret capram immaculatam ¶ Moraliter capram vel ouem deo offerre est: Stoliditatem: ignorantiam et peccatum pro dei amore a se alienare et procul abiicere. ¶ Et hoc est primum in penitentia scilicet proponere se velle dimittere peccatum. Et hoc facere debet quecunque persona que digne vult penitere vt dicat cum apostolo ad Ro. 12. Nox precessit: dies autem appropinquauit. Abiiciamus ergo opera tenebrarum: et induamur arma lucis: sic vt in die honeste ambulemus. Non in comessationibus et ebrietatibus. Non in cubilibus

Left column.

ꝛ impudiciciis: Nō in cōtentione ꝛ emulatione: sed induimini dominum iesum christum. Et carnis curam ne feceritis in desideriis.

¶ 2. Debet considerare ꝙ per peccatum suum incurrit sententiaʒ mortis. ¶ Et hoc notatur cum dicit̄ Leui. 4. Ponetqꝫ manus sup caput hostie que pro peccato est. ¶ Sicut dicit Lira sup Leui. 4. Hec impositio manuū fiebat ad designandum: ꝙ sicut hostia erat occidēda pro peccato suo. Ita ipse offerens erat morte dignus pro transgressione diuini ꝑcepti: nisi accepta esset eius oblatio ex misericordia dī. ¶ Moraliter ergo ponere manus super caput hostie occidēde: est considerare. ꝙ per opa praua manuuʒ suarū: meruit quis incurrere mortis sniam. Naʒ scribitur Jaco. j. Peccatum cum consumatuʒ fuerit generat mortem. Consideret ergo peccator ꝙ ꝑ peccatū interfecit aīam suā ꝛ sic querat medicum scientem resuscitare.

¶ 3. Debet exercere semetipsuʒ ī virtutibꝰ oppositis. ¶ Uerbi grā si ꝑ ignorantiam cecidit in peccatum vsure. Homicidii: Detractiōis: vel huiusmodi semet ipsum exerceat ad oppositum. Et que prius ignorauit querat adiscere: ne per ignorantiam iterum labatur: ¶ Et hoc notatur cum dicitur Leui. 4. Et imolabit eam in loco holocausti. ¶ Moralit̄ capram hyspidā: ꝛ fedam atqꝫ fetentē īmolamus: qn̄ viciū ꝑ opposite virtutiꝭ opationem mactamus ꝛ interficimus. Quem īmolamus qn̄ ignorantiā noxiā ꝑ attentionē diuine legis ꝛ salubris doctrine repellimꝰ ꝛ extinguimꝰ. ¶ Et hͦ dꝫ bet facere quicūqꝫ digne vult pēiteř iuxta illō pauli ad Ro. 6. Liberati āt a pctō serui facti estis iustitie. Sicͦ. n. exhibuistis membra vr̄a seruire īmundicie ꝛ iniquitati ad iniquitatem. Ita nunc exhibete mēbra vestra seruire iustitie in sanctificationem.

Right column.

¶ Et hoc fieri debet in fide Ecclesie: que significatur per atrium tabernaculi vbi imolabatur holocaustum. Et ideo dr̄: Immolabit eaʒ in loco holocausti.

¶ 4. Debet considerare diligenter grauitatem ꝛ enormitatem peccati sui. ¶ Et hoc notatur cum dicitur Leui. 4. Tolletqꝫ sacerdos de sanguie in digito suo. ¶ Moraliter Sacerdos tollit de sanguine hostie in digito suo: quando spiritus rationalis grauitatem ꝛ reatuʒ criminis sui assumit in considerationem. Sic debet facere quelibet aīa existens in peccato ꝛ cupiens penitere vt dicat cū ps. Quoniam iniquitatē meam annunciabo ꝛ cogitabo ꝓ pctō meo. s. eius grauedinem examinando.

¶ 5. Debet cōsiderare ꝙ ꝑ pctm̄ suū bona celestia ꝑdidit. ¶ Et hoc notatur cū dr̄ Leui. 4. Et tangens cornua altaris holocausti. ¶ Moraliter sacerdos cū sanguine hostie tangit quattuor cornua altaris sursum eminentia: quando spiritus rationalis considerat ꝙ ꝑꝑ criminis sui reatum: quattuor bona celestia perdidit ꝓut dicit Scotus in. 4. di. 14. q. 2. videlicet. ¶ ꝓ transgressus est legē diuinam. ¶ 2. offendit diuinā maiestatem. ¶ 3. Perdidit deum. ¶ 4. celestē beatitudinem amissit. Et has quattuor celestes considerationes habere debet aīa que digne penitentie deo sacrificium offerre desiderat.

¶ 6. Debet considerare ꝙ per peccatū suuʒ est obligatus ad penā eternā sicͦ declarat Scotus in. 4. di. 14. ¶ Et hoc notatur cum dicitur Leui. 4. Reliquum. s. sanguinem fundet ad basim eius. s. altaris holocausti. ¶ Moraliter sanguis ad basim altaris funditur a sacerdote: qn̄ spiritꝰ rōnalis considerat: ꝙ ꝑꝑ sui

peccati reatum obligatus est ad ignem inferni qui dicitur infernus quia est infra Et ideo basis que est infimum in altari significat considerationem cordis respectu penatum infernalium: que sūt in inferioribus terre partibus. ¶ Et istam considerationem debet habere q̄libet anima: que digne penitētie deo gratum desiderat offerre sacrificiū.

¶.7. Debet profundissime humiliari. Omnia bona deo attribuendo ꝛ omnia mala sue malicie ascribendo. ¶ Et hoc notatur cum dicitur Leui.4. Omnem autē adipem auferens sicut auferri solet de victimis pacificorum. ¶ Sicut scribitur Leui.3. Omnis adeps qui operit vitalia. Et Adeps quo teguntur ilia. Et adeps iecoris siue epatis offerebatur in oblationem domino. Sic fieri debebat: ꝛ in hostiis pro peccato prout scribitur hic. ¶ Moraliter Omnem adipem deo offerimus: quando omnia nostra bona siue spiritualia siue corporalia siue temporalia sint: diuine bonitati ꝛ non nostre iustitie ascribimus. ¶ Sic facere d̄bet q̄libet anima digne penitens: vt de operibus penitentie sue ꝛ de omnibus aliis bonis: gloriam deo tribuat ꝛ non sibi: dicens cum p̄s Non nobis domine non nobis: sed nomini tuo da gloriam.

¶ 8. Debet opera penitentie sue predicta ex caritate in deum tanq̄ȝ in debitum finem ordinare. ¶ Et hoc est quod dicitur Leui.4. Adolebit super altare scilicet adipem in odorem suauitatis domino. ¶ Moraliter super altare adolemus adipem quādo in altari cordis nostri: omnia opera nostra ex igne caritatis comburimus: ꝛ ad deum ipsum ordinamus: caritas enim inclinat ad operandum propter deum tanq̄ȝ propter finem. Et cum sic comburunt̄ ꝛ in deum ordinant̄ opera nostre penitentie. Sūt odorifera ꝛ suauissima coram deo: Et ideo dicitur. In odorem suauitatis domino.

¶ 9. Debet instanter deum exorare pro sui criminis remissiōe. ¶ Et hoc notat̄ cū dr̄ Leui.4. Rogabitq; ꝓ eo.s. sacerdos. ¶ Moralit̄ sacerdos rogat ꝓ aīa peccatrice: quando spirit⁹ rōnalis ex instinctu spiritus sancti deum efficacissime deprecatur: pro sui peccati remissione. ¶ Et hoc facere debet anima penitens: vt dicat cuȝ propheta in p̄s. Miserere mei deus secundum magnam misericordiā tuā. Et s̄m multitudinē miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Ampli⁹ laua me ab iniquitate mea ꝛ a peccato meo munda me.

¶ 10. Sequitur Absolutio que fit per cōfessionem ꝛ per sacerdotem: ꝛ sic remissio peccati. ¶ Et hoc est q̄d dicitur Leui.4. Et dimittetur ei scilicet peccatum suum. ¶ Et bene post orationeȝ remittitur peccatum: quia scriptum est mat.7. Omnis qui petit accipit: ꝛ qui querit inuenit: ꝛ pulsanti aperiet̄. Unde ꝛ publicanus penitens postq̄ȝ clamauit percutiens pectus suum ꝛ dicens mat.18. Deus propicius esto mihi peccatori: absolutus est a peccato ꝛ recessit iustificatus in domum suam: Sic anima queq; cū omnia predicta diligenter peregerit: absolueri merebitur a peccatis. Hec de penitentia succinte collegimus: prolixiorē dilatationē contēplatorum ꝛ predicatorum iudicio relinquentes: possunt eniȝ per singulas partes fieri mirabiles pratice. Quas prudens lector dilatet ꝛ artet: prout sibi melius videbitur expedire. Uenite ergo ascendamus ad monteȝ domini ꝛ docebit nos vias suas.

¶ De gratiarum actione ꝛ laude diuina per sacrificiū

per sacrificium vespertinum prefigurata. Cap. 59.

V Enite ascendamus ad montē dñi ꝛ docebit nos vias suas. ¶ Scribūtur hec verba Exo. 29. Hoc est qd facies i altari: Agnos āniculos duos p singulos dies iugiter. Unū mane ꝛ alterū vespere. Decimaz partē sile cōsperse oleo tuso. Qd habeant mēsuraz q̄rtā ptē hin. Et vinū ad libādū eiusdem mēsure in agno vno. Alterū vo agnū offeres ad vesperaz iuxta rituz matutine oblatiōis: iuxta ea que diximus i odorē suauitatis: Sacrificiuz est dño deo: oblatione ppetua i generatiōes vestras. Ad hostiū tabernaculi testimonij corā dño: Ubi constituā vt loquar ad te. Ibiq̄ p̄cipiaz filijs israel. Et sanctificabit altare in glia mea. Sanctificabo ꝛ tabernaculū testimonij cuz Altari ꝛ Aaron cū filijs suis vt sacerdotio fungant mihi. Et habitabo in medio filioꝝ israel. Eroq̄ eis de⁹. Et scient q2 ego dñs deus eorum. Qui eduxi eos de terra egipti: vt manerez inter illos. Ego dñs deus ipsoꝝ: hec ibi. ¶ Et Leui. 6. Hec est lex holocausti: Cremabit in altari tota nocte vsq̄ mane. Ignis ex eodē altari erit. Uestietur tunica sacerdos ꝛ feminalib⁹ lineis. Tolletq̄ cineres quos vorās ignis exussit. Et ponens iuxta altare spoliabit priori bus vestimētis. Inductusq̄ alijs efferet eos extra castra. Et in loco mundissimo vsq̄ ad fauillam consumi faciet. Et Nū. 28. Alterūq̄ agnum silr offeretis ad vesperā iuxta oēz ritū sacrificij matutini. ¶ Hec oia scripta sunt de sacrificio matutino ꝛ vespertino: qd dicebat Iuge sacrificiū: Iuge holocaustū: Holocaustū sempiternū. Et sic p sacrificiū matutinū qd p̄cedebat oia alia fm lyraz Leui. 9. significat intētio recta. Ita p sacrificiū vespertinū quod fiebat post oia alia sacrificia fm lyrā vbi supra: significatur Gratiarū actio ꝛ laus diuina diuinaq̄ glificatio. Que in fine cuiuslibet boni operis reddēda est deo: vt oia bona opa a nobis terminata ꝛ cōpleta diuine bonitati ꝛ nō nre Iustitie ascribam⁹. ¶ De ipa igit grāꝝ actiōe: laude ac glificatione diuina: que in fine cuiuslibet operis deo est reddenda: aliqua dicēda sunt: Prout in vespertino sacrificio figurātur. Et sic ordinate videnda sunt mlta. Que spūs rōnalis q̄si dei sacerdos in se dz habere: vt deo digne offerat grārū actiōis ꝛ laudis sacrificium vespertinum.

¶ p spūs rōnalis quasi Aaron dei sacerdos. Gratiarū actionē ꝛ laudē diuinaz dz hre in corde siue in volūtate ꝛ nō in ore tm̄. Sicut faciunt multi qui deū ore laudant sed cor eorū longe a deo est. De quib⁹ dicit dñs Ysa. 29. Appropinquat populus iste ore suo ꝛ labijs suis glorificat me. Cor autez eius longe est a me. ¶ Et hoc bn̄ figurat in sacrificio vesptino: qd fiebat sup altare holocausti qd significat cor humanū siue volūtatem. Unū dr Exo. 29. Hoc est. s. sacrificiū vespertinū: qd facies i altari. s. holocausti idest in corde humano. ¶ Hoc mō laudauit Dauid deuz de quo scribit Eccī. 47. De oi corde suo laudauit dñz: ꝛ dilexit deū qui fec illū. ¶ Sed iniqui ore bn̄dicunt deū ꝛ laudāt: sed corde odiūt maledicūt ꝛ vituperāt: dicente ppha in ps. 61. Ore suo bn̄dicebant ꝛ corde suo maledicebant.

¶ 2. debet in se ꝛ in corde suo hre ignem diuine dilectiōis: ad hoc vt digne deum laudet. ¶ Et hoc bn̄ figurat in sacrificio vespertino: qd fiebat in altari holocausti: in quo semp ardebat ignis: ꝛ ho

locaustũ iponebatᷣ super ignem ad cremandũ. Sic moraliter in corde nr̃o ardere dꝫ ignis diuine dilectionis: ⁊ sic supponi sacrificiũ laudis: qꝛ nõ est speciosa laus ĩ ore peccatoris. Uñ dr̃ Leui 6. Ignis in altari meo semꝑ ardebit: quem nutriet sacerdos subijciẽs ligna mane ꝑ singulos dies: ⁊ iposito holocausto desuper. Prius ergo in corde accẽdẽdus est ignis diuine dilectiõis: ⁊ postmoduꝫ supponẽdũ est sacrificiuꝫ laudis. Unde scribitᷣ in ps. 49. Peccatori autẽ dixit deꝰ. Quare tu enarras iustitias meas: ⁊ assumis testamẽtũ meũ ꝑ os tuũ.

¶ 3. dꝫ habere honestateꝫ cõuersationis exterioris. Et mundiciã mentis interioris. ¶ Et hoc figuratᷣ in sacerdote offerente sacrificiũ vespertinũ: de quo scribitur Leui. 6. Uestietᷣ tunica sacerdos ⁊ feminalibꝰ lineis. ¶ Sacerdos offerens sacrificiũ vespertinũ est spũs rõnalis deo reddẽs sacrificiũ laudis ⁊ grãꝫ actionis. Tunica exterius apparens est honestas cõuersatiõis exẽplaris. Feminalia linea intus latẽtia est mũdicia conscientie. Qñ ergo spũs rõnalis ⁊ intus nitet ꝑ mundiciaꝫ ⁊ exterius ꝑ exẽplaritateꝫ: tũc fit idoneus ad sacrificandũ hostiã laudis ⁊ grãtũ actionis.

¶ 4. dꝫ profundissime humiliari. ¶ Et hoc figuratᷣ in sacerdote offerẽte sacrificiũ vespertinũ: de quo scribitᷣ Leui. 6. Tolletqꝫ cineres q̃s vorãs ignis exussit ⁊ ponet iuxta altare. ¶ Moral'r spũs rõnalis tollit cineres ⁊ ponit iuxta altare: qñ ad humilitatẽ custodiendã vilitateꝫ sue cõditionis ad memoriã reducit: cogitans se ex cinere ⁊ puluere cõpaginatũ. Et tũc disponitᷣ ꝑ hũilitatẽ ad laudandũ deũ. ¶ Hoc mõ cinerẽ iuxta altarᷣ ponebat Abraã qñ dicebat Gen. 18. Loquar ad dominũ meũ cũ sim puluis ⁊ cinis.

¶ 5. dꝫ proficere in virtutibꝰ etiaꝫ actiue vite. ¶ Et hoc figuratᷣ in sacerdote offerẽte sacrificiũ vespertinũ: d̃ quo scribitᷣ Leui. 6. Spoliabitᷣ priorib' vestimẽtis Indutisqꝫ aliis: Sacerdotes habebant vestes solẽnes quibꝰ vtebantᷣ in ministerio tabnaculi ⁊ nõ alibi. Habebãt ⁊ alias vestes cões. ¶ Moraliter spiritꝰ rõnalis spoliatur vestimẽtis solẽnibus ⁊ sacris: qñ deserit ad tempus vite cõtemplatiue exercitiũ: ⁊ ad tẽpus ommittit laudẽ diuinã. Sed induitur alijs vestimẽtis vulgaribus: qñ in virtutibꝰ actiue vite moderate ⁊ prudẽter exercetᷣ. Et hoc modo ornatus disponitᷣ ad sacrificiuꝫ diuine laudis celebrandũ: qꝛ ⁊ de aĩalibus dr̃ Ezech. i. Animalia ibant .s. ad opera vite cõtẽplatiue ⁊ reuertebãtᷣ ad opera .s. vite actiue in similitudineꝫ fulguris corruscantis.

¶ 6. dꝫ memoriã mortis retinere. ¶ Et hoc figuratᷣ in sacrificiuꝫ vespertinuꝫ offerente sacerdote: de quo scribitᷣ Leui. 6. Offeret eos .s. cineres extra castra. ¶ Moraliter spũs rõnalis cineres offert extra castra: qñ cogitat se mortuū ⁊ extra cõsortiũ viuentiũ in breui se futurũ. ¶ Sicut .n. sacerdos offerebat cineres extra consortiũ filiorũ israel. Sic in morte cadauer nostrũ qd̃ est cinis extra cõsortiũ defertur viuentiũ. Lꝫ aũt sic defert cineres extra castra: fit idoneꝰ ad laudem diuinã ex memoria mortis. ¶ Hoc mõ cineres extra castra offerebat sapiens: qñ dicebat Ecci. x. Rex hodie est ⁊ cras morietᷣ.

¶ 7. debet mundissime castificari. ¶ Et hoc figuratur in sacerdote offerente sacrificiũ vespertinũ: de quo scribitur Leui. 6. Et in loco mundissimo vsqꝫ ad fauillã cõsumi faciet. ¶ Moraliter cinis adhuc calidus est caro nr̃a adhuc igne luxurie exestuans: Cinis ṽo frigidus ẽ

caro eadē ꝑfecte castificata extincto ca
lore feruētis lasciuie. Scintilla est ar-
dēs: Fauilla vero carēs calore: iuxta illō.
Est ardēs scintilla: carēsq̄ calore fauil
la. ¶ Spūs ergo rōnalis cogitās se mo
riturū ⁊ a cōsortio viuentiū fore ꝑ mor
tē in breui separādū: ꝑ talē mortis me
moriā: oēm calorē libidinis de sua car-
ne extinguit. Et sic cōsumi facit cineres
vsq̄ ad frigiditatē fauille: q2 memoria
mortis extinguit incēdiū libidinis: dicē
te sapiēte Ecci. xi. Malicia hore. s. mor
tis obliuionē facit luxurie magne. Et cū
hijs septē cōditionib⁹ fit spūs rōnalis ap
tissim⁹ ad sacrificiū laudis ⁊ gratiaꝝ
actiōis offerendū. Uenite g̃ ascēdamus
ad montē dn̄i ⁊ docebit nos vias suas.

¶ De diuine laudis ⁊ gratiarū actionis modificatione in vesꝑtino sacrificio mistice presignata. Cap. 61.

Venite ascendamus ad montē dn̄i ⁊ docebit nos vias suas. ¶ Scribū
tur hec verba Exo. 29. Hoc est qd̄ fa-
cies in altari. Agnos anniculos duos ꝑ
singulos dies iugiter. Unū mane ⁊ alte
rū vespere. Decimā partē simile cōsper
se oleo tuso. Quod habeat mensurā q̄rtā
partem hin: ⁊ vinū ad libandū eiusdē mē
sure in agno vno. Alterū vero agnū of-
feres ad vesperā iuxta ritū matutine ob
lationis: iuxta ea q̄ dixim⁹ in odorē sua
uitatis. Sacrificiū est dn̄o deo: oblatio-
ne ꝑpetua i generatiōes vestras hec ibi.
Et Leui. 6. Hec est lex holocausti. Cre
mabitur i altari tota nocte ⁊c̄. Et Nū.
28. Alterūq̄ agnum similiter offeretis ad
vesperā iuxta oēm ritū sacrificij matu
tini ⁊c̄. ¶ Qualis esse debeat grārum
actio ⁊ laus diuina: ꝑ vesꝑtinū sacrificiū
figurata: declarat̄ in verbis assumptis.
Ex quib⁹ colligit̄ q̄ ad hoc qd̄ sit ꝑfecta:
dz duodecim circūstātijs eē modificata
vt deo gratum sit nostrum sacrificium
vespertinum.

¶ P̄mo. grāꝝ actio ⁊ laus diuina dz eē vlti
ma. ¶ Nā fieri dz post opis cōsumatio
nē. Unū cōiter dr̄ Ois laus in fine canit-
tur. ¶ Et hoc figuratur i sacrificio ves-
pertino: qd̄ fiebat post oīa alia sacrificia
illius diei sicut pz Leui. 6. Ubi dicitur.
Cremabitur in altari tota nocte. Sicut
ergo sacrificiū vespertinū erat vltimū
sacraficiū illius diei: sic in oi opere no-
stro ī genere bonoꝝ: vltimū dz esse gra
tiarū actio ⁊ laus diuina.

¶ 2. Cōtinua vt vz in omni opere nr̄o: de
bite grārū actiones ⁊ laudes deo reddā
tur. ¶ Et hoc figurat̄ in sacrificio ves-
pertino: qd̄ nūq̄ pp̄ aliquā solēnitatē vł
pp̄ aliā oblationem sicut declarat Lyra
Exo. 29. Leui. 9. ⁊ Nū. 28. Poterat p̄
termitti: vn̄ dr̄ Exo. 29. Sacrificiū est
dn̄o deo oblatiōe ꝑpetua in generatiōes
vestras. ¶ Sicut g̃ sacrificiū vesꝑtinū
fiebat sine itermissione i fine cuiuslibet
diei: sic i fine cuiuslibet boni opis reddē
da ē deo laus ⁊ debita grārū actio: q2 si
cut ab ip̄o incipit oē bonū: sic ꝑ ip̄m ois
actio bona terminat̄.

¶ 3. perfecta seu integra. ¶ Et hoc bn̄ fi
gurat̄ in sacrificio vesꝑtino. In quo to
ta victima itegra ad honorē diuinū in-
cēdebat: vn̄ dicit̄ holocaustū q̄si totū in
cendiū sic̄ dicit lyra sup Leui. j. ¶ Sic
g̃ victima itegra i sacrificio vesꝑtino deo
imolabat̄ i fine cuiuslibz diei. Sic inte-
gra laus ⁊ ꝑfecta grāꝝ actio deo reddē
da ē i fine cuiuslibz opōnis bone.

¶ 4. Simplex. ¶ Ut fiat cū animi sim
plicitate ⁊ nō cū aliq̄ simulatione. ¶ Et
hoc bn̄ figuratur in sacrificio vesꝑtino
in quo imolabatur Agnus qd̄ est aīal

simplex. Unde scribitur Exo. 29. Alterum vero agnum offeres ad vesperam iuxta ritum matutine oblationis. ¶ Sicut ergo in fine cuiuslibet diei in sacrificio vespertino deo imolabatur aial simplex: sic in fine cuiuslibet operationis bone: deo reddi debet simplex et pura laus et gratiarum actio non simulata.

¶ 5. Munda. ¶ Ut videlicet gratiarum actio quam deo reddimus non sit maculata per aliquod peccatum in nobis existens. ¶ Et hoc bene figuratur in sacrificio vespertino: In quo offerebatur simila que est farina mundissima et purgatissima: et significat conscientie mundiciam et puritatem. Unde scribitur Exo. 29. Unum agnum mane: et alterum vespere. Decimam partem simile consperse oleo tuso. ¶ Sicut ergo in sacrificio vespertino offerebatur simila mundissima: sic in omni gratiarum actione et laude divina comes esse debet puritas et mundicia conscie.

¶ 6. leta. ¶ Et videlicet cum letitia deo reddatur gratiarum actio et laus condigna. ¶ Et hoc bene significatur in sacrificio vespertino: in quo offerebatur oleum cum farina mixtum: quod significat mentis letitiam iuxta illud psalmi. Propterea unxit te deus deus tuus oleo letitie pre consortibus tuis: Unde scribitur Exo. 29. Decimam partem simile consperse oleo tuso: quod habeat mensuram quartam partem hin. ¶ Sicut ergo in sacrificio vespertino ponebatur oleum: sic in gratiarum actione et laude divina debet esse mentis letitia: Unde cum psal. dixisset. Cantate domino canticum novum laus eius in ecclesia sanctorum: subiunxit. Letetur israel in eo qui fecit eum et filie sion: exultent in rege suo.

¶ 7. Iusta. ¶ Nam secundum quantitatem operis reddenda est et gratiarum actio et laus condigna. ¶ Et hoc bene figuratur in sacrificio vespertino: in quo offerebatur. Vinum quod est mordicativum et significat iustitiam: Unde scribitur Exo. 29. Et vinum ad libandum eiusdem mensure in agno uno. ¶ Sicut ergo in sacrificio vespertino offerebatur vinum. Sic et in gratiarum actione debet esse iustitia ut pro opere potiori: potior agatur et gratiarum actio.

¶ 8. Grata. ¶ Nam si gratiarum actio et laus divina fiat cum predictis circumstantiis: tunc est omnipotenti deo grata. ¶ Et hoc figuratur in sacrificio vespertino. Quod erat perfectius et sanctius omnibus aliis sacrificiis sicut dicit Lyra Exo. 29. Sic laus divina et gratiarum actio est deo omnipotenti gratissima. Cum creaturam rationalem ad hunc finem creaverit ut ipsum deum laudaret benediceret et glorificaret.

¶ 9. Elevata. ¶ Nam gratiarum actio et laus divina mirabiliter elevat animam que ipsam frequentat. ¶ Et hoc bene figuratur in sacrificio vespertino. Quod primo fuit oblatum in loco elevato videlicet in monte Synai: In consecratione sacerdotum et in dedicatione altaris holocaustorum sicut patet Exo. 29. Unde scribitur de hoc sacrificio vespertino Num. 28. Holocaustum iuge est quod obtulistis in monte Sinai in odorem suavissimum incensi domini. ¶ Sicut ergo sacrificium vespertinum primo fuit celebratum in loco eminenti et elevato: sic frequentatio divine laudis et gratiarum actionis mirabiliter elevat mentem: quia angelicam facit. Quorum est semper deum laudare benedicere et gratias agere.

¶ 10. Approbata. ¶ Gratiarum actio et laus divina est a divina maiestate approbata et commendata. ¶ Et hoc figuratur in sacrificio vespertino: quod dicebatur fieri coram domino. Unde scribitur de eodem Exo. 29. Sacrificium est domino deo oblatione perpetua in generationes vestras. Ad ostium tabernaculi testimonii coram domino. ¶ Moraliter illa dicuntur fieri coram domino quasi ipso vidente: que fiunt ipso approbante et commendante. Sicut per oppositum dicitur noscere quod non

approbat: iuxta illud math.25. Amē dico vobis nescio vos. ¶ Sicut ḡ sacrificiū vespertinū dicebat̄ fieri corā dn̄o q: erat deo acceptū: sic ꝛ gratiaruꝫ actio ꝛ laus diuina a deo est approbata: cōmendata ꝛ auctēticata.

¶ xi. Uigorosa. ¶ Nō solū.n. reddēda ē deo laus ꝛ grãrū actio in tēpore ꝓsperitatis sed ꝛ in tēpore aduersitatis. Nam multi laudāt deū in ꝓsperitate sꝫ in aduersitate blasfemant de quib⁹ dr̄. Confitebitur tibi cū benefeceris ei. ¶ Et h̄ notatur in sacrificio vespertino: qd̄ cremabat̄ in altari tota nocte vsqꝫ mane: Un̄ scribit̄ Leui.6. Hec est lex holocausti. Cremabit̄ in altari tota nocte vsqꝫ mane. ¶ Sicut ḡ sacrificiū vespertinū cremabat̄ i altari tota nocte vsqꝫ mane. Sic in corde nostro quasi in altari resonare dꝫ laus diuina ꝛ grãrū actio per totā noctē tribulationis ꝛ vite p̄ntis vsqꝫ ad mane future resurrectionis. Un̄ dicebat ps. Laudabo dn̄m in vita mea psallaꝫ deo meo quādiu fuero.

¶ xii. Diuina. ¶ Nā laus ꝛ grãruꝫ actio ꝓcedere dꝫ ex igne diuine delectiōis: nō autē ex amore vanaglorie vel laudis humane aut alicuius cōmodi tp̄alis. ¶ Et hoc bn̄ figurat̄ in sacrificio vespertino: qd̄ icēdebat̄ ꝛ cremabat̄ solū cum igne diuino ꝛ celit⁹ dato qui significat dei dilectionē. Un̄ scribit̄ Leui.6. Ignis ex eodē altari erit.s. dat⁹ a deo de celo sicut dr̄ Leui.9. ¶ Sicut ergo solo igne celesti ꝛ diuino cremabatur sacrificiū vespertinū: sic sola dei dilectione dꝫ i altari cordis nr̄i diuina laus ꝛ gratiaꝝ actio cremari ꝛ cōburi. Uenite ḡ ascēdam⁹.

¶ De graꝝ actiōis diuineqꝫ laudis fructificatiōe: in vespertino sacrificio mistice p̄esignata. Cap.61.

Venite ascendamus ad montē dn̄i ꝛ docebit nos vias suas. ¶ Scribunt̄ hec verba Exo.29. Hoc est qd̄ facies i altari. Agnos anniculos duos p singulos dies: vnū agnuꝫ mane ꝛ alterū vespere. Sacrificium est dn̄o deo oblatione ꝑpetua in gn̄ationes vestras ad ostiū tabernaculi testimonij corā dn̄o. Ubi cōstituā vt loquar ad te. Ibiqꝫ p̄cipiaꝫ filijs israel. Et sanctificabitur altare in gl'ia mea. Sāctificabo ꝛ tab'naculū testimonij cū altari. Et aarō cū filijs suis vt sacerdotio fūgant̄ mihi. Et habitabo i medio filiorū israel. Eroqꝫ eis deus. Et sciēt q: ego dn̄s de⁹ eorū: qui eduxi eos de terra egipti vt manerem inter illos. Ego dn̄s de⁹ ipsorum. Hec ibi. ¶ Quā fertilis ꝛ fructuosa sit grãruꝫ actio ꝛ laus diuina p sacrificiuꝫ vespertinū significata: pꝫ in verbis assūptis. Ex quib⁹ insinuātur deceꝫ singularissimi fructus: ex laude diuina ꝛ grãrū actiōe: quasi ex vespertino sacrificio cōsequētes ꝛ pullulantes.

¶ p⁹ fructus qui sequit̄ ex laude dīna ē. Diuina alloquutio siue diuina reuellatio. ¶ Et designat̄ in sacrificio vesptino. De q̄ dr̄ Exo.29. Sacrificiū ē dn̄o deo oblatione ꝑpetua in generatiōes vestras: Ad ostiuꝫ tabernaculi testimonij coraꝫ dn̄o. Ubi cōstituam vt loquar ad te. ¶ Et lyra ibidē dicit: Q: ex sacrificijs rite celebratis merebant̄ audire diuina responsa. Et hic est primus fruct⁹ sequens ex sacrificio vespertino diuine laudis: vꝫ diuina allocutio ꝛ diuina reuellatio.

¶ 2. fructus est diuina instructio siue illuminatio. ¶ Et designat̄ in sacrificio vesptino post cuius descriptionē scribit̄ Exo.29. Ibiqꝫ precipiaꝫ filijs israel.s. p sūmū sacerdotē eis p̄cepta mea referentē. Deus.n. libenter illuminat ꝛ instruit suos laudatores ꝛ laudes ipsius

dei frequētātes & diligentes.

¶ 3. Fruct⁹ ē cordis sāctificatio. ¶ Que pmittiī rite offerētib⁹ sacrificiū vespertinū. Uñ dr̄ Exo. 29. Et sanctificabitur altare in gloria mea. Altare fuit sanctificatū: qz missus fuit ignis de celo sup ipsum Leui. 9. Sic corda laudātiū & deo gr̄as agentiū sanctificanī p ignez diuine dilectionis celitus emissuz. Que sanctificat corda.

¶ 4. Fructus est aīe & eoruz que sunt in aīa sāctificatio. ¶ Uñ scribiī Exo. 29. Sanctificabo & tabernaculū testimonij cuz altari. Et Aaron cū filijs suis vt sacerdotio fungant mihi. ¶ Moraliter tabernaculum est aīa. Altare voluntas: Aaron spūs rōnalis: vl' liberū arbitriū. Filij Aaron desideria sancta ex ipso pcedentia. Per laudez ergo diuinaz & debitaz gr̄arum actionē sanctificant aīa: voluntas: liberum arbitrium & omnia desideria.

¶ 5. Fruct⁹ diuina inhabitatio. ¶ Unde scribiī, Exo. 29. Et habitabo in medio filiorū israel. Per laudez ergo diuinam & debitaz gr̄arū actionem: deus habitat in anima nostra.

¶ 6. Diuina veneratio. ¶ Uñ scribitur Exo. 29. Eroqz eis deus. s. per spālem cultū & venerationē. ¶ Nā occupati in diuinis laudib⁹ & in gr̄arū actionib⁹ merēī recipe singularē deuotionē: q̄ i diuinis obsequijs spāli⁹ mancipenī.

¶ 7. Dīna cognitio. ¶ Uñ scribiī Exo. 29. Et sciēt qz ego dñs de⁹ eoꝝ. ¶ Occupati. n. in laudib⁹ dīnis & gr̄arū actionib⁹ merenī dei maiorē notitiaz recipere: & in dei cognitione proficere.

¶ 8. Diuinorū bñficiorū receptio. ¶ Uñ scribiī Exo. 29. Qui eduxi eos de terra egipti. s. de inimicis liberādo & beneficia multa conferendo. ¶ Nā per exercitiuz diuine laudis & per debitam gr̄arum actionez: merenī hō copiosius diuina suscipere beneficia.

¶ 9. Diuine gratie cōseruatio. ¶ Unde scribiī Exo. 29. Ut manerē inter illos. ¶ De⁹. n. habitat per gratiam in medio laudantiū eū. Et frequētatio diuine laudis & gr̄arū actionis merenī diuine gratie cōseruationez.

¶ x. Diuina protectio & finalis glorificatio. ¶ Uñ scribitur Exo. 29. Ego dñs de⁹ eorū. Ego dñs per protectionē & liberationē a malis presentib⁹. Et deus eorū per finalē glorificationē. ¶ Nam occupati in gr̄arū actiōib⁹ & diuinis laudibus merentur a p̄sentib⁹ malis erui: & finaliter glorificari. Qz laus diuina i vita pn̄ti est iter quo peruenitur ad laudem eternaz in futura vita: dicente propheta in ps. 49. Sacrificiuz laudis honorificabit me & illic iter quo ostendam illi salutare dei. Et ex his ps q̄ꝫ fructuosa sit laus diuina & gratiarū actio & beata aīa que frequētauerit illā. Hec d̄ vespertino sacrificio succinte pcurrimus: q̄ prudens lector: & prouidus contēplator prout spūs suggesserit poterit dilatare. Uenite ergo ascēdamus ad montē dñi & docebit nos vias suas.

¶ De spūaliū rez contēplatione: nr̄is bonis opibus intermiscenda. Cap. 62.

V Enite ascendamus ad montē dñi & docebit nos vias suas. ¶ Scribitur hec v̄ba Nūi. xv. Locutus est dñs ad moisen dicē s: loquere ad filios israel & dices ad eos. Cū ingressi fueritis terraz habitationis vestre: quaz ego dabo vobis. Et feceritis oblationez domino. In holocaustum. Aut victimaz pacificam. Uota soluētes: Uel spōte offerētes.

les munera. Aut in solēnitatib⁹ vestris adolentes odorem suauitatis domino. De bobus siue de ouibus offeret quicūq͂ imolauerit victimā sacrificiū simile. ¶ Decimā partem Ephi conspersaꝫ oleo. Quod mensuraꝫ habebit quartā parteꝫ hin. Et vinum ad liba fundenda eiusdem mensure dabit in holocaustuꝫ siue in victimam per agnos singulos. ¶ Et arietis erit sacrificiū: simile duarū decimarū: que conspersa sit oleo: tertie partis hin. Et vinū ad libamētū tertie partis eiusdē mēsure offerret ī odorem suauitatis dn̄o. ¶ Quando vero de bobus feceris holocaustū. Aut hostiaꝫ: Aut implens votū: Uel pacificas victimas: dabis per singulos boues: simile tres decimas consperse oleo. Quod habeat medium mēsure hin. Et vinuꝫ ad liba fundenda eiusdeꝫ mensure in oblationeꝫ suauissimi odoris dn̄o. ¶ Sic facies p singulos boues: ꝛ arietes ꝛ agnos ꝛ hedos. Tam indigene q͂ peregrini eodem ritu offerent sacrificia. Unū preceptum erit atq͂ iudiciuꝫ taꝫ vobis q͂ aduenis terre: hec ibi. ¶ Notandū q͂ sicut supradiximus. Per oblationem de rebus aridis significatur meditatio circa corporalia. Per libamenta de rebus liquidis contemplatio circa spiritualia. ¶ In hoc ergo capitulo instruimur q̄liter spiritualia sacrificia deo sint offerenda ẜ quinq͂ varios modos bone operationis ꝛ tres status personaꝝ de quibus oīb⁹ patebit in locis suis.

¶ p^m genus bone operatiōis est. Qđ fit totaliter pp deum ꝛ ad honorē diuinū. ¶ Et hoc significatur per holocaustū: qđ erat sacrificiuꝫ totaliter incensuꝫ ad honoreꝫ diuinuꝫ: ad innuendū q͂ aīa offerentis totaliter debebat resolui ꝛ referri ad honoreꝫ ꝛ amoreꝫ diuinū sicut dicit lyra Leui.i. ¶ In hoc genere bone operatiōis: quecūq͂ sit illa operatio: dūmodo fiat totaliter pp deum: tria spāliter concurrere debēt: que simul offerebantur cuꝫ holocausto. ¶ Nam in holocausto offerebatur simila: oleuꝫ ꝛ vinum: sicut pꝫ Exo.xxix. Nūi. xxviij. et hic Nūi.xv. ¶ Sic in nostra bona operatione facta propter honoreꝫ diuinum debet esse farina triticea purgatissima q͂ est simila.i.puritas ꝛ mundicia conscientie: sine qua nullum est deo gratum sacrificium: q2 prius acceptat operantē q͂ opera. Et prius respexit ad Abel q͂ ad munera eius Ysa.i. Cum extenderitis manus vestras auertam oculos meos. Manus.n.vestre sanguine plene sunt. Lauamini mundi estote auferte maluꝫ cogitationum vestrarū ab oculis meis. ¶ 2. in ea debet esse oleum spei ꝛ contēplationis glorie celestis ꝛ diuine misericordie: que maxime relucet in iustorum celesti glorificatione: ꝛ per oleum designatur: sicut patet Luc.x. in parabola samaritani infundentis oleum super vulnera infirmi ꝛ vulnerati. ¶ 3. in ea debet esse vinum timoris ꝛ contemplationis pene infernalis ꝛ diuine iustitie: que maxime relucet in maloruꝫ eterna punitione: ꝛ per vinum designatur sicut patet Luc.x. de samaritano infundente vinum super vulneratum. Et Deut.xxxij. Fel draconum vinum eorum.s.dānatorum. Iste sunt due contemplationes que a nostra bona operatione non debent separari: vꝫ spes celestium honorum que eleuat mentem ne desperet. Timor penarū infernaliū que menteꝫ deprimit ne supbiat. Unde scribitur Deut.24. Non accipies loco pignoris inferiorem ꝛ superiorem molaꝫ .i. Non auferes a mente timorem pene infernalis nec speꝫ glorie celestis. Et bene per oleum quod supeminet gloria

celestis & diuina misericordia: per vinum quod descēdit & mordet pena īfernalis & diuina iustitia significat. In omni ergo opere nostro pp honorē diuinū perpetrato adsit puritas cōsciētie. cōtēplatio glorie celestis: Cōtēplatio pene gehēnalis. Spes celestis premij. Timor sempiterni supplicij. Hec tria reddūt aīaz mundaz: eleuataz & humiliatā & dignaz reddunt ad holocaustū offerendū: vno isto rū deficiēte viciatur holocaustū. ¶ Uel per oleū intelligit diuina gratia iuxta illud ps. 22. Impinguasti in oleo caput meū. Et per vinuz gloria celestis intelligitur iuxta illud math. xxvi. Non bibā amodo de hoc genimine vitis vsqz in diē illuz: cū illud bibam vobiscū nouū in regno patris mei. Et ysa. 25. Et faciet dominus exercituū oīb⁹ populis in mōte hoc cōuiuiuz pingue: cōuiuiū vindemie defecate. Qñ ergo aliqd opus pp soluz honorē & amorē diuinū facim⁹: dz adesse puritas cōsciētie ab oī peccato. Debz adesse oleū diuine grē: admixtū puritati cōsciētie quasi sile purissime & mūdissime. Dz adesse vinū contēplationis glorie celestis. Et hec tria reddunt holocaustū nr̄z diuine maiestati gratissimū. ¶ Uel per oleū pietas & cōpassio ad proximū: per vinū cōpassio ad xp̄m cōtēplādo sanguinē xp̄i. Per similam mūdicia suipsius itelligi pōt. Que tria reddunt hoīem idoneū ad holocaustū īmolādū. Et hec tria pariformiter itelligant in oībus operib⁹ que sequūtur. ¶ In oī ergo bono opere nostro pp honorē diuinum perpetrato intermisceat contēplatio supne glorie que mentē subleuat. Cōtēplatio infernalis pene que mentē humiliat. Cōtēplatio diuine gratie & diuine misericordie: q̄ cōsolatur: Cōtēplatio diuine iustitie que terret: Contēplatio grē que nos adiuuat: Cōtemplatio glorie que nos prouocat: Cōtēplatio afflictionis proximi que cor mollificat. Cōtēplatio passionis & sanguinis xp̄i que cor inflāmat. ¶ Et de isto opere dr̄ Nūi. xv. Cū ingressi fueritis terrā habitatiōis vestre quā ego dabo vobis & feceritis oblationem dn̄o in holocaustū.

¶ 2. Genus bone opatiōis est illud qd fit pp aliqd beneficiū a deo receptū vel recipiendū. ¶ Et hoc significat per hostiaz pacificaz: que ideo dr̄ pacifica: q2 qñ de⁹ exhibet homini beneficiū videt ei pacificat⁹ sicut dicit lyra Leui. 3. ¶ Qñ ergo aliqd tale op⁹ facim⁹ pp beneficiū receptū vel recipiendū: siue illud opus sit ieiuniū: siue oratio: siue disciplina: vl' elemosina: peregrinatio aut hmōi: In oī tali concurrat Simila puritatis cōsciētie. Oleū cōtēplatiōis glie celestis. Et vinū cōtēplationis pene infernalis & alia supradicta. Et de isto ope dr̄ Nūi. xv. Cuz ingeressi fueritis terraz habitationis vestre & feceritis oblationē domino victimaz pacificam &c̄.

¶ 3. Genus bone operationis est illud qd fit. Ex voto & spontanea obligatione. ¶ Qua quis se deo spōte obligauit ad aliquod peragendū puta ad ieiuniū: castitatē: paupertatez: peregrinationē: elemosinam & hmōi. ¶ De qua obligatiōe dicit Nūi. xv. Uota soluentes. Et Leui. 27. Homo qui votuz fecerit & spopōderit deo animā suā sub extimatiōe dabit p̄ciū. ¶ Quotiēscūqz ergo tale op⁹ facimus ex voto: admisceamus similaz puritatis cōsciētie: cuz oleo cōtemplationis glorie. Et vino considerationis pene gehennalis: Oleū pietatis ad proximū & vinū cōpassionis ad xp̄m &c̄.

¶ 4. Genus bone operatiōis est illud qd fit ex mera liberalitate. ¶ Prout sunt bona supererogationis ad que quis nō tenetur. Sed ex mera libertate sua talis.

operatur. ¶ Et de tali scribitur Leui. 22. Bouem & ouē aure & cauda amputatis voluntarie offerre potes. Uotum aūt ex his solui nō pōt. ¶ Et de talib⁹ operib⁹ scribitur hic Nūi. xv. cū dicit vel sponte offerētes munera. Et cū istis operationib⁹ voluntarie factis esse debet simila puritatis cōsciētie interioris: Oleū contēplationis glorie celestis. Et vinū considerationis pene gehēnalis &c. vt supra.

¶ 5. Genus bone operationis est illud qd fit. Ex deuotione siue ex occurrentia vel oportunitate temporū in solēnitatibus & festis qui sunt dies sancti: de quibus scribitur Leui. 23. Hec sunt ferie dñi quas vocabitis sanctas. ¶ Et de ista deuotione & sanctitate temporū & festorū scribitur Nūi. 28. Oblationem meā & panes & incensū odoris suauissimi offerte per tēpora sua. ¶ Et de istis operibus ex deuotione tēporū factis scribitur hic Nūi. xv. cū dicit Aut in solēnitatibus vestris adolentes odorē suauitatis dño de bobus siue de ouib⁹. ¶ Et cū istis operibus ex deuotione tēporū factis offerri debet simila puritatis cōscientie: Oleū cōtēplatiōis superne glorie. Uinū contēplationis gehēnalis pene: cum alijs supradictis: Oleū pietatis erga proximū. Uinum compassionis ad christum. Sed aduertendum quod tres sūt status diuersi qui predicta deo offerunt sacrificia. Et significantur p offerētes tria aīaliū genera.

¶ p⁹. sunt populi subiecti & simplices personē que bene pp deū operantur. ¶ Et significantur p offerentes agnū in sacrificio: cū quo offerebat decima ps Ephi sile oleo conspersē. Et olei quarta pars hin. Et vini quarta pars hin. Unū scribitur Nūi. xv. De ouibus offeret quicūqꝫ īmolauerit victimā sacrificium simile: decimaꝫ partem Ephi conspersaꝫ oleo. Qd mēsuraꝫ habebit quartā partem hin. Et vinū ad liba fundenda eiusdem mēsure dabit in holocaustū siue in victimā per agnos singulos. ¶ Offerentes in sacrificio Agnū significant plebes & subditos in simplicitate viuētes & domino bonorū operū sacrificia imolantes: Agnus n. aīal simplex est & subiectum & ideo significat subditos simpliciter ambulātes & opera bona faciētes. ¶ Sed tales simplices ad hoc vt deo gratum offerāt sacrificiū: debēt simul cum agno offerre decimā parteꝫ Ephi simile. i. farine purgatissime. Hoc ē mūdiciam operū exteriorū que consistit in obseruantia decē mādatorū dei. Et ista mundicia significat p decimaꝫ partem Ephi simile. Sine. n. mundicia ista & custodia decem preceptorū nulluꝫ deo pōt gratum offerri sacrificiū. ¶ Debēt etiā offerre cuꝫ agno olei & vini quartā ptē hin: qꝛ licet simplices sint: tñ aliqualem debēt habere & glorie celestis & pene gehennalis contemplationeꝫ. Et pietatem ad proximū & compassionem ad xp̄m: Offerant ergo simplices in suis operationibus oleū contēplationis glorie & vinum contēplationis pene. Oleuꝫ pietatis & vinū cōpassionis.

¶ 2. sunt p̄lati & duces populi fidelis qui pp deum bona operant. ¶ Et significant p illos qui offerūt Arietem qui est dux pecorū. In cuius sacrificio offerebant due decime sile: Et olei tertia pars hin. Et vini tertia pars hin. Unū scribit Nūi. xv. Et arietis erit sacrificiuꝫ simile duarum decimarū: que cōspersa sit oleo: tertie partis hin. Et vinū ad libamētū tertie partis eiusdē mēsure offeret in odorem suauitatis dño. ¶ Moraliter offerentes arietem qui est dux ouiū significāt p̄latos & rectores animarū: qui ha-

bent ducere subditos per viam rectã: ꝛ debẽt ipsos p̄cedere p bonũ exẽpluꝫ sicut aries precedit oues. ¶ Et tales p̄lati in sacrificio sue bone operatiõis offerre debẽt duas decimas simile: q꞉ debẽt habere mundiciã exteriorẽ bone opõnis per obseruãtiaꝫ decẽ preceptoꝝ dei. Et mundiciã interiorẽ per custodiã decem sensuũ: quinqꝫ vꝫ exteriorũ ꝛ quinqꝫ interiorum. Nã principes populi pollere debent duplici virtute quo ad seipsos ꝛ quo ad subditos gubernandos. ¶ Debent etiaꝫ offerre Olei tertiã partem hin: quia maiori contẽplatione pollere debent respectu superne glorie q̄ꝫ populi subiecti: sicut ꝛ Moises frequẽtius ascendebat monteꝫ q̄ꝫ populi quos regebat. ¶ Debent etiã offerre vini tertiam partem hin: quia maiori contemplatione respectu infernalis pene pollere debẽt q̄ plebs sibi s̄biecta. ¶ Debẽt offerre olei ꝛ vini tertiam partẽ hin: q꞉ magis q̄ꝫ subditi eorũ tenẽtur ꝛ ad proximũ esse pij ꝛ ad xp̄m cõpassiui.

¶ 3. sunt p̄dicatores ꝛ contẽplatiui: qui ꝑpter deum mirabilia operãtur. ¶ Et significantur per illos qui offerunt bouem qui est fructuosissimus in laborãdo terraꝫ ꝛ maturus in icessu. ¶ In cuius sacrificio offerebantur. Tres decime simile: Olei medium mensure hin: ꝛ vini medium mẽsure hin. Unde scribitur Nũ. xv. Quãdo vero de bob⁹ feceris holocaustuꝫ aut hostiam aut impleas votum: vel pacificas victimas: dabis per singulos boues simile tres decimas consperse oleo. Quod habeat medium mẽsure hin. Et vinuꝫ ad liba fundenda eiusdem mensure in oblationem suauissimi odoris domino. ¶ Moraliter offerentes bouẽ qui fecũdat terraꝫ ꝛ fructificare facit eam scindẽdo ꝛ euertendo sunt p̄dicatores ꝛ contemplatiui: qui predicãdo euertunt mentes hoium a terrenis ad celestia ꝛ dignos penitẽtie fructus agere cõpellunt. ¶ Et tales predicatores ꝛ cõtẽplatiui in sacrificio sue bone operationis offerre debẽt tres decimas simile: q꞉ habere debent triplicẽ mundiciam per similam figuratam: vꝫ Mundiciã exteriorẽ per obseruantiaꝫ decem mãdatorũ dei. Interiorem ꝑ custodiam ꝛ purificationẽ decem sensuũ quinqꝫ exteriorũ ꝛ quinqꝫ interiorum. Et superiorem per intelligentiam sacre scripture ꝛ mundaꝫ contẽplationem superne patrie. Naꝫ debent pollere maiori mundicia q̄ꝫ prelati: qui occupãtur in regimine subditorũ: ꝛ in dispensatione rerũ temporalium. ¶ Debent etiam offerre in suo sacrificio Olei mediuꝫ mẽsure hin. Et vini medium mensure hin. quia maiori contemplatione celestiuꝫ ꝛ infernorũ pollere debent q̄ꝫ prelati. Unde diuidere debent tẽpus ꝛ mediũ exponere in docẽdo populos ꝛ bene operãdo. Medium vero in cõtemplando celesteꝫ gloriam ꝛ infernalem penã. Diuinã misericordiam ꝛ diuinã iustitiã. ¶ Et hoc modo saluator noster diuidebat tẽpus docens in die: ꝛ contemplans in nocte: de quo scribitur Luc. 21. Erat autẽ diebus docẽs in tẽplo: noctibus vo exiens morabat̄ in mõte qui vocat̄ oliueti.

¶ Sed aduertendum q̄ in omni opere nostro est admiscenda contemplatio diuine misericordie ꝛ diuine iustitie: Celestis glorie ꝛ infernalis pene. Afflitionis proximi: ꝛ passionis christi. Et hoc facere debent ita clerici ꝛ religiosi: sicut ꝛ seculares ꝛ econuerso. ¶ Unde scribitur Nũ. xv. Sic facies per singulos boues ꝛ arietes ꝛ agnos ꝛ hedos. Tam indigne q̄ꝫ peregrini eodem ritu offerẽt sacrificia. Unũ preceptuꝫ erit atqꝫ iudiciũ tã vobis q̄ꝫ aduenis terre. ¶ Mo-

raliter indigene qui erant de filijs israel significant clericos τ religiosos q̄si deū videtes: Peregrini τ aduene significāt seculares quasi a deo remoti τ longin- qui τ hij omnes eodem ritu offerre de bent sacrificia quia in suis operationi- bus admiscere debent mundiciam con sciencie: contēplationem diuine miseri- cordie τ superne gratie: consideratione diuine iustitie τ infernalis pene. Pieta- tem ad proximū τ compassionē ad chri stum. Et hoc mō faciēt oblationes sua- uissimi odoris dño. ℂ Hec d̄ agni: arie tis τ bouis holocausto breui sermōe cō traximus: In quib⁹ mirabilia multa cō templari possent. De Ephi. De hin. De vna simile decima: de duabus deci- mis: de tribus simile decimis. De quar ta τ tertia pte olei τ vini. De media mē sura vini τ olei. De quibus vide supra i capitulo de intētionis rectitudine τ sa- crificio matutino. Ex quibus patet quā te altitudinis: quāte pfunditatis: quan te lōgitudinis τ latitudinis sint eloquia diuina que tam profundis misterijs sūt repleta. Unde merito clamauit pphcta dicens in ps. Mirabilia testimonia tua ideo scrutata est ea aīa mea. Uenite er- go ascēdamus ad montez dñi τ docebit nos vias suas.

ℂ Incipit tractat⁹ solēnitatū.

ℂ De nouem figuratiuis iudeorū festiui tatibus: diuinas proprietates represen tantibus. Cap. 63.

Venite ascendamus ad montē dñi τ docebit nos vias suas. ℂ Scribūtur hec v̄ba Nūi. 28. Dixit quoqȝ dñs ad Moisen: pcipe filijs israel τ di- ces ad eos. Oblationē meaz τ panes τ incensum odoris suauissimi offerte per tempora sua: hec ibi. ℂ Uidimus que τ qualia τ quot sacrificia deo sunt imo landa. Restat videre de tēporibus festi uis; solēnibus ac specialibus: in qui- bus erant sacrificia specialia offerenda ℂ Et sicut habet in hoc caplo: nouem erant tempora festiua: solēnia ac preci- pua: in quibus spālia offerebantur sa- crificia: τ sunt figuratiua spālium tē- porum τ oblationū misticarū: que deo nostro sunt imolande.

ℂ p^m Tēpus solēne siue festiuū aut sol- tem speciale in quo offerebāt aliqd̄ sa- crificium solēne erat. Quelibet dies in qua fiebat iuge sacrificiū qd̄ offereba- tur cottidie mane τ vespe. ℂ Et de hoc tempore scribitur Nūi. 28. Hec sunt sa crificia que offerre debetis. Agnos āni culos imaculatos duos cottidie in holo caustū sempiternū: vnū mane τ alteruȝ ad vesperū. Decimā partē Ephi sile: q̄ conspersa sit oleo purissimo. Et habeat quartaȝ partē hin. Et libabitis vini q̄r- tā ptē hin p agnos singulos ī sanctuario dñi. Holocaustū iuge est qd̄ obtulistis ī monte synai in odorē suauissimū incē- si dñi. ℂ Hoc sacrificiū iuge ꝑut dicit ly ra supra Exo. 29. erat sancti⁹ alijs τ fie- bat sero τ mane eo q̄ figurabat eterni- tatē Agni imaculati iesu xp̄i: qui ē eter nus s̄m diuinitatē iuxta illud Apl'i ad Hebre. 13. Jesus xp̄s heri τ hodie ipse τ in secula. Heri quo ad tp̄s p̄teritum. Hodie q̄ ad tp̄s presens. In secula quo ad futuꝝ. ℂ Tēpus est mēsura hñtiuȝ principiū τ finē siue successiuorū. Euū ē mēsura hñtiū principiū sȝ nō finē siue pmanentiū. Eternitas est mēsura nō ha bētiū principiū nec finē τ necessariorū. ℂ Hoc ḡ tp̄s pticulare figurabat eter- nitatē dei i. e. q̄ ad diuinā eēntiā.

De Festis.

¶2. Tēpus festiuū erat dies Sabbati. ¶Qđ festū reiterabat̄ in qualibȝ septimana semel. Et de hoc tēpore scribitur Nūi.28. Die āt sabbati offeretis duos agnos immaculatos ⁊ duas decimas sile oleo cōspersę in sacrificio. Et liba que rite fundunt̄ p singula sabbata. ¶Et de hoc eodeȝ tēpore sabbati scribit̄ Leui. 23. Hee sunt ferie dñi quas vocabitis sanctas. Sex dieb⁹ facietis opus. Dies septim⁹ q: sabbati requies est vocabatur sanctus. Omē opus nō facietis in eo. Sabbatū dñi est in cunctis habitationibus vestris. ¶Hoc festū fiebat in memoriaȝ beneficij creationis reruȝ a deo ꝑut dicit lyra Nūi.28. Et habet̄ Exo. 20. ¶Nā primo die deus creauit celuȝ ⁊ ⁊ terraȝ: siue illa quattuor coeua Gen. j. ¶2. die fecit firmamētuȝ. ¶3. die fecit apparere terrā ⁊ germinare herbas virentes. ¶4. die fecit luminaria celi. ¶5. die fecit pisces ⁊ aues. ¶6. die fecit bestias terre ⁊ hominē ad imagineȝ suā. ¶7. die quieuit ab oī opere: ⁊ iō benedixit diei sabbati ⁊ sanctificauit illuȝ Gen. 2. Et ideo in memoriā bñficij creationis rerū instituta est festiuitas sabbati. Uñ dr̄ Exo. 20. Memento vt diem sabbati sanctifices: Sex diebus operaberis ⁊ facies opera tua. Septimo aūt die sabbatuȝ dñi dei tui est. Non facies opus in eo tu ⁊ fili⁹ tuus ⁊ filia tua: seruus tuus ⁊ ancilla tua: Jumētū tuuȝ ⁊ aduena qui est intra portas tuas. Sex enī dieb⁹ fecit deus celū ⁊ terrā: ⁊ mare ⁊ oīa que in eis sunt: ⁊ requieuit ī die septimo. Idcirco bñdixit dñs diei sabbati ⁊ sanctificauit illū. ¶Hoc ergo festū fiebat in memoriā creatiōis rex̄ a deo. Et ptēdebat diuinā potentiā.

¶3. Tēpus festiuū est festū Neomenie. ¶Qđ fiebat ⁊ reiterabatur quolibet mēse in nouilunio idest in principio mēsis: q: iudei accipiunt mēseȝ ꝑȝ lunationes. Et dicit̄ Neomenia a neos qđ est nouū ⁊ mene defectus: quia tunc lumen lune quod defecerat renouatur. ¶Et de isto tēpore festiuo scribit̄ Nūi.28. In chalēdis autē idest in mēsiuȝ exordijs offeretis holocaustuȝ dño ⁊ subditur. Hoc erit holocaustū p oēs menses qui sibi anno vertēte succedunt. ¶Fiebat aūt ista festiuitas pp beneficiū diine gubernationis: sicut sabbatū pp bñficium creatiōis. Et iō fiebat ī nouilunio: q: in nouilunio frequēter appet mutatio tēporis. Et mutatio in istis īferiorib⁹ magis apparet in ipsa īnouatiōe lune q̄ȝ tēporibus alijs cōmuniter prout dicit lyra super Nūi.28. ¶Hoc ergo festum fiebat in memoriam gubernationis rerum a deo. Et pretendebat diuinam sapientiam.

¶4. Tēpus festiuum est festuȝ Phase. ¶Quod fiebat semel in anno tantū vȝ in quinta decima die primi mensis. s. Martij: qui apđ hebreos vocat̄ Nisan ⁊ icipiebat a vespere quartedecime diei ⁊ durabat per septeȝ dies in quibus comedebant azima. Et primus dies ⁊ septimus erāt celeberrimi. ¶Notanduȝ tamen ꝑm lyraȝ super Nūi.28. Qr mēsis martius apud hebreos aliquādo cōcurrit cuȝ nostro aprili: q: cōputant mēses per lunationes. Annus autē solaris habet ⁊ cōtinet. xij. lunatiōes ⁊. xj. dies: propter quod in tertio anno iudei vltra xij. lunationes cuiuslibet anni habent xxxiij. dies: de quibus accipiunt. xxx. p vno mense: ⁊ sic habent. xiij. mēses: propter quod apud eos februarius qui vocatur adar duplicatur. Et tunc martius eorū qui vocatur Nisan concurrit fere totaliter cum aprili nostro hec lyra. ¶De isto tēpore festiuo scribit̄ur Nūi. 28. Mēse autē primo q̄rtadecima die

mensis phase dñi est.i.imolatio agni pa schalis. Et in quintadecia die solēnitas: Septē dieb⁹ vescent̄ azimis. Quarū dies pma venerabilis ꝛ sancta erit. Oē op⁹ seruile nō facietis in eo. Dies quoqꝫ septim⁹ celeberrim⁹ ꝛ sanct⁹ erit vobis. Oē op⁹ s̄uile nō facietis i eo. ¶ Et Leui.23. Hee sūt ferie dñi q̄s celebrare debetis tpib⁹ suis. Mense pͦ q̄rtadecima die mēsis ad vesperū phase dñi est ꝛ in quintadecima die mēsis hui⁹ solēnitas azimorū dñi est. ¶ Et in ista solēnitate offerebant p̄mitias spicaꝝ mesis q̄ appropinq̄bāt ad maturitatē sic pꝫ ibidē Leui.23. ¶ Et istd festū vocabat̄ phase .i.trāsit⁹:qꝛ tunc filij israel recesserūt d̄ egipto vt trāsirēt ad terrā ꝑmissionis. Et qꝛ āgelus dñi i illa nocte pcutiēs primogenita egiptioꝝ trāsibat domos hebreorū in q̄rū supliminarib⁹ erat d̄ sāguine Agni imolati:nihil pcutiēs in eis ꝫ magis saluās sicut dic̄ lyra sup Exo.12.Leui.23.ꝛ Nūi.28. ¶ Fiebat autēꝫ ista solēnitas phase.15.die primi mēsis in memoriā bn̄ficij eductiōis ꝛ liberatiōis filioꝝ israel de egipto:q̄ quidē eductio fuit.xv.die mēsis primi sicut patet Exo.12. ¶ Hoc ergo festū fiebat in memoriaꝫ liberatiōis israel d̄ egipto. Et p̄tendebat diuinā bonitatē.

¶ 5. Tēpus festiuū ē festū pentecostes. ¶ Qd̄ celebrat̄ semel i āno tm̄:ꝛ quinq̄gessima die a prima die festi pascbalis exclusiue. ¶ Et in hac solēnitate offerebant̄ primitie siue primitias de nouis frugib⁹.s.duo panes de nouo frumēto. ¶ Et de hoc festo scribit̄ Nūi.28. Dies etiā primitiuorū qn̄ offeretis nouas fruges dño.i.panes de nouis frugib⁹ explectis ebdomadis venerabilis ꝛ sctā erit. ¶ Et Leui.23. Numerabitis ergo ab altero die sabbati(.i.a crastino pasce inclusiue)in quo obtulistis manipulū primiciarū:septē ebdomadas plenas vsqꝫ ad alterā dieꝫ expletionis ebdomade septime.i.quinq̄ginta dies ꝛ sic offeretis sacrificiū nouū dño. ¶ Fiebat autē hec festiuitas in memoriā beneficij legis date:que lex data fuit quinquagesima die ab egressu de egipto:die egressionis exclusa sicut declarat lyra sup Exo.19. Leui.23.ꝛ Nūi.28. ¶ Hoc ergo festuꝫ pēthecostes fiebat in memoriā dationis legis. Et p̄tēdebat diuinaꝫ iustitiā q̄ in lege diuina manifestatur.

¶ 6. Tēpus festiuuꝫ est festū tubarum. ¶ Qd̄ fiebat semel in anno vꝫ pria die septimi mēsis.s.septēbris. ¶ De quo scribit̄ Nūi.29. Mēsis ēt septimi primi prima dies venerabilis ꝛ sancta erit vobis. Oē opus seruile nō facietis i ea: qꝛ dies clāgoris ꝛ tubarū. ¶ Et Leui.23. Mēse septimo pria die mēsis erit vobis sabbatū memoriale clangentib⁹ tubis ꝛ vocabit̄ sanctū. Oē opus seruile nō facietis in eo ꝛ offeretis holocaustuꝫ domino. ¶ Et notādū ꝙ in prima die septēbris fiebant tria sacrificia: vꝫ sacrificiū iuge qd̄ fiebat oī die. Sacrificium Neomenie qd̄ fiebat in Kalendis mensiū. Et sacrificiū tubarū. Et dicebatur festū tubarū:qꝛ illa die clangebāt in cornib⁹ peccorū:pp hoc ꝙ aries imolat⁹ pro Ysaac herebat cornib⁹ inter vepres Gen.22. ¶ Fiebat autēꝫ ista solēnitas ꝛ clangor tubarū prima die septēbris. ¶ p̄ qꝛ ille clangor erat q̄si quedaꝫ denunciatio sequētiū solēnitatū que occurrebāt in illo mēse:qꝛ erat q̄si tot⁹ festiu⁹:vt hoīes ad illas se p̄pararēt. Naꝫ sequebat̄ festū expiatiōis. Festū tabernaculorū. Festū cetus siue collecte. ¶ 2. fiebat in memoriā liberationis Ysaac a morte ꝛ imolatione:pro quo imolatus fuit aries herens cornib⁹ Gen.22. Et id̄ clangebant in cornibus peccoꝝ. ¶ Hoc

ergo festum fiebat a iudeis in memoriā liberationis Ysaac ꝛ imolationis Arietis. Et p̄tēdebat diuinaꝫ misericordiaꝫ que liberat a morte.

¶ 7. Tp̄s festiuū ē festū expiatōis. ¶ Qd̄ celebrabat̄ decima die mēsis septēbris. Et vocatur festuꝫ expiationis: q2 iudei debebāt illo die affligi in ieiunijs ꝛ vigilijs pro expiatione delicti siue peccati cōmissi in fabricatione vituli: sicut dicit lyra sup Leui. 23. ꝛ Nū. 29. ¶ Et de hoc tēpore festiuo scribit̄ Nū. 29. Decima quoq3 die mēsis huius septimi erit vobis sancta atq3 venerabilis: ꝛ affligetis aīas vestras. Oē opus seruile nō facietis in ea. ¶ Et Leui. 23. Decimo die mēsis hui⁹ septimi: dies expiationū erit celeberrimus: ꝛ vocabit̄ sanct⁹: affligetisq3 aīas vestras i eo ꝛ offeretis holocaustum dn̄o. Oē opus seruile nō facietis in tēpore huius diei. ¶ Et fiebat hec festiuitas expiationis. In memoriā illius beneficij quo dn̄s indulsit peccatū de fabricatione vituli. Et iō celebrat̄ decima die mensis septimi. s. septēbris: q2 tunc descēdit moises de mōte portās secundas tabulas in signū propiciationis diuine: sicut scribitur Exo. 34. ꝛ declarat Lyra sup Leui. 23. Et Nū. 29. ¶ Hoc ergo festuꝫ fiebat in memoriā remissionis peccati cōmissi in fabricatione vituli Et hoc p̄tēdebat diuinā gratiaꝫ siue caritatem que delet peccata.

¶ 8. Tēpus festiuū est festū tabernaculorū. ¶ Qd̄ celebrabat̄ die quītodecimo septēbris siue mēsis septimi ꝛ durabat per septeꝫ dies sequētes: ꝛ filij israel in hijs diebus habitabāt in tabernaculis siue in vmbraculis: ꝛ in isto festo debebant habere fructus arboris pulcherrime: spatulas palmarum. Ramos ligni densarū frondiū. Et salices de torrente. ¶ Et de h̄ festo scribit̄ Nū. 29. Quintadecima v̄o die mēsis septimi: que vobis sācta erit atq3 venerabilis. Oē op⁹ seruile nō facietis in ea: sed celebrabitis solēnitatē domino septē diebus. ¶ Et Leui. 23. A quītodecimo die mēsis huius septimi: erunt ferie tabernaculorū septeꝫ diebus dn̄o. Dies primus vocabitur celeberrimus atq3 sanctissim⁹. Oē opus seruile nō facietis in eo: ꝛ septem dieb⁹ offeretis holocausta dn̄o. Sumetisq3 die primo fruct⁹ arboris pulcherrime (.i. poma citrina f̄m aliquos que sunt valde pulcra.) spatulasq3 palmarū ꝛ ramos ligni dēsarū frondiū: ꝛ salices de torrente: ꝛ letabimini coraꝫ dn̄o deo v̄ro celebrabitisq3 solēnitatē eius septē diebus per annū: mēse septīo festa celebrabitis ꝛ habitabitis in vmbraculis septem diebus. ¶ Fiebat aūt hec festiuitas in memoriā illius bn̄ficij: quo deus filios israel habitare fecit ꝛ sustentauit xl. annis in loco deserto in tabernaculis habitando: ꝛ tn̄ prouidit eis cōueniēter de necessarijs nō solū quo ad cibuꝫ: sed etiaꝫ q̄ntum ad vmbraculū nubis cōtra estum: ꝛ inde deduxit eos ad terrā delectabilem ꝛ fructuosaꝫ. In cuius signū debebant habere fructus arboris pulcherrime. ¶ Et ideo dr̄ de hoc festo Leui. 23. Ois qui de genere est israel manebit in tabernaculis: vt discant posteri vestri: q̄ in tabernaculis habitare fecerim filios israel cū educerē eos de terra egipti. ¶ Hoc ergo festū celebrabatur i memoriaꝫ illius beneficij: quo dn̄s fecit habitare filios israel in deserto ꝛ pauit eos. Et hoc pretēdebat diuinaꝫ largitatem que dat oīb⁹ necīa.

¶ 9. Tēpus festiuū est festū cetus vl' collecte. ¶ Qd̄ celebrabat̄ imediate post festuꝫ tabernaculorū: vꝫ die vigesima secūda septēbris siue septimi mensis. ¶ Et notādū qd̄ illi qui veneāt ad fe

stum tabernaculorū retinebātur ad festum cetus τ collecte īmediate sequēs. Nec erat licitū eo die discedere: tū rōne diei festi. Tum q2 illa die colligebāt pecunia a populo pro sacrificijs p totū annū fiēdis: τ pro alijs necessitatib⁹ tabernaculi vel tēpli: que fieri d̄bebāt de cōibus sūptibus. illi qui erant de longe nec poterant frequēter ad tēplū venire: sacrasicia τ oblationes que per annū vouerant: soluebāt. Et pp hoc vocabat̄ festum cetus vel collecte ₣m lyram super Leui.23. τ Nū̃i.29. ℭ Et de hoc festo scribit̄ Nū̃i.29. Die octauo qui est celeberrimus opus seruile nō facietis. Die octauo. s. post festū tabernaculoꝝ. ℭ Et Leui.23. Dies quoq3 octauus. s. post festum tabernaculorū erit celeberrimus atq3 sanctissimus τ offeretis holocaustu3 dn̄o. Est. n. cetus atq3 collecte. Oē opus seruile nō facietis in eo. ℭ Hoc festum fiebat vt colligeret̄ pecunia pro sacrificijs totius anni. Et hoc p̄tēdebat diuinā3 vnitatē: q2 deus vnus est. Jn cuius vnitate tanq̄3 in fine oīu3 oīa colligunt̄ τ ɔgregant̄: Dicēte scriptura Act.17. Jn ipso. n. viuim⁹: τ mouemur τ sumus. ℭ Ex hijs p3 q̄3 mirabiliter a deo sunt ordinata ista noue3 tēpora festiua τ figuratiue ad salute3 corporalē populi hebreorū: τ ad salutē spūalem populi xp̄ani. Uenite ergo ascēdam⁹ ad montē dn̄i τ docebit nos vias suas.

ℭ De nouē p̄nominatis festiuitatib⁹ spiritual'r τ allegorice celebrādis. C.64.

Venite ascendamus ad montē dn̄i τ docebit nos vias suas. ℭ Scribūtur hec v̄ba Nū̃i.28. Hec sunt sacrificia q̄ offerre debetis: Agnos anniculos immaculatos duos cottidie ī holocaustū sempiternū: vnū offeretis mane τ alterū ad vesperū. ℭ Scd̄m sn̄iam pauli ap̄li ad corinthios scribētis. j. ad Cor. x. Oīa cōtingebāt illis in figura: scripta sūt autē ad correptionē nr̄a3: in q̄s fines seculoru3 deuenerūt. Et iō sacrificia: solēnitates τ festiuitates iudeorū figura fuerūt eorū sacrificiorū τ earu3 festiuitatū q̄ a nobis mistice τ allegorice sunt obseruāde. Unde vidēdū est ī p̄senti capl'o qūo ille nouē solēnitates iudeorū a xp̄ianis allegorice sint solēnizande p actu3 fidei τ firmissime credulitatis.

ℭ P̄ᵐ ergo tp̄s festiuū. Qđ erat cottidie: in quo offerebat̄ iuge sacrificiu3 sero τ mane: Allegorice celebram⁹. ℭ Qñ firma mēte credim⁹: vnū deū eē solū: eternū: oīpotentē icōmutabilē: patrē: filiu3 τ spū3 sanctū: patrē a se: filiū a p̄re. Spiritū sanctu3 ab vtroq3. ℭ De quo dicit Aug⁹ de fide ad petrū credimus: sanctā trinitatē idest p̄re3 τ filiū τ spūm sc̄tū3 vnū deū oīpotētē: vni⁹ essentie: vni⁹ potestatis. ℭ Nā sicut cotidie sero τ mane imolabat̄ agnus qui figurabat eternitatē xp̄i iesu. Qui ē heri τ hodie ipse τ in secula ad Hebre.13. sicut d̄clarat lyra Exo.29. Sic allegorice iuge sacrificiū imolam⁹ cottidie: qñ sero τ mane actual'r cogitam⁹ τ credim⁹ ī vnū deū eternū oīpotētē τ icōmutabilē τ ī iesū xp̄m filiū ei⁹ vnigenitū cōsubalē τ coeternu3. ℭ Et sicut iuge sacrificiū erat deo gratissimū: sic ista cottidiana credulitas: q̄si iuge sacrificiū allegoricū τ misticū ē deo acceptissimū: sine q̄ nll'm aliđ ē ei ḡtū: dicēte paulo ad Hebre. xi. Sine fide autē ipo'e ē placere d̄o: credere. n. o3 accedētē ad deū q2 ē τ īquirētib⁹ se remuneratō sit. ℭ Si g̃ oī mane τ oī sero deū vnū ī eētia τ trinū ī p̄sōis attēte cogitam⁹ τ fir'e fide credim⁹ tc̄ iuge sacri iᵐ imolam⁹. Et h̄ē ꝯ m'ltos qui nec sel' ī āno sic cogitāt vel sic credūt.

¶2. Tēpus festiuū Neomenie. Qđ cele
brat̄ in kalendis mensium allegorice ꝛ
mistice celebramus. ¶ Qñ sūma mēte
cogitamus ꝛ credim⁹: ipsuz deū de ni-
hilo creasse mūdū istuz visibilē ꝛ inuisi
bilem. Et ipsuz sua prouidētia guberna
re. Et in fine seculorū ipsū mūdū reno-
naturū: ꝛ vnicuiqꝫ ꝓm opera sua retri-
buturū siue penaz siue p̄miū. Vñ Aug⁹
de fide ad petrū. Credim⁹ sanctā trinita
tez idest p̄rem ꝛ filiū ꝛ spūz sanctū: vnū
deū oīpotentē: Creatorē oīuz creatura-
rū: A quo oīa: per quez oīa. In quo oīa.
Qui sine mutatione sui mutabilia cun
cta creauit ꝛ creata gubernat. ¶ Naz si
cut in festo Neomenie erat vt plurimū
alteratio circa ista inferiora pp alteratio
nem tēporis que occurrit sepius in no-
uilunio. Et iō fiebat illud festū in me-
moriaz bñficij gubernationis rerum a
deo. Sic allegorice ꝛ mistice Neomenie
festum celebramus: qñ attēte cogitam⁹
ꝛ fide firma tenem⁹ deū de nihilo creas
se oīa: iuxta illud Apl̄i ad Hebre. xi. Fi
de itelligim⁹ aptata eē secula verbo dei.
Et ipsuz oīa gubernare. Et in fine secu-
lorū vnicuiqꝫ reddere debere ꝓm opa
sua: iuxta illđ Prouer. 24. Reddet ho
mini iuxta opera sua. ¶ Et ista allego-
rica celebratio neomenie fieri deberet a
nobis singulis dieb⁹: vel saltē singulis
dieb⁹ festiuis. Vt saltē semel i mēse.

¶3. Tēp⁹ Festiuū. Qđ est sabbatū: in
quo quieuit de⁹ ab oīb⁹ opibus suis. Al
legorice celebramus. ¶ Qñ attente co-
gitamus ꝛ firma fide tenemus: xp̄z dei
vnigenituz pro humana salute mortuū:
in die sabbati quieuisse i sepulchro. Cu
ius quietis figura fuit quies dei ab ope
ribus suis in die sabbati Gen. 2. ¶ Naz
sic de⁹ p̄ⁱ die fecit celū ꝛ terrā.
¶2. die fecit firmamētū diuidēs aq̄s ab
aquis. ¶3. Die cōgregauit aquas ꝛ fecit
terram. ¶4. die fecit luminaria celi.
¶5. die ꝓduxit volatilia ꝛ pisces. ¶6.
die iumēta formauit ꝛ hoīez. ¶ In sab
bato vō requieuit ab oīb⁹ opib⁹. ¶ Sic
christus in die dñico. s. palmarū fuit ho
norifice recept⁹. ¶ In die lune sācta: fa
ctū fuit consiliū vt caperet. ¶3. die fuit
sancitū ꝛ ordinatū qūo occideret. ¶4.
die fuit a Juda proditore vēditus. ¶5.
die fuit a Judeis ꝛ militib⁹ capt⁹. ¶6.
die fuit crucifixus ꝛ mortu⁹. ¶7. die. s.
in sabbato sancto quieuit in sepulchro
ab oī opere ꝛ corruptiōe iuxta illđ Nō
dabis sāctū tuū videre corruptionē. Et
huius quietis xp̄i in sepulchro i die sab
bati figura fuit quies dei ab opib⁹ suis i
die sabbati Gen. 2. ¶ Qñ ergo quis at
tente cogitat ꝛ firmiter credit christum
pro humana nā passuz ꝛ mortuū in die
sabbati quieuisse in sepulchro: tūc misti
ce celebrat solēnitati sabbati. ¶ Et hoc
fieri dꝫ a nobis in qualibꝫ die: vel ad mi
nus in q̄libet dñica q̄ loco sabbati cele-
bratur apud xp̄ianos. Et hoc est contra
multos qui nūq̄ hoc ad memoriā redu
cunt nec firmiter credūt.

¶4. Tēpus festiuū. Qđ est pascha siue
phase. In quo filij israel recesserunt de
egipto vt ad terraz ꝓmissionis trāsirēt
mistice ꝛ allegorice celebramus. ¶ Qñ
xp̄i resurrectionē gl'iosaz attente cogita
mus ꝛ firma fide tenemus. ¶ Nā sicut
phase iudeorū celebrat̄. xv. die p̄mi mē
sis. s. Martij in memoriaz bñficij edu-
ctionis filiorum israel de egipto que fuit
xv. die martij. Exo. 12. ¶ Sic nos pha-
se mistice celebram⁹: qñ attente cogita-
mus ꝛ firmiter credimus xp̄m iesum
crucifixuz a mortuis gloriosū resurre-
xisse ꝛ suscitatū a deo: ꝛ trāslatū a pre-
senti vita ad vitā imortalē ꝛ a dolorib⁹
inferni ad vitaz gloriosaz dicētes illud
Act. 2. Jesuz nazarenū virū approbatū

a deo affligentes interemistis: quem de us suscitauit solutis doloribus inferni. ¶ Phase ergo mistice celebramus: quando christum resurrexisse cogitamus et credimus dicentes cum Paulo apostolo .j. Cor. 15. Christus resurrexit a mortuis primitie dormientium: quoniam quidem per hominem mors: et per hominem resurrectio mortuorum. ¶ Et hoc fieri debet a nobis cotidie vel saltem fieri debet in omni die dominico: quod est festum ipsius Resurrectionis christi iesu.

¶ 5. Tempus festiuum. Quod est penthecostes. quod celebrabatur quinquagessima die a festo pasce exclusiue. Allegorice celebramus. ¶ Quando attente et deuote cõsideramus: et firma fide credimus spiritum sanctum missum esse super apostolos: aliosque credentes die quinquagessima post christi resurrectionem. Cuius figura fuit datio legis in monte sinai Exo. 19. ¶ Nam sicut in mõte sinai quinquagessima die ab exitu de egipto data est lex diuina populo israelitico: que docuit eos omnem virtutem pertinentem ad tempus illud: Et data est cum sonitu: fulguribus: et fumo: et sonitu tubarum sicut patet Exo. 19. ¶ Sic spiritus sanctus die quinquagessima post pascha in die pentecostes datus est apostolis aliisque credentibus et docuit eos omnem veritatem. Et datus est cum sonitu: lumine et fumo sicut patet Act. 2. Ubi scribitur Factus est repente de celo sonus: tamquam aduenientis spiritus vehementis: et repleuit totã domum vbi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispartite lingue tanquam ignis ¶ Quando ergo istam solemnitatem et misionem spiritus sancti attente cogitamus et firma fide credimus: tunc solemnitatem pentecostes allegorice celebramus. ¶ Et hoc cotidie vel ad minus in die dominico facere debemus: cogitando tam magnum dei beneficium in die dominico hominibus prestitum.

¶ 6. Tempus festiuum: Quod erat festum tubarum in quo clangebant cum cornibus peccorũ prima die mẽsis septimi siue septembris. Allegorice colimus. ¶ Quando predicationem apostolorũ per mundum vniuersum factam post misionem spiritus sancti attente cogitamus et firma fide credimus et tenemus Que predicatio per tubarum festiuitatem fuit prefigurata: ¶ Nam sicut post festum penthecostes immediatum festum: erat festum tubarum: in quo clãgebant in cornibus peccorum et inuitabant ad alias solemnitates. Nũeri. 29. Sic post festum penthecostes et misionem spiritus sancti: immediate apostoli ceperunt tubis predicationum suarum resonare: et omnes populos ad christiane religionis solemnitatem inuitare Unde scribitur Act. 2. Et repleti sunt omnes spiritu sancto: et ceperunt loqui variis linguis prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. ¶ Quando ergo apostolorum predicationem per vniuersum factam cum signis et prodigiis diligenter cogitamus et fide firmissima confitemur: tenentes illud quod scribitur Mar. vltimo Illi autem profecti predicauerunt vbique domino cooperante: et sermonem confirmante sequentibus signis: tunc festum tubarum Allegorice celebramus. ¶ Et hoc facere debemus cotidie vel saltem in die festi: et maxime in die dominico: quia tali die receperunt spiritum sanctum: qui tali die docuit apostolos linguas omnium ad facilius predicandum.

¶ 7. Tempus festiuum. Quod est festũ expiationis in decima die septembris:

Allegorice celebramus. ¶ Quando at tente consideramus et firma fide credimus: populum christianũ ymo populuz prius gentilem esse emundatum et expiatum a peccatis per aplorum et post apl'orum predicationem. Cuius emũdationis figura fuit illud festum expiationis. ¶ Unde sicut post festũ tubarũ sequebatur festum expiationis: sic post aplorũ predicationẽ qui fuerunt tube resonantes: sequuta est emũdatio populi christiani. ¶ Et sicut in festo expiatiõis vacabant ieiuniis: vigiliis: et orõnibus: et affligebant animas suas. Sic post apostolorũ pdicationem gentiles conuersi et baptizati ceperunt vacare ieiuniis: vigiliis: orationibus: et afflictiõibus ad emundationem aīe sue. Et ideo post petri predicationẽ scribitur Act. 2. Qui ergo receperunt sermonẽ eius baptizati sũt et apposite sunt in illa die aīe circiter tria milia. Erant aũt perseuerãtes i doctrina aplorũ et cõicatione fractionis panis et orationibus. ¶ Qñ ergo istaz expiationẽ et emundationẽ populi christiani attente cogitamus et fideliter credimus: tũc allegorice et spiritualiter festum expiationis celebramus. ¶ Et hoc cõsiderare debemus cotidie vel saltem in die festo: maxime in die dominico: quia in tali die fieri cepit expiatio: et emũdatio populi christiani p predicationem aplorz: que in die dominico scilicet in die penthecostes post missionez spiritus sancti fuit solemniter diuulgata sicut patet Act. ii. et. 2.

¶ 8. Tempus festiuũ: Quod est festum tabernaculorum: in quo filii Jsrael habitabant in vmbraculis et tabernaculis Allegorice celebramus. ¶ Qñ attente cogitamus et cõsideramus ac firma fide credimus. Ecclesiam et congregationẽ fideliũ eẽ peregrinã et aduenã in hoc mundo: et non habere hic ciuitatem manentem. Cuius peregrinationis figura fuit festum tabernaculorum. ¶ Nam sicut filii israel celebrabant festũ tabernaculorũ et habitabant in tabernaculis in memoriã sue pegrinationis per desertuz annis quadraginta: in quibus habitabant in tẽtoriis. Sic et nos qñ attẽte cogitamus et firma mente credimus ac confitemur. Quod nõ habemus hic ciuitatẽ manentem: sed futuram inquirimus ad Hebre. 3. Tunc cogitãtes nos oẽs eẽ peregrinos et in alieno hospicio festum tabernaculorũ spũaliter et allegorice celebramus. ¶ Et hoc facere debemus cottidie vel saltez in die festo: et maxime ĩ die dominico etc. ¶ Hoc modo festum tabernaculorũ spũaliter celebrabat propheta qñ dicebat in ps. 38. Aduena ego sum apd te et peregrinus sicut omnes patres mei.

¶ 9. Tempus festiuũ. Quod est festum Cetus et collecte: allegorice celebramus ¶ Qñ attente consideramus: et firma mente credimus: Omnes sanctos et electos post hanc vitam in regno celestis patrie esse colligendos et collocandos sicut oues in ouili congregantur. Cuius congregationis et collectionis: figura fuit festum cetus et collecte: quod celebrabatur immediate post festum tabernaculorum. 22. die mensis septimi siue septembris. ¶ Naz sicut in festo cetus et Collecte fiebat adunatio populi et collectio pecunie pro necessariis sacrificiis: nec pmittebantur eo die hoĩes discedere: sed retinebantur put dicit Lira sup Nũeri. 29. ¶ Sic in fine mundi fiet adunatio beatorum et collectio animarũ sanctaruz in regno celorum: que aīe sancte p pecuniã designantur qz sicut in pecunia est sculpta imago regis: sic in aīa est signata ymago dei Mat. 22. Cuius

est imago hec & supscriptio. Et non amplius de loco illo recedere permittētur quia regnabunt cum agno & agnus dei cum illis in secula seculorum. ¶ Quādo ergo attente cogitamus: & firmiter credimus Ecclesiam sanctorū: que modo est peregrina: fore congregandam & collocandam & colligendam in regno celorum: tunc festum cetus spūaliter & allegorice celebramus. ¶ Et hoc cogitare & meditari debemus cotidie vel saltem in die festo: & maxime in die dominico: qz in die tali secundū aliquos fiet recollectio sanctorum in regno celorum quia in die dominico fiet vt dicunt iudicium vniuersale & glorificatio sanctorū in patria: Uenite ergo ascendamus ad montem dñi & docebit nos vias suas.

¶ De prenominatis iudeorum festiuitatibus: a christi fidelibus moraliter celebrandis. Cap. 65.

Venite ascendamus ad montem domini: & docebit nos vias suas. ¶ Scribuntur hec verba Nūeri. 28. Hec sunt sacrificia que offerre debetis Agnos anniculos immaculatos duos cotidie in holocaustum sempiternum: vnum offeretis mane & Alteruz ad vesperam. ¶ Secundū sniam pauli apl'i. 2 Ad cor. 3 Littera occidit: spiritus autez viuificat. In sacris ḡ & diuinis scripturis querendus est spiritualis sensus intrinsecus latens. Unde iudeorū festiuitates & sacrificia que ab ipsis ꝑm hystoriam litteralem obseruabātur: a nobis sunt spūaliter: & moraliter celebrande. Nam eorū facta figura fuerunt eorum que a nobis sunt exequenda. Et ideo postq̄ vidimus quomō illa nouem tēpora festiua sūt Allegorice obseruāda: videndū sup est qūo moraliter sint nobis celebrāda.

¶ pm Tēpus speciale erat quelibet dies: in q̄ offerebaī iuge sacrificiū sero & mane. ¶ De quo dr̄ Nūeri. 28. Agnos anniculos imaculatos duos cotidie in holocaustū sempiternū: vnū offeretis mane & alterū ad vespā. Et istō sacrificiuz figurabat eternitatē dei & iesu sicut dic̄ Lyra sup Exo. 29. ¶ Moraliter hoc speciale tp̄us obseruamus & iuge sacrificiū offerimus: qn̄ cōtinue de deo cogitamus: vel cōtinuā memoriā de deo habemus: vel saltē de deo sero & mane cotidie cogitamꝰ. ¶ Et hoc facere dz xp̄ianꝰ cotidie saltē in māe & i sero. In mane dirigēdo intentionē in ip̄m deū: In sero gr̄as referendo. ¶ Sz maxie hāc dei memoriā dz hr̄e i die festo & die dominico: qz ad hoc est instituta: q̄tenus hō vacans ab operibꝰ cogitet de creatore suo & de eius bn̄ficiis. Un̄ Eccs. 12. Memēto creatoris tui in diebꝰ iuuētutis tue. Et paulus ad Hebre. 12. Recogitate eū qui talē sustinuit a pctōribus ɔtradictionē. i. xp̄m. ¶ Hoc iuge sacrificiū diuine memorie celebrabat ꝓpheta: qn̄ dicebat in ps. Memor fui dei & dlectatus suz. ¶ Et hoc ē ɔtra illos: qui in diebꝰ festiuis nūq̄ cogitant de deo: & multo minꝰ in aliis diebus. ¶ In hoc gr̄as agimus deo & laudes imolamus pp se & pp magnā gl'iam suā.

¶ 2m. Tp̄us festiuū erat dies sabbati: q̄ celebrabaī i qualibet septimana semel in memoriam creationis reruz sicut pz Exo. 20. Leui. 23. & Nūeri. 28. ꝑm declarationem Lire. ¶ Moraliter: quia Sabbatum idem est quod Requies: Sabbatum celebramus: quando per spem viuam in deo requiescimus: omnem spem nostram in ipso constituen-

tes. ¶ Et licet hoc semper sit faciendū tamen specialiter ī die festi: qn̄. n. hō vacat ab operibus exterioribus debet per memoriam ascendere in deum: et in ipso ponere totam spem suam: et in ipso quiescere per amorem tanq̄ in suo thesauro. Unde clamat propheta in ps 61. Sperate in eum omnis congregatio populi: effundite coram illo corda vestra. Deus adiutor noster in eternum. ¶ Et hoc est cōtra eos: qui nunq̄ in die festo per spem veram quiescunt in deo: sed quiescunt per spem in rebus transitoriis. De quibus subdit ps ibidem. Uerumtamen vani filii hominum Mendaces filii hominum in stateris vt decipiant ipsi de vanitate in id ipsum: Nolite sperare in iniquitate et rapinas nolite concupiscere: Diuitie si affluant nolite cor apponere. Quiescere ergo debet spiritus rationalis in die festo per spem in deo et tunc sabbatizat. ¶ In hoc deo gratias agimus et laudes impendimus de nr̄a et oīm rerū creatione.

¶ 3. Tpus festiuū erat festū Neomenie: Quod celebrabat̄ i. Kalendis mēsium idest in Nouilunio: quia Judei accipiunt menses secundum lunatiōes. ¶ Et fiebat in memoriam gubernationis rerum sicut dicit Lyra super Nūeri. 28. quia mutatio in istis inferioribus magis apparet in nouilunio cōiter q̄ in aliis temporibus. ¶ Moraliter festum Neomenie et Nouilunii colimus: quando spiritualem mutationem et renouationem facimus a vitiis ad virtutes A mala societate ad bonā. A mala consuetudine ad bonā: A desideriis terrēis ad desideria celestia. A veteri conuersatione ad nouam vitam. ¶ Et q̄uis hec spiritualis innouatio sit cotidie facienda: specialiter tamen in die festo quando vacandum est animarum saluti. Et tunc spiritualem Neomeniā celebram⁹ ¶ Ad istam innouationem nos inuitat Paulus dicens ad Ephe. 4. Deponite vos secundum pristinam conuersationem veterem hominem: qui corrumpitur secundum desideria cordis. Renouamini autem in spiritu mentis vestre: et induite nouum hominem qui secundum deum creatus est in iustitia et sinceritate veritatis: propter quod deponentes mendacium loquimini veritatē vnusquisq̄ cum proximo suo: quoniā sumus inuicem membra. ¶ Et hoc est contra multos: qui in die festi nullam faciunt mutationem et renouationem vite sue in bonum: et ideo non solēnizant festum spiritualis Neomenie iudeorū. Sed celebrāt Neomeniam diaboli: et demoniorum: quia faciunt immutationem et renouationem infernalem: quia si sunt boni in diebus festiuis fiunt mali. Si sunt mali fiunt peiores ludendo: ociādo: phylocando: crapulando: borizando et luxuriando. ¶ In hoc gratias agimus deo et laudes referimus de nostra et oīum rerū Gubernatione.

¶ 4. Tempus festiuum erat festum phase: Quod celebrabatur. 15. die mensis primi scilicet Martii. In memoriam eductionis filiorum Israel de egipto: iō vocatur phase quod est transitus: quia tunc filii israel recesserunt de egipto vt ad terram promissionis transirent sicut declarat Lira super Exo. 12. et Leui. 23 ¶ Moraliter festum phase q̄ est transitus celebramus: Quando spiritualem transitum facimus. Et recedimus a cura carnis q̄si ab egipto ad curam spiritus: quasi ad terram promissionis: Ab occupatione corporali ad spiritualem: Ab occupatione rerum temporaliū ad occupationem spiritualium: A consortio hominum ad consortium angelorū

A familiaritate propinquo℞ ad famili aritatē christi ꝛ sanctorū. A negociis exterioribus ad negocia interiora. Ab amore mūdi ad amorem dei. A desideriis mūdialibus ad desideria celestia: a verbis ociosis ad verba fructuosa. a seruitute diabolica ꝛ pharaonica ad seruitutem christi. ¶ Et hunc spūalem transitū facere debemus cotidie: ꝛ maxīe in die dñico: q2 in tali die transierunt filii Israel de egipto ſm aliquos vt ad terram accederent promissionis. ¶ Hunc spūalem transitum de viciis ad virtutes facere nos admonet paulus aplus dicens ad Ro.13. Nox precessit: dies autē appropīquauit. Abiiciamus ergo opera tenebrarū ꝛ induamur arma lucis: sic vt in die honeste ambulemus. Non in cōmessationibus ꝛ ebrietatibus. Non in cubilibus ꝛ impudiciciis. Nō in contentione ꝛ emulatione: sed īduimini dominū iesum christū: ꝛ carnis curā ne feceritis in desideriis. ¶ Et hoc est cōtra multos qui istū spūalem transitum non faciunt: nec phase iudeorū celebrant: sed demoniorū. Nam in die festo transeunt a labore licito in quo fuerūt ꝑ ebdomadā ad ociū illicitū: A silentio ad detractionē: a sobrietate ad gulam: a castitate ad luxuriam. ¶ In hoc grās deo agamus ꝛ laudes īmolemus de nr̄a ab hostibus īfernalibus liberatiōe.

¶ 5. Tēpus festiuū erat festum penthecostes: qđ celebrabať in memoriā legis date ſm Lirani Nūeri.28. ¶ Que lex data fuit quinq̄gessima die ab exitu de egipto cū sanctificatiōe populi: cum lotione vestimentorū ꝛ cū magna p̄parationē ad ipsaȝ recipiendā. Et cū magno sonitu: igne: fulgure: ꝛ fumo sicut patet Exo.19. ¶ Moralit̄ festū penthecostes celebramus: qn̄ per congruam aīe purificationē: ꝛ per congruā corporis mundiciā: ac totius hoīs debitā p̄parationē ignem spūs sancti lucidum ac calefacientē cum fumo celestiū desideriorū mēte recipimus. ¶ Et hanc p̄parationem ad spm̄ sanctū recipiendum facere debemus cotidie ꝛ ipm̄ in mōte concipere ꝑ igniti amoris excessiua desideria. Sed p̄cipue in diebus festiuis: ꝛ maxime in die dominico: quia in tali die datus est ꝛ de celo missus spūs sanctus: qui igniuit: inflāmauit: ꝛ illūinauit corda discipulorū bn̄ preparata Act.ij. Un̄ samuel ꝓpheta clamat.j. Re.7. dicens. Si in toto corde vestro reuertimini ad dominū Auferte deos alienos de medio vestri. Et preparate corda vestra domio: ꝛ seruite illi soli ꝛ eruet vos de manu philistiim. ¶ Et hoc est cōtra multos: qui ī die festo non p̄parant corda domino: sȝ bacho. Nec mente cōcipiūt ignem spūs sancti sed ignem diaboli: Ignem inuidie: ire: auaritie: luxurie Concupiscentie ¶ In hoc deo gratias agamus de sue grē ꝛ illuminationis collatiōe.

¶ 6. Tempus festiuum erat festum tubarum: in quo clangebant in cornibus peccorum prima die septimi mensis: in memoriam liberationis Isaac a morte pro quo fuit immolatus Aries qui inter vepres herebat cornibus Gen.22. ¶ Moraliter festum tubarum spiritualiter celebramus: quando vacamus ꝛ attendimus lectioni diuine scripture: ꝛ studio sacrarum litterarum. Quando audimus verba diuina. Quando oramus. Quando diuinis inspirationibus aurem prebemus. Cum predicamus: Cum psalimus Cuȝ deo caninus: quādo diuinas laudes intonamus. Hec enim omnia: spūales sunt tube in aurib⁹ nostris ꝛ hominum resonantes. ¶ Et licet hiis tubis continue sit clangendū precipue tamen diebus festiuis: ꝛ ma-

xime die dominico. In quo deus nos a morte liberauit resuscitando filium suum: et pro nobis immolauit agnum id est christum iesum. Et ideo in memoriam huius nostre liberationis a morte: et immolationis christi pro nobis: debemus clangere cornibus et laudes diuinas resonare. Ubi clamat Paulus ad Ephe. 5. Nolite inebriari vino in quo est luxuria: sed implemini spiritu sancto: loquentes vobis metipsis in psalmis: hymnis: et canticis spiritualibus: cantantes et psallentes in cordibus vestris domino: Gratias agentes semper pro omnibus in nomine dñi nr̃i Jesu christi: deo et patri. ¶ Et hoc est contra multos: qui in diebus festiuis non celebrant festum tubarum Judeorum sed demoniorum: vacantes: et operam dantes: mellodiis: et cantilenis lasciuis impudicis: et quod peius est blasfemiis: periuriis: ac maledictionibus nominis diuini. ¶ Hic deo gratias agamus et laudes referamus de nostra ab eterna morte liberatione per suam passionem.

¶ 7. Tempus festiuum erat Festum Expiationis: In quo iudei ieiuniis et vigiliis se affligebant. ¶ Et fiebat in memoriam illius beneficij: quo dominus indulsit et remisit peccatum de fabricatione vituli: sicut dicit Lira Leui. 23. et Nũeri. 28. ¶ Moraliter festum expiationis colimus. quando per contritionem et dolorem: per compunctionem et amaritudinem: per ieiunia et vigilias: per suspiria et orationes: animam a peccatorum maculis expiamus et emundamus. Et deo gratias agimus qui nos a peccatorum maculis expiauit. ¶ Et hanc expiationem facere debemus cotidie: et maxime in diebus festiuis: lauando et expiando animaz a putredine peccatorum: quia scribitur Leui. 23. Decimo die mensis huius septimi dies expiationum erit celeberrimus et vocabitur sanctus: affligetisqꝫ animas vestras in eo: et offeretis holocaustum domino. Animam affligimus: cum pro expiatione peccatorum conterimur: dolemus: ieiunamus et vigilamus. Holocaustum domino offerrimus: quando de purgatione nostra a peccatis: deo gratias immolamus. ¶ Et hanc expiationem spiritualem a peccatis per penitentiaz precipue facere debemus die dominico: quia in tali die penitentes ad apostolorum exhortationem receperunt spiritum sanctum: et emundati sunt a peccatis sicut patet Act. 2. Ubi scribitur Petrus autem ad illos: penitentiam inquit agite et baptizetur vnusquisqꝫ vestrum in nomine iesu christi in remissionem peccatorum vestrorum et accipietis donuz spiritus sancti. ¶ Et hoc est cõtra multos: qui in diebus festiuis non se expiant aut purgant a maculis peccatorum: sed magis se contaminant in pompis et vanitatibus in crapulis et ebrietatibus: in ludis et disollutionibus: choreis et luxuriis. ¶ Hic deo gratias agamus de nostra cotidiana emundatione per confessionem et scr̃a.

¶ 8. Tempus festiuum erat Festum tabernaculorum: quod celebrabatur septem diebus: et filii Israel habitabant in vmbraculis et tentoriis. ¶ Et fiebat in memoriam illius beneficii: quo deus habitare fecit filios israel quadraginta annis in tabernaculis in deserto: et pauit eos copiose et habundanter sicut patet Leui. 23. et Nũeri. 29. ¶ Moraliter festum tabernaculorum colimus et celebramus: quando cogitantes nos esse peregrinos et aduenas in hoc mundo gemimus: dolemus: et suspiramus ad pa

triam celestem: dolentes de nostro inco latu & peregrinatione. ¶ Et hoc licet co tidie: tamen precipue facere debemus in festiuis & dominicis diebus gemen do cū ps ac dicendo. Hei mihi quia in colatus meus prolongatus est. Habita ui cum habitantibus cedar: multum in cola fuit anima mea. ¶ Propterea ha bitamus in tabernaculis: & festum ta bernaculorum spiritualiter colimus: quando in contemplatione suspensi: su perne ciuitatis habitacula & sanctorū mansiones que in celis sunt considera mus & cupimus dissolui & esse cū chri sto. ¶ Et hec considerare ac contempla ri debemus cotidie: sed specialiter die bus festiuis: & maxime die dominico: quia tali die Joannes euangelista fuit in spiritu & vidit celestem hierusalem & visiones diuinas sicut patet Apoc. j. vbi dicit Fui in spiritu in dominica die &c. ¶ Hoc festum tabernaculorū celebra bat spiritualiter propheta: quando dice bat in ps. 83. Quam dilecta tabernacu la tua domine virtutum: concupiscit & deficit anima mea i atrio domini. ¶ Et hoc est contra multos: qui in diebus fe stiuis nunq̄ cogitant se peregrinos in hoc mundo: nunq̄ cogitant se moritu ros. Nunq̄ desiderant patriam cele stem: sed magis desiderant presentem vitam Credunt seipsos diu victuros: to tum amorem ac desiderium ponunt in terrenis. ¶ Hic gratias deo agamus de nostra in hoc corporis tabernaculo conseruatione & nutritione.

¶ .9. Tempus festiuum erat Festum ce tus & collecte: quod celebrabatur imme diate post festum tabernaculorum. 22. die mensis septimi. ¶ Et hoc festum fi ebat vt colligeretur pecunia pro sacri ficiis totius anni: & erat dies celeberri mus atq̄ sanctissimus sicut patet Le ui. 23. Ubi scribitur Dies quoq̄ octa uus scilicet post festum tabernaculo rum erit celeberrimus atque sanctissi mus: & offeretis holocaustum domi no. Est eni cetus atq̄ collecte. ¶ Mo raliter festum Cetus atq̄ collecte cele bramus: quando omnes sensus anime & corporis ad mentis interiora colligi mus: quando intentionem nostrā que ad exteriora dispersa fuit: ad interiora nostra cōsideranda reuocamus. Et hoc fieri debet specialiter in die festi: in quo vnusquisq̄ debet exteriora derelinque re & manere apud semetipsum. ¶ Fe stum collecte spiritualiter celebramus: quando in die festo ad nosmetipsos re deuntes proponimus per totam ebdo madam bene operari & in melius profi cere. ¶ Festum cetus & collecte colim⁹: qñ omnes vires & mētis & corporis col ligentes in vnum deum memorandum contemplandum & diligendum dirigi mus & coadunamus. ¶ Et hoc facere debemus maxime in diebus festiuis re linquendo oīa exteriora & ascendendo ad celestia & superiora: colligendo memo riā intellectum & voluntatem in solum deum: ipsum toto corde & totis viribus diligendo: & in ipso per gaudium & con solationem spūalem quiescēdo. ¶ Hoc modo festum colebat propheta: quan do dicebat in ps. 83. Cor meum & caro mea exultauerunt in deum viuum. ¶ Et hoc est contra multos qui in die bus festiuis non celebrant festum Col lecte iudeorum: quia non recoligunt sen sus ad mentis interiora. Sed colunt fe stum dispersionis diabolice: quia in die bus festiuis se effūdūt ad exteriora Au diendo: videndo: odorando: gustando: palpando: & loquendo: Inania: curio sa impudica: lasciua: infamatoria & alia o pera vana: Et nunq̄ mente n recoli

guit ad deum nec ad diuina beneficia re colenda. Quorum festiuitates nec deo sunt grate sed odiose: ipso deo testante qui ait Esa.i. Ne offeratis vltra sacrificium frustra: incensum abbominatio est mihi. Neomeniam et sabbatum et festiuitates alias non feram: Iniqui sunt cetus vestri. kalendas vestras et solemnitates vestras odiuit anima mea. Facta sunt mihi molestia. Et in hoc deo gratias agamus de nostra ad rerum celestium desideria subleuatione. ¶ Ex his omnibus patet quomodo Tempora festiua et solemnia sunt a nobis mistice et spiritualiter obseruanda. Uenite ergo ascendamus ad montem domini et docebit nos vias suas.

¶ De spirituali et mistica solemnitatum ac festorum celebratione. Cap.66.

Venite ascendamus ad montem domini et docebit nos vias suas. ¶ Scribuntur hec verba Leui.23. Locutus est dominus ad Moisem dicens: Loquere filiis Israel et dices ad eos. Hee sunt ferie domini quas vocabitis sanctas. Sex diebus facies opus tuum. Dies septimus quia sabbati requies est vocabitur sanctus: Omne opus non facietis in eo. Sabbatum domini est in cunctis habitationibus vestris. ¶ Dicit paulus.2.ad Cor.3. Nos autem reuelata facie gloriam domini speculantes in eandem immaginem transformamur a claritate in claritatem tanquam a domini spiritu. ¶ Ista est differentia inter iudeos et christianos dicit paulus: quia iudei cum legunt vetus testamentum non intelligunt: Cum celebrant festiuitates suas nesciunt quid faciunt: quia vsque in hodiernum diem velamen est positum super cor eorum. Nos autem christiani habentes reuelatam faciem gloriam domini specculamur: procedentes a claritate cognitionis naturalis ad claritatem cognitionis spiritualis et gratie. Et a claritate gratie ad claritatem glorie: Et ideo quod ipsi carnaliter exequuntur: nos spiritualiter operari debemus: Unde et illa que in suis festiuitatibus corporaliter obseruabant: et nos in nostris spiritualiter obseruare debemus. ¶ Qualiter autem hoc sit faciendum patebit discurrendo per singula: que obseruari debent in diebus festiuis.

¶ Primo In diebus festiuis iudei cessabant ab operibus seruilibus et corporalibus. ¶ Unde scribitur Leui.23. Omne opus non facietis in eo scilicet in sabbato. ¶ Et Exo.20. Septimo autem die sabbatum domini dei tui est. Non facies omne opus in eo. ¶ Judeorum ergo populi non operabantur aliquid in die sabbati: nec ipsi nec filii eorum paruuli ignorantes legem. Nec eorum serui aut ancille que erant de aliena gente. Nec iumenta eorum. Nec aduene idest gentiles conuersi ad ritum iudeorum. ¶ Unde non poterant coquere vel preparare ea que pertinent ad cibum vel ad potum sicut patet Exo.16. Nec poterant extinguere lampades vel accendere ignem: Nec poterant accommodare iumenta sua gentili ad opus faciendum: sed permittebantur quiescere simpliciter: et refici pabulo conuenienti. Licitum tamen erat operari illa que non poterant bono modo differri nec anticipari die precedenti. Sicut animalia adaquare: et pabulum eis prebere. Et in casualibus remedium adhibere: quando non poterat bono modo differri: sicut bouem in foueam lapsum releuare. Hec omnia Li

ta super Exo.26.ꝛ Leui.23. ¶ Sic primum ꝙ seruare debent christiani in die dominico qui successit diei sabbati est: Cessatio ab omnibus operibus corporalibus. Non tamen obseruãda est ista vacatio ab operibus manualibus cum tanto rigore sicut in veteri testamento: quia possunt parari cibaria ꝛ aliqua alia fieri die dominica: que fieri non poterant in sabbato: quia vacatio illa sabbati partim figuralis erat iuxta illud .j. Cor.10. Omnia in figura contingebãt illis. A figura enim ꝗtumcunqꝫ modico subtracto mutatur tota significatio: sicut vna litera subtracta ab hoc nomine lapis mutatur tota significatio. Circa vero totam rem ipsam lapidis possunt aliqua addi: ꝛ subtrahi absqꝫ mutatione substantie. Hec Lira super Exo.26. ¶ Unde notandum ꝙ secundũ Alex. de alis in.3. parte.q. 32. Bona in 3.di.37. Fran. may. in tractatu decem preceptorum: ꝛ Tho.22.q.122.ar. 4. ¶ In hoc precepto Memento vt diẽ sabbati sanctifices prohibetur omne opus manuale ꝛ seruile: quando ordinatur ad lucrum temporale: vel ad cõmoduꝫ corporale tanqꝫ ad proprium finem: vnde prohibẽtur Lana: Nemus: Miles: Nauigatio. Rus. Medicina: Atqꝫ ars fabrilis videlicet lanificium: Uenatio: Militia: Mercatio siue Negociatio: Agricultura: Medicatio ꝛ Ars fabrilis Que omnia sunt peccata grauissima si fiant in die festi: exceptis nouem casib⁹ qui sequuntur.

¶ Primus est: quãdo opus ð se seruile: sicut est scribere fit liberũ per intentionem: puta: quia fit propter cultum diuinum vel edificationem animarum. Istud non est peccatum.

¶ .2. quando Opus est mere iocunditatis secundum Bona. vt saltare: ludere ludo licito.

¶ .3. quando Opus est mere necessitatis: sicut ea que pertinent ad victuꝫ ꝛ huiusmodi.

¶ .4. quando Opus est necessarium ꝓ salute corporis proprii: sicut Machabei pugnauerunt in die sabbati .j. Macha.2. Et discipuli esurientes collegerunt spicas in die sabbati: ꝛ excusati sunt a Christo sicut patet mat.12.

¶ .5. quando Opus fit propter salutem corporalem proximi: sicut Christus in die sabbati sanauit hominem habentem manum aridam Mat.12. Et totuꝫ hominem fecit sanum in sabbato sicut patet Jo.7.

¶ .6. quando Opus fit propter vitandũ dannum rerum exteriorum: vt pluuiam tempore vindemie ꝛ hostes tempore mesis. Unde dicit saluator Mat.12. Quis erit ex vobis homo qui habet vnam ouem: ꝛ si ceciderit hec sabbatis in foueam: nonne tenebit: ꝛ leuabit eam.

¶ .7. quando Opus fit propter pietateꝫ: vt laborando pro ecclesia: hospitali: vel pauperibus.

¶ .8. quando Opus fit propter publicã vtilitatem: vt laborando pro ponte vel via facienda.

¶ .9. quando Opus fit in modica quantitate: tunc excusatur quia modicum pro nihilo reputatur. ¶ His nouem casibus exceptis labor manualis semper est grauissimum Ymo mortale peccatum: quia dicitur nagatiue Exo.20. Non facies omne opus in eo: tu ꝛ filius tuus: ꝛ filia tua: Seruus tuus ꝛ ancilla tua. Jumentum tuum: ꝛ aduena qui est intra portas tuas. ¶ Et hoc est primum obseruandum a christianis in die dominica: Cessatio ab Operibus: Que maxie obseruabatur a iudeis in

solemnitate Sabbati. ¶ Sed contrarium faciunt multi qui iudaizant in die sabbati post vesperas ab operibus cessantes et postmodum in die domini colaborantes.

¶ .2. Cessabant a comestione fermenti vel fermentati per dies septem: in quibus comedebant Azima. ¶ Et hoc faciebant in memoriam huius. Quod filii Israel imminente exitu de egipto nõ poterant fermentare egiptiis cogentibus eos exire: sicut habetur Exo. 12. et declarat Lira super Leui. 23. ¶ Et hoc faciebant in solemnitate pasche: Unde scribitur Leui. 23. Mense primo quartadecima die mensis ad vesperum phase domini est: et quintadecima die mensis huius solemnitas azimorum domini est: Septem diebus azima comedetis. ¶ Sic moraliter secundum obseruandum a christianis in diebus festiuis est cessatio a peccatis: que figurantur per fermentum: sicut mundicia a peccatis per Azima: iuxta illud Pauli. 1. Cor. 5. Itaq; epulemur non in fermento veteri neq; in fermento malicie et nequitie: sed in azimis sinceritatis et veritatis. ¶ Sicut ergo illi cessabant a fermento: et fermentatis septem diebus cõtinuis et festiuis: sic et nos in diebus festiuis abstinere debemus a septem peccatis mortalibus quasi a fermento corruptiuo. Abstinere dico debemus a fermento superbie: a fermento luxurie: a fermento auaritie: Inuidie: Ire: Gule: et Accidie. ¶ Unde dicunt prefati doctores Alex. Bona. Tho. et Franci. May. vbi supra: q. In precepto de sanctificatione festi magis prohibetur peccatum q̃ opus seruile et corporale: et ratio est: quia intentio dei est in hoc mandato: hominem abstrahere ab operibus corporalibus: quatenus melius vacet diuinis: sed magis retrahitur a spiritualibus per peccatum mortale q̃ per opus corporale ergo illud magis prohibetur: Cessandum est igitur in die festo a fermento septem peccatorum mortalium. Et comedenda sunt azima septem virtutum oppositarum videlicet. Humilitatis: Castitatis: liberalitatis: Mansuetudinis: Dilectionis: Abstinentie et Sollicitudinis spiritualis. ¶ Et hoc est contra multos: qui in diebus festiuis non comedunt nisi fermentum. Superbie: pompe: vanaglorie: luxurie: fornicationis: adulterii etc. Contra quos clamat deus dicens Iere. 17. Custodite animas vestras: et nolite portare pondera in die sabbati. Et oẽ opus seruile nõ facietis. ¶ Pondera supra se portãt fures et latrões qui rapiũt aliẽa: Põdus supra se portãt vsurarii: lusores et negociatores: qui puluere t̃renoꝝ grauãt semetipsos: Põd' supra se portãt gulosi: qui cibis agrauãt ventrẽ: Põd' supra se portãt luxuriosi: et inuidi: qui terrẽis passiõibus corda supponũt: Põdus supra se portãt supbi: iracũdi: ceteriq; peccantes qui supra aĩam suam portãt diabolum et peccata: que oĩum rerum sunt grauissima et põderosa: vnde clamat ꝓpheta in ps dicens. Quoniã iniquitates mee supergresse sunt caput meũ: et sicut on' graue grauate sũt sup me. Op' vero huile fac qui aliqđ ꝑdcoꝝ opũ manu alium operatur.

¶ .3. Offerebãt deo primitias. ¶ Nã offerebãt ĩ paschate ꝑmitias đ nouis granis. ¶ In pẽthecoste de nouis pãibus. ¶ Et ĩ septẽbri de nouis fructibus sic dic̃ Lira sup Leui. 23. Et postea declarabit̃ quãdo đ primiciis tractabimus. ¶ Unde de primitiis que offerebantur in festo penthecostes scribitur Le-

ui. 23. Numerabitis ergo ab altero die idest a crastino pasce inclusiue: septem ebdomadas plenas vsq ad alteram diem expletionis ebdomade septime idest quinquaginta dies: et sic offeretis sacrificium nouu domino ex omnibus habitaculis vestris: panes primitiarum duos: de duabus decimis simile fermentate: quos coquetis in primitias domini. ❡ Sic moraliter Tertium obseruandum a christianis in die festi est. Quod offerre debent deo primitias. ❡ Iste primitie moraliter loquẽdo sunt nostre Cogitationes: que sunt principium omnium bonorum operu quia bonum opus incipit a cogitatione bona: sicut malum a mala: iuxta illud Mat. 15. De corde exeunt cogitationes male: homicidia: adulteria: fornicationes etc. ❡ Primitie sunt intentiones nostre: que sunt prime: et principales in omni opere nostro: quia bonu op⁹ incipit a bona intẽtione: sic malũ a mala: iuxta illd Mat. 6. Si ocul⁹ tuus simplex fuerit: totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus id est Intentio nequam fuerit: etiam corpus tuum idest congeries operum tenebrosum erit. ❡ Primitie est Amor noster: Amor scilicet amicitie: qui est primus actus voluntatis: et est principium omnium actuum voluntatis et omnium operum que fiunt a voluntate: quia a bono amore: et ordinato procedit bonum et ordinatum opus: sicut a malo et inordinato malum et inordinatum sicut declarat Scotus in secundo distin. 6. q. 2. Et Mat. 7. Omnis arbor bona fructus bonos facit. Mala autem arbor malos fructus facit.
❡ Iste ergo primitie scilicet Cogitatio Intentio et Amor in die festo sunt deo offerende. Cogitando de deo et eius beneficiis. Omnia opera nostra in deum dirigendo per intentionem: Et ipsum super omnia diligendo per amorem: Unde dixit dominus Exo. 16. Maneat vnusquisq apud semetipsum: et nullus egrediatur de loco suo die septimo. Maneat apud semetipsum cogitans de diuinis beneficiis et gratias agens secundum Liram ibidem. Maneat apud semetipsum recolligendo se: et ascendendo in deum suum per amorem secundum Scotum in. 3. distin 27. qõ. vnica. ❡ Et istud tertium est adhuc magis intentum in sanctificatione festi: q̃ duo predicta. Unde dicit Bonauen. in. 3. distin. 37. quod principalis intentio huius mandati Memento vt diem sabbati sanctifices est vt homo adhereat deo per dilectionem et illi preparet habitaculum cordis sui. Unde istud est preceptum caritatis. Et ille vere sabbatum sanctificat: qui deum super omnia diligit: ❡ Et hoc est contra multos: qui in diebus festiuis primitias Cogitationis. Intentionis et Amoris non deo offerunt: sed mundo: sed pompis: sed ludis: sed crapulis: sed meretricibus: sed philocatis: sed choreis O stulti: contra vos clamat deus discens Amos. 5. Odi et proieci festiuitates vestras et non capiam odorem cetuum vestrorum.

❡. 4. Clangebant tubis. ❡ Et hoc fiebat in festo tubarum in Prima die mensis septimi siue septembris in quo clangebant in cornibus pecorum sicut dicit Lira super Leui. 23. ❡ Unde de hoc notabili facto: et de solemnitate tubarum scribitur Leui. 23. Mense septimo prima die mẽsis: erit vobis sabbatum memoriale clangentibus tubis et vocabitur sanctum. ❡ Sic moraliter quartum notabile operandu a

christianis in dieb⁹ festiuis est predicatio: ⁊ auscultatio verbi diuini: In qua predicatione annunciari debent peccata populis que cōmiserunt p ebdomadā. ¶ Et hec p̄dicatio significatur per clangorem tubarum sicut postea declarabitur. ¶ Et q̄ predicatio verbi diuini ⁊ auscultatio fieri debeat diebus festiuis: patet: quia apud iudeos verba diuina legebantur per omne sabbatum sicut scribit̄ Act.13. Et de saluatore nr̄o scribitur Luc. 13. Erat autem docens in sinagoga eorū sabbatis. ¶ Et hoc est cōtra illos qui hn̄t instruere alios: ⁊ p̄dicare populis ⁊ negligūt: ad quos clamat deus Esa.58. Clama ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuam: ⁊ annūcia populo meo scelera eorum ⁊ domui Jacob peccata eorū. ¶ Et hoc est ēt contra populos: qui in diebus festiuis pro maiori parte renuūt audire verbū dei: ⁊ hoc procurante inimico salutis humane: ⁊ libentius audiunt cantilenas. hystorias: comedias: hystriones ⁊ pabolanos: q̄ vbi celestis p̄dicatores. Cōtra quos terribiliter minat̄ deus dicens Prouer. j. Quia vocaui ⁊ renuistis: extendi manum meā ⁊ non fuit qui aspiceret: Despexistis omne cōsilium meum ⁊ increpationes meas neglexistis. Ego quoq̄ in interitu vestro ridebo. ¶ Et hoc bene sequitur ad tertium: q2 post intentionē rectā in deum: ⁊ p̄dicatio ⁊ auscultatio diuine sapīe est meritoria ⁊ fructuosa ad salutem.

¶ .5. Affligebant aīas suas. ¶ Et hoc faciebant in festo expiationum decimo die mēsis septimi siue septembris. In quo festo iudei ieiunabant. vigilabant: ⁊ se affligebant: prout dicit Lyra sup Leui. 23. ¶ Unde de hac afflictione: ⁊ de festo expiationum scribitur Leui.23. Decima die mensis huius septimi: dies expiationum est celeberrimus: vt vocabitur sanctus: affligetisq̄ animas vestras in eo. ¶ Sic moraliter quintum exequendum a christianis in diebus festiuis est Afflictio animarum ⁊ purgatio peccatorum. ¶ Et hoc congrue sequitur post quartum: quia post annunciationem criminum per predicationem: restat vt crimina purgentur per veram penitentiam ⁊ contritionem ⁊ afflictionem: Nam in diebus dominicis ⁊ festiuis debet homo deuotus peccata cogitare: que per ebdomadam ⁊ totam vitam commissit: ⁊ ea per vigilias: abstinentiam: orationē: contritionem ⁊ anime afflictionē dz delere purgare ⁊ emūdare. Unde Grego. Die dominico a labore terreno cessandum est: atq̄ omni modo orationibus insistendum: vt si quid negligentie per sex dies agitur per diem resurrectionis dominice precibus expietur: ille. ¶ Et hoc est contra plurimos: qui in dieb⁹ festiuis animas suas non affligunt per penitentiam: ⁊ orationem: sed magis in delicijs eneruant per luxuriam ⁊ crapulam ⁊ dissolutionem. Nec purgant peccata commissa: sed per noua peccata miseram animam denigrant ⁊ deturpant. Quibus deus comminatur eternam mortē dicens Leui.23. Omnis anima que afflicta non fuerit die hac peribit de populis suis.

¶ .6. Presentabant omne masculinum suum coram domino. ¶ Et hoc erat in festo pasche. In festo pentecostes: ⁊ in festo tabernaculorum: tamen cum illis qui erant remote a hierusalem aliquando dispensabatur de duabus vicibus scilicet in penthecoste ⁊ in festo tabernaculorum sicut declarat Lyra sup Exo.23. Et de hoc scribit̄ ibidem Ter in anno apparebit omne masculinum

tuum coram domino deo tuo Et Deu tero.16. Tribus vicibus per annum apparebit omne masculinum tuum in conspectu domini dei tui in loco quem elegerit in solemnitate Azimorum: in solemnitate ebdomadarum ꝛ in sollemnitate tabernaculoꝛuꝫ. ¶ Et hoc est sextum exequendum a christianis in diebus festiuis: Ubi notandum ꝙ sexus masculinus qui est perfectus significat perfectionem operis: sicut ꝛ sexus femeninus imperfectionem. Per annum autem intelligitur complementum operis siue opus completum ex omnibus partibus suis: sicut annus est quid plenuꝫ ex omnibus diebus pertinentibus ad ipsum: Opus autem est completum: ꝛ perfectum quando est in corde per bonam intentionem: in ore per veram locutionem ꝛ in opere per realem executionem. ¶ In anno ergo semel apparet masculinũ oẽ corã dño ꝛ ipm dño pñtamus: quando quicquid est boni ꝛ perfectionis i nr̃is cogitatiõib⁹ deo attribuim⁹: ꝛ quicqd ẽ mali ꝛ ipfectiõis nobiꝫ assignamus dicentes illud apostoli.2. ad Cor.3. Nõ ꝙ sufficientes simuꝫ cogitar̃ aliquid a nobis q̃si ex nobis: sꝫ sufficiẽtia nr̃a ex dõ est. ¶ 2. apparet oẽ nostrum masculinum coram domino: qñ quicquid perfectionis est in sermonib⁹ nostris deo attribuim⁹: ꝛ quicquid imperfectionis nobis assignamus iuxta illud saluatoriꝫ Mat.10. Non enim vos estis que loquimini: sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. ¶ 3. apparet omne nostrum masculinum coram domino: quando quicquid perfectionis est in opere nostro deo: ꝛ quicquid imperfectionis nobis attribuimus iuxta illđ Osee.13. Perditio tua israel: tãtummodo in me auxilium tuum. Quando ergo quicquid perfectionis est in omnibus operibus nostris: siue in corde siue in opere siue in ore dei bonitati attribuimus: tunc omne masculinuꝫ nostrũ ter in anno sibi presentamus. Et hoc facere maxime debemus in diebus festiuis sicut ꝛ iudei faciebant istam trinam apparitioneꝫ in diebus festiuis. ¶ Et hoc sextum bene sequitur ad precedens: q2 sicut in die festo tenemur recognoscere peccata nostra ꝛ illa nobis attribuere ꝛ affligere ꝛ expiare animas nostras mõ predicto. Sic postmodum tenemur attribuere deo quicquid boni ꝛ perfectionis est in operibus nostris ꝛ gratias agere de illis bonis concessis. ¶ Et hoc est contra multos: qui in diebus festiuis non cogitant bona que a deo receperunt: nec debitas gratias reddunt: sed magis sibi attribuunt. Cõtra quos scribitur Deutero.15. Quicquid est sexus masculini sanctificabis domino deo tuo.

¶ 7. Offerebant septuaginta vitulos in holocaustum. ¶ Et hoc faciebant in festo tabernaculorum: quod durabat per septem dies continuos incipiendo a die quintadecima mensis septimi siue septembris sicut patet Leui.23. ¶ Et in primo die offerebant vitulos.13. In.2. 12. In.3.11. In.4.10. In.5.9. In.6.8. In 7.7. qui simul iuncti faciunt.70. ¶ Et sicut dicunt hebrei ꝛ recitat Lira super Nũeri.29. Isti.70. vituli offerebantur pro gentibus aliis: ꝛ ideo erant.70. secũdum numerum.70. gentium in.70. linguis distinctaruꝫ. ¶ Offerebantur autem prima die.13.2.12. ꝛ sic semper diminuendo vnum vsqꝫ ad vltimum diẽ inclusiue: per quod designabatur vt dicunt ꝙ dominium gentium esset diminuendum ꝛ terminanduꝫ sub rege messia: cuius dominio subdende erant omnes gentes. Quod ipsi expectant futu-

rum sicut τ messiam suum. Quod tamen in christo secundum veritatem est impletum ipso testante qui dicit Mat. vlt. Data est mihi omnis potestas in celo τ in terra. ¶ De isto sacrificio scribitur Nůeri. 29. Quintadecima vero die mensis septimi: que vobis sancta erit atq; venerabilis: omne opus seruile non facietis in ea: sed celebrabitis solemnitatem domino septem diebus. Offeretis q; holocaustum in odorem suauissimū domino: vitulos de armento tredecim τc. ¶ Moraliter istud est septimū notabile peragendum a christianis in diebus festiuis. Nam primo debent vacare orationibus τ orare pro infidelibus sicut τ iudei pro infidelibus offerebant sacrificia. ¶ 2. debent intendere ad diminuendū τ exterminandum dn̄m viciorū τ passionū carnalium: que moraliter significantur per gentes infideles τ bestiales. ¶ In diebus ergo festiuis debet vnusquisq; diligenter attendere si in terra corporis sui sit aliqua passio viciosa: vel aliqua inclinatio ad malū: puta iracundie: gule: accidie: inuidie: luxurie: τ huiusmodi: τ eam debet quantū sibi possibile est diminuere: eradicare: τ exterminare per orationem τ virtutum sollicitam exercitationem. ¶ Et in huius figuram precepit dominus filiis israel exterminare septem gentes de terra promissionis dicens Deutero. 7. Disperdes nomina eorum sub celo. Nullus poterit resistere tibi donec cōteras eos. ¶ Et hoc est contra multos: qui in diebus festiuis non student ad minuēdas passiones τ inclinationes viciosas: sed magis eas fouent ac nutriunt: querendo omnia delectabilia sensibus τ carni Ad quos clamat Hiero. in epistola ad Eustochium dicens. ¶ Si sanctorum cupis habere consortium: a malicie τ nequitie cogitatu pectus emunda: q2 non nisi sanctos: iustos: simplices: innocentes τ puros celestis aula suscipiet

¶ 8. Offerebāt nonagintaocto agnos anniculos in holocaustum ¶ Et hoc faciebant in dicto festo tabernaculorū: qđ septem diebus durabat: τ singulo quoq; die offerebant agnos. 14. qui simul iuncti faciūt. 98. ¶ Et vt dicunt hebrei τ recitat Lira super Numeri. 29. Isti agni offerebantur pro populo Israel: qui in scriptura aliquando vocatur agnus. Et erant omnes in simul nonagintaocto agni vt a populo israel excluderentur. 98. maledictiones posite in lege contra transgressores. ¶ De hoc holocausto scribitur Nůeri. 29. Quintadecima die mensis huius septimi τc. Offeretisq; in holocaustum agnos anniculos im̄aculatos quattuordecim. ¶ Octauum obseruandum a christianis in diebus festiuis est ad memoriam reuocare diuina precepta: τ diligenter inducere: si cōtra aliquod illorū per ebdomadā fecerit: τ si sic agere dignā penitentiā τ excludere a se maledictionē diuinam que datur transgressoribus diuinorū mandatorū sicut patet Leui. 26. τ Deutero. 27. τ. 28. ¶ Nā sicut iudei immolabant. 98. agnos ad excludendas diuinas maledictiones: Sic τ nos deo immolare debemus in diebus festiuis hostiam contritionis τ penitentie: vigilie τ orationis: ad excludendū τ purgandū transgressiones diuinorum mandatorum. Vn̄ dicit. s. Bona. in. 3. di. 37. τ. s. Tho. in. 3. scripto di. 37. ar. 5. Et Fran. may. in tractatu decē p̄ceptorū. Quod preceptum de sanctificatione festi faciebat ad aliorum preceptorum obseruantiam: τ ideo additum fuit illi precepto Memento: quia debemus in die dominico recordari: τ ad memoriam reduce

re precepta diuina: et diligenter videre si contra aliquod illorum aliquid fecerimus per ebdomadam: et delere per penitentiam. ¶ Et hoc est contra multos: qui in die festo diuina precepta non recolunt: nec diuinas meditationes a se excludunt: sed accumulant: et incurrunt: ludendo: Mentiendo: blasfemando: Inuidendo: Odiendo Detrahendo.

¶ 9. Exercebant opera pia. ¶ Et hoc faciebant in festo Cetus: et Collecte: quod celebrabatur. 22. die mensis septimi siue septembris: ¶ Nam in illo die sicut dicit Lyra super Numeri. 29. Colligebant et offerebant pecuniam pro sacrificiis fiendis per totum annum: et pro necessariis tabernaculi et templi pro tempore quo fuit templum. Et hec omnia erant opera pia quia erga cultuz diuinum et ecclesias. ¶ Et de isto festo dicitur Leui. 23. Dies quoqꝫ octauus scilicet post festum tabernaculorum erit celeberimus atqꝫ sanctissimus: et offeretis holocaustum domino. Est enim cetus atqꝫ collecte. ¶ Moraliter Nonum notabile obseruandum a christianis in diebus festiuis sunt opera pietatis: quibus maxime vacare debent in diebus festiuis. Opera autem pietatis sunt multa: Opus piissimum est habere deuotum affectum mentis in deum: Ornare ecclesias: Attendere anime sue: Attendere patri et matri indigentibus: visitare hospitalia: Infirmos: Incarceratos: Dare elemosinas: Docere filios diuina: Corrigere: Indulgere: Orare pro inimicis: Orare pro defunctis. Compati tribulatis: O qualia sacrificia sunt ista ante oculos dei. Qui clamat Osee. 6. Misericordiam volui et non sacrificium et scientiam dei plusqꝫ holocaustuz. ¶ Et hoc est cõtra mltos qui in diebuꝫ festiuis attendunt fraudibus: rapinis: deceptionibus: Furtis: et calumniis: et depredantur ecclesias: altaria: pupillos: et orphanos: de quibus dicit dominus Ezechiel. 20. Sabbata mea dedi eis vt essent signum inter me et eos: et irritauerũt me domus israel i deserto: in pceptis meis nõ ãbulauerũt: et iudicia mea piecerũt: q̃ faciẽs hõ viuet i eis et sabbata mea violauerũt vehemẽter: Dixi ergo vt effunderẽ furorẽ meũ sup eos.

¶ 10. Exoluebant vota sua. ¶ Et hoc faciebant in festo Cetus: et Collecte. 22. die mensis septimi: In quo vt dicit Lyra super Numeri. 29. Illi qui erant de longe nec poterant frequenter ad templum venire: sacrificia et oblationes que per annum vouerant: exoluebant. ¶ Et de istis votis exoluendis in die festo scribitur Numeri. 29. Hec offeretis domino in sollennitatibus vestris preter vota in holocausto in sacrificio: In libamine: et in hostiis pacificis. ¶ Decimum exequendum a christianis in diebus festiuis est solutio votorum que domino fecit. Nam in die festo debet quilibet ad memoriam reducere obligationes quas habet ad deum: Debet cogitare si fecerit votum religionis: Castitatis: Ieiunii: peregrinationis: Elemosine fiende: Construendi Ecclesias vel Hospitalia: Nubendi puellas: et conari q̃ citius poterit adimplere. ¶ Preterea debet in die festo quilibet recolere: quomodo in Baptismi susceptione vouit renunciare diabolo: et suassionibus eius: Mundo: et Pompis eius: Carni: et operibus eius. Et in eodem die tenetur adimplere: Piis

omnibus terga vertendo et ad deum se toto corde conuertendo. ¶ Et hoc est contra multos: qui in diebus festiuis hec sua vota non soluunt: sed totum oppositum operantur: sequendo diabolū et eius suasiones. mundum et eius pōpas: carnem et eius opera sicut est manifestum per experientiam. Contra quos clamat deus dicens Nūeri.30. Si quis virorum votum domino vouerit: non faciet irritum verbum suum: sed omne quod pmisit implebit. Mulier si quippiam vouerit etc. voti rea erit: quicquid pollicita est opere complebit.

¶ 11. Offerebant spontaneas oblationes ¶ Et hoc faciebāt in festo cetus et Collecte et in aliis festiuitatibus sicut patet per Liram super Nūeri.29. et. Exo.23 ¶ Et de hac spontanea oblatione scribitur Nūeri.29. Hec offeretis domino in solemnitatibus vestris: preter vota et oblationes spontaneas in holocausto: in sacrificio: in libamine: et in hostiis pacificis. ¶ Sic moraliter vndecimum exequendum a christianis in diebus festiuis est Spontanea oblatio. Naz debēt in festis et sollemnitatibus aliqua sponte offerre ad honorem diuinum: sicut sunt luminaria ad missas celebrandas: paramenta ad ornatum sacerdotum et altaris et similia que pertinent ad cultū diuinum: prout sunt calices: patene: corporalia: vinum ad missas celebrandas: Unde et mulieres hebree iocalia multa dederunt ad construendum tabernaculum et ornandum sicut legitur Exo.35. Ubi dicitur Sz et mulieres docte que venerunt dederunt hyacinthum: purpuram ac vermiculum ac byssum et pilos caprarum: sponte propria cuncta tribuentes. ¶ Et hoc est cōtra mulieres christianas: que ad ornatum suum si possent ponerent totam ciuitatez: sed ad ornatum altaris nec quadrantem expenderent. ¶ Hoc est contra multos: qui in diebus festiuis bona furantur ecclesiaz. ¶ Hoc est contra multos: qui in diebus festiuis nihil deo sponte offerūt: sz apparent coram deo vacui. Cōtra quos dicit dominus Deutero.16. Non apparebit ante dominum vacuus: sed offeret vnusquisqz secundum quod habuerit iuxta benedictionem domini dei sui quam dederit ei.

¶ 12. Offerebant hircum domino pro peccato: ¶ Et hoc faciebāt in festo Neomenie idest in kalendis mensium. Et in omnibus aliis festiuitatibus exceptis sabbatis et hoc patet Nūeri.28. et. 29. Unde scribitur Nūeri.28. Hoc erit holocaustum per omnes menses qui sibi anno vertēte succedunt: Hircus quoqz offeretur domino pro peccatis. ¶ Ubi dicunt hebrei: et recitat Lyra ibidem Quod iste hircus offerebatur ad expiandum illa peccata: quorum solus deus erat conscius videlicet peccata secreta. Et propter hoc dicitur offerri domino: licet hoc non exprimatur in aliis festis sequentibus tamen subintelligitur ¶ Sic duodecimum peragendū a christianis in diebus festiuis est penitentia de peccatis ocultis cōmissis ināgulis: in locis secretis. De cogitatiōibus iniquis et peruersis desideriis: que soli deo sūt cognita: sed hominibus occulta. Hirc⁹ enim qui habet pellem hispidam et rigidam et villos duros rigorem significat penitentie. ¶ Debet ergo christianus deuotus in diebus festiuis: non solum penitentiam agere de peccatis publicis in opere commissis: et de peccatis publicis ore et lingua pperatis: sed diligēter debet examinare sua peccata oculta: et intus in corde perpetrata: et de hiis hircū penitentie et contritionis domino imolare: Unde

late. Uñ in festo expiationis ter dicitur: Affligetis aīas vestras: sicut pȝ Leui. 23. Ad innuendū: ꝙ in die festo nō solū expiare debemus peccata operis ꝛ oris que sunt manifesta: sȝ ēt peccata cordis occulta ꝛ soli deo nota. Et pro ďijs peccatis spāliter offerebať hircus. ¶ Et h̄ est cōtra multos qui in diebus festiuis nō penitēt de pctīs occultis: sȝ noua peccata cōmittūt in locis occultis: In angulis: In cameris: In apotecis: In hospitijs: In stabulis: In corde: O aīa misera sede ꝛ quiesce in dieb⁹ festiuis: ꝛ cogita diligenter quot occulta pctā cōmisisti per ebdomadā: quot cogitatiōes morosas: quot habuisti iniq̄ ďsideria: quot odia occulta: ꝛ offer hircū pro pctō: Age penitētiā q2 clamat de⁹ Leui. 23. dicēs Sabbatū requietionis est: ꝛ affligetis aīas vestras. ¶ Et ista sunt duodecim notabilia: que fiebant a Judeis in suis festiuitatibus carnaliter: ꝛ sunt a nobis spūaliter obseruāda.

¶ Ultimo aduertendū ꝙ iudeī in suis festiuitatib⁹ multiplicabāt sacrificia magis ꝙ̄ in diebus ferialib⁹ sicut pȝ in sabbato: Neomenia: pascbate: penthecoste ꝛ oībus alijs festiuitatibus ꝑut describiť Nūi. 28. ꝛ. 29. ¶ Et offerebant oīa sacrificia imaculata: vñ diciť Nūi. 28. Immaculata offeretis oīa cū libamentis suis. ¶ Moraliter lȝ oī tpe sit bñfaciendū: spāl'r tñ in dieb⁹ festiuis ďbēt fideles opera bona multiplicare. Multiplicare dico bonas cogitatiōes: bona v̄ba: bona desideria: opa bona. Multiplicande sunt elemosine: oratiōes: vigilie: laudes diuine. Et iō de cōse. di. 3. in. c. Jeiunia dr̄ ꝙ in die dñico nihil aliď agēdum nisi deo vacādū in hymnis: psalmis: ꝛ cāticis spūalib⁹. ¶ Preterea sicut iudei offerebāt oīa sacrificia imaculata. Ita nos debemus in dieb⁹ festiuis oīa opa nostra bona imaculata offerre corā deo: ꝛ nō maculare ꝑ admixtionē criminis alicui⁹: O dicet ille. Ego in diebus festiuis vado ad ecclesiā: hoc est bonum. Sed postea vadis ad plateaȝ ꝛ ad spectacula: vadis ad missaȝ ꝛ post ad tabernaȝ: Uisitas virginis capellaȝ ꝛ postmodū visitas adulterā ꝛ philocatā. Dicis officiū virginis deū laudādo ꝛ postmodū officiū diaboli deū blaffemādo. Audis ꝑdicatores ꝛ post detractores. Et hoc mō oīa tua sacrificia offers maculata ꝛ sunt deo exosa. Cessandū est ḡ in diebus festiuis ab oībus operib⁹ malis: ꝛ ab oīb⁹ terrenis desiderijs: ꝛ vacādū est operib⁹ bonis ꝛ celestib⁹ desiderijs. Unde Orig. supra Exo. Omel. 69. Si desinas ab oīb⁹ operib⁹ seruilib⁹: ꝛ nihil mūdanū geras vel q̄ras. Sȝ spūalibus opibus vaces. Ad eclesiam cōueniās: lectionib⁹ diuinis aurem prebeas. De celestib⁹ cogites. De futura spe sollicitudinē geras: venturū iudicē pre oculis habeas. Non respicias ad presentia ꝛ visibilia: sed ad inuisibilia ꝛ futura. Hec est obseruatio sabbati in xp̄iano: ille. Uenite ergo ascēdam⁹ ad montē dñi ꝛ docebit nos vias suas.

¶ De spūalib⁹ ac misticis sacrificijs l festiuis dieb⁹ a fidelib⁹ offerēdis. C. 67.

V Enite ascendamus ad monteȝ domini ꝛ docebit nos vias suas. ¶ Scribunť hec v̄ba Nūi. 28. Die autē sabbati offeretis duos agnos anniculos imaculatos ꝛ duas decimas sil'e oleo conspersē in sacrificio: ꝛ liba que rite fundunť per singula sabbata. In chalēdis autē .i. in mēsiū exordiis offeretis holocaustuȝ dño: vitulos de armento duos:

Arietez vnū: Agnos anniculos septem imaculatos et tres decimas simile oleo cōspersē i sacrificio p singulos vitulos: hec ibi. ¶ Si deus et nā nihil agūt frustra s3 pbm in reb9 nālibus: A fortiori deus nihil agit frustra i spūalib9 ptinētibus ad salutē: q2 si de quo min9 vr̄ inesse et inest ḡ et de quo magis. Cū ḡ de9 in veteri testō sacrificia quedā ordinauerit sibi offerenda in dieb9 festiuis: nulli dubiū quin oīa sint ad nr̄az salutē ordinata: q2 dicit paulus. 2. ad Timo. 3. Oīs scriptura diuinit9 īspirata vtilis ē ad docēdū: ad arguēdū: ad corripiēm: ad erudiēdū i iusti° vt pfect9 sit hō dei. ¶ Propterea vidēdū est q̄ sacrificia sint a nobis i dieb9 festiuis deo imolāda corrn̄dēt ad corporalia sacrificia iudeoꝝ: que figura fuerūt spūaliuz oblationū.

¶ p̄. in dieb9 festiuis iudei imolabāt vitulos. ¶ Et h̄ faciebāt i festo neomenie: pasce: pēthecostes: Tubaꝝ: Expiationū: Tabernaculorum et collecte: sicut p3 diffuse Nū. 28. et. 29. ¶ Vn̄ scribitur Nū. 28. In chalēdis aūt. i. in mensium exordijs offeretis holocaustū dn̄o vitulos de armēto duos et c̄. ¶ Uitulus est aīal gesticulosuz iuxta illud Malac. 4. Egrediemini et salietis sicut vitulus de armēto: et significat lasciuiā: dissolutionē et leues gestus. ¶ Ista est maturitas et grauitas quā dieb9 festiuis deo imolare debem9. Uitulū. n. occidim9: qn̄ lasciuiā: dissolutionē et leues gest9 p grauitatez et maturitatē interficim9. Et hoc facere debem9 i dieb9 festiuis: in quib9 debem9 eē̄ maturiores: grauiores et magis seriosi et mortificati vt pote circa diuina occupati. ¶ Et hoc ē cōtra dissolutiōes: et leuitates pueriles et stultas: que pcurāte diabolo cōiter fiunt in dieb9 festiuis sicut p3 in chorreis: ludis: saltib9. Discursib9: Astiludijs: Torneamētis: cātilenis: Melodijs: Hystrionib9: Mimis: comedijs: Tragedijs: et hmōi rep̄sentatiōib9. Que phiben. L. 2. C. de ferijs. Et demones deridēt tales festiuitates: iuxta illud Tre. j. Uiderūt eā hostes et deriserunt sabbata eius.

¶ 2. Immolabāt arietes. ¶ Et h̄ faciebāt i oīb9 p̄dcis festiuitatib9: sic p3 Nū. 28. et. 29. ¶ Scribit. n. Nū. 28. In chalēdis aūt. i. in mensiū exordijs offeretis holocaustum dn̄o: vitulos de armento duos: Arietem vnuz et c̄. ¶ Aries qui ē dux ouium et precedit eas: et bene graditur. Prouer. 30. et incedit gressu pompatico: pectore et capite eleuato: significare potest superbiā que cupit alijs preesse: et oēs precedere: et pōpatico gestu incedere solet. ¶ Ista est humilitas quaz deo in diebus festiuis offerre debem9: Arietē. n. occidimus: qn̄ superbiaz ambiciosam et manis glorie ac dn̄ij: et excellentie cupidam: per profundā et mentis et corporis humilitatem mactamus. Et hoc facere debemus in dieb9 festiuis: in quibus assistimus corā deo nostro et debemus nos ad grām recipiēdaz magis pparare. Humilitas aūt est optima preparatio ad grāz: q2 scribit Jaco. 4. De9 superbis resistit: humilibus autem dat grāz. ¶ Et hoc est cōtra supbiaz et pompam: que diabolo pcurante magis fiūt in diebus festiuis q̄3 in alijs ad subuersionem animarū. Naz in die festo fiunt ornat9 excessiui: lasciui: inhonesti: prouocatiui ad malū. Tunc redolent odores meretricij: Gēme: Torques aurec: et alia prouocantia iraz dei. Et maxime vigent ista in mulieribus superbis: Cōtra quas clamat deus dicēs Ysa. 3. Pro eo q2 eleuate sunt filie Sion: et ambulauerunt extento collo et nutibus oculorū ibant: et plaudebant et ambulabant et pedibus suis composito gradu incedebāt:

decaluabit dñs verticem filiarũ sion ⁊ dñs crinẽ earũ nudabit.

¶ 3. Immolabãt agnos. ¶ Et hoc faciebant in oĩb⁹ suis solẽnitatib⁹: sicut pʒ in locis pallegatis. ¶ Vñ scribit̃ Nũi. 28. In chalẽdis autẽ .i. ĩ mẽsiũ exordijs offeretis holocaustũ dño: vitulos d armẽto duos: Arietẽ vnũ: Agnos ãniculos ĩmaculatos septẽ. ¶ Agn⁹ ẽ aĩal mãsuetũ cõtra pcussores nõ recalcitrãs: ⁊ cõtra iniuriantes nõ reclamãs iuxta illud Ysa. 53. Quasi agnus corã tondente se obmutescet: ⁊ nõ aperiet os suũ ⁊ significat mansuetudinẽ. ¶ Ista ẽ pax ⁊ mãsuetudo: quã in dieb⁹ festiuis deo debemus offerre. Naʒ dies festus ẽ dies pacis ⁊ quietis. Dʒ.n. vnusquisq; tũc esse quiet⁹ ⁊ pacificus cũ semetipso in cõsciẽtia: cũ proximo: ⁊ cũ deo. Et tũc aĩa sic pacifica disponit̃ ad deũ ⁊ ei⁹ grãʒ recipiendã dicẽte ps. Fact⁹ est in pace loc⁹ eius. Et hoc est cõtra iracũdiã lites ⁊ discordias: q̃ in dieb⁹ festiuis diabolo pcurãte magis inualescunt. Oriunt̃ aũt lites dieb⁹ solẽnibus ex ludis: ex choreis: ex phílocaptõib⁹: ex ociositate. Ex mltiplicatõe vboꝝ: ex iuidia: ex supbia: ⁊ cupiditate pcedẽdi. Et tales celebrãt festa diaboli ⁊ offerũt diabolo nõ agnos sʒ vulpes.

¶ .3. Sacrificia offerre.i. virtuosa opera exercere. ¶ Nam iudei in suis festiuitatibus offerebāt dño sacrificia. ¶ Unde scribitur.2. Parali.8. Tunc obtulit Salomon holocausta dño super altare quod extruxerat ante porticum: vt per singulos dies offerretur in eo iuxta preceptum Moisi: in sabbatis et in kalendis et in festis diebus: ter per annum.i. Sollēnitate azimorū: et sollēnitate ebdomadarū: et in sollēnitate tabernaculorū. ¶ Moraliter christiani in diebus festiuis debent offerre sacrificia.i. Exercere opera virtuosa. ¶ Nam post inflāmata ꝯsideria sequi ꝺbēt opa realia ne fiant desideria inania et cassa. Et iō in festis ꝑcipue debent offerre dño et exercere vitulos maturitatis: Arietes exemplaritatis: Agnos patiētie: Hyrcos penitentie: Similam contritionis et mūdicie: Oleum pietatis et misericordie: Uinum spiritualis letitie: Thus orationis deuote. Et sal discretionis et prudētie. ¶ Hoc modo multiplicare et offerre sacrificia deo proponebat propheta quando dicebat in ps.65. Introibo in domum tuam in holocaustis: redam tibi vota mea que distinxerūt labia mea. Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum: offeram tibi boues cū hircis. ¶ Et hoc est contra multos: qui in diebus festiuis non offerunt sacrificia: Nec conātur opera virtuosa multiplicare. Sed ocio contabescunt: vacantes ludis: spectaculis: torneamentis: crapulis: philocaptionibus: discursibus: et lasciuis: Quorum festiuitates deus benedictus odit Esa.i. Et diabolus irridet Tre.primo. ¶ De hac oblatione ac multiplicatione sacrificiorum in diebus festiuis dicit dominus Ezech.46. Holocaustum hoc offeret princeps domino in die sabbati: sex agnos immaculatos: et arietum immaculatum: in die autem Kalendarum vitulum de armento immaculatum: et sex agni et arietes immaculati erunt etc.

¶ .4. Adorare.i. deum per cultum latrie Reuereri. ¶ Nam iudei in diebus festiuis deum adorabant. ¶ Unde scribitur Ezech.46. Et adorabit populus terre ad ostium porte illius in sabbatis et in kalendis coram domino: ¶ Sic christiani in diebus festiuis maxime in die dñica deū debent adorare et ei exhibere cultū et venerationem latrie. ¶ Unde notandum ꝯm Scotum in.3.di.9. Quod duplex est latria: vna interior qua homo extollit et magnificat deum considerando actualiter et credendo ipsum deum esse summum bonū et summum dominum et ꝙ ab ipso deo habet omnem bonitatem suam: Alia exterior que est reuerentia deo exhibita per actus exteriores prout sunt genuflexiōes inclinationes: prostrationes et oblationes: que significāt in eo cui exhibent esse summam dominationem Et in exhibente subiectionem ad illum Et ista latria exterior est signum latrie interioris ¶ Istud preceptum de adoratione latrie secundum Scotum ibidem est Affirmatiuum iuxta illud Mat.4. Dominum deum tuum adorabis et illi soli seruies. Et ideo obligat semper et si nō ad semper: et ista obligatio pertinet ad primum preceptum prime tabule videlicet Non habebis deos alienos: qd nō tm̄ est negatiuū: sed etiam obligat ad actum adorationis positiuū: ¶ Hoc preceptum affirmatiuū non pōt ꝑpetuo impediri ab executione actus: ꝗ si nūꝗ occurrat oportunitas exequēdi actū huius ꝑcepti: Sicut de illo ꝑcepto. Honora parentes. Potest.n. ꝑpetuo non occurrere

oportunitas necessaria honorādi parē tes. Et ita potest illud preceptū obseruari perpetuo sine transgressione: et si nullus actus honorandi pentes actualiter habeat: Nihil autē pōt pro semper excludere oportunitatem adorandi deū: Et ideo simpliciter ad actum huius pcepti affirmatiui aliqn̄ eliciendū tenet quilibet adultus. ¶ Tempus autē eliciendi actum adorationis actualem fm Scotum ibidē tripliciter fuit determinatum. ¶ Nam tpre legis nature erat aliqd tempus determinatū in quo vacabat hō ab opib⁹ seruilib⁹. Et in hac sola negatiōe nō fuisset obseruatio pcepti: sz i actu positiuo in sanctificando, i. magnificādo deum cū actu latrie interioris et exterioris predicte. ¶ Tpre verō legis mosaice facta est tpis determinatio p illud pceptū Exo. 20. Memento vt diē sabbati sanctifices: in quo sabbato non solum tenebantur ab opibus vacare: sz et actū adorationis positiuum ad deū elicere: magnificādo ipm per interiorē et exteriorē latriam vt predictū est. ¶ Tēpore aūt legis euangelice tempus actualis adorationis determinatū est in die dnico: qui successit sabbato. Et etiā determinatus est actus fm quē adoratio debet exhiberi videlicet in oblatiōe Eucharistie: quā dz sacerdos offerre p se et p populo: Tunc aūt popul⁹ qui tenet audire missam totā die dominico (fm illud De Cons. di. 1. Missas) tenetur actualiter deum p latriam predictā duplicem adorare. ¶ Et si aliqua necessitas excuset ab executione huius adorationis in cōsecratione eucharistie: puta qz hō ē infirmus nec pōt misse interesse vel si interest non tamen actualiter adorat quia tunc est distractus nec aduertit: Necesse est vt dicit Scotus implere illum actum in aliquo equiualente: vt saltē die illo specialiter deputato cultui diuino: aliquis actus habeatur relatus immediatē in deum ad eius reuerentiam: verbi gratia ipsum adorare in domo propria: vel in lecto si sit infirm⁹: ¶ Et licet dubiū sit: vtrum christiāi teneant ad actū adorationis actualē alio tempore q̄ in die dnico: tamen in die dominico videtur adoratio aliqua deo necessariō exhibenda fm Scotum vbi supra. ¶ Et sic pz quomodo in diebus dominicis populi fideles deum adorare tenent: cultum et reuerentiam latrie exhibendo. ¶ Et hoc est cōtra multos: qui in diebus festiuis nec missam audire curāt. Et si audiunt: deum tn̄ non adorant: Et si adorant latria exteriori: nō tamen latria interiori: quia non aduertunt: nec mentem actualiter eleuant ad deum: Sed sine timore: sine honore ac reuerentia: et sine amore vadunt ad ecclesias sicut asinus ad presepe. Et ideo clamat pphēta in ps. 28. Adorate dominum in atrio sancto eius: Et in alio ps. Adorabo ad templum sanctum tuū: in timore tuo.

¶ 5. Latenter festa celebrare. ¶ Nā iudei aliquando propter timorem inimicorum festa sua in locis absconditis: et speluncis celebrabant: Sicut factum fuit tempore Eleazari. ¶ Nam iudei timentes inimicorum incursus: nec audentes arma sumere ad sui defensione in die sabbati ne ipsum violarent: currebant ad vicinas speluncas et ibi occulte diem sabbati celebrabant. ¶ Unde scribitur. 2. Macha. 6. Alii vero ad proximas coeuntes speluncas: et latenter sabbati diem Celebrantes: cum indicati essent Phillippo flammis succensi sunt: eo q̄ verebantur propter religionem: et obseruantiam: manu sibimet auxilium ferre. ¶ Sic

fideles debent dies festos latenter et in abditis celebrare: quiescẽdo in ecclesiis vel oratoriis aut in domibus ꝓpriis: et nõ discurrendo tota die festiua per plateas et angulos ciuitatis: et hinc inde lasciua et curiosa circũspiciendo: Sz in occultis quiescere debent orõni: et contẽplationi vacãdo. Unde et iudeis nõ licebat in die sabbati elongari a loco suo siue a ciuitate sua nisi p mille passus: quia talis ambulatio magis erat ad recreationẽ q̃ ad laborem sicut dicit Lyra Act. i. ¶ Et hoc est cõtra multos: qui in diebus festiuis discurrũt. 30. et. 40. miliaria. Aliqui vadũt ad nũdinas: aliqui ad spectacula: aliqui ad nuptias: aliqui ad alienas ciuitates: aliqui ad possessiones aliqui ad venationes: aliqui ad choreas aliqui tota die discurrũt hinc inde: et nũq̃ quiescũt nec corpore nec aĩa. Contra quos clamat deus dicẽs Exo. 16. Maneat vnusquisq; apud semetipm et nullus egrediat ð loco suo die septio. ¶ Festa pblice et nõ latẽter celebrare volunt mlieres curiose: põpose et ornate q̃ tota die festi stãt i locis patẽtib9 et aptis vt videant ab hoib9. Stant i hostiis domoꝝ in fenestris: in plateis: se ostẽdunt viris: cupiunt videri et videre alios: et sic festa nõ celebrant in occultis et latenter sed in locis aptis et publice. De quibus dicere possumus illud ps. 143. Erue me ð manu filiorũ alienorũ: quorum os locutũ est vanitatẽ et dextera eorũ dextera iniquitatis: Quorũ filii sicut nouelle plantationes in iuuentute sua. Filie eorũ cõposite: cir cũornate vt similitudo templi ¶ Uel dic qð festa sunt latẽter celebrãda. i. in occulto mentis cũ vera dilectiõe et adoratione interiori: et nõ cũ exteriori tantũ. Sicut faciunt multi: qui exterius quidẽ festa sanctificãt cessando ab officiis corporalibus. Sed nõ interius: qr mens eorũ non cessat a peccatis sed euagat et a deo elõgatur per insania desideria. Et hec iterior adoratio est magis deo grata q̃ exterior dicente saluatore Jo. 4. Spũs est deus et eos qui adorant eum: in spũ et veritate oportet adorare. Nam pr̃ tales querit qui adorẽt eũ. ¶ Uel dic qð festa celebranda sunt oculte in speluncis et cauernis sicut fecerunt iudei pp timorẽ inimicoꝝ: qr in diebus festiuis ꝓcipue debet mens deuota pp timorem inimicorũ latitare et quiescere in vulneribus saluatoris p meditationẽ que sunt speluca et cauerna materie et foramina petre. Cant. 2. Et ideo clamat deus ysa. 2. Ingredere in petram i. christum Abscondere in fossa humo idest in vulneribus xp̃i a facie timoris dñi et a gloria maiestatis ei9. ¶ Et hoc est cõtra multos: qui in diebus festiuis nõ ingrediuntur istas cauernas nec cogitant.

¶ .6. Curare et sanare. ¶ Nam lz phariseici crederẽt in sabbatis hoies infirmos non eẽ curandos: vnde maliciose proposuerunt christo qõnem dicentes Mat. 12. Si licet sabbatis curare vt accusarẽt eum. ¶ Nã si liceret et nõ curaret, arguissent eũ de impotentia. Si non liceret et curaret, arguissent eũ de sabbati transgressione: tamen xp̃s conclusit Mat. 12. per exemplũ de oue cadẽte in foueam: q lz sabbatis curare: Et immediate hoiem curauit et sic clausit os malignantium. ¶ Moraliter sicut xp̃s in sabbatis curauit infirmitates corporales: sic christiani curare tenenẽ in dieb9 festiuis spũales aĩe infirmitates. Sunt aũt febres spũales q̃ plurime que curande sunt in diebus festiuis: Alias festa indebite celebrant.

¶ p9 spũalis febris est cotidiana: Et ista est gula que cotidie exigit debitum ysa.

56. Uenite sumamus vinū ꝛ impleamur ebrietate ꝛ erit sicut hodie sic ꝛ cras ꝛ multo amplius. ¶ Uel febris cotidiana sunt pctā venialia que cotidie cōmittunt. Et ista curanda est per abstinentiā ꝛ sobrietatem ꝛ vigilantiā contra peccata venialia.

¶ 2. est Effimera: q̄ vno die tm̄ accidit ꝛ recedit. Et dicta ē ab ephimere quodaȝ pisce marino: qui vt ferē eo die quo nascit̄ moritur. Et ista est iracundia: que est subitus motus ꝛ eo die quo nascit̄ mori debet scd̄m aplm̄ dicentem ad Ephe. 4. Sol non occidat sup iracūdiam vestrā. Et ista curanda est p māsuetudinē que hr̄i dȝ in dieb⁹ festiuis.

¶ 3. est Eratica: que non accidit certis horis sed incertis. Et ista est inuidia: que accidit quando aliquis laudatur: ꝛ recedit quando vituperatur ꝛ non habet horam determinatam: Et ista curanda ē cū caritate ꝛ ꝓximi dilectiōe.

¶ 4. est Tertiana: que habet vnū diem pausationis: Et hac febre laborant illi: qui de peccatis suis habent contritionē sed non confitentur nec satisfaciunt: Et ista curanda est per confessionez ꝛ satisfactionem.

¶ 5. est Cōtinua: Et ista ē auaritia ꝛ vsura: que continue cruciat vsurarium qui continue peccat: qualibet die: qualibet hora: quolibet momento: tam dierum festiuoꝝ q̄ȝ ferialiū vsuras accipiendo cum alia pctā oīa aliquā habēt interpellationem. Et ista sananda est p restitutionē ꝛ liberalitatē.

¶ 6. ē Quartana: Et ista est luxuria q̄ ex corpore consurgit ꝛ in corpore exercetur quod ex quattuor constat elementis. Et ista curanda est per continentiaȝ ꝛ castitatem.

¶ 7. est Accuta de q̄ despāt medici: Et ista est superbia: que acute defendit mala que facit: nec timet nec erubescit mala facere que consueuit: De qua Jere. 30. Insanabilis fractura tua: pessima plaga tua. Et hec curanda est cum humilitate.

¶ 8. est Ethica que est febris radicata ī mēbris: in quib⁹ naturalis hūditas cōsumit̄. Et ista est accidia ꝛ tristitia seculi que mortem operatur. 2. Cor. 7. Et exicat humorē deuotionis. Prouer. 17. Spiritus tristis exicat ossa: ꝛ hec curāda est per deuotionem ꝛ sollicitudineȝ.

¶ Hec omnes infirmitates in diebus festiuis curande sunt: vt aīa sic curata ꝛ sic munda ad deum adorandum valeat apropinquare. ¶ Sicut enim Mulier curiosa vel iuuenis habens faciem luctuosam vel tinctam non auderet corā rege comparere nisi prius facie diligenter lota ꝛ purgata: Sic anima rationalis in die festo non debet coraȝ deo glorioso semetipsam offerre: nisi prius diligenter omnes spūales maculas lauerit ꝛ absterserit. O anima misera que plena es vlceribus ꝛ plagis febribus ꝛ doloribus: Laua in diebus festiuis maculas cordis: Pone iram: pone inuidiam: Derelinque luxuriam: Depone superbiam. Munda ꝛ cura cordis infirmitates vt sic sana ꝛ munda deo valeas apropinquare ꝛ quecunq̧ iuste postulaueris impetrare. P. 5.

¶ 7. Benefacere ꝛ proximus pietatis opera exhibere. ¶ Ubi notandū q̄ sicut dicit Lira super Mar. 3. Aliqui sunt actus boni in genere entis siue bonitate entis: qui tamen non sunt boni in genere moris siue bonitate moris: sicut est edificare: arare vel huiusmodi: ꝛ talia non erant licita in die sabbati: Aliqui autem sunt actus boni bonitate moris siue in genere moris sm̄ se: sicut sunt opera virtutum: ꝛ talia licita sunt in die

sabbati De quibus erat sanatio corporalis manus aride: quia erat opus pietatis. Et de talibus nulli debet esse dubium: quin possint fieri in die sabbati: non solum licite sed et laudabiliter et ideo dixit christus phariseis Mar. 3. Licet sabbatis benefacere an male: quasi dicat Certum est omnibus quod licet benefacere: et ipse christus querentibus pharisei is: si licet sabbatis curare: concludendo respondit dicens Mat. 12. Itaque licet sabbatis benefacere. ¶ Sicut ergo salvator noster in sabbatis benefaciebat sanando infirmos: docendo: consulendo et opera pietatis faciendo: Sic et nos christiani debemus in festiuis dieb⁹ primo benefacere opera pietatis indigentibus exhibendo.

¶ Et primo debemus visitare infirmos qui sunt in hospitali siue in domib⁹ propriis quod est contra multos qui nunquam visitant nisi propinquos vel amicos ex amore carnali.

¶ .2. potare sitientes: vt sic consolati possint deum laudare benedicere: et pro sibi benefacientibus deuotius exorare. Et hoc est contra multos etc.

¶ .3. Pascere et nutrire famelicos et esurientes: ne habeant materiam furandi vel discurrendi sed quiescendi et laudandi deum. Et hoc est contra multos qui in die festi pauperes mori permitterent anteque sibi darent obolum panis.

¶ .4. Redimere captiuos vel in toto vel in parte si sint aliqui in propria terra: et sic facientes merentur et ipsi redimi a deo de captiuitate diaboli.

¶ .5. Uestire nudos donando aliqua vestimenta puellis nubilibus vel aliis pauperibus: quibus tecti possint ad ecclesiastica officia accedere.

¶ .6. Colligere peregrinos et benigne: et amorose tractare si occurrant.

¶ .7. Sepelire mortuos et orare pro ipsis.

¶ .8. Consulere ignorantibus et maxime quando petunt consilium: Et hoc facere debent senes et doctores qui vno suo consilio multum prodesse vicinis et pauperibus possunt.

¶ .9. Cogere subditos et filios ad bonum: Uerbi gratia Parentes: et proni seu domini et alii prelati habent filios: filias: seruos et ancillas aliosque sibi subiectos: qui in diebus festiuis non curant audire diuina nec missam: nec predicationem: nec vesperas Ipsi debent eos vi cogere vt talia audiant. Si vident eos ludere in ludis ab ecclesia prohibitis vel alia mala committere in die festo: tenentur eos cogere vt talia dimittant: Alias erit anima sua pro animabus illorum.

¶ .10. Docere filios suos paruulos et filias ea que sunt necessaria ad salutem: Timere deum: cauere a peccatis: Sicut ille magnus patriarcha Thobias docebat filium suum ab infantia timere deum et abstinere ab omni peccato Tho. j. Et hoc est contra patres qui in diebus festiuis docent filios suos viam perditionis: ludos: choreas: salt⁹: canere: cithari zare. Hoc est contra matres que in dieb⁹ festiuis docent filias suas contemplari speculum: ferre capillos mortuos: fucare faciem: philocari: choreizare: stare ad fenestras. O deus benedictus: Quot filii vadunt ad interitum ex mala doctrina parentum.

¶ .11. Consolari tribulatos O magna pietas et deo gratissima. Sed in dieb⁹ festiuis omnes currunt ad solacia et consolationes proprias et tribulatos in suis tribulationibus dure et impie derelinquunt.

¶ .12. Indulgere et Remittere iniurias proximo totaliter ex corde. Aliter si ex corde non dimittimus iniurias non

possumus recta facie a deo petere indulgentiam et remissionem peccatorum nostrorum: quia dicit deus Luc. 6. Dimittite et dimittemini. Propterea si homo non dimittat iniurias ex corde in die festo non potest die illo sacrificium vllum deo gratum offerre quia scriptum est Mat. 5. Si offers munus tuum ad altare et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te: Relinque ibi munus tuum ante altare: Et vade prius reconciliari fratri tuo. Et tunc veniens offeres munus tuum: Et hoc est contra multos ymo innumeros qui in die festo non remittunt iniurias sed remanent in odio et rancore. Obstinati in amore vindicte.

¶ .13. Sufferre patienter defectus et imperfectiones proximorum. Si in diebus festiuis videris aliquos non tibi subditos non religiose viuere sed aliqua mala perpetrare: vel aliqua apparenter mala: patienter sufferre debes si non potes prohibere: sed habe eis compassionem et noli iudicare: quia scriptū est Mat. 7. Nolite iudicare et non iudicabimini. Et hoc est contra multos in pximorū defectibus īpaciētes.

¶ .14. Orare pro inimicis nostris et pro psecutoribus: pro tribulatis: pro infirmis: pro existentibus in purgatorio: Et hoc est contra multos: qui in diebus festiuis nec recordantur de defunctis: nec dicunt pater: nec aue maria. Sed tota die vacant nugis. detractionibus: murmurationibus: blasfemiis: orant deum vt confundat inimicos: Contra quos clamat veritas Mat. 5. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros: bene facite hiis qui vos oderunt: Et orate pro persequentibus et calumniantibus vos. ¶ Hec ergo sunt opera que facere debemus in diebus festiuis videlicet spiritualiter Epulari: Adolere incēsum: Offerre sacrificia: Adorare deum Latēter celebrarī. Curare infirmitates Benefacere proximis indigētibus. Uenite ergo ascendamus ad montem domini et docebit nos vias suas.

¶ De spiritualibus exercitiis in festiuis diebus exequendis. Cap. 72.

V Enite ascendamus ad monte; domini: et docebit nos vias suas. ¶ Scribuntur hec verba Leui. 23. Hee sunt ergo ferie domini sancte quas celebrare debetis temporibus suis. ¶ Secundum quod Scribitur Eccs. 3. Tempus occidendi: et tempus sanandi: Per ebdomadam in diebus ferialibus homo intentus lucris. Uoluptatibus: Ambicionibus et ceteris seculi cupiditatibus: multotiens per peccatū occidit animam suam iuxta illud Jo. 12. Qui amat animam suam perdet eam. Sed in die dominico ceterisq; diebus festiuis est tempus sanandi animam ab omni spirituali infirmitate: mediantibus spiritualibus medicinis contritionis: confessionis: satisfacionis: orationis: et deuote contemplationis: quia tempus occidendi: et tempus sanandi. Ut ergo possimus tempus festiuum debite et deuote celebrare videndum est de spiritualibus exercitijs in diebus festiuis exequendis secundum q elicitur ex antiquis iudeorum gestis: ex sacre quoq; pagine misticis sententiis. Septem autem sunt exercitia singularia: que a fidelibus sunt in diebus festiuis exercenda: et septem singularibus sacre pagine figuris mistice designantur.

¶ pº Debent fideles in diebus festiuis: vrbem hierico Circuire et considerare. et ipsam funditus euertere: reseruato ferro: aere: argento et auro in thesauros domini. ¶ Nam sicut scribitur Josue 6. Deus precepit Josue et filiis Israel vt septem diebus armati circuirent vrbem hierico clausam atque munitam cum buccinis perstrepentibus: et in die septimo vociferaret populus: et sic psterneretur muri ciuitatis. Precepit etiam vt omnia que erant in ciuitate anathema essent: et ne quicque contingerent de hiis que erant in ciuitate: sed omnia interficerent viros: mulieres: oues: boues et omnia animalia. Quicquid autem essent in ea auri: argenti: vasorum eneorum ac ferri domino cõsecrarent. Die autem septimo circuierunt ciuitatem septies sicut preceperat dominus: et clangentibus tubis ac populo vociferante ceciderunt muri ciuitatis et ceperunt eam: ¶ Et hoc fuit in sabbato secundum hebreos et rationaliter prout dicit Lyra super Josue. 6. quia vocatur dies septimus: Et tamen non peccauerunt inuadendo et destruendo ciuitatem: quia fecerunt hoc de mandato dei sicut patet ibidem qui est dominus sabbati: ymo benefecerunt ei obediendo hec Lyra: ¶ Unde dicitur Josue. 6. Die autem septimo diluculo consurgentes circuierũt vrbem sicut dispositum erat septies: Cumque septimo circuitu clangerent buccinis sacerdotes: dixit Josue ad omnem Israel vociferamini. Igitur omni populo vociferante et clangentibus tubis: postque in aures multitudinis vox sonitusque increpuit muri illico corruerunt: Ceperuntque ciuitatem: et interfecerunt omnia que erãt in ea a viro vsque ad mulierem: ab infante vsque ad senem: Boues quoque et asinos et oues in ore gladii percusserunt. ¶ Moraliter hierico interpretatur luna: luna autem est Luminare quod minuitur in consumatione Eccl. 43. Et significat ciuitatem culpe que diminuit quia de homine facit bestiam: Et ducit ad inferni consumationem et consumptionem. ¶ Hanc ciuitatem prout dicit Lyra super Josue. 6. facit amor sui vsque ad contemptum dei. Hec ciuitas triplici muro clauditur scilicet muro carnalis concupiscentie: temporalis affluentie: mundialis excellentie. ¶ Hunc triplicem murum debemus in die dominico vel in die festo subuertere cum sonitu tubarum idest cum sonitu predicationis: Cum clamore deuote orationis: Cum circuitu proprie discussionis. ¶ Hic circuitus in die festo debet fieri septem vicibus: quia tali die debet diligenter considerare: siquid habet in se septem viciorum capitalium: Siquid supbie: siquid auaritie siquid luxurie etc. ¶ Hic circuitus debet fieri septem vicibus idest perfecte: quia perfectio septemnario numero designatur. Qui enim in die dominico vel festo conuertitur de culpa ad gratiam debet diligenter et perfecte discutere propriam conscientiam. Et quicquid in hac ciuitate reperitur saluti contrarium debet interimi: interfici et exterminari. ¶ Siquid autem inuenitur ibidem Ferri idest corporalis temporalisque potentie debet domino cõsecrari idest De cetero bonis actibus applicari. ¶ Siquid inuenitur vasorum aeneorum idest naturalis industrie debet domino consecrari: idest De cetero bonis actibus applicari. ¶ Siquid inuenitur argenti idest eloquentie debet dño consecrari. i. de cetero bonis actibus applicari. ¶ Siquid inuenitur ibidem auri idest philosophice sapientie debet domino consecrari: idest de ce

teso bonis actibus applicari. ¶ Nam deuotus christianus in die dñico τ festi uo: debet exterminare ꝓpriã culpam p contritionem: τ non solũ culpã: sed etiã occassiones τ circũstantias τ inductiua ad culpam Et non solum mortalez cul pam sed τ venialem q̃tum fieri potest. Et hoc est exterminare hierico τ om nia que in ea sunt. ¶ Debet ẽt in die do minico propõere τ firmiter deliberare de cetero omnem suam temporalẽ sub stantiam: oẽm corporis fortitudinẽ: om nẽ anime industriam τ naturale ingeni um: oẽm eloquentiã: τ oẽm aquisitam scientiam τ sapientiam bonis opib⁹ ac bonis actibus applicare: τ ad diuinum bñplacitum adimplendum penitus ap tare τ accõmodare: O q̃ magna τ deo grata est ista festi sanctificatio: Exter minare hierico τ vasa ydonea dño con secrare. ¶ p^m ergo faciendum in die fe stiuo est Exterminare propriã culpam per contritionem τ ad deum se conuer tere per boni propositi reformationez. Hoc aũt fit ad sonitum predicatiõis: ad clamorẽ deuote orationis τ ad circuitũ proprie discussionis. ¶ Contra hoc fa ciunt multi qui hec non operantur: sed opposita.

¶ .2. Cum Siris τ Egiptiis τ eoꝝ rege Anthiocho Epiphãe viriliter pugnare. ¶ Nam Mathathias sacerdos τ alii iudei determinauerũt eẽ pugnandũ in die sabbati cõtra gentes que eis bellum inferebãt. ¶ Unñ scribit. j. Mach. j. Et cogitauerunt in die illa dicentes: Om nis homo quicũq; venerit ad nos in bel lo die sabbatorũ: pugnemus aduersus eũ τ ñ moriemur oẽs sicut mortui sũt frẽs nostri in occultis. ¶ Moraliter si ri qui interp̃tanẽ sublimes aut excelsi: sunt demones supbi qui deo nõ subeẽ sed preesse voluerunt: Egiptii qui inter pretantur tenebrosi: τ angustiati demo nes significãt: qui ex sua supbia deiecti in tenebras exteriores τ tormentorum angustias ceciderũt: Anthiochus Epi phanes eorũ rex significat diabolũ qui est rex sup omnes filios supbie Job. 41 Nam Antiochus interp̃tatur pauperis silentium. Epiphanes vero interp̃tatur supeminens vel supapparens Ab Epi. quod est supra τ phanes apparitio q̃si sup alios eminens vel apparens. Et cõ grue significat diabolũ apud quẽ silet humilitas que ẽ paupertas spũs Mat. 5. et garit superbia: qua sup alios vo luit eminere τ apparere: qꝛ Omne sub lime videt Job. 41. ¶ Iste ergo diabo lus cũ satellitibus suis tenebrosis atq; superbis quasi Antiochus cũ suis τ e giptiis inferunt bellũ in die sabbatorũ τ in diebus festiuis populo christiano. et trahere nitunẽ ad mortez. Sed istis in diebus festiuis forti ac deliberato cõ silio ac proposito viriliter est resistendũ obuiando τ repugnando eorum suge stionibus atq; consiliis. ¶ Unñ caput ec clesie Petrus dicit. j. petri. 5. Fratres so brij estote τ vigilate: quia aduersarius vester diabolus tanq̃ leo rugiens circu it querẽs quẽ deuoret: Cui resistite for tes in fide: Alias si non viriliter resista tur interficiunt credentes: sicut interfe cerunt iudeos qui noluerunt aduersus eos pugnare in die sabbati. ¶ Unde scribitur. j. Mach. j. Et intulerunt eis bellum in sabbatis: τ nõ responderunt eis: Nec miserũt lapidẽ in eos. Et mor tui sunt ipsi τ vxores eoꝝ τ filij eorum τ peccora eorũ vsq; ad mille aĩas homi num. Et dixit vir proximo suo: Si om nes fecerimus sicut τ fratres nostri fe cerunt: τ non pugnauerimus aduersus gentes pro aĩabus nostris τ iustificatio nibus nostris: citius disp̃dent nos a ter

ta. ¶ 2m ergo faciendum in die festo est Repellere culpam ne ingrediatur: per virilem et firmam dimicationem. Contra hoc faciunt multi qui in diebus festiuis non preliantur contra demones: sed permittunt se occidere nullo modo resistentes.

¶ 3. Ouem cadentem in foueam Subleuare. ¶ Nam licitum erat iudeis ouem cadentem in foueam in die sabbati subleuare. ¶ Unde dixit Christus phariseis Mat. 12. Quis erit ex vobis homo qui habeat ouem vnam et si ceciderit hec in foueam sabbatis: nonne tenebit: et leuabit eam quasi dicat sic.

¶ Moraliter. Oues significant simplices credentes iuxta illud Jo. 10. Cognosco oues meas: Casus earum est peccatum ex ignorantia commissum. Fouea que non est nimis profunda est leuitas peccati quod aliqualiter ex ignorantia minuitur: In isto peccato simplices christiani frequenter cadunt in die festo. Tunc licitum est in die festo: ymo debitum aliquibus: ipsos simplices de fouea peccati cum mansuetudine et misericordia subleuare per leuem et benignam admonitionem et correptionem. ¶ Unde dicit apostolus ad Gal. 6. Fratres: et si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos qui spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis Et ideo patres et pastores: ac rectores animarum qui vident filios: vel filias: seruos: vel ancilas: vxores: et alios simplices sibi subiectos in diebus festiuis in foueam cadere peccatorum ludendo chorizando: epulando: inhoneste vestiendo: societates malas imitando: philocando: et alia illicita perpetrando: Debent cum mansuetudine et lenitate eos de peccati fouea subleuare cum dulci ac gratiosa admonitione. Et si hoc non faciunt certe sunt deteriores Rusticis qui in diebus festiuis ouem suam irrationalem subleuant de fouea. O parentes et pastores: Quis ex vobis habens ouem et se cecideret in foueam die sabbati: et non leuabit eam: quanto magis melior est homo oue Mat. 12. ¶ Et hoc est contra multos qui in diebus festiuis sibi subiectos simplices vidēt cadere per ignorantiam in foueam idolatrie: superstitionis: incantationis et huiusmodi et tamen non subleuant. ¶ 3. ergo faciendum in die festo est Extinguere culpam alienam per ignorantiā commissam.

¶ 4. Bouem et Asinum a presepio soluere: et Adaquare. ¶ Nam licitum erat iudeis in die sabbati bouem: et asinum soluere a presepio: et adaquare: Unde Jesus dixit Archisinagogo indignāti q in sabbatis curaret Luc. 13. Hypocrite vnusquisq; vestrum sabbato non soluit bouem suum aut asinum a presepio: et ducit adaquare quasi dicat sic.

¶ Moraliter Boues significant sapientes qui debent esse per doctrinam fructuosi: Asini simplices: et ignorantes oneribus actiue vite supportandis idoneos iuxta illud Job. 1. Boues arabant: et asine pascebantur iuxta eas.

¶ Presepe in quo est cibus qui est suauis est peccatum per concupiscentiam carnis commissum prout sunt Gula. et luxuria: Ocium et somnus: Sapientes ergo quasi boues et ignorantes quasi asini: in diebus festiuis ligantur ad presepe: quia peccatis carnalibus cathena concupiscentie vincti colligant. Sed in tali die licitum est: ymo meritorium: ymo debitum predicatoribus soluere tales boues: et asinos a tali presepio: Nam in diebus dominicis: et festiuis debent predicatores clamare contra fa

pientes: ꝛ ignorantes: ꝛ eos amouere quantum possunt: a delectatione: ꝛ peccato gule: luxurie: fornicationis: adulterii: cupiditatis: ꝛ sic eos adaquare: ꝛ potare aqua sapientie salutaris: Nam aqua profunda verba ex ore viri: ꝛ torrens redundans fons sapientie Prouer. 18. ℭ Et hoc est contra predicatores qui non clamant: ꝛ non soluunt tales boues: ꝛ tales asinos a presepio voluptatis in die festo: ℭ Quartuz ergo faciendum in die festo est Extinguere culpam alienam per concupiscentiaz commissam. Et predicare verbum sapientie salutaris.

ℭ. 5. Bouem ꝛ Asinum de puteo Extrahere. ℭ Nam si bos ꝛ asinus in die sabbati cecidisset in puteum licitum erat iudeis eos extrahere. Unde dixit iesus ad legisperitos: ꝛ phariseos Luc. 14. Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadet ꝛ non continuo extrahet illuz in die sabbati. Et non poterant ad hec respondere illi. ℭ Moraliter per asinum ꝛ bouem intelligitur simplex: ꝛ astutus: Ignarus ꝛ doctus: per casum in puteum qui est profundus intelligitur lapsus in peccatum enorme per maliciam commissum. Per extractionem intelligitur violenta eleuatio. ℭ In die ergo festo si quis in peccati puteum per maliciam: ꝛ proteruiam ceciderit: non solum licitum est talem per benignam admonitionem subleuare. Sed etiam per vim castigationis: ꝛ violentiaz flagelli quasi bouem: ꝛ asinum extrahere: Et ad hoc tenentur rectores ꝛ principes: prelati ecclesiarum: patroni: parentes ac maiores: Qui sibi subiectos ꝛ sue cure commissos vident in diebus festiuis ex malicia ꝛ proteruia ruere in profundum peccatorum blasfemando: maledicendo deum ꝛ sanctos: ludendo: Opprimendo pauperes ac debiles. Superstitiones artesq; magicas imitando. Rixas ac discordias seminando: Quod si non faciant redent deo rationem O patres: O maiores: Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadet in die sabbati ꝛ non extrahet illum. Si ergo in die festo subleuatores de puteo asinum: Cur non extrahis filium aut filiam de puteo peccatorum: Quos vides festiuis diebus incumbere choreis: ludis ꝛ philocationibus. et semetipsos immergere in puteum peccatorum. ℭ Et hoc est contra multos: qui in diebus festiuis vident filios in baratrum malicie declinare: ꝛ tacent: nec castigant: nec flagellant nec minantur o deus o pietas. ℭ Quintum ergo faciendum in die festo est Extinguere culpam alienam per maliciam commissam cum flagello correptionis ꝛ discipline.

ℭ. 6. Grabatum suum Tollere ꝛ ambulare. ℭ Nam sanatus a Christo de eius mandato sustulit grabatum suum: ꝛ ambulauit in die sabbati. Unde Scribitur Jo. 5. Et statim sanus factus est homo ille: ꝛ sustulit grabatuz suum: ꝛ ambulabat. Erat autem sabbatum die illo: ℭ Sed iudei credentes hoc esse illicitum dicebant ei qui sanatus fuerat. Sabbatum est: non licet tibi tollere grabbatum tuuz. Sed hoc erat falsum vt dicit ibidem Lyra: quia opera corporalia que fiunt ad dei honorem bene possunt fieri in die sabbati: Sicut: ꝛ sacerdotes in templo in die sabbati corporaliter operabantur: adornando templum: Hostias excoriando: scindēdo: lauando: ꝛ immolando: Portatio autem grabati erat ad magnificentiam diuini miraculi: ergo erat licita: ꝛ honesta q2 erat precepta ab

ipso Christo. ¶ Moraliter grabatus in quo quiescit corpus malam significat consuetudinem in qua quiescit mala voluntas: Consuetudo crapulandi est lectus voluntatis gulosi. Consuetudo luxuriandi luxuriosi. Consuetudo ludendi: lusoris: Cõsuetudo blasfemandi est lectus blasfemi: & sic de aliis dicendum est. ¶ Ambulare autẽ est p opera virtutum semetipsum exercere: que auferunt malam consuetudinez In die ergo festiuo precipit iesus vt tollamus grabatum nostre male consuetudinis & ambulemus per viam opposite virtutis. Unde in festiuis diebus postq̃ expulerimus: & extinxerimus peccata nostra & aliena modis predictis commissa: debemus inuigilare ad extirpandam malam consuetudinem quam habemus Et ad virtutes oppositas nosmetipsos exercẽdũ. ¶ In dieb^9 festiuis siquis se videt male assuetum ad blasfemias debet firmiter proponere se emendare & exercere in laude diuina. Siquis se videt male assuetum ad lasciuiam: debet proponere talem dimittere consuetudinem: & se exercere in continentia. Sic lusor. sic auarus: sic gulosus: sic mendax sic & omnes male assueti. Et hoc modo tollent grabatuz suum & ambulabunt in viã salutis. ¶ Et hoc est contra multos qui in diebus festiuis minime auferunt sed malam consuetudinem generant ociandi: crapulãdi: luxuriandi: iudicandi: Detrahendi: Murmurandi: blasfemandi. ¶ Sextum ergo faciendum in die festo est extinguere malam consuetudinem per opera opposita.

¶ .7. Hominem circuncidere. ¶ Naz in die sabbati licitum erat iudeis circuncidere hominem. Et ratio est secundum Liram Jo.7. quia preceptum erat iudeis vt in die octauo circumcideretur puer Leui.12. Die octauo circũcidetur infantulus: Et ideo si octaua dies pueri cadebat in sabbato circumcidebatur puer: nec aliqua transgressio legis reputabatur: Unde dixit iesus turbis iudeorum Jo.7. In sabbato circumciditis hominem: Si circumcisionem accipit homo in sabbato vt non soluatur lex Moisi: mihi indignamini quia totum hominez sanum feci in sabbato: ¶ Moraliter in die festo licitum ymo debitum est interiorem exterioremq̃z hominem spiritualiter circumcidere.

¶ Et primo circumcidenda est Memoria a vanis & lasciuis recordationibus que non sunt licita in die festo. Circumcidẽdus intellectus a curiosis speculationibus & studiis in phya: logica: methaphisica: mathematica astrologia: grammatica: musica: quia debet diuina speculari: Circumcidenda est voluntas ab amore carnali filiorum: amicorum: virorum: mulierum: a concupiscentia rerũ terrenarum: nũmorum: possessionũ: vestium & huiusmodi: quia tenetur diuina diligere.

¶ .2. Circuncidendi sunt interiores sensus: Ymaginatio & fantasia a lasciuis & carnalibus ymaginationibus: que in diebus ocii habundare solent. Debet dico circuncidi ab ymaginationibus cupidis vsure: furti: rapie & turpis lucri Dz dico circumcidi ab ymaginationibus odii: vindicte: homicidii: quia tenet̃ ymaginari celestia.

¶ .3. Circũcidendi sunt: exteriores sens^9: Circumcidẽd^9 est oculus a lasciuo: carnali & curioso intuitu: Auris ab illicito auditu: Naris ab illicito odoratu: Gustus ab illicitis cibis & superfluis potibus. Manus ab illicito tactu: pedes ab inquieto discursu.

¶.4. Circūcidendū est totuꝫ corpus ab illicito ocio. ab illicitis delectationibus ab inhonestis vestibus: quia hec oīa debent i die festo applicari diuinis. ¶ Hec autē spūalis circumcisio adiuuat ad obseruantiā legis diuine: Ideo dicit saluator Jo.7. Si circumcisionē accipit homo in sabbato vt non soluat̄ lex Moisi ¶ Et hoc est cōtra infinitos qui in dilectione tpalium dementati: in diebus festiuis totaliter se effundūt in exteriora: Audiendo: vidēdo: gustando: odorādo ꝛ tangendo que non licet Quorū memoria in odiosis: intellectus in curiosis Uoluntas in vanis occupat̄: Quorum dānatio est manifesta. ¶ Septimuꝫ ergo faciendū in die festo est Extiguere ꝛ excidere occasiones ꝛ incentiua peccatorum. Uenite ergo ascendamus ad mōtem dñi ꝛ docebit nos vias suas.

¶ De spūalibus Exercitiis in festiuis diebus peragendis. ✝ Cap.73.

Enite ascendamus ad monteꝫ domini: ꝛ docebit nos vias suas. ¶ Scribunt̄ hec verba Leui.23. Hec sunt ergo ferie dñi sancte: quas celebrare debetis tpībus suis. ¶ Secundum ꝙ dicit Sapiens Ecc̄o.3. Tēpus plantandi ꝛ tēpus euellendi quod plantatuꝫ est. Dies dominica succedēs sabbato ꝛ quilibet dies festus est tēpus idoneū ad plātandū virtutes in aīa: ꝛ ad euellendum vicia ꝛ mores indisciplinatos: qui per ebdomadam in aīa plantati sunt. Unde ꝛ ad hoc dñs festiuos ordinauit dies: quatenus homo vacans ab operibus exterioribus: sua interiora excoleret vicia extirpando: ꝛ inserendo virtutes: que sanctificant animam Sicut ꝛ dies festi sancti sunt quos celebrare dbem⁹ tēporibus suis ¶ Ad quorū dignā celebrationeꝫ multa sunt nobis ordinate ꝑ agenda.

¶ p° Diem festū vel dominicam ꝓcedere dꝫ Digna preparatio. ¶ Nam diem sabbati ꝓcedebat dies parasceues. Luc. 23. Et dies erat parasceues ꝛ sabbatuꝫ illucescebat. ¶ Parasceue interp̄tatur preparatio: Ante sabbatū n. iudeorū ꝓcedebat parasceue. i. ꝑparatio que fiebat feria sexta. Nā que agenda ꝛ coquenda siue comedēda erant die sabbati: fiebāt ꝛ coquebant̄ in sexta feria: ꝛ in eadē sexta feria colligebant manna comedendū in die sabbati. Uñ scribit̄ Exo.16. Requies sabbati sanctificata est dño: Cras quodcūꝙ operandū est facite ꝛ que coquenda sunt coquite: Sex diebus colligite: in die autē septimo sabbatū est domino idcirco non īuenietur. Preparatio ergo corporalis ciborū ꝛ comestibiliuꝫ apud iudeos diē sabbati precedebat sicut etiam testatur Lyra super Luc.23. ¶ Moraliter sicut corporalis preparatio iudeorū sabbatum precedebat, Sic spūalis ꝑparatio precedere debet sollennitates nr̄as. Nam ad receptionem grē diuine: que copiosius dat̄ diebus sollēnibus: debita requirit̄ ꝑparatio ꝛ dispositio: Actiones. n. fiunt in subiecto bene disposito. ¶ Uñ ꝛ iudei in festo tubaꝝ quod celebrabat̄ prima die mensis septimi: clangebant tubis ad excitandā preparationeꝫ ad festa ventura. Et iō dicit Lira sup Leui.23. ꝛ Nūeri.29. Quod ille tubarū clangor erat quedā denunciatio ꝛ preparatio ad festa ventura in eodem mense. s. ad festum Expiationis: Tabernaculorū: ꝛ Collecte: vt homines ex tali clangore excitati: ad ꝑfatas sollēnitates celebrādas se deuotius prepararent. ¶ Similiter apl̄i post xp̄i ascēsio

nē diligentissime se preparauerit ad solemnitatem spiritus sancti; claudentes semetipsos in cenaculo: perseuerantes: in silentio: ieiunio ⁊ oratione sicut patet Act. j. ¶ Eodem modo sancta mater ecclesia spiritu sancto recta: vigilias ordinauit festorum sollemnium: in quib⁹ se domini cos diligentius semetipsos examinando: disciplinando: ieiunandoq̃ disponerent. ¶ Eodem modo preordinauit quadragessimalem obseruantia3 ante dominice resurrectionis festum: quasi preparationem quandam preambulam ad dicti festi debitam venerationem: Eodem modo preordinauit aduētum ante festum domini natale: ad maiorem preparationem: ⁊ dicti festi deuotiorem celebrationem. ¶ Sic ⁊ viri sancti ante sollemnia festa se diligentissime preparare consueuerunt: quatenus sic dispositi diuine gratie dona ꝓabundantius recipere mererentur. ¶ Sic Seraphicus pater noster Franciscus: cum ad festum archangeli Michaelis deuotius celebrandum se diligenter prepararet. Et ad eius honorem quadragenarium ieiunium incohoasset: in medio ipsius quadragessime christi Jesu diuina signacula in suo sacratissimo corpore suscipere meruit: Et ideo vnusquisq̃ Fidelis ante solemnia festa debet se diligentissime preparare cum corde: intentione: cogitationibus: ⁊ calidis desideriis. Sic enim fit habilior ⁊ magis ydoneus ad diuina dona suscipienda. ¶ Unde Leo papa. De preparatione ad natale domini celebrandu3 in sermone sic dicit. Sanctam ⁊ desiderabilem: Gloriosam ac singularem sollemnitatem, Hoc est natiuitatem domini saluatoris fratres dilectissimi deuotione fidelissima suscepturi totis viribus nos debemus cum ipsius adiutorio preparare: Et omnes latebras anime nostre diligenter aspicere: Ne forte sit in nobis aliquod peccatum absconditum Quod ⁊ conscientiam nostram confundat ac mordeat: ⁊ oculos diuine maiestatis offendat: hec ille. ¶ Et hoc est cōtra multos: qui nullam faciunt ante solēnia festa preparationem: Et non faciunt parasceuen ante sabbatum: nec p̄cipiunt dona diuina.

¶ .2. In die sabbati siue in die festo fieri debet diligens commissorum discussio ⁊ Examinatio. ¶ Et hoc ostenditur per figuram. Nam legitur. 4. Re. u. Et j. Parali. 24. Et in eisdem locis declarat Lira Quomodo Dauid sub sūmo sacerdote ad ampliandum cultum diuinum ordinauit vigintiquattuor sacerdotes ebdomadarios: qui seruirent templo successiue per ebdomadam Et vnusquisq̃ istorum ebdomadariorum habebat sub se plures sacerdotes: leuitas: cantores ⁊ ianitores sibi ministrantes in seruitio templi: ⁊ cultus diuini. ¶ In die autem sabbati: Sacerdos qui fuerat Ebdomadarius in ebdomada preterita egrediebatur de templo cum suis sacerdotibus: leuitis: cantoribus ⁊ ianitoribus: Unde scribitur. 4. Re. u. Due vero partes e vobis egredientes sabbato custodiant excubias dom⁹ domini circa regem. ¶ Moraliter templum dei est Anima nostra: Porte huius templi sunt sensus per quos ingreditur quicquid ingreditur ad animam. Sacerdos principalis ⁊ ebdomadarius est voluntas que est Regina in regno anime: Sacerdotes minus principales seruientes Ebdomadario sunt Memoria: ⁊ intellectus voluntati famulantes: Leuite ministrantes sunt cogitationes que voluntati deseruiūt: Cātores sunt desideria deum laudantia: ⁊

benedicentia: ianitores prudentia et circumspectio que sensus quasi ianuas apertas solicite custodire debent. ¶ In die ergo dominica que sabbato successit: debet voluntas nostra cum memoria: intellectu: cogitationibus: desideriis: prudentia: et circumspectione: quasi cum suis turmis ministrantibus egredi templum anime. Et conuertere se ad opera que fecit per ebdomadam: et diligenter examinare et videre. Si in operibus suis deum offendit transgrediendo aliquod decem mandatorum eius: Si animam propriam offendit: aliqd contra conscientiam perpetrando. Si proximo iniuriam intulit: eius bona iniuste vsurpando. Si aliquem ad peccatum inclinauit: verbis vel operibus malis scandalizãdo. Si tempus amisit: inaniter ociando: discurrendo: vel ludendo. Si nimis intentus terrenis fuit: deum obliuiscendo et spiritualia dimittendo: Quid lucratus apud deum fuerit: terrenum puluerẽ miscendo: et reuoluendo. Et si in aliquo istorum se deliquisse cognouerit dbet viriliter corrigere: abstergere: et emendare per vigorosam contritionem et boni firmiqз propositi deliberationem. O beata illa voluntas: que in die dominica egreditur cum suis ministris ad diligenter considerandum opera sua: et corrigit ea.

¶ Sed hoc est contra multos: qui in die festo non examinant opera preterita: nec emendant nec corrigunt: et quod peius est nec emendare de cetero proponunt.

¶ .3. Diligens anime et virium Recollectio. ¶ Nam in die festo debet Anima cum omnibus viribus suis semetipsaз ad sui diligentem considerationem totam recolligere et coadunare. ¶ Et hoc ostenditur per figuram. Nam sicut dicit Lyra. 4. Re. ii. et i. Parali. 24: Ebdomadarius nouus qui seruire debebat per futuram ebdomadam: in sabbato ingrediebatur in templum cuз suis sacerdotibus: Leuitis: cantoribus: et ianitoribus sibi ministrantibus vt ibidem deo ministrarent in ebdomada sequenti. ¶ Moraliter per sacerdotes ebdomadarios: qui erant vigintiquattuor: significantur omnes voluntates: sicut per .24. sedilia omnes ecclesie cathedrales: et per .24. seniores omnes episcopi: sicut dicit Lyra Apoc. 4. quia numerus determinatus sepe pro indeterminato ponitur. Et sicut vigintiquattuor sacerdotes ebdomadari erant sub vno summo sacerdote prout dicit Lyra super. 4. Re. ii. Sic omnes voluntates sub vna voluntate christi sunt: qui est sũmus sacerdos secundum ordineз Melchisedech. ¶ In die ergo dominico debet voluntas cum suis ministris predictis in propriam animam intrare: ad suimet discussionem et consideratio nem: ¶ Et pº debet diligenter aduertere: Si in ea est aliquod peccatum vel macula oculte perpetrata: et eam per lachrimas contritionis abluere. ¶ .2. Si mẽoria intellectus: et voluntas sint ad terram et terrena decliue: et ipsas inde remouere et ad deum eleuare et appropinquare. ¶ .3. Si cogitationes sunt maculate per recordationes et considerationes lascivas: carnales: et luxuriosas et easdem abstergere. ¶ .4. Si desideria sunt obliqua: et torta: per odium: rancorem: inuidiam: iram: amorem inordinatum: et lasciuum: et ipsa purificare: et rectificare: et ad deum totaliter eleuare: Et hoc modo Uoluntas nostra cum suis ministris omnibus Ingreditur templuз in die sabbati: qz a consideratione rerum Exteriorum

que p ebdomadam peregit: ad propriã revertitur examinationē τ discussionē Et sicut sacerdos ebdomadarius ī die sabbati ingrediebatᷣ cū suis ministris templū vt deo seruiret p ebdomadam venturā. Sic voluntas nostra in die dominico debet firmiter τ deliberate proponere deo velle fideliter τ deuote p totam ebdomadā venturaʒ deseruire: O beata aīa que sic in die festo templū ingrederetᷣ semetipsam discutēdo. ℭ Et hoc est contra multos: qui in die dñico nō discutiunt aīam propriam: Nec cogitant magis de ipsa: ꝙ̄ d̄ tertio pede quē non hñt. Nec ad ipsam aīam ingrediuntur: sed effunduntᷣ ad exteriora discurrendo. vagando: ociando.

ℭ. 4. Deuota mentis ad deuʒ eleuatio.

ℭ Nam in die sabbati τ dñica apd̄ nos post considerationē opum per ebdomadam cōmissorum: post recollectionem mentis ad sui discussionem: τ bonoruʒ operū per ebdomadam agendoruʒ firmaʒ τ solidā deliberationē: debet mēs deuota in deum p cogitationes purissimas τ p ignita d̄sid̄ria subleuari. ℭ Et hoc ōnditur per figuraʒ. 4. R̄. 23. Ubi dauid ordinauit: Ꝙ leuite starēt in sabbatis τ calendis τ aliis festiuitatibꝰ ad confitendū τ canendum dño: τ ad ministranduʒ sacerdotibus filiis Aaron coram dño: τ vt custodirent obseruationes tabernaculi federis τ ritum sanctuarii: vnde scribitᷣ ibidem. ℭ Leuite vero vt stent mane ad confitendū τ canendū domino: similiterqꝫ ad vesperam: tam in oblationem holocaustorū domini ꝙ̄ in sabbatis τ calendis τ solēnitatibus reliquis iuxta numeꝶ τ cerimōias vniuscuiusqꝫ rei iugiter coraʒ dño: τ custodiant obseruatiōes tabernaculi federis τ ritum sanctuarii. Et obseruationē filiorum Aaron fratrum suorū vt ministrent in domo domini. ℭ Moraliter Leuite confitentes dño sunt cogitationes in deū eleuate contemplantes ipsuʒ deū: Leuite cantantes dño sunt desideria ignita que corā deo clamare dicuntᷣ Hii leuite confitentes τ cantantes debent in die sabbati τ in aliis festiuitatibus stare ad confitendum τ canenduʒ dño idest debent sursum eleuari ad deum laudandū benedicendum τ glorificandum. Qui. n. stat a terra est eleuatus τ non in terra ꝓstratus: cogitationes ergo τ desideria nr̄a stant ad confitenduʒ τ canendum dño: quando per contemplationem τ dilectionē a terrenis elongantur τ ad diuina subleuantur Et hoc facere debemus in sabbatis τ aliis festiuitatibus τ diebus solēnibus ℭ Et nō solum Mens hoc modo p cogitatiōes τ desideria dꝫ in diebus festiuis in deū eleuari: sed etiam cantādo τ confitendo dño oretenus in psalmis: hymnis: τ cāticis spiritalibus: que mentē a terrenis ad celestia eleuant. Sic. n. leuite τ cantores deuʒ laudabant in sabbatis ceterisqꝫ solēnitatibus oretenus psallendo τ cantando. ℭ Et hoc est contra multos: qui in diebus festiuis cogitatiōes τ desideria ad deum laudandū ac benedicendum non subleuant: sed habent eas prostratas atqꝫ sepultas in puluere mundi huius. Neqꝫ canunt in psalmis: hymnis τ canticis spūalibus deo viuo: sꝫ latrāt bacho τ veneri in rithimis lasciuis: impudicis: τ carnalibus.

ℭ. 5. Deuota τ sedula lingue refrenatio.

ℭ Nam in diebus festiuis non solum lingua exerceri dꝫ in laudibus diuinis τ canticis spiritalibus: sed silentio competenti regulanda est. Unde de sanctis mulieribus scriptuʒ est Luc. 23. Et sabbato quidē siluerunt secundū mandatum. ℭ Moraliter in die dñico τ festiuis diebus

tis diebus silendū est.i.quiescēdū. ¶ Pō ab operibus corporalib⁹ ⁊ seruilib⁹ ſm mandatum dñi Exo.20. Sex diebus operaberis ⁊ facies oia opera tua. Septimo aūt die sabbatum dñi dei tui est. Non facies oē opus in eo. ¶ 2.a cogitationib⁹ mūdialib⁹ ⁊ peruersis: que sūt tumultuose quasi mare feruēs. De quibus Sap.2. Dixerunt impij cogitantes apud se nō recte. Exiguū est ⁊ cuz tedio tp̄s vite nostre: ⁊ nō est refrigeriū in fine hoīs. Et separant aīam a deo Sap.j. Peruerse cogitationes separant a deo. ¶ 3. A vanis ⁊ mūdialib⁹ desiderijs: q̄ inquietāt aīam: sicut ⁊ illa que diligit ⁊ desiderat inquieta ⁊ vana sūt. Istis desiderijs agitabaē ille: qui dicebat itra se Luc.12. Quid faciā ꝙ nō habeo quo cōgregez fruct⁹ meos. Et ipse dixit. Hoc faciā. Destruaz horrea mea ⁊ maiora faciaz: ⁊ illuc cōgregabo oia que mea sunt. Contra qd̄ dixit christus ibidē. Nolite solliciti eē aīe vr̄e quid māducetis: neq3 corpori quid induamini. ¶ 4. A verbis superfluis: ociosis: maledicis ⁊ vanagloriosis: duplicibus ⁊ simulatis: q2 in die festo silendū est: vñ scribiē Luc.23. Et sabbato q̄dē siluerūt ſʒ mādatū.

Uenite ascendamus ad montez domini ꝛ docebit nos vias suas. ¶ Scribūtur hec v̄ba. Exo. 16. Maneat vnusquisqꝫ apud semetipsuz ꝛ nullus egrediatur de loco suo die septimo. Et sabbatizauit populus die septimo. ¶ Scđʒ sn̄iam sapientis Ecce. 3. Tēpus custodiēdi ꝛ tēpus abijciēdi: in dieb⁹ ferialibus quibus hō terrenis laboribus insudat: custodiri vix possunt sensus quin hauriant vanitatē. In dn̄icis v̄o diebus ꝛ festis tēpus est abijciēdi opera tenebrarū: ꝛ custodiēdi sensus oēs ab omni opere tenebroso ꝛ ab omni inquietudine peccatorū: qꝛ tēpus festiuū est tēpus pacis ꝛ quietis. Un̄ dʒ vnusquisqꝫ manere apud semetipsuz: ꝛ nullus dʒ p sensus egredi ad exteriora curiose inuestigando. Et sicut populus iudeorū sabbatizauit in die septimo sic pp̄lus spūalis aie rōnalis .i. sensus exteriores ꝛ interiores quiescere debēt in die festo vt vere sabbatizent ꝛ requiescāt. Ad cuius quietis consumationem plura requiruntur.

¶ p̄ in diebus festiuis debēt sensus quiescere. ¶ Naz in die festiuo adhoc q̄ sit pfecta requies ꝛ sabbatizatio: debēt sensus quiescere ab illicitis ꝛ supfluis sensationibus q̄ aiam inquietāt. ¶ Et hoc ostenditur per figurā. Naz scribit̄. Nee. 13. Factū est autē cuz quieuissent porte hierusalē in die sabbati. Dixi ꝛ clauserunt Januas. ¶ Moral'r Hierusalē est aīa rōnalis: porte: ꝛ Janue sunt sensus per quos intrat quicquid ad aiaʒ ingredit̄. Un̄ dicit Aug⁹ in li. Nihil est .n. qđ sentimus in corpore: nisi Janua quincupartita: aut vidēdo: aut audiēdo: aut odorādo: aut gustādo: aut tāgendo. ¶ Neemias interp̄tat̄ consolatio dn̄i ꝛ significare pōt voluntatē: in qua sola deus cōsolat̄: Sabbatū iudeorū figura est nr̄arū solēnitatū ꝛ nostre spūalis quietis. ¶ In die ergo festiuo siue dn̄ico: ad imperiuz volūtatis quinqꝫ sensus exteriores claudi ꝛ quiescere đbēt a vanis: curiosis: impudicis ꝛ illicitis sensationib⁹. Nam dʒ voluntas hoī imperare in die festo ꝛ dicere illud Ecci. 9. Uirginē ne cōspicias ne forte scandalizeris in decore illius. Auerte faciez tuaz a muliere cōpta: ꝛ ne circūspicias spēm alienā. Et quo ad aures illud Ecci. 28. Sepi aures tuas spinis: ꝛ linguaz neqꝫ noli audire. Quo ad linguaz illud Prouer. 4. Remoue a te os prauuz ꝛ detrahētia labia sint procul a te. Quo ad pedes illđ Prouer. 4. Auerte pedē tuū a malo. Quo ad manuz illud math. 5. Si dx̄tera manus scādalizat te absciđe eam ꝛ proijce abs te. Quo ad gustuz illud Ecci. 37. Noli auidus esse in oī epulatione: ꝛ non te effundas sup oēm escā. Et sic quiescēt por-

le hierusalem in die sabbati. et sabbatizabit die septimo omnis populus idest omnis sensus nō se effundens ad hauriendā sensibilia. ¶ Cuius contrariū faciunt pene omnes: qui in festiuis diebus toto conatu querunt pulcriora visibila: Suauiora odorabilia: Ameniores melodias: suauiores cibos: delectabiliora tangibilia. Et non permittunt sensus neqꝫ animam quiescere in die festo: sed egrediuntur de loco suo extra semetipsos contra illud quod precepit dominus dicens Exo. 16. Maneat vnusquisqꝫ apud semetipsum ꝛ nullus egrediatur ď loco suo die septimo. ¶ Hoc est ergo primum requisitum ad spiritualē quietem in die festo scilicet Sēsus quiescere et nō se effūdere ad exteriora.

¶ 2. Debent sensus claudi ꝛ non aperiri. ¶ Non solum debent sensus in die festo quiescere: ꝛ nō se effundere ad exteriora sensibilia. Sed etiam si delectabilia se offerant sensibus: non debēt ad talia aperiri. ¶ Et hoc ostenditur per figuram Nee. 13. Ubi scribitur Et clauserunt ianuas ꝛ precepi vt nō aperirent eas vsqꝫ post sabbatum. ¶ Ad imperium voluntatis non solum quiescere: ꝛ claudi debent sensus in die festo: sed ꝛ si delectabilia se sensibus ingerant non debent aperiri. Nam diabolus videns hoīem in die festo non se effundere per sensus ad exteriora: pcurat obiecta sensibilia sensibus nostris obiicere: quatenus prouocatus ab illis hostia sensus aperiat. ¶ Sicut enim christus stat ad ostium ꝛ pulsat: ꝛ siquis aperuerit sibi ianuam intrat ad illum: ꝛ cenat cum illo Apoc. 3. Sic diabolus in die festo ꝑcipue per obiecta sensibilia pulsat ad ostium anime idest ad sensus vt si sibi aperiatur intret ad animā ꝛ cenet cum illa. ¶ Sed contra istū inimicum pulsantem obstruēda sunt ostia nec ei vllo modo aperiendum ne cadat aīa in conspectu inimicorum suorū. ¶ Unde scribitur Eccls. 28. Ori tuo facito ostia: ꝛ seras auribus tuis: verbis tuis facito stateram: ꝛ frenos ori tuo rectos. Et attende ne forte labaris in lingua: ꝛ cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi: ꝛ sit casus tuus īsanabilis in mortē. ¶ Et hoc est contra multos: qui in diebus festiuis vadunt ad ecclesias: ꝛ licet non se voluntarie effundant ad exteriora sensibilia: tamen prouocati ab obiectis delectabilibus aperiunt oculos ad videndū mulieres ornatas: Aures ad suauitatem eloquiorum: Gustum: ꝛ os ad ciborum dulcedinem: Linguam ad verba ociosa mendacia detractiones. adulationes. ¶ Hoc est secundum requisitum ad quietem spiritualē in die festo videlicet Non aperire sensus occurrentibus obiectis.

¶ 3. Debet sensus diligenter Custodiri. ¶ Non solum debent claudi sensus: ꝛ non aperiri in die festo: Sed debent ꝑponi custodes qui sollicite prohibeant ne aliquid ad malum incentiuū introeat. ¶ Et hoc ostenditur per figurā Nee. 13. Ubi scribitur. Et de pueris meis cōstitui super portas vt nullus inferret onus in die sabbati. ¶ Pueri Neemie sunt firmum propositum non aperiendi sensus in die sabbati. Et sollicita prudentia coadiuuans: Hec enim duo deseruiunt voluntati quasi Neemie imperanti. Onus moraliter significare potest peccatū vel occasio peccati vel quid terrenum: que omnia sunt grauia: ꝛ deorsum tendentia. ¶ In die ergo festiuo ad imperium voluntatis firmum propositum ꝛ vigilans prudentia custodire debent portas hierusalem idest sensus exteriores anime. Et non debent ꝑ

mittere in die festiuo inferri ad animaz aliquod terrenum: vel vanum: Nec aliquod incentiuuz peccandi: nec aliquod peccatum quod animaz inquietet ꝛ sabbatizare non permittat. ¶ Istos custodes ad portas anime sue custodiendas desiderabat poni propheta quando dicebat in ps.140. Pone dñe custodiam ori meo ꝛ ostiū circumstātie labiis meis: non declines cor meū in verba malitie. ¶ Ista duo vz firmū propositū voluntatis: ꝛ cauta prudentia intellectus sunt duo vigiles: qui custodiunt anime ciuitatem Cant.3. Inuenerunt me vigiles qui custodiunt ciuitatem: In die ergo festiuo hij duo debent aīe sensus q̄si ciuitatis portas diligentissime custodire ꝛ non permittere onus aliquod peccati vel incentiui introferri. ¶ Et hoc est contra multos: qui in diebus festiuis: nec firmiter proponunt claudere sensus: nec prudenter sollicite ve custodiunt. Et ideo demones inferunt onera ꝛ mors intrat per fenestras nostras.

¶ Hoc est tertium requisitum ad spūalem quietem in die festo vz sensibus p̄ponere custodes ꝛ diligentissime custodire. ¶ Posita aūt hac firma custodia Demones cupientes inferre in aīaz onera peccatorū: foris remanere cū suis oneribus cōpellunt. Sed semel repulsi: iterū atq̧ iterū portibus apropinquant vt onera inferant: ꝛ tūc voluntas vidēs eos suo firmo ꝓposito velle resistere: d̄bet aliud ꝓpositum elicere dicēs: Certe si me impugnaretis agā penitentiam Duplicabo custodiam: multiplicabo vigilantiam ꝛ sic vos percutiam. Quo facto demones confussi recedunt: Unde cum neemias constituisset pueros sup portas venerunt semel ꝛ bis negociatores ꝛ remanserunt foris ꝛ cum proposuisset eos flagellare recesserunt.

¶ Scribit̄ .n. Nee.13. Et manserunt negociatores ꝛ vendētes vniuersa venalia foris hierusalē semel ꝛ bis. Et contestatus sum eos ꝛ dixi eis: Quare manetis ex aduerso muri. Si secundo hoc feceritis manum mittam in vos Itaq̧ ex illo tempore non venerunt in sabbato.

¶ .4. Debent cogitationes. ꝛ desideria mundificari. ¶ Non sufficit ad quietē in die festo exteriores sensus custodire sed necesse est cogitationes ꝛ interiora desideria purificari. ¶ Unde ꝛ Neemias precepit leuitis vt mūdarentur ꝛ sic mundati custodirent portas hierusalem: Scribitur enim. Nee.13. Dixiq̧ leuitis vt mundarentur ꝛ venirent ad custodiendas portas. ¶ Mistice Leuite ministrantes sacerdoti sunt cogitationes ꝛ desideria que voluntati famulantur. Isti leuite scilicet cogitationes ꝛ desideria: in die festo debent mundari per elongationem a terrenis: Nam q̄diu cogitationes ꝛ desideria circa terrena vel illicita versantur tamdiu immūda sunt ꝛ quamdiu circa mobilia ꝛ inquieta versantur tamdiu iuquieta sunt Qui enim desiderat lutum: lutum est: Et qui puluerem puluis est. Et qui immunda immundus est: ꝛ qui impudica impudicus est: ꝛ qui inquieta inquietus est: cogitationes ergo ꝛ desideria q̄ diu versantur circa exteriora: vel immunda sunt: vel saltem inquieta. Hec autem duo repugnant quieti sabbatisne: Et ideo in die festo debent a terrenis elongari. Si enim desideria ꝛ cogitationes in die festo ad terrena ꝛ extrinseca declinantur: Impossibile est custodire sensus ne ꝛ ipsi hauriant exteriora quia vbi amor ibi ꝛ oculus. Et ideo debent tali die a terrenis eleuari purificari ꝛ mundari quatenus melius queant

sensuum ianuas custodire. Et de ista mũdicia cogitationũ dicit deus Esa.j. Lauamini: mundi estote: Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. ¶ Et hoc est contra multos: qui in diebus dominicis aut festiuis: cogitationes ac desideria non purificant: nec mundant per elongationem a terrenis: Sed magis maculant: ꝛ fedant deprimendo eos in puluere auaritie: in luto luxurie: in fumo superbie: in felle iracundie: de quibus cogitant ꝛ que desiderãt in diebus festiuis. ¶ Hoc est q̃rtum requisitum ad spũalem quietẽ in die festo vꝫ cogitationum desideriorũ ꝙ mundítia.

¶ .5. Debent cogitationes ꝛ desideria ad deum eleuari. ¶ Cum anima nostra in nulla re creata possit veraꝫ inuenire requiem: sed in solo creatore: qui ex sua immensitate ꝛ memoriam ꝛ intellectũ ꝛ voluntatem perfecte quietat: si in die festiuo vere cupit sabbatizare ꝛ vere requiescere sicut decet in tali die. Debet ꝛ cogitationes: ꝛ desideria in vnum deum suspendere ꝛ dicere cum propheta in ps. Hec requies mea in seculum seculi. Hic habitabo quoniam elegi eam: ¶ Unde ꝛ Neemias precepit leuitis vt mundarentur ꝛ sanctificarent sabbatum Scribitur enim Nee.13. Dixitqꝫ leuitis vt mundarẽtur ꝛ venirent ad sanctificandum diem sabbati. ¶ Moraliter leuite sunt cogitationes ac desideria Que in die festo mundantur: quando a terrenis: ꝛ corporalibus exterioribus subleuantur. Custodiunt portas: quando ad considerationem: ꝛ dilectionem ipsiuꝫ anime sollicitiuꝫ inuigilant: Sed tunc diem sabbati sanctificant: quando in dei contemplationem: meditationem ꝛ dilectionem suspenduntur: Debet enim tunc memoria suspendi in deum: quia dies memorialis est Exo.20. memento vt diem sabbati sanctifices: Intelligentia: quia est dies contemplationis ꝛ quietis Exo.20. Requieuit die septimo. Et voluntas: quia dies benedictus ꝛ sanctus Exo.20. Ideirco benedixit diei septimo ꝛ sanctificauit eum: ꝛ in hoc consistit perfecta sabbati sanctificatio. ¶ Et hoc est contra multos: qui in festiuis diebus: nec memoriam: nec intellectum: nec voluntatem ad deuꝫ eleuant: sed deprimunt ad terrena: memorando iniurias ꝛ inimicitias: cogitando de concubinis: carnalibus: nummis: lucris ꝛ diligendo filios: filias: vxores: maritos: adulteros: ꝛ adulteras magis q̃ deum o quot sunt Examina anima deuota conscientiam tuam in die festo: ꝛ videbis ꝙ non sanctificas festum nec sabbatizas: ¶ Hoc est quintum requisitum ad spiritualem quietẽ in die festiuo: videlicet Cogitationes ꝛ desideria ad deum eleuare.

¶ .6. Debẽt diuia p̃cepta adimpleri ꝛ dona sancti spiritus possideri. ¶ Non sufficit ad spiritualem quietem in die sabbati cogitationes: ꝛ desideria ad deum eleuare. ¶ Sed requiritur diuinorum adimpletio mandatorum: Nullus eniꝫ potest diuina transgrediendo mandata pacem ꝛ quietem habere: dicente domino Esa.57. Impij autem quasi mare feruens quod quiescere non potest. ¶ Requiritur etiam omnis exclusio culpe per septem principales virtutes theologicas: ꝛ cardinales. ¶ Requiruntur etiam septem spiritus sancti dona videlicet sapientia: intellectus: consilium: fortitudo: scientia: pietas ꝛ Timor domini: Sine hijs omnibus non põt eẽ pax. ¶ Unñ scribiẗ.3. Esdre.j. Oi tp̃e d̃sertionis sue sabbatizauit t̃ra in applicatione annorũ septuaginta septẽ.

¶ Mistice terra hierosolimitana aiam rationalez significat iuxta illud prophete: Anima mea sicut t̃ra sine aqua tibi. Ista terra anime rationalis sabbatizat ⁊ quiescit ⁊ festiuat in aplicatione annorum septuaginta septem idest in cõnexione decem diuinorum preceptorum. ⁊ septem virtutum moralium siue principalium ⁊ septem donorum spiritus sancti. Nam septuaginta surgunt septenario ducto per denarium ⁊ significant adimpletionem decem diuinorum mãdatorum ⁊ septem virtutum moraliuz siue principalium: Septez vero que supersunt sancti spiritus septem dona designant In istis ergo septuaginta septẽ annis spiritualib⁹ vere quiescit anima: vere sabbatizat: vere festum sanctificat: quando ⁊ diuina precepta custodit. Septem virtutes principales possidet. Et septem donis sancti spiritus adornatur Sine istis impossibile est anime rationalis terram quiescere: sine istis sabbatizare: sine istis festũ sanctificare. ¶ Et hoc est contra multos: qui in diebus festiuis credũt se festa sanctificare ⁊ frangunt diuina mandata Concupiscendo: mentiendo: adulterando: occidẽdo: blasfemando: parentes proprios inhonorando. ¶ Lacerant virtutes morales: intẽperate viuendo: iniuste rapiendo. molliter temptationibus succumbendo: luxuriando: inuidendo: odiẽdo. ¶ Nec possident spiritus sancti dona: quia nec habent domini timorem: nec proximi pietatem: nec consilium: nec scientiam: nec sapientiam: nec fortitudinẽ. ¶ Hoc est sextuz requisitum ad spiritualẽ quietem in die festo videlicet. Decem diuina mandata: septem virtutes: ⁊ septem spiritus sancti dona.

¶ .7. Debet deuz actualiter ⁊ affectuose diligeꝛ. ¶ Perfecta festi sanctificatio i dei actuali dilectione consumatur: Nã ⁊ si quis cõtra nullum dei preceptum contra nullam virtutem moralez quid ageret: ⁊ si spiritus sancti dona habitu aliter possideret: Si tamen deum non diligeret actualiter non perfecte festum sanctificaret: quia festiui dies ad hoc sunt instituti: quatenus homo vacans a laboribus deo soli per actualem dilectionem inhereat ¶ Unde dicit dominus Ezech. 20. Insuper ⁊ sabbata mea dedi eis vt essent signum inter me ⁊ eos Et scirent quia ergo dominus sanctificans eos. ¶ Notate verba ⁊ signate misteria: sabbata mea dedi eis vt scilicet quiescerent ab operibus seruilibus sicut ⁊ ego in sabbato quieui a nouis operibus condendis: Ut essent signuz scilicet specialis dilectionis inter me: ⁊ eos vt scilicet quiescerent in me ipso vacãdo diuinis: ⁊ me diligendo: sicut ⁊ ego quieui in memetipo in die sabbati Gẽ. 2. Et scirent quia ego dominus sanctificans eos scilicet propter amorem quo me amant: Naz amor dei sanctificat homines dispositiue si sit amor informis ⁊ naturalis: ⁊ formaliter si sit amor gratuitus. ¶ Dicit eniz Scotus in. 2. di. 28 Quod voluntas existens in peccato si deum actualiter diligat: talis dilectio de congruo disponit ad gratiam gratuz facientem: dummodo homo non ponat obiicem. ¶ Et idem Scotus in. 3. dist. 27. probabiliter innuit. ꝙ in die dominico tenetur homo deum actualiter diligere super omnia. ¶ Et ideo in die dominico ⁊ festo debet vnusquisqꝫ adulstus omnia secularia postergare. Et ad memoriam sepius reuocare Et toto nixu adimplere illud preceptum quod ponitur Mat. 22. Diliges dominum deum tuuz ex toto corde tuo ⁊ ex tota aia tua ⁊ in tota mente tua. Hoc est maxi-

imum: et primum mandatum. O beata anima que in hoc precepto adimplēdo ponit totum studium: totum desideriū totum thesaurum et totam industriam suam: ¶ Et hoc est contra multos qui in diebus festiuis insaniunt in amorem concubinarum: adulterorum: virorum et mulierum: et ad amorem diuinum frigescunt: et ideo irritant deum: vnde clamat deus Ezech. 20. Sabbata mea dedi eis vt essent signum inter me et eos: Et irritauerunt me domus Israel in deserto: in preceptis meis non ambulauerunt: et iudicia mea proiecerunt. Et sabbata mea violauerunt vehementer. O mortales sanctificate festa. Sabbatizate domino. Uenite ascendamus ad mōtem domini et docebit nos vias suas.

¶ De deuotis opibus in diebus festiuis a fidelibus exequendis. Cap. 79.

Venite ascendamus ad montem domini et docebit nos vias suas. ¶ Scribitur hec verba Leui. 23. ¶ Hec sunt ergo ferie domini sancte quas celebrare debetis temporibus suis. ¶ Secundum sententiam sapientis Eccē. 3. Tēpus tacendi et tempus loquēdi. ¶ Per ebdomadam in diebus ferialibus homo terrēis negociis occupatus tacet de diuinis et celestibus et loquitur de terrenis: auro: argēto: vestibus: equis: possessionibus: quia omnia tempus habent et tempus tacendi est et tempus loquendi. ¶ Sed in die dominico et festiuo: debet vnusquisqꝫ fidelis tacere de terrenis et secularibus rebus: et loqui de diuinis et de celestibus: De deo: de xp̄o iesu: De salute anime. De inferno: paradiso: vitiis: et virtutibus: et de lege diuina: quia tempus tacendi et tempus loquendi. Et hoc modo festa domini celebramus et sanctificamus temporibus suis. ¶ Ad quorum dignam venerationem et sanctificationem aliqua sunt a nobis ordinate exequenda: prout in sacris litteris continentur.

¶ p̄ In die dominico et festo conueniendum est ad ecclesiam. ¶ Nam iudei in veteri testamento in die sabbati conueniebāt et introibant sinagogas. Similiter apostoli a pricipio ecclesie in die sabbatorum sinagogas introibant et iudeis congregatis predicabāt vnde de Paulo: et eius sociis scribitur Act. 13. Illi autem pertranseuntes pergen venerūt Anthiochiam pisidie et ingressi synagogam die sabbatorum. ¶ Sic christiani in die dominico et festiuo ad ecclesiam conuenire debent: non solum pedibus: et corpore sed affectuose et cum deuotione Alias non sunt christiani: sed turchi et marrani: ¶ Et hoc est contra multos qui talibus diebus Ecclesias abhorrēt fugiunt et declinant. Et frequentant curias: palatia: plateas: tabernas lupanaria: choreas et in hiis nunqꝫ tedio afficiuntur etiam per totam diem et vsqꝫ ad noctis dimidium. ¶ Alij vadunt ad ecclesiam sed propter societatem alicuius notabilis persone alias nō irent. ¶ Alii qui vadunt ex consuetudine non ex deuotione. ¶ Alij vadunt quidem sed parum ibi morantur Statim audita missa et cum tedio recedunt et tota die festi nō amplius reuertuntur. ¶ Aliqui vadunt ex verecundia et erubescentia aliorum. ¶ Alii sine deuotione et reuerentia sed cum fastidio et accidia et hec omnia sunt signa mala. ¶ Nam cum ecclesia sit hostium et ianua paradisi: qui libenter et cum deuotione in ecclesia morantur diligunt paradisum: et est signū

predestinationis: qui autem ecclesiam odiunt: et fastidiunt: odiunt salutem: et est signum future damnationis.

¶.2. Sedendum est in ecclesia. ¶Nam cum ecclesia sit locus orationis et contemplationis debent omnes in ea quiescere et sedere. ¶Unde Paulus et socii ingressi in sinagogam iudeorum sederunt. Unde scribitur Act. 13. Et ingressi sinagogã die sabbatorum sederunt. ¶Sic christiani ingressi Ecclesiam debent sedere: et quiescere vel stare genuflexi ¶Et hoc est contra infinitos: qui in die festiuo deambulant per ecclesiam: et quando cantatur missa: et quando cantantur officia diuina: quando misse celebrantur et etiam quãdo actualiter predicatur verbum dei: et faciunt de ecclesia dei deambulatorium regium: Et inquietant omnes celebrantes: officiantes et dei verbum tam predicantes quam audientes Et tales grauissime peccant vt pote impedientes a tanto bono quantum est declaratio diuinorum eloquiorum. ¶Et contra tales clamat christus dicens Mat. 21. Domus mea domus orationis vocabitur: vos autem fecistis illam speluncam latronum. ¶Et aduertendum quod tales sic in ecclesia deambulantes sunt similes diabolo qui est inquietus in seipso et ideo semper circuit et deambulat vt homines decipiat: iuxta illud Job. j. Circuiui terram: et perambulaui eam Et sunt dissimiles christo qui quando non predicabat in templo sedebat sicut patet Luc. 2. Ubi dicitur Et factum est post triduum inuenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum audientem illos et interrogantẽ eos. ¶Nec contra hoc facit illud Jo. 10. Deambulabat iesus in templo in porticu Salomonis: quia vt ibi dicit Lyra Nomine templi intelliguntur atria et loca ad domum domini pertinentia: Erat enim porticus quidam locus edificatus vbi Salomon stabat ad orandum: qui dicebatur oratorium regis. Et in isto deambulabat Jesus: qui ergo deambulant et circuiunt in ecclesia diabolo similes sunt qui autem sedent: et quiescunt christo.

¶.3. Silendum est in ecclesia. ¶Nam cum ecclesia sit locus ad dei verbum predicandum in ea silendum et tacendum est: non autem verba multiplicanda quia scribitur Ecc. 9. Uerba sapientium audiuntur cum silentio. ¶Unde et Paulus existens in sinagoga volens populo predicare imperauit silentium Act. 13. Surgens paulus et manu silentium indicens ait. ¶Sic omnes fideles christi in die festo in ecclesia silentium tenere debent: vt deuotius audiant verba diuina. ¶Unde legitur Nee. 8. Leuite silentium faciebant in populo ad audiendam legem. Cum enim ecclesia sit locus iustitie ideo in ea seruari debet silentium quia scribitur Esa. 32. Erit cultus iustitie silentium Cum etiam sit locus orationis requiritur silentium et non strepitus vel tumultus Et ideo christus cum flagello eiecit de templo tumultum facientes in templo vẽdentes oues et boues et nummularios sedentes dicens eis Jo. 2. Nolite facere domum patris mei domum negociationis Cum etiam sit locus idoneus ad gratiam diuinam recipiendam que anime quiescenti communicatur silentium maximum requiritur quia scribitur Tre. 3. Bonum est prestolari cum silentio salutare dei Silendum igitur et tacendum est in ecclesia in die festo. ¶Et hoc est contra multos: qui in diebus festiuis in ecclesia lingue

relaxāt habenas ꝛ loquuntur: Non de diuinis: non de spiritualibus: Non de necessariis ad salutem: sed de mundo de mercantia: De bellis: de matrimonijs: De possessionibus: de hereditatibus: Et tales non sunt de celo sed ꝺ terra quia scriptum est Jo.3. Qui de terra est de terra loquitur. ℭ Et nota qꝺ Sicut filius dei descendit ꝛ venit ad homines cum quietum Silentium tenerent omnia Sap.18. Jta diabolus descendit ꝛ venit ad garulos ꝛ loquaces diuina officia ꝛ laudes in ecclesia perturbantes.

ℭ.4. Audiendum est verbum dei in ecclesia. ℭ Ad hoc enim congregatur populus fidelis in ecclesia in diebus festiuis vt audiant verbum dei: ꝛ illuminantur: ℭ Ad audiendum autem attente dei verbum tria requiruntur.

ℭ Primo debita corporis dispositio ad quiescendum: quia secundum phm̄ anima sedendo ꝛ quiescendo fit sapiens Hec autem dispositio est sedere sicut supradictum est vel stare corpore erecto. Unde cum Esdras librum legis aperuisset ꝛ legeret: populus stabat erectus vnusquisqꝫ in gradu suo: Unde scribitur Nee.8. Et aperuit Esdras librum coram omni populo ꝛ cum aperuisset eum stetit omnis populus. Populus autem stabat in gradu suo. Et.3. Esdre.9. Et cum absoluisset legem id est cum aperuisset librum legis: omnes recti steterunt. ℭ.2. Debita aurium eleuatio ad audiendum: quia scriptum est Ecc̄i.32. Ubi auditus non est non effundas sermonem: ꝛ ideo cum Esdras librum legis aperuisset ꝛ legeret in die festo omnes stabāt auribus erectis ad audiendum librū. Scribitur enim Nee 8. Attulit ergo Esdras sacerdos legem coram omni multitudine virorum: ꝛ mulierum: cunctisqꝫ qui poterant intelligere in die prima septimi mensis: ꝛ aures omnis populi erant erecte ad librum scilicet audiendum. ℭ.5. Debita mentis attentio ad intelligendum: quia audire: ꝛ non intelligere parum prodest: ꝛ ideo cum Esdras librum legis coram populo legisset omnes stabant mente attenti vt intelligerent: Unde scribitur.3. Esdre.9. Et attulit Esdras pontifex legem omni multitudini ꝛ legebat: a prima luce vsqꝫ ad vesperam coram viris ꝛ mulieribus ꝛ dederunt omnes sensum ad legem scilicet intelligendam. ℭ Hiis igitur tribus dispositionibus attendendum est ꝛ audiendum dei verbum: siue dum predicatur: siue dum legitur siue missa celebretur siue legatur epistola: siue euangelium: siue alia verba diuina. ℭ Et hoc est contra multos qui: ꝛ si in diebus festiuis ecclesias ingrediuntur: ꝛ si sedeant ꝛ quiescant: ꝛ si silentium teneant: non tamen attente dei verba percipiunt: Non porrigunt aures corporis: Nec minus accommodant aures mentis: Non sapit eis verbum dei: non gustant eius dulcedinem: Non aspiciunt claritatem: Nec exequuntur eius operationem: Nec ambulant per semitas illius: Nec odorant eius sanctitatem: ℭ Et de talibus dicit propheta in ps̄. Os habent: ꝛ non loquentur oculos habent: ꝛ non videbunt. Aures habent: ꝛ non audient: nares habent ꝛ non odorabunt: Manus habēt ꝛ non palpabunt: pedes habent ꝛ non ambulabunt: non clamabunt in gutture suo.

ℭ.5. Gaudendum est spirituali leticia. ℭ Predicatores enim: ꝛ Sacerdotes qui in diebus festiuis nobis annunciant verbum Dei sunt legati:

regis altissimi qui legatos ad gẽtes missit. Hii annunciant vobis pacem: liberant de carcere tenebroso peccati: De seruitute diaboli: Ducunt ad patriam: inuitant ad salutem: Et ideo cum verbuz dei sit lucerna dirigens: ⁊ illuminans ad salutem cum summo gaudio ⁊ spirituali letitia audiendum est dei verbum ¶ Unde cum Paulus predicaret anthiochie pisidie in synagoga in die sabbati ⁊ diceret se esse missuz a deo ad salutem gentium: Audientes hec verba gentiles gauisi sunt. Scribitur enim Act. 13. Tunc constanter Paulus ⁊ barnabas dixerunt: vobis oportebat primum loqui verbum dei: sed quoniã repellitis illud: ⁊ indignos vos iudicatis eterne vite: Ecce conuertimur ad gentes. Sic enim precepit nobis dominus Posui te in lucem gentium vt sis in salutem vsq̧ ad extremum terre. Audientes autez gentes gauisse sunt. ¶ Sic moderni christiani debent cum mentis gaudio ⁊ spirituali letitia haurire verba diuina: Non cum tristitia: non cum accidia: licet plangendum sit pro peccatis commissis. ¶ Unde cum Esdras librum legis coram multitudine legisset populus videns se dei legem in multis preuaricasse flebat habundanter: sz Esdras cum leuitis dixerunt populo sicut scribitur Nee. 8. Dies sanctificatus est domino deo nostro Nolite lugere ⁊ nolite flere: Flebat enim omnis populus cum audiret verba legis. ¶ Et hoc est contra multos: qui in talibus diebus nõ audiunt verbuz dei cum gaudio: sed cũ accidia. Sed tristantur de longitudine predicationis vel misse vel diuinorum officiorum. Et ꝙ peius est aliqui adeo contristantur de sermonibus diuinis ꝙ audire nolunt. Et hoc est signum dãnationis: sicut libenter ⁊ cuz gaudio audire salutis: dicẽte saluatore Jo. 8. Qui ex deo est verba dei audit: Propterea vos non auditis quia ex deo non estis. Et hiis qui cum tristitia verbuz dei audiunt in die festi dicendum est illud qđ scribitur Nee. 8. Sanctus dies domini est nolite contristari: gaudium etenim domini: idest gaudiũ quo debetis in domino gaudere est fortitudo nr̃a.

¶ .6. Credendũ est fide formata. ¶ Nõ sufficit cum gaudio audire diuinos sermones: Sed necesse est verbis diuinis fidem adhibere: quia sine fide impossibile est placere deo ad Hebre. 11. ¶ Unde cum Paulus predicaret anthiochie gentes audientes ꝙ erat miss⁹ a deo pro salute sua crediderũt illi qui erant ex gentibus illis saluandi. Scribitur enim Act. 13. Audientes autem gẽtes gauisse sunt. Et crediderũt quot quot erant preordinati ad vitam eternam. ¶ Sic omnes fideles debent diuinis sermonibus fide formata credere Et hoc est signum predestinationis ⁊ salutis eterne: quia dicit ꝙ illi qui erant preordinati ad vitam eternam crediderunt. Scribitur enim Mar. vlt. Qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit saluus erit. ¶ Et hoc est contra multos: qui in diebus festiuis vadunt ad audiendum verba salutis: sed aliqui ex curiositate vt audiant aliqua noua vel notabilia. Aliqui inuidia mouentur contra p̃dicatores: aliqui contradicunt: aliqui verba diuina derident: aliqui non credunt: nec per fidem adherẽt. ¶ Et hoc est signum damnationis: nonnulli qui paulo predicanti nõ crediderunt sed cõtradixerunt: derelicti sunt ab apostolis ⁊ iudicati indigni eterne vite Act. 17. Scriptum est eniz Mar. vltimo Qui vero non crediderit condemnabitur. ¶ Contra istos incredulos ⁊ contradi

ctores diuini verbi clamat deus dicēs illud ad Ro.10. Tota die expandi manus meas ad populum non credentem sed contradicentem mihi. Et illō Esa. 65. Expandi manus meas tota die ad populum incredulum: Qui graditur via non bona post cogitationes suas: populus qui ad iracundiā prouocat me: ante faciem meam semper. Qui immolat in hortis: ꝛ sacrificat super lateres: qui habitat in sepulcris: ꝛ in delubris ydolorum dormiunt: qui comedunt carnem suillam ꝛ ius prophanum in vasis eorum: qui dicunt recede a me: non appinques mihi quia immundus es. Isti fumus erunt in furore meo. Ignis ardens tota die. Ecce scriptum est coram me: pratica hic contra incredulos.

¶.7. Glorificandum est verbum domini. ¶ Non sufficiunt omnia predicta ad completam festi sanctificationē: Sed post hec omnia glorificandus est dominus noster iesus christus: qui est verbum dei: deo coeternum: consubstantiale ꝛ coequale. De quo Jo.i. In principio erat verbum: ꝛ verbum erat apud deum ꝛ deus erat verbum. ¶ Unū cū Paulus predicaret Anthiochie pisidie ꝛ annunciaret gentibus salutem ceperūt glorificare verbum domini Scribitur enim Act.13. Audientes autem gentes gauisse sunt ꝛ glorificabant verbū domini idest christum qui est verbum patris secundum Lyram ibidem. Et hoc fecerunt illi qui preordinati erant ad vitam eternam prout scribitur Act. 13. ¶ Sic moraliter christi fideles audito sermone diuino debent gratias agere domino nostro iesu Christo. Debent eum benedicere: Glorificare ꝛ magnificare: Et hoc est signum predestinationis ꝛ salutis eterne. ¶ Unde in figura Regina Sabba que animam fidelem ꝛ saluandam significat: audita sapientia ꝛ doctrina Salomonis magnificauit ꝛ glorificauit eum dicens.3.Re.10. Maior est sapientia ꝛ opera tua q̄ rumor quē audiui: Beati viri tui ꝛ beati serui tui: qui stant coram te semper ꝛ audiunt sapientiam tuam. Sit dn̄s deus tuus benedictus cui complacuisti. Sic anima deuota audita sapientia diuina per os predicatoris debet christum Jesuz glorificare ꝛ benedicere. Et tunc magnis muneribus cumulatur anima. Sicut ꝛ rex Salomon dedit regine Sabbe omnia que voluit ꝛ petiuit ab eo. Sic in primitiua ecclesia audientes predicationem apostolorum magnificabant dominum nostrum iesum christum: Sic ipso predicante magnificabant eum: Unde scribitur Luc.4. Ipse docebat in sinagogis eorum ꝛ magnificabatur ab omnibus. ¶ Et hoc est cōtra multos qui audientes verbū dei non magnificant nec glorificant dominum nostrum Jesum christum: Sed contradicūt: blasfemāt ꝛ maledicunt: ꝛ predicatoribus inuidēt detrahunt ꝛ insidiantur. Et ideo deus deserit eos in sua infidelitate obstinatione ꝛ duritia ōrelinquēs eos. Et hoc patet in figura Act.13. Nam predicante Paulo verbum dei: cum iudei obstinati ex inuidia contradicerent his que dicebantur a Paulo ꝛ blasfemarēt: Tūc Paulus dereliquit eos: ꝛ conuertit se ad gentes: ꝛ illi tanq̄ indigni vita eterna derelicti sunt a deo in sua incredulitate perfidia: ꝛ obstinatione. Sic accidit ingratis ꝛ non glorificantibus ꝛ magnificantibus deum: sed resistentibus ꝛ contradicētibus verbis eius O mortales. Uenite ascendamus ad montem domini ꝛ docebit nos vias suas.

¶ De ordinato profectu ꝛ suspensiua cō

templatione in festiuis diebus a Christi fidelibus inquirenda Cap. 80.

Venite ascendamus ad montez domini: et docebit nos vias suas. ¶ Scribuntur hec verba Leui. 23. Hec sunt ergo ferie domini sancte quas celebrare debetis temporibus suis. ¶ Secundum quod scribit Sapiens Eccle. 3. Tempus flendi et tempus ridendi: In diebus ferialibus ifra ebdomadam: quia anima a seipsa egressa et ad temporalia disponenda distracta est: occurrentibus obiectis delectabilibus inani letitie: vanis gaudiis: et dissoluto risui vacat quia tunc est tempus ridendi. ¶ Sed adueniente sacro die dominico: ceterisque festiuis diebus: anima rationalis siue cupida salutis: postergatis omnibus temporalibus ad semetipsam redire debet: Et latebris cordis diligenter inuestigatis: si quid negligentie. Si quid venialis: mortalis ve culpe. Si quid correctione penitentia ve dignum inuenerit. Contritioni lacrimis: gemitibus: et suspiriis diligenter insistere debet: quia tunc tempus est flendi. Et hoc modo dei festa celebrat temporibus suis. ¶ Ad quorum dignam celebrationem plura concurrunt sicut euidenter in sacris litteris continetur.

¶ Primum in die festiuo requisituz ad dignam festi celebrationem est lacrimosa contritio: et hec est respectu commissorum peccatorum. ¶ Non enim videtur posse fieri digna festi sanctificatio: nisi prius homo saltem conteratur de mortali peccato prius commisso: quia deus non acceptat opera exteriora: nisi prius acceptet personam operantem prout dicit Scotus in. 2. di. 26. Si autem persona sit in peccato mortali: et non conteratur: non acceptatur a deo: ergo nec eius opera acceptantur: ergo nec potest digne festum sanctificare. ¶ Et quamuis existens in peccato mortali sic sanctificans festuz non peccet mortaliter ymo vitat peccatum mortale quod de nouo committeret nisi sanctificaret prout dicit Scotus in. 2. di. 28. Tamen non meretur cum non habeat gratiam que est principium merendi et sic imperfecte festa sanctificat: et ideo ad perfectam festi celebrationem requiritur peccatorum commissorum lacbrimosa contritio. ¶ Et hoc ostenditur per figurã. ¶ Nã sub Esdra sacerdote filii Israel in festo tubarum quod fiebat prima die mẽsis septimi: vno animo et vna voluntate conuenerunt pro dicti festi celebratione ad plateam: siue ad attrium: quod erat ante portã aquarum siue ante portam fontis. Unde scribitur Nee. 8. Et venerat mensis septimus: Filij autem Israel erant in ciuitatibus suis. congregatusque est omnis populus quasi vir vnus ad plateam que est ante portam aquarum: ista porta aquarum est vna de portis hierusalem et vocatur porta fontis sicut patet Nee. 3. ¶ Mistice adueniente die festo: fideles omnes qui in ciuitatibus per opera vite actiue dispersi sunt in dispositione temporalium: conuenire: et congregari debent quasi vir vnus idest perfecte et totaliter: animo vnito: et voluntate deliberata ad digne festum celebrandum: Et congregari debent intra hierusalez idest intra animã rationalem que est hierusalez spiritualis et mistica. Et cõuenire debent ad plateam siue attriũ que est ante portam aquarum idest conuenire debent ad pdicationez verbi celestis: quod aperit fontem lacbrimarũ et contritionis: Nam il

lud atrium siue illa platea erat locus in quo hoies orabant & audiebant verbũ diuinũ ,put dicit Lyra Nee.8. Predicatio enim pcedit: & lacrimarum cõpunctio & contritio sequitur. Debent ergo fideles in die festo accedere ad atriũ & plateam predicationis: Debent appropinquare ad portum aquarũ: quia affectuose & cum magno desiderio debent de peccatis conteri: compungi: & copiosas lacrimas effundere. ¶ Unde de eodem populo in eodem die scribitur Nee. 8. Flebat enim omnis populus cum audiret verba legis. Sic flere debent singuli xpiani in diebus festiuis dolendo d peccatis: & legis transgressione. ¶ Et hoc est contra quasi omnes qui in die festo vacant risui: iocis: letitijs: & carnalibus consolationibus: qd est signum impietatis & dãnationis quia sic faciũt impii & damnãdi Sap.2. Dixerunt impij cogitantes apud se nõ recte: Uenite fruamur bonis: vbiqꝫ relinquamus signa letitie: qm̃ hec est pars nostra

¶ .2. Firma deliberatio. Et hec respectu peccatoꝝ relinquendoꝝ. ¶ Nõ.n. sufficit de cõmissis peccatis conteri: nisi firma & solida adsit deliberatio peccata relinquendi & denuo nõ recidiuandi: Hec autẽ deliberatio est firma quãdo quis a vicijs & eorum occasionibus se elõgat & ista firma deliberatio ẽ necessaria in die festiuo ad deuotã festi celebrationẽ. ¶ Et hoc monstratur per celebrem figuram Legitur enim primi Esdre. 10. & Nee. 9. qd q̃ plurimi filiorꝫ Israel in captiuitate babilonica contraxerunt matrimonium cum mulieribus alienigenis: & ex eis filios genuerant cõtra preceptum dñi. Et in hoc delicto ceciderãt Leuite: cantores: hostiarij & alij de populo. Et pdicante Esdra & dicente qd hoc erat illicitũ & debebant alienigẽas vxores cum filiis suis abiicere: & clamauit omnis multitudo dicens. Sicut dixisti faciemus: Tunc Esdras elegit viros & pricipes magnos: & in festo Neomenie decimi mensis consederunt ad examinãdum istud negocium de abiiciendis alienigenis vxoribus. Unde scribitur Nee.9. Et elegit sibi viros Esdras Sacerdos principes magnos de patribus eorum secundum nomina: & consederunt nouilunio mensis decimi examinare negocium istud. ¶ Moraliter filij Israel in captiuitate babilonica positi: populum christianum significant sub diaboli potestate p peccata subiugatum. In hac captiuitate autem positus populus christianus contrahit cũ mulieribus alienigẽis: quia copulatur spũaliter cũ superbia: auaritia: luxuria: ira: gula: inuidia: accidia: mala ɔsuetudine & alijs vicijs: que non sunt de populo dei: sed de populo diabolico & infideli. Copulatus autem cum istis mulieribus alienigenis generat multos filios & filias: que sunt alia peccata ex istis capitalibus procedentia. Sed iste mulieres alienigene sunt abiiciende cum filiis suis: quia & peccata capitalia & non capitalia omnia sunt relinquenda. ¶ Sed in festo Neomenie siue in nouilunio in quo luna innouatur: Idest in die dominico siue festiuo: in quo debet hõ spiritualiter renouari. Esdras sacerdos magnus idest voluntas nostra que est pria in anima debet eligere viros & pricipes magnos. i. memoriam & voluntatem & debent consedere in nouilunio. i. quiescere in die festo & diligẽter examinare negociũ istud. s. de vxoribus alienigenis abiiciendis. Debent diligẽter examinare. Si homo contraxit mr̃imonium: cum superbia: inuidia: ira: Signrauit ex eis filios vl' filias videlicet mala

verba: mala opera: et malos cogitatus: debent determiare quod tales vxores sunt abiiciende cum filijs. ¶ Unde scribitur Nee. 9. Omnes isti coniunxerunt sibi vxores alienigenas et dimiserunt eas cum filiis: Debent determinare et firmiter deliberare nunquam amplius eas assumere in vxores: nunquam cohabitare: nunquam conuersari cum illis. ¶ Et hoc est firmum propositum dimittendi peccata: quod fieri debet in die festo qui est dies spiritualis renouationis. ¶ Et hoc est contra multos: qui non examinant in die festo si contraxerunt matrimonium cum vxoribus diabolicis: superbia: vsura: rapina: nec proponunt dimittere et abstinere sed de nouo talia diabolica et probibita contrahunt matrimonia.

¶ .3. Affectuosa dilectio. Et hec est respectu dei. ¶ Nam post duo predicta deus infundit gratiam et caritatem qua diligatur super omnia. Et hanc sanctam dei dilectionem habere debent christi fideles in diebus festiuis precipue. ¶ Et hoc est per figuram notabilem manifestum nam Jonathas frater Jude Machabei in die solemni scenophegie induit se metipsum stollam sanctam. Unde scribitur .j. Mach. 10. Et induit se Jonathas stollam sanctam septimo mense: anno centessimo sexagessimo in die solemni scenophegie. ¶ Stolla sacerdotalis et sancta caritatis virtutem significat: que est vestis Anime rationalis iuxta illud Apoc. 16. Beatus qui vigilat et custodit vestimenta sua ne nudus ambulet. Et est sancta quia caritas sola omnium virtutum hominem sanctificat: et est forma omnium virtutum: nec potest esse informis prout dicit Scotus in. 2. di. 27 Est sancta quia actus diligendi deum: ex sola ratione obiecti supra quod transit habet completam rationem bonitatis: nec potest esse nimis intensus sicut declarat Scotus in. 2. di. 6. q. 2. Est stolla sacerdotalis quia facit nos reges et sacerdotes .j. Petri. 2. Uos autem genus electum: regale sacerdotium: gens sancta. ¶ In die ergo festiuo vnusquisque fidelis semetipsum induere debet hanc sanctam et sacerdotalem stollam caritatis: Et deum diligere toto corde: tota anima: et totis visceribus. ¶ Nam illius precepti Deutero 6. Deliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua: et ex tota fortitudine tua: tenemur aliquando actum elicere et si non cum illis omnibus condicionibus et totalitatibus: nec potest occurrere perpetuo impedimentum: tempus autem congruum ad istum dilectionis actum: videtur esse determinatum ab ecclesia in die dominica: in auditu misse prout declarat Scotus in. 3. di. 27. ¶ In tali ergo die anima sue cupida salutis Omnibus occupationibus postpositis ante omnia et super omnia debet se induere hac caritatis stolla: Et deum toto corde: tota possibilitate: totis viribus: totisque cordis medullis diligere. Et tunc optime se habebit respectu dei in die festo. ¶ Et hoc est contra multos: qui in diebus festiuis: induunt se vestem infectam dilectione carnali: lasciua: et sensuali: diligentes totis precordiis concubinas: philocatas: adulteras et meretrices: alij se induunt vestem prophanam odii: inuidie: rancoris: o miseras hominum mentes: que diem solemnem et festiuum diuine dilectioni dedicatum consumunt in amore ciborum: ludorum: pecuniarum: puluerisque terreni.

¶ .4. Uiscerosa compassio. Et hec est respectu proximi indigentis. ¶ Post dei dilectionem que summe neccessaria est in die festo: compassionem et pietatem ad p

ximos indigentes habere tenemur: qz scriptum est Mat.9. Misericordiam volo ꝛ non sacrificium. ¶ Et hoc decla ratur per exemplū illius magni patriar che Thobie: qui in diebus festiuis ope ribus pietatis ꝛ misericordie operā da bat. De quo scribitur Tho.2 Post hec vero cū esset dies festus domini: ꝛ fa ctuz esset prandiū bonū in domo Tho bie Dixit filio suo: vade ꝛ adhuc aliq̄s de tribu nostra timentes deum: vt epu lentur nobiscum: Cumq̧ abiisset reuer sus nunciauit ei: vnum ex filiis israel iu gulatum iacere in platea: Statimq̧ exi liens de accubitu suo: relinquens pran dium ieiunus peruenit ad corpus: tol lensq̧ illud portauit ad domum suam oculte: vt dum sol occubuisset caute se pelliret eum. ¶ Sic omnis christi fide lis ac deuotus in diebus festiuis pieta tis operibus intendere debet: Et non so lum occurrentibus ac petentibus elar giri. sed ꝛ ad ipsos pauperes elemosi nam mittere. ad ipsos accedere: ipsos ad secum comedenduz inuitare sicut fe cit Thobias: Naz hec est optima via ad inueniendum deum in die festiuo. Qui enim querit pauperes christum querit. qui pauperes inuenit: christum inuenit. qui pauperes tangit christū tangit: qui pauperes ad domum suam ducit: chri stuz ducit: qui pauperes reficit christū reficit: qui pauperes amplexatur: chri stum amplexatur dicente ipsa veritate Mat.25. Amen dico vobis: q̄diu vni ē hiis fratribus meis minimis fecistis mihi fecistis. ¶ Unde dixit Esdras po pulo in die festo Nee.8. Ite ꝛ mittite p tes eis qui non preparauerūt sibi: quia sanctus dies domini est. Debent etiam mortuis in diebus festiuis beneficium pietatis impendere sicut fecit ꝛ Thobi as qui prandium dereliquit. ¶ Et hoc est contra multos: qui in diebus festi uis non solum non querunt pauperes nec elemosinas mittunt: nec petētibus largiri volunt: sed cum indignatione re pellunt: improperant: abhorrent: vilipē dunt: nec corde miserentur: Heu mise ri: qua fronte queris a deo gratiaz: si nō vis impendere panis bucellam: qua frō te a deo poscis veniam: si pauperibꝰ nō vis impendere micam: qua fronte pe tis celum si non vis impendere num mum.

¶ .5. Cōtinuata deprecatio Et hec est re spectu totius ecclesie. ¶ Nam post ope ra pietatis in diebus festiuis vacanduz est orationibus ꝛ deprecationibus: In quibus deo supplicandum est pro felici statu: profectu: ꝛ augumentatione toti us ecclesie catholice. et pro salute om nium proximorum. ¶ Et hoc ostendi tur per figuram.j. Macha.12. Ubi scri bitur quomodo iudei ī diebus festiuis ꝛ solēnibus orabant pro amicis suis sci licet spartiatis vel lacedemoniis quibꝰ sic scribunt. ¶ Nos ergo in omni tem pore sine intermissione in diebus solē nibus ꝛ ceteris quibus oportet memo res sumus vestri in sacrificiis que offe rimus: ꝛ in obseruatiōibus sicut phas est ꝛ decet meminisse fratrum. ¶ Sic fidelis quisq̧ in diebus solemnibus ac festiuis orare deum: ꝛ deprecari debet pro salute totius populi christiani: pro prelatis ecclesie: pro principibus tempo ralibus: pro toto clero: pro relligosis: p virginibus: pro viduis: pro coniugatis: pro miseris ꝛ afflictis. Et hoc fieri de bet in oibus festiuis diebus sicut ꝛ iu dei sine intermissione in diebus solem nibus orabant pro spartiatis: ꝛ lacede moniis. ¶ Hoc modo sapientissimus Salomon: in festo dedicationis templi orauit pro toto populo; ꝛ etiam pro de

uotione populi gẽtilis sicut patet. 2. Parali. 6. Sic in festiuis diebus orandum est nedum pro amicis sed et pro inimicis pro fidelibus et ĩfidelibus: quia scriptum est Mat. 5. Orare pro persequẽtibus et calumniantibus vos: vt sitis filij patris vestri qui in celis est: qui solem suũ oriri facit sup bonos et malos et pluit sup iustos et iniustos. ¶ Et hoc ẽ cõtra multos: qui talibus diebus non orationibus vacant sed nugationibus: sed murmurationibus: sed detrationibus: vacant dico vaniloquiis: stultiloquiis: verbis ociosis: scurrilibus et impudicis. ¶ Et hoc est etiam contra illos qui deum orant: vt suas malas impleant voluntates pro morte et confussione inimicorum o qualiter celebrantur festa diuina.

¶ .6. Rectificata intentio Et hec est respectu sponsi christi iesu. ¶ Post oĩa p̄dicta in diebus festiuis requiritur ad debitam festi sanctificationem recta omnium p̄dictorum intentio: quatenus omnis nr̃a intentio sit in xp̄o iesu vt omnia que agimus in ipsum tanq̃ infinẽ oium dirigamus. ¶ Et hoc manifestatur per figuram Dicitur enim Luc. 4: Et omnium in sinagoga oculi erant intendentes in eum scilicet iesum Et hoc erat in die sabbati sicut patet ibidem. ¶ Mistice oculi significant intentiones ſm illud Mat. 6. Lucerna corporis tui est oculus tuus idest intẽtio tua. In die ergo sabbati: in die festiuo: in die tranquilitatis et quietis: omnes tam magni q̃ parui intentionis oculum debent in christum erigere: in ipsum intendere: ad ipsum anhellare: Quatenus omnis nr̃a intentio: omne studiũ: omne opus: quicquid agimus: quicquid loquimur: quicquid cogitamus in nomine dñi nr̃i iesu christi faciamus: vnde dicit paulus ad Coll'o. 3. Omne quodcũq; facitis in verbo aut in opere: omnia in nomine domini nostri iesu christi facite. ¶ Et hoc est signum sapientie ocm intentionem habere in christum quia scriptum est Ecc'e 2. Sapientis oculi in capite eius idest intentio viri sapientis est in christo qui est caput eius. ¶ Et hoc est contra multos qui in diebus festiuis qñ sunt in ecclesiis et extra ecclesias non hñt oculos nec intentionẽ ad christum: Nec ei placere aut rem gratam facere intendunt: sed oculos hñt depressos ad terram: intendũt enim placere maritis: philocatis et adulteris: et hominibus: intendunt oculos intentionis ad lucrum: ad delectationes: Ad honores: ad ornatus: ad choreas: ad cibos: ad ludum: De quibus dicit propheta in ps. Oculos suos statuerunt declinare in terram: idest intentionem in rebus terrenis. ¶ Et hoc est signum magne stultitie: quia scriptum est Prouer. 17. Oculi stultorum in finibus terre idest intentiones ad complenda terrena desideria. De talibus dicit veritas Mat. 23. Omnia opera sua faciunt vt videantur ab hoibus: Dilatãt. n. philateria sua et magnificant fimbrias: Amant autem primos recubitus in mẽsa: et primas cathedras in sinagogis: et salutatiões in foro et vocari ab hoibus rabi. Et tales in diebus festiuis nõ habent oculos ad iesum: sed ad carnem: sz ad mundũ: sz ad diabolũ et opa eius &c.

¶ .7. Subleuata cõtemplatio Et hec est respectu deitatis et ciuitatis superne hierusalem. ¶ Post rectitudinem intentionis in iesum in diebus festiuis: ad superne hierusalem claritatem. et ad incircumscriptum diuinitatis lumen: per limpidam contemplationem mens nostra subleuari debet: quia in ipsa perfecte festi sanctificatio consumatur. ¶ Et

hoc declaratur per figuram de virgine gloriosa et suo sponso sanctissimo Ioseph: qui ambo per omnes annos in die solēni pasce ascendebant in hierusalem De quibus scribitur Luc.2. Et ibāt parentes eius per omnes annos in hierusalem in die solemni pasce. ¶ Mistice per hierusalem: ciuitas superne felicitatis intelligitur De qua ps. Hierusalem que edificatur vt ciuitas. Per ascensū in hierusalem eleuatio mentis ad supernorum spirituum contemplationē: ad istam supernam ciuitatem ascendere debemus per singulos annos: et per singulos dies solemnes. ¶ Illuc autem ascēdentes quiescere debemus: limpide contemplando illius ciuitatis altitudinem: magnitudinem. pulcritudinem: multitudinem: opulentiam: suauitatem: sanitatem: fortitudinem: stabilitatem: tranquilitatem: pacem: claritatem: et eternitatem O q̄ gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei: Hec est hierusalem que edificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipsum. Illuc enim ascenderunt tribus: tribus domini testimonium Israel: ad confitendum nomini domini. ¶ In hanc superne ciuitatis contemplationem anima subleuata gradatim et ordinate ascendere debet. A contemplatione ciuitatis et loci ad considerationē animarum sanctarum: Deinde ad contemplationem spirituum beatorum: inde ad contemplationem virginis regine ciuitatis illius: hinc ad considerationem regis christi iesu: inde ad diuinitatis speculationem: inde ad personā spiritus sancti: Inde ad personam filij: inde ad personam patris contemplandā paulatine ascendere: donec videatur deus deorum in syon: o anima rationalis: o anima misera: cur tempus amittis in festiuis diebus voluēdo pulueres hui9 mundi: Cur vagaris per infima. Derelinque terrena omnia. Et supra ipsū celum gressu mentis incede: ibi israelitica agmina et excubias cerne sanctorū: ibi contemplare faciem dei viuentis vbi p nobis precursor introiuit iesus. ¶ Et hoc est contra multos: qui in diebus festiuis non ascendunt ad contemplationem superne hierusalem cum Maria: Joseph et iesu sed more porcorum contemplantur carnalitatis lutū: more formicarū auaritie pulueres et oculos suos statuerunt declinare in terram: o mortales Uenite ascendamus ad montē dn̄i. Et dies festos deuotissime celebrem9.

¶ De perfectis Anime rōnalis operibus in festiuis diebus exequendis. Cap. 81

V Enite ascendamus ad montē domini: et docebit nos vias suas. ¶ Scribuntur hec verba Leui.23. ¶ He sunt ergo ferie domini sancte: quas celebrare debetis tēporibus suis. ¶ Secundum sententiam sapientis Eccē.3. Tēpus destruendi et tempus edificādi: In diebus ferialibus: quibus homo p hebdomadam terrenis negociis implicat̄: est tempus destruendi: Nā tunc cōiter destruitur humilitas: caritas: iustitia: veritas: continentia: ceterequ virtutes q̄ sunt templum et habitaculū spūs sancti. Et est tempus construendi siue edificādi quia tunc edificatur supbia: inuidia: ira: auaritia: luxuria: ceteraque huiusmodi vicia que sunt immundi spiritus habitacula. ¶ Sed in die dn̄ico siue festiuo est tempus destruendi vicia per penitentiam et contritionē: et tempus edificandi habitaculum spiritus sancti: p virtutum ordinatissimam operationē.

Et hoc modo celebrantur festa diuina
temporibus suis. ¶ Ad quorū dignā
sanctificationem: vnusquisqꝫ fidelis sue
cupidus salutis: ⁊ ad culmen contem-
plationis anhelans: plura debet ordi-
nate peragere. Quorum ordo subin-
fertur.

¶ Primo debet vnusquisqꝫ deuotus in die fe
sto assumere sibi sponsam ad procrean
dum. ¶ Et hoc declaratur per figuram.
¶ Legitur enim Judic. 21. Quod cum
tribus Beniamim esset tota consum-
pta in bello ⁊ remansissent sexcenti vi-
ri sine vxoribus: cum iurassent filii Is-
rael non dare filias suas vxores: filiis
beniamin: Tunc filii beniamin de consi
lio seniorū ⁊ maiorum: in die solēnita-
tis diuine cum puelle ducerent choros:
rapuerunt sibi vnusquisqꝫ vxorem siue
sponsam vnam: ⁊ abierunt in terram be
niamin: ⁊ edificauerunt vrbes habitan
tes in eis. ¶ Unde scribitur Judic. 21.
Ceperuntqꝫ consilium atqꝫ dixerunt: ec
ce sollēnitas domini est in sylo anniuer
saria: preceperuntqꝫ filiis Beniamin at
qꝫ dixerunt: Ite ⁊ latitate in vineis: Cū
qꝫ videritis filias silo ad ducendos cho
ros ex more procedere: exite repente de
vineis: ⁊ rapite ex eis singuli vxores sin
gulas ⁊ pergite in terram beniamin: Fe
ceruntqꝫ filii beniamin sicut sibi fuerat
imparatum: ⁊ iuxta numerū suum ra-
puerunt sibi de his que ducebant cho
ros vxores singulas: Abierūtqꝫ in pos
sessionem suam: edificantes vrbes ⁊ ha
bitantes in eis. ¶ Mistice filii benia-
min priuati propriis vxoribus signifi-
cant electos propriis virtutibus spolia
tos ex suis demeritis: Beniamim enim
filius virtutis vel filius dextere inter-
pretatur ⁊ significat electos: qui ⁊ vir-
tuosi esse debent ⁊ ad dexteram iudi-
cis collocari. ¶ Hij electi quasi filij be
niamin in diebus solēnibus: ⁊ festiuis
de consilio seniorum ⁊ maiorū: idest p
consilia ⁊ doctrinam predicatorum: de
bent sibi virgines de filiabus Israel as
sumere in sponsas ⁊ vxores idest sentē
tias immaculatas ⁊ integras sacre scri
pture intellectui suo copulare. ¶ Sen
tentie enim sacre pagine virgines appel
lantur propter integritatem: ducentes
choreas propter ordinem quem adin-
uicem habent. Et iste sententie in dieb⁹
festiuis debent intellectui nostro copu-
lari sicut sponsa sponso. ¶ Hoc autem
fieri debet vel quādo predicatores ver
bum dei annūciant: vel quando legunt
ep'le: vel quando pronunciatur euange
lium: vel quādo cantant officia diuina:
vel sacros ac deuotos legendo libros.

¶ Assumpta autem spōsa ista diuine sa
pientie debent vnusquisqꝫ ire in terram
beniamim idest in celestem patriam ip
sam contemplando: cogitando: deside-
rando: que celestis patria est terra viuē
tium: terra filiorum dextere ⁊ filiorum
virtutū Debent vnusquisqꝫ cū ipsa spō
sa vl' vxore abire in terrā beniamim id
est in terram filiorum dextere siue filio
rum virtutis operando virtuosa: ⁊ o
pera spūalia ⁊ diuina que per dexteras
designant: Debent edificare vrbes id-
est procedere de virtute in virtutē faci
endo fabricam spūalem ⁊ ciuitatem dō
dilectam ad habitandum: Debent ha-
bitare in eis scilicet ciuitatibus edifica-
tis. Non amplius declinādo ad vicia ⁊
petā. ¶ Hanc sponsam sibi assumere cu
piebat ⁊ dō ea spūales filios generare sa
piens ille qui dicebat Sap. 8. Hāc ama
ui ⁊ exquisiui eam a iuuentute mea: ⁊ q̄
siui sponsam mihi eam assumere: ⁊ ama
tor factus sum forme illius. Sobrieta
tem enim ⁊ prudentiam docet: ⁊ iustiti
am ⁊ virtutem: quibus vtilius nihil est
in vita

In vita hoīb⁹. ¶ Et hoc est contra multos: qui in diebus festiuis ad consilia p̄dicatorū nolūt assumere spōsas v̄gines de israel. i. sententias celestis eloquij: sꝫ malunt assumere meretrices de filiab⁹ belial: copulando suis intellectib⁹ sententias corruptas: cupidas: lasciuas ꝛ impudicas: hystrionū: meretricū adulterorū: ꝛ poetarū. Ex quibus generāt filios p̄dicionis ꝛ edificāt ciuitatē diaboli qui eos portabit. ¶ Hoc est ergo primū faciendū in dieb⁹ festiuis vꝫ diuine sapientie deuota receptio.

¶ 2. Sedere iuxta regeꝫ ad vescendum. ¶ Naꝫ ī festo Neomenie ꝛ in chalēdis mensiū: solebant p̄sone notabiles rōne solēnitatis comedere cuꝫ regibus sicut dicit lyra. i. R̄e. 20. Unde scribit̄ ibideꝫ Dixit autē dauid ad Jonathaꝫ. Ecce calende sunt crastino ꝛ ego ex more sedere soleo iuxta regeꝫ ad vescēdū. ¶ Misticē in diebus solēnibus ꝛ festiuis quelibet persona notabilis: quilibet fidelis: qui est gens sancta: gen⁹ electuꝫ ꝛ regale sacerdotiū. i. petri. 2. Dꝫ sedere ad mēsam ꝛ manducare cū christo: qui est rex reguꝫ ꝛ dn̄s dominātiū Apoc. 19. Sedere per cōtēplationē: manducare p̄ eucharistie deuotaꝫ receptionē. ¶ Juxta regeꝫ sedemus cū de christo cogitamus. Juxta regē sedemus cū de christo meditamur: Juxta regē sedemus cū xp̄m cōtemplamur. Cuꝫ rege vescimur: cum sacraꝫ eucharistiaꝫ deuote mādūcam⁹. De ista comestione ꝛ sessione cuꝫ xp̄o ꝛ iuxta xp̄m dicit ipsa veritas Apoc. 3. Ecce ego sto ad ostiuꝫ ꝛ pulso. Siquis audierit voceꝫ meaꝫ ꝛ aperuerit mihi ianuaꝫ: intrabo ad illū ꝛ cenabo cuꝫ illo ꝛ ipe mecū. Qui vicerit dabo ei sederē mecū in trono meo. ¶ In dieb⁹ ḡ festiuis ꝛ solēnib⁹ debēt fideles assuescere ad meditationeꝫ xp̄i ꝛ ad sumptioneꝫ sacratissime eucharistie: cū lacrimis: suspirijs ac gemitib⁹ cōicando: Jeiunijs ac orōnibus preuijs. Quia talis cibus vitā sp̄ualem ꝛ sempiternā cōfert dicente christo Jo. 6. Ego sum panis viu⁹ qui d̄ celo descendi Siquis mādūcauerit ex hoc pane viuet in eternuꝫ. ¶ Et hoc est contra multos: qui in diebus solēnibus nō sedent iuxta regeꝫ christū de ipso meditādo: sed cogitant de terrenis: diuitijs: delectationibus: cōcubinis: nec deuote cōicant ymo stāt per totū annū sine eucharistie sacramēto: Et iō viuere vix possūt sp̄uali vita: q̄ꝛ clamat veritas Jo. 6. Nisi mādūcaueritis carnē filij hoīs ꝛ biberitis eius sanguinē nō habebitis vitam in vobis. ¶ Et hoc est secūduꝫ faciendūꝫ in diebus festiuis vꝫ: Eucharistie deuota susceptio.

¶ 3. Cōgregare oēm populū ad templuꝫ dedicandū. ¶ Naꝫ in festo expiationis q̄ō celebrat̄ decima die septimi mensis siue septēbris: cōuenit oīs populus israel ad salomoneꝫ ad dedicationē templi. ¶ Unī scribit̄. 3. R̄e. 8. Cōuenitq̄ʒ ad regeꝫ Salomonē vniuersus israel in mēse bethanim in solēni die: ipse est mēsis septimus: Ueneruntq̄ʒ cuncti senes de israel. Et tulerūt archaꝫ sacerdotes. Et portauerūt archaꝫ dn̄i ꝛ tabernaculū federis ꝛ oīa vasa sanctuarij que erant in tabernaculo: ꝛ ferebant eaꝫ sacerdotes ꝛ leuite: ꝛ intulerunt sacerdotes archaꝫ federis dn̄i in locuꝫ suū. In oraculū templi: In sanctū sanctorū: subter alas cherubin. Et. 2. pali. v. Uenerūt itaq̄ʒ ad regeꝫ oēs viri israel in die solēni mēsis septimi. ¶ Mistice, Salomon rex pacificus volūtatē nr̄aꝫ prefigurat: que in regno aīe dn̄atur: Populus infimus salomoni subiect⁹ sūt exteriores sensus imperio volūtatis subiacentes vꝫ Uisus: Auditus: Odorat⁹: Gustus ꝛ Tactus:

Mediocres de populo sunt interiores
sēsus: vꝫ sēsus cōis: Phātasia: Cogitati
ua: Extimatiua: ⁊ Mēoratiua: ¶ Pri
cipales vo de pplo sūt Memoria ⁊ In
tellect⁹. ¶ Tēplū dedicādū est Aia rō=
nalis sanctificāda: in q̄ inhabitat de⁹: iu
xta illō. 2. Cor. 6. Vos estis tēplū dei vi
ui sicut dicit deus. ¶ Q̄m inhabitabo
in illis ⁊ inambulabo inter eos ⁊ ero il
loꝝ deus. ¶ Archa īferēda in tēplū est
humanitas xp̄i collocāda in aiam nr̄aꝫ.
¶ Loc⁹ ppri⁹ hui⁹ Arche est cor quo=
dā sanctū sanctoꝝ ⁊ oraculū tēpli: Cuꝫ
oratio sit pluꝫ affect⁹ mētis in deū. Et p
ipꝫ cor totū aie tēplū sāctificat̄. ¶ Due
ale cherubin ptegētes archaꝫ: due sunt
cōtēplatiōes humanitatis xp̄i vna cor=
poris alia aie. ¶ In die ḡ solēni siue fe
stiuo Oēs sensus exteriores ⁊ oēs inte
riores ⁊ oēs vires aie cōgregari ⁊ cōue
nire debēt ad volūtatis iperiū q̄si ad re
geꝫ Salomonē ad dedicationē ⁊ sancti
ficationē ipsius aie. ¶ Sēsus exterio=
res cōueniūt qn̄ christū in cruce pendē=
teꝫ intuemur: Interiores ↄueniūt qn̄ ip
sum imaginamur: Memoria conuenit
qn̄ ip̄m i memoria retinem⁹ ⁊ ipsius re
cordamur. Intell'ꝰ cōuenit qn̄ ipsuꝫ spe
culamur ⁊ cōtēplamur. ¶ Sacerdotes
ferunt archā ⁊ ponūt eaꝫ in locū suū: qn̄
desideria nr̄a versant̄ circa xp̄m ⁊ defe
runt eū ad intima cordis nostri qui est
locus dei. Desideria. n. sunt spūales sa=
cerdotes. Leuite ferūt oia vasa taberna
culi sancta ⁊ ferūt in tēplū qn̄ cogitatio
nes nr̄e: que sūt spūales leuite deseruiē
tes sacerdotibus: versant̄ circa vulne=
ra xp̄i ⁊ alia misteria sancta sue passio=
nis ⁊ reponūt ea in secreto mētis q̄si in
tēplo dei viui. ¶ Hoc mō ōdicat̄ ⁊ san
ctificat̄ tēplū aie nr̄e. Per introductio=
nē arche ⁊ vasoꝝ sanctoꝝ: per cogita=
tiones mundas: p ignita desideria: ⁊ p
ministeriū oīum sensuum circa huma=
nitatē xp̄i ad imperiū volūtatis: O mor
tales in dieb⁹ solēnibus: i dieb⁹ festiuis
cōueniant oēs sensus: oēs vires ad vo
lūtatis obsequiū: ad introducēdū xp̄m
in animaꝫ: ad sanctificādaꝫ ⁊ dedicādū
templum spūs sancti: qd̄ est aia nostra.
¶ Et hoc est contra multos: qui in die
bus festiuis nō sanctificant aiam suam
per omniū viriū coadunationē: sed ipsā
pphanant per oīum sensuū dispersio=
nem ⁊ disgregationē: Nec ad mētis se
cretū introducunt archaꝫ federis dn̄i. s.
humanitatē christi: Sed archaꝫ fede=
ris diaboli: cogitando ⁊ desiderādo me
retrices: ludos: cibos: delectatiōes: alia=
q3 terrena. ¶ Hoc est tertiuꝫ faciendū
in diebus festiuis vꝫ: ad tēplū aie dedi=
candum deuota omniū sensuū ac viriū
coadunatio.

¶ 4. Induere sacerdotes stollis ad pas
cha celebrandū. ¶ In solēni celebratio
ne phase sacerdotes veteris testamenti
stollis induebant̄ sicut pꝫ in phase cele=
brato sub Josia. ¶ De quo scribitur. 3.
Esdre. i. Et fecit Josias pascha in hie=
rosolimis dn̄o: ⁊ imolauit phase quar=
tadecima luna primi mensis: statuēs sa
cerdotes per vices dieꝝ stollis amictos
in tēplo dn̄i. ¶ Et. 2. parali. 35. Fecit āt
Josias in hierusalē phase dn̄o: qd̄ imo
latum est quartadecima die mensis pri
mi. ¶ Et. 4. Re. 23. Nec. n. fcm̄ ē phase
tale a diebus iudicum ⁊ omniū dierum
regū israel ⁊ regū iuda: sicut in decimo
octauo anno regis Josie factuꝫ est pha
se istud dn̄o i hierusalē: hec ibi. ¶ Mi
stice tēplum in quo deseruiunt sacerdo
tes est aia rationalis que est habitacu=
lum ⁊ tēplum spūs sancti. i. Cor. 3. Ne
scitis q2 templū dei estis ⁊ spūs dei ha=
bitat in vobis. ¶ Sacerdotes in hoc tē
plo seruiētes sunt Memoria: Intelle=

ctus τ voluntas: que sacra docent: sacra dant τ sacra administrant. ¶ Isti sacerdotes celebrāt phase qđ est trāsitus: qn̄ in die festiuo a terrenis ad celestia se cōuertūt. Memoria phase celebrat qn̄ de recordatione corruptibiliū: ad reminiscentiaȝ incorruptibiliū se cōuertit. Intellectus phase celebrat qn̄ a terrenorū cōtemplatione ad celestia contēplanda trāsmigrat: Uolūtas phase celebrat: qn̄ a mundi dilectione ad deū diligendū se trāsfert. ¶ Isti sacerdotes statuunt ꝑ vices dierū in celebratione festi: quādo Memoria vno tēpore ad deū remiscēdum vacat: Intell'us alio tēpore ad deū cōtēplandū: Uolūtas alio tp̄e ad deum diligendū. ¶ Isti sacerdotes in celebratione phase induunt stollis: q2 in dieb⁹ festiuis dȝ intellectus noster indui stolla fulgida fidei irrefragabilis: Firmiter credēdo: τ oībus articulis fidei firmiter adherēdo. Cōgruū eniȝ est vt in talibus diebus hō eliciat actuȝ fidei: τ itellectuȝ suū adornet stolla candidissima fidei īmaculate: vt intell'us noster tāq̄ȝ sacerdos ornat⁹ appareat coraȝ deo cui seruit τ ministrat. ¶ In eisdeȝ diebus memoria nr̄a indui dȝ stolla candida firmissime spei: sperādo: desiderādo: τ expectādo eternaȝ beatitudinē vt sūmuȝ bonum ex meritis τ dei gratia recipiendum. Et totaȝ suam fiduciaȝ τ spem in deo collocādo: quatenus memoria stolla hmōi decorata: confidēter coram deo suo fuiat τ administret. ¶ Simili modo voluntas nostra diebus festiuis': vestiri debet stolla ignea ardentissime caritatis: deum benedictum toto corde: tota anima: totis viribus: τ totis visceribus diligendo: quatenus tali īduta stolla: in templo dei viui digne valeat ministrare: Sine stollis sacerdotes compa/rere non debent in diebus festiuis corā deo. Nec memoria nec ītellectus nec voluntas sine hijs tribus stollis fidei spei τ caritatis coram domino. O anima deuota: que ad apicem perfectionis aspiras: Si diem festum digne sanctificare: deuote celebrare festinas: adorna talamum tuū: vesti sacerdotes: Pone fideȝ: spem: τ dei caritatem in anima tua: Adorna sacerdotes anime: vt ad deum per fidem spem τ caritateȝ valeas propinquare τ spiritualeȝ transitum celebrare. ¶ Et hoc est cōtra multos: qui in diebus festiuis sacerdotes anime non induunt vestib⁹ diuinis τ celestibus: sȝ diabolicis τ Infernalibus: Infidelitate: Desperatione: Odio: Inuidia: Ira: Luxuria: quibus induti festa diabolica solēnizant: quorū dānatio est manifesta ¶ Hoc est ergo quartuȝ faciendū in diebus festiuis vȝ Deuota ac spiritualis vitium mentis adornatio.

¶ 5. Latitare in montib⁹ τ in spelūcis ad diem solēnem celebrandū. ¶ In libro machabeorū 2° legit̄ Q: Judas Machabeus cuȝ suis: persecutiōes inimicorū fugiēs: solēnitatē tabernaculoꝝ egit in montib⁹ τ in spelūcis more bestiaꝝ. ¶ Uñ scribitur. 2. Macha. x. Et cum leticia diebus octo egerūt ī modū tabernaculorū: Recordantes q̄ ań modicuȝ tēporis diē solēnē tabernaculoꝝ ī montibus τ ī spelūcis more bestiaꝝ egerāt. ¶ Mistice: per montes significant̄ angeli q̄si eminētes. De quib⁹ p̄s Mōtes in circuitu eius τ dn̄s in circuitu populi sui: Spelunce que sunt saxa concaua significant vulnera xp̄i que sunt quasi foramina in petra. Mōtes sūt refugiū ceruorū velociū: Petre foramina sunt refugiū Erinaciorū dicēte p̄s. Mōtes excelsi ceruis: Petra refugiuȝ Erinacijs. ¶ In diebus ergo festiuis nō solum debent vires aīe fide spe τ caritate vestiri:

Sed aīa deuota fugere dʒ ꝑsecutores: ꝛ se elongare a tēptatiōib⁹ mūdi: carnis ꝛ diaboli. Dʒ ascēdere in mōtes cōsiderā do angelicos spūs contēplando eorum Numerositatē: Ordinē: Potentiā: Dignitatē Sapientiaʒ. In eisdem montibus dʒ tabernaculoꝝ solēnitatē celebrare. Cōsiderādo semetipsuʒ habitare in tabnaculo hui⁹ carnis: ꝛ nō hr̄e hic ciuitatē manētē sʒ eē pegrinū a dn̄o: ꝛ longe a cōsortio ciuiuʒ supnoꝝ: In eisdem dieb⁹ solēnib⁹ ꝛ festiuis dʒ vlteri⁹ ꝑgredi. Et intrare in spelūcas ꝛ cauernas terre idest ī vulnera xp̄i iesu glorificati. Et in eisdeʒ spelūcis more Erinacij quiescere: Ibi festuʒ tabernaculoꝝ celebrare cōsiderando se pegrinū a dn̄o: In eisdeʒ spelūcis abscondi dʒ a facie mūdi: carnis ꝛ diaboli ꝑsequētis: qꝛ dicit dn̄s Ysa. 2. Ingredere in petrā .i. christū: Et abscōdere in fossa humo a facie timoris dn̄i O aīa rōnalis vis digne festa celebrare: Ascēde in montes spirituū supnoꝝ vt fugias a facie ꝑsequētis: ingredere in vulnera christi vt salues temetipsaʒ a rugientib⁹ preparatis ad escam. Hoc mō machabei celebrarunt festa in mōtib⁹ ꝛ speluncis more bestiaꝝ. ℂ Et hoc ē cōtra multos: qui in dieb⁹ festiuis nō ascēdunt ad mōtes angelice sublimitatis: Sed descēdūt ad ignominiā carnis: ad valles carnalitatis ꝛ luxurie: Nec ingrediunt̄ in spelūcas petre: nec ī vulnera xp̄i: Sed ingrediunt̄ prostribula: Hospicia: Tabernas: Loca inhonesta. Et iō nō euadūt manus inimici. Sʒ capiuntur: carcerant̄: iugulant̄ ꝛ suspēdūtur diebus festiuis in mille patibulis. ℂ Hoc est ꝙ quintū faciendū ī dieb⁹ festiuis: vʒ Beatoꝝ spūum ac vulnerum xp̄i deuota cōtēplatio.

ℂ 6. Aperire cordis ostiuʒ ad deū diligē dum. ℂ Legit̄ .n. Ezech. 46. Qꝫ porta Atrij interioris dieb⁹ sex clausa erat: sʒ in die septimo aperiebat̄ ad principis ingressuʒ: In qua porta p̄nceps sedebat ꝛ panē māducabat corā dn̄o. ℂ Uñ dicit̄ Ezech. 46. Hec dicit dn̄s deus: Porta atrij interioris que respicit ad orienteʒ erit clausa sex dieb⁹ in quibus opus fit: Die autē sabbati aperiet̄. Sed in die calendarū aperiet̄. Et intrabit princeps ꝛ stabit ī limine porte: Porta aūt nō claudet̄ vsqꝫ ad vesperū. ℂ Et Ezech. 44. Porta hec clausa erit ꝛ nō apiet̄. Princeps ipse sedebit in ea vt comedat panē corā dn̄o. ℂ Mistice tēplū est corp⁹ nostruʒ dicēte paulo .j. ad Cor. 6. An nescitis qm̄ mēbra vestra templū sunt spūs sancti: qui in vobis est. Atriuʒ exterius est pars sensitiua: Atriū īterius pars rationalis. Porta atrij interioris est intellectio siue speculatio ꝛ dilectio: per hanc gēmā ianuā oīa ad animaʒ ingrediunt̄: sex diebus quib⁹ fit opus. ℂ Hec porta atrij interioris claudit̄ qꝛ aīa diebus ferialibus circa res terrenas occupata diuine cōtēplationi ꝛ dilectioni non vacat. ℂ Sʒ in die septimo .i. in sabbato: ī die solēni ꝛ festiuo: in die quietis ꝛ trāquilitatis: aperiri dʒ porta ista que respicit ad orientē .i. Cōtēplatio ꝛ dilectio circa xp̄m qui vocat̄ sol iustitie. Et oriens nomē ei⁹ Zach. 6. Ecce vir oriens nomen eius. ℂ Ista porta nō dʒ claudi die septimo vsqꝫ ad vesperū: qꝛ tota die festi vacandū est ꝛ cōtēplationi ꝛ dilectioni diuine. ℂ Princeps aūt sedet in porta: qꝛ xp̄s in nr̄a cōtēplatione ꝛ dilectione tanquā ī lecto florido requiescit. ℂ In ista porta princeps adorat .i. volūtatē ꝛ aīaʒ adorare facit iuxta illud Gen. 22. Nunc cognoui ꝙ timeas deū .i. alios cognoscere feci. In ista porta princeps .i. christus comedit panē corā dn̄o .i. Aīam comedere facit panē illū viuū qui de celo de-

scēdit Jo.6. ¶ In die ergo septima: in die festiuo: aperiēdū est contēplationis ꝛ dilectionis ostiū: qđ respicit ad oriētem christū: quaten⁹ īgredi possit ad animā nostrā. ¶ Ad istam apertionē ostij dilectionis sponsus īuitat sponsam dicēs illō Cant.5. Aperi mihi soror mea: Amica mea: columba mea: īmaculata mea: O aīa deo deuota: In die solemni: In die festiuo aperi mihi cor tuū p dilectionē: vt ingrediar ad aīaʒ tuā: vt sedeā ꝛ comedā tecū. ¶ Et hoc est cōtra multos: qui in diebus festiuis: non aperiunt ostiū contēplationis ꝛ dilectiōis principi christo: Sʒ demoni ꝛ ei⁹ psuasiōib⁹: Mundo ꝛ eius vanitatib⁹: Carni ꝛ ei⁹ operibus: Contēplādo ꝛ diligēdo opera mūdi: carnis: ꝛ diaboli. ¶ Hoc est ꝙ sextuʒ pagenduʒ in diebus festiuis vʒ: Ad christū diligendū ꝛ recipiendū deuota cordis apertio.

¶ 7. Epulis ꝛ cōuiuijs spūalibus vacare ad delectādū. ¶ Legitur Hester.9. Qꝛ Judei cuʒ in tertiodecimo ꝛ quartodecimo die mēsis Adar inimicos suos in [?]fecissēt: statuerūt vt.14.ꝛ.15. dies eiusdeʒ mēsis essent solēnes: ꝛ deinceps in eis vacarēt epulis: gaudio atqꝫ cōuiuijs: eo ꝙ tali tempore suos inimicos exterminassēt. ¶ Vn̄ scribit Hester.9. Dies autē tertiusdecim⁹ mensis Adar vnus apud oēs interfectionis fuit: ꝛ q̄rtadecima die cedere desierunt. Quē cōstituerūt eē solēneʒ: vt in eo oī tēpore deinceps vacarent epulis: gaudio atqꝫ conuiuijs. Et īfra. ¶ Scripsit itaqꝫ Mardocheus hec oīa: ꝛ litteris cōphēsa misit ad Judeos qui in oībus regis puincijs morabanē: tam in vicino positis q̄ꝫ procul: vt quartādecimā ꝛ quintādecimaʒ diem mensis Adar pro festis susciperent. Et reuertente semp anno solēni celebrarent honore: qꝛ in ipsis dieb⁹ se vlti sūnt iudei de inimicis suis. Et luct⁹ atqꝫ tristitia in hilaritatē gaudiūqꝫ conuersi sunt. Essentqꝫ dies iste epularū atqꝫ letitie: ꝛ mitterent sibi ciborū ptes ꝛ pauperib⁹ munuscula largirēt: Hec ibi. Mistice post apertioneʒ ostij atrij Interioris ad christū recurrendū ꝛ diligēdum: superest vacare conuiuijs: epulis: gaudio atqꝫ letitie. ¶ Nam sicut iudei post inimicorū suorū occissionē statuerunt dies solēnes ꝛ festiuos in quibus Epulis ꝛ cōuiuijs vacabāt. Sic deuoti christiani subiugatis hostib⁹ viciorūʒ p condignā penitentiā. In diebus solēnibus ꝛ festiuis recepto christo iesu in tēplo cordis intrinseco per ianuā cōtēplationis ꝛ dilectiōis: Insistere debēt epulis: conuiuijs ꝛ gaudio atqꝫ letitie spūali: Ponēdo omnē delectationē suā: omneʒ cōsolationeʒ: oē gaudiuʒ: ꝛ oē solacium in ipso xp̄o iesu: qui est amor noster: redemptio nr̄a ꝛ desideriū nostrū. ¶ In ipso iesu in diebus festiuis intrinsecus in corde recepto debet deuota anima epulari contēplando suū sacratissimum corpus. Conuiuari contemplando suam sanctissimaʒ animaʒ: Inebriari cōtemplando suū dulcessimuʒ sanguinem. ¶ Ad istud conuiuiuʒ: gaudiuʒ ꝛ spiritualem inebriationē christus iesus inuitat sponsaʒ ꝛ amicos omnes dicēs Cant.v. Ueni in hortuʒ meū soror mea sponsa: Messui mirraʒ meam cuʒ aromatibus meis: comedi fauum cū melle meo. Bibi vinū meuʒ cum lacte meo. Comedite amici mei ꝛ bibite: ꝛ inebriamini carissimi: O mortales qui in diebus festiuis vacatis ab operibus: venite ad epulas: Ad conuiuiū: Ad potuʒ vini salutaris: venite ad gaudiū: ad letitiā: ad solatium cum animarū sponso christo iesu. In quo ponere debetis in diebus festiuis omnē spem: oē desideriū

omne solaciuz omne gaudiū ⁊ oēm cōsolationē cordis vestri. ¶ Cuz ipso epulari. Cum ipso cōuiuari. Cum ipso inebriari debetis: qꝛ caro sua vere est cibꝰ ⁊ sanguis eius vere est potꝰ Jo.6. ¶ Et hoc est cōtra multos qui in festiuis diebus non epulanť nec cōuiuātur cū christo: Nec inebrianť nec delectanť cuz eo. Nec in ipso ponūt solaciū: gaudiū ⁊ thesauruz cordis sui. Sed conuiuanť cum hystrionibus: Blaffemis: lusoribꝰ. Delectantur ⁊ inebrianť cuz ludis: meretricibus: cōcubinis: choreis: spectaculis: ⁊ terrenis deliramentis: O mortales miseri. Derelinquite mūdū ⁊ ea que in mūdo sunt: qm̄ mūdus transit ⁊ cōcupiscētia eius ⁊ Uenite ascēdamus ad montem domini ⁊ docebit nos vias suas: ie sus maria.

¶ Qualiter in festiuis diebus diuinis laudibus ⁊ proprie purificationi insistēdum sit. Cap.82.

V Enite ascendamus ad montē dn̄i ⁊ docebit nos vias suas. ¶ Scribunť hec verba Leui.23. Hec sunt ꝗ ferie domini sancte: quas celebrare debetis tēporibus suis. ¶ Secūdū snīam sapientis Eccē.3. Tēpus nascēdi ⁊ tēpus moriendi. ¶ In ferialibus diebus quibus anima rationalis ad dilectionem tēporalium se cōuertit Tēpus est moriēdi: qꝛ tunc ex inordinato tēporaliū affectu: deo qui est eius vita terga vertit: ⁊ eius mandata que ad vitaz ducunt math.19. transgreditur. In die autem dn̄ico ceterisq̄ festiuis diebus: quibus aīa deo ꝑ compunctionē: ⁊ dilectionez copulatur: tēpus est nascendi: quia per conceptum spiritum contritionis spirituali vite grā tie reformatur. Et hoc modo ferias domini sanctas aīa rationalis temporibus suis celebrat. ¶ Ad quorū dignaz venerationem: Plurima ꝯm scripturarum seriem requiruntur.

¶ pᵐ est singularis liberatio. ¶ Judei. n. in veteri testamēto habebant in consuetudine dimittere vnū vinctū reuz mortis in solēnitate paschali: Unde scribiť Math.27. Per diem autem solēnē. s. pasce consueuerat preses populo dimittere vnum vinctuz quez voluissent. Cuius ratio est ꝯm Lyram super Luc.23. Quia in nocte pasche angelus domini saluauit hebreos ⁊ percussit primogenita egiptiorum. Et ideo in memoriam huius beneficij i solēnitate paschali saluabant vnum propinquū morti. Et aliquos cōdemnatos ad mortem interficiebant ad representādū saluationem hebreoruz ⁊ interfectionē egiptiorum. Et istas consuetudinē habebant Judei anteq̄ꝫ Judea romanis subiecta esset. Et postq̄ꝫ subiecta romanis fuit impetrauerunt ab imperatore romanorum hanc consuetudinem apud eos obseruari. Et quod erat ab imperatore cōcessuz tenebatur princeps. s. pilatus obseruare. Unde diciť Luc.23. Necesse autem habebat dimittere eis per diem festum vnuz. ¶ Mistice in die festiuo fieri debet singularis solutio ⁊ liberatio: ⁊ singularis interfectio. Sicut enim in nocte pasce ab angelo dei iterfecta sūt egiptiorum primogenita: Sic in die festiuo per contritionis gladium septez vicia capitalia quasi egiptiorū primogenita necāda ⁊ iugulanda sunt. Et sicut filij israel in pascha ab operibus egipti: ⁊ a seruitute pharaonica: ⁊ a morte liberati ⁊ soluti sunt. Sic aīa rōnalis i die festiuo ac solēni liberari ⁊ solui dꝫbet. ¶ ꝑ ab ope

ribus seruilib⁹ ꝛ occupationibus corporalibus quib⁹ per totaꝫ hebdomadaꝫ ligata fuit: quatenus spũalib⁹ exercitijs liberius vacare queat. Unñ dicit Ysa.52. Excutere de puluere. Consurge: Sede hierusalẽ: Solue vincula colli tui captiua filia sion. ¶ 2. A vicijs: ɔcupiscẽtijs: ꝛ passionib⁹: quibus ligatur ꝛ vinculat̃ quasi sub dominio pharaonis: q̃tenus spũalibus delicijs iocundius pfruatur: Unde dicit̃ Ysa.58. Dissolue colligationes impietatis: Solue fasciculos deprimentes: Oẽ onus disrũpe: Cum abstuleris de medio tui cathenam: ꝛ desieris extendere digituꝫ: ꝛ loqui qđ nõ ꝓdest: tunc orietur in tenebris lux tua ꝛ tenebre tue erunt sicut meridies: Si auerteris a sabbato pedem tuũ: tunc delectaberis super dño. ¶ 3. A peccatis mortalibus ꝛ venialib⁹ quasi a vinculo ꝛ debito mortis: q̃tenus sic liberatus: in operib⁹ vite habũdanti⁹ fructificare queat. Et hoc fieri debet per dignã peccatorũ pniaꝫ ꝛ satisfactionẽ in die festo. Unde in huius figuraꝫ saluator in die sabbati liberauit mulereꝫ ab infirmitate sibi inflicta a spiritu maligno. Dicens Luc.13. Hanc aũt filiaꝫ Abrae quã alligauit sathanas ecce deceꝫ ꝛ octo annis nõ oportuit solui a vinculo isto die sabbati q̃si dicat: sic: In die ergo festiuo ad dignam festi venerationẽ fieri debet ista triplex solutio ꝛ liberatio: ab operibus a cõcupiscentijs ꝛ a peccatis. ¶ Et hoc est contra multos qui talibus diebus non se liberant nec soluunt a predictis. Sed in eisdem semetipsos illaqueant vinculãt ꝛ captiuant.

¶ 2. est Uniuersalis congregatio. ¶ In diebus solẽnibus ꝛ festiuis fieri debet totius fidelis populi vniuersalis ad ecclesiam congregatio. ¶ Et hoc precipitur a spiritu sancto qui dicit in ps. 117. Constituite diem solẽnem in condensis vsqꝫ ad cornu altaris: Constituite diem solẽnem .i. dies solẽnes Incarnationis: Natiuitatis: Resurrectionis: Ascensionis iesu christi ꝛ similium: qui ab ecclesia solẽnes instituti sunt. In cõdensis .i. vt populus fidelis conueniat ad ecclesiam in numerositate ꝛ condensitate plebis. Usqꝫ ad cornu altaris .i. quousqꝫ ecclesia ꝛ clero ꝛ populo impleatur vsqꝫ ad cornu altaris. ¶ Mistice in diebus solẽnibus ꝛ festiuis ad festi sanctificationeꝫ congregari debent omnia personarum genera sicut ostenditur per scripturam. ¶ p̈ Congregari ꝛ conuenire debent ad festi sanctificationem principes. ¶ 2. Duces siue capita familiarum. ¶ 3. maiores natu. ¶ 4. sapientes siue scribe. ¶ 5. sacerdotes. ¶ 6. leuite. ¶ 7. cantores ꝛ ministrijs ecclesie deseruiẽtes. ¶ 8. viri. ¶ 9. mulieres. ¶ x. omnes cuiuscũqꝫ conditionis existant. ¶ Et hoc ostenditur p exẽplum siue figuram. Legitur eniꝫ .3. R̃. 8. et .2. parali. v. Q in festo dedicationis templi ꝛ in festo expiationis tũc concurrente vꝫ decima die mensis septimi: conuenerunt ad solẽnitatem ꝛ ad tẽplum ꝛ ad ipsum regem salomonẽ maiores natu: principes familiarum: principes tribuum: sacerdotes: leuite: cantores: senes: ꝛ omnis multitudo virorum ꝛ mulierum: Unñ scribitur. 3. R̃. 8. Tũc cõgregati sunt omnes maiores natu israel cum principibus tribuum ꝛ duces familiarum filiorum israel ad regeꝫ salomonem in hierusalem: Cõuenitqꝫ ad regem salomonem. vniuersus israel in mense bethanim in die solẽni. Ipse est mensis septimus: Ueneruntqꝫ cuncti senes de israel: ꝛ tulerunt archam sacerdotes et portauerunt archã domini et omnia vasa sanctuarij: et se-

rebant ea sacerdotes ꝛ leuite. ¶ Similiter cõuenerũt ad solẽnitatẽ tubarũ ꝛ tabernaculorũ oẽs: qñ celebrate sũt ab ab Esdra sacerdote magno sicut patet Nee. 8. ¶ Et hoc est cõtra multos: qui in dieb⁹ festiuis ad ecclesiã nõ cõueniũt ꝛ si veniunt: nõ tñ stant in ea. Et iõ nõ venisse dicunt: qꝛ non dicit venisse qui nõ stetit. Et qꝛ in tali die nolunt ad regem salomonẽ .i. ad christuꝫ in ecclesia congregari. Ideo extra ecclesiã disgregant ꝛ dispguntur a diabolo ꝛ cũ diabolo in mille peccata. ¶ Hic pratica contra tales indeuotos qui in diebus festiuis nolunt ad ecclesiaꝫ cõgregari.

¶ 3. est Vocalis decantatio. ¶ In festiuis ac solẽnib⁹ dieb⁹: cõgregata totius fidelis populi multitudine fieri debet diuinarũ laudũ vocalis decantatio. ¶ Et ad hoc nos hortat spũs sanctus qui dicit p os ,pphẽ i ps. 80. Exultate deo adiutori nr̃o: Jubilate deo Jacob: Sumite psalmũ ꝛ date timpanũ: psalteriũ iocũdũ cũ cythara: Bucinate i neomenia tuba in insigni die solẽnitatis vestre.

¶ Ubi notandũ ẽm lyrã sup ps. 8. Qꝛ in omni nouilunio iudei faciebãt festuꝫ in memoriã beneficij diuine gubernationis sicut supra dictũ est. In nouilunio aũt mẽsis septimi .i. septẽbris cõcurrebat cũ nouilunio festuꝫ tubarũ: qꝺ fiebat prima die mẽsis septimi. In hoc festo cantabat iste psalm⁹. Exultate deo adiutori nostro nõ solum vocib⁹ ſꝫ ꝛ cũ musicis instrumẽtis: ꝛ hoc pro gratiarũ actione de fructib⁹ anni collectis: quorũ collectio tunc erat cõpleta .s. in principio mẽsis septimi qꝛ eo tpe cõmunit vindemie sunt cõplete in terra ,pmissionis que calida est. Et ideo dicunt verba psalmi: Buccinate in neomenia tuba .i. i nouilunio. In insigni die solẽnitatis nostre .idest in solẽni festo tubarũ pꝛia die septẽbris. ¶ Mistice in solẽnibus diebus oẽs ad hoc idonei deum vocibus ꝛ instrumẽtis musicis cantando laudare ꝛ magnificare debẽt: gratias agendo de bñficijs acceptis p ebdomadaꝫ ꝛ per totaꝫ vitaꝫ. Et ideo dicit alibi ,pphẽta in ps. Cantate ei canticũ nouũ: bñ psallite ei in vociferatione. ¶ Et hoc ẽ cõtra clericos: religiosos: ꝛ monachos: qui ꝛ si ad ecclesiaꝫ cõgregẽtur nõ tñ cantẽt nec vocẽ emittũt laudãdo deuꝫ. ¶ Hoc est contra multos seculares: qui cantare diuinas laudes erubescũt: Et tñ non erubescũt cum citharis: ꝛ alijs musicis instrumẽtis laudes cãtare meretricum: adulterarũ ꝛ philocaptaruꝫ de die ꝛ de nocte non erubescũt ſꝫ gloriant. O stulti O dementes.

¶ 4. est internalis recogitatio. ¶ In festiuis ac solẽnib⁹ dieb⁹: nõ solũ deo laudes decantare debent fideles: sed ꝛ diuina beneficia interiuſ recogitare. Et h̃ modo confitentur ꝛ dant laudẽ deo: nõ solũ voce exteriori: sed etiaꝫ cogitatione ꝛ consideratione interiori. ¶ Vñ dicit ,pphẽta in ps. 75. Qm̃ cogitatio hominis cõfitebitur tibi. Et reliquie cogitationis diem festuꝫ agent tibi. ¶ Mistice: cogitatio hominis confitetur deo: qñ quis de accepto beneficio interius cogitans: deo gratias agit. Reliquie vero cogitationis diem festum agunt: qñ de beneficijs diuinis duduꝫ receptis: in festiuis diebus cogitamus ꝛ grãs agimus: In die ergo festiuo fideliſ quisqꝫ ad cor redire debet: ꝛ iterius diuina beneficia ordinate recolere: vꝫ Beneficia Nature: Gratie gratis date. Et gratie gratuꝫ facientis. Beneficia generalia: Bñficia pticularia: Beneficia quo ad bona aie: quo ad bona corporis: quo ad bona exteriora. Et ꝺ hijs oĩbus deo dignas gratias agere: Et hoc modo reliquie cogita

tionis diem festum agunt. ¶ Alio mō reliquie cogitationis diē festum agunt: qn̄ in diebus festiuis aīa fidelis cuꝫ suo intellectu discurrit cogitando opera dei mirabilia in mūdo maiori vꝫ Terram: Aquaꝫ Aereꝫ: Igneꝫ: Lunaꝫ: Mercurium: Venerē: Solē: Marteꝫ: Iouem: Saturnū: Firmamētū: Cristalinū: Empireū: Angelos: Archāgelos: Principatus: Virtutes: Ptātes: Dominationes: Thronos: Cherubin: Seraphin: ꝛ Virgineꝫ Mariaꝫ oībus hijs p̄sidenteꝫ. Et cognoscēdo in hijs diuinā oīpotētiā: sapientiaꝫ ꝛ bonitateꝫ ipsuꝫ magnificat ꝛ glorificat ꝛ grās agit. ¶ Alio mō reliquie cogitatiōis diē festuꝫ agūt: qn̄ in festiuis dieb⁹ mens fidelis diligenter cōsiderat ꝛ cogitat Armoniā mūdi minoris. s. hominis: cogitādo vꝫ Armoniam quinqꝫ sēsuū exterioꝝ: Armoniā quinqꝫ sēsuū interiorū: Armoniā viriū ꝛ potētiarū aīe rōnalis: Armoniā ꝛ cōpaginē mēbrorū oīum: Armonicaꝫ cōpaginationeꝫ aīe ꝛ corpoꝛe: Dominiuꝫ volūtatis: Inferiorū viriū sbiectio: Portionē superioreꝫ: portionē inferiorē: Liberuꝫ arbitriū: Synderesim stimulātē ad bonuꝫ in vniuersali ꝛ retrahenteꝫ a malo: Cōscientiā stimulantē ad bonū ꝛ retrahentē a malo in p̄ticulari. Et in hijs omnibus dei potentiā sapiām ꝛ bonitatem cōsiderando grās agit ꝛ magnificat. Et hoc etiā modo reliquie cogitationis diē festum agunt gratissimū dn̄o. ¶ Alio modo reliquie cogitationis dieꝫ festum agunt: qn̄ mens deuota in festiuis diebus diligenter cogitat ꝛ cōsiderat opera mediatoris dei ꝛ hoīuꝫ hoīs christi iesu vꝫ Incarnationē: Natiuitatē: Adorationem: Circūcisioneꝫ: Fugaꝫ in egiptū: Sessionē in tēplo: Subiectionē ad parentes: Ieiuniū: Baptismū: Predicationē: Miracula: Morteꝫ: Descensum ad inferos: Resurrectionē: Ascēsionē: Sessionē ad patris dexteraꝫ: Missioneꝫ spūs sancti: Aduentuꝫ ad iudiciuꝫ: ꝛ postmodū regnū eius sempiternū. Et in hijs oībus videns dei potentiā: sapiētiam ꝛ bonitatē laudat: glorificat ꝛ gratias agit. Et hoc modo reliquie cogitationis diem festuꝫ dn̄o gratissimū agūt. ¶ Alio mō reliquie cogitationis diem festuꝫ agunt: qn̄ anima cōtēplatiua ꝛ deuota cuꝫ intellectus acumine diligenter cōsiderat mirabilia que sunt in mūdo Archetipo. s. in deo: cōtēplando in eo essentiaꝫ que est pellagus sube īfinite. Intellectū: Memoriā fecūdā. Volūtateꝫ: Generationē: Spirationeꝫ: Personas diuinas: Sapiam: Bonitatē: Patientiaꝫ: Ydeas in mente diuina. Eternitatē: Infinitateꝫ: Beatitudinē: ꝛ alia multa. Et de hijs omnib⁹ admirata ꝛ calefacta surgit in amoreꝫ diuinū: laudans ꝛ magnificans eius maiestatē. Et hoc modo dieꝫ festuꝫ deo gratissimū agūt reliquie cogitatiōis nr̄e. ¶ Et hoc est cōtra multos: qui in festiuis diebus p̄dicta nō cogitant: sed considerant terrena: Inania: Carnalia ꝛ lasciuia ꝛ reliquie cogitationum eorū diem festuꝫ gratissimū celebrant diabolo ꝛ eius angelis.

¶ 5. est Virtualis corruscatio. ¶ In festiuis ac solēnibus diebus non solum diuina beneficia cogitanda sunt: Sed virtuosa opera sunt multiplicanda: ꝛ fidelis quisqꝫ tali die virtutib⁹ singularib⁹ corruscare debet. ¶ Unde dicit Ecci. 43. A luna signuꝫ diei festi. ¶ Quo ad litteram sic intelligitur s̄m lyram. A luna supple sumitur signuꝫ diei festi: qꝛ solēnitas pasce p̄cipitur celebrari. 14. Luna primi mensis incipiendo a vespere: sicut pꝫ Exo. 12. Et festum Neomenie celebratur apud hebreos ī principio cuiuslibet lunationis sicut pꝫ Nū. 28. Et

sic a luna sumit̃ signuz diei festi. ¶ Mistice luna est ecclesia militans: mutationi multiplici subiecta: que ꝛ soli iustitie christo subditur ꝛ ab ipso illuminatur. Ab ista luna sumendum est signuz diei festi: quia quod ipsa in festorum solẽnitate corporaliter facit: nobis est ex eiꝰ imitatione spũaliter faciendum. ¶ Hec luna in solẽnibus diebus. ¶ p̃ multiplicat gloriosas vestes. ¶ 2. multiplicat luminaria. ¶ 3. multiplicat cantus. ¶ 4. Multiplicat sonos armonicos dulces ꝛ delectabiles. Sic fidelis quisqȝ ab ista luna signũ diei festi sumere debet. ¶ p̃ multiplicãdo ꝛ assumẽdo vestes gloriosas idest virtutes magnificas ꝛ opera mirabilia humilitatis: caritatis: pietatis ꝛ huiusmodi. ¶ 2. Multiplicando luminaria. i. cõtemplationes: cõsiderationes: meditationes: ꝛ mentis eleuatiões ad celestia: que mentez ipsaz mirabiliter illuminant iuxta illð dictũ ps. Illuminãs tu mirabil'r a montibꝰ et'nis. i. a cõtẽplationibꝰ indeficientibꝰ. ¶ 3. Multiplicando cantus. i. laudes diuinas: psalmos ꝛ hymnos ꝛ cantica spiritualia dicẽdo psalmos pñales: officium mortuorũ: coronaz ꝛ hmõi. ¶ 4. Multiplicãdo Armonicos sonos. i. varios ꝛ suaues deuotionis actus corde: ore: sensibus ꝛ operibus iubilando ꝛ gaudẽdo in officijs ꝛ laudibus diuinis. Et hoc modo a luna sumit̃ diei festi signũ: qꝛ sicut ecclesia diebus solẽnibus: Cantibus: Melodijs: Uestibus ꝛ luminaribꝰ resplẽdet: sic tali die fideles virtutibꝰ peregrinis ꝛ celestibus corruscant. ¶ Alio mõ signuz diei festi sumitur a luna. Naz luna est virgo maria sicut pȝ per totã scripturam. Ista virgo benedicta in die solẽni pasce ascendebat in hierusalẽ. Unde dicitur ꝛ suo sponso Joseph scribit̃ Luc. 2. Et ibant parentes eius per oẽs annos in hierusalez in die solẽni pasce. Ab ista ergo benedicta luna signum diei festi sumitur: quando ad eius exemplum fideles in diebus festiuis ad supernam ꝛ celestem hierusalem contemplando: meditando ꝛ cogitando conscendunt. Et hoc facere debemus per singulos ãnos idest ꝑ omnes dies solẽnes ac festiuos. Sicqȝ a luna signum diei festi sumitur spiritualiter celebrandi. ¶ Et hoc est cõtra multos: qui in diebus festiuis non sumunt signum diei festi ab ecclesia: nec a virgine maria. Sȝ a diabolo ꝛ ab eius sponsa supbia. Nec corruscãt virtutibus sed vanitatibus: pompis: vnctionibus: ornatu lasciuo: ꝛ vestibus meretricalibus. Nec ascendunt in hierusalez supernaz: sed descendunt in infernuz cogitãdo opera diabolica: Adulteria: Homicidia: Furta: Latrocinia: Impudicitias O mortales: Hec sũt ferie dñi sctẽ: q̃s celebrare d̃bemꝰ tpibꝰ suis.

¶ 6: est Cuiuscũqȝ scãdali amotio. ¶ In diebus festiuis non soluz virtutibus fideles corruscare debent: sed ꝛ ab omni scandalo diligentissime precauere cum talis dies sit dies spiritualis edificij nõ ruine. ¶ Et hoc ostenditur per figuraz Jo. 19. Ubi scribitur: Judei ergo quoniaz parasceue erat vt non remanerent in cruce corpora sabbato: rogauerũt pilatum vt frangerẽtur crura eoruȝ ꝛ tollerentur. ¶ Mistice corpora in sacris litteris opera nostra significant ẜm Lyram super illud math. 6. Si oculus tuꝰ simplex fuerit totum corpus tuum lucidum erit. Corpora ergo sic mortua sicut corpora latronũ propter eorum malam vitam: nõ erat cõdecẽs remanere in cruce i die sabbati: q̃ erat dies solẽnis ꝛ magna apud Judeos. Et similiter corpus christi: qui mortuꝰ reputabatur a Judeis propter sua malefacta in cruce re-

manere nō debebat in die sabbati: quia diei festo non cōgruebat: Sic spiritualiter opera mala ꝛ scandalizatiua nō debēt in die festo in publico apparere. Corpora autē ista in cruce suspensa quasdam conditiones habebant que diuersa vicia prefigurāt. ¶ p̄ erant crucifixa pp furtum sicut corpora latronū ꝛ hoc designat opus auaritie: qđ in die festo in publico apparere nō debet. ¶ 2. erāt eleuata in altū ꝛ signāt opera supbie. ¶ 3. erant fetentia q2 corpora mortuorū cōiter fetent. Et ista sunt opera luxurie. ¶ 4. horribilia nā corpora mortua horrorē generāt: ꝛ significant opera blasfemie: que deo ꝛ audientibus horrorē incutiunt. ¶ 5. fracta ꝛ significāt opera diuisionis ꝛ partialitatis. ¶ 6. ligata ꝛ significant opera male societatis ꝛ amicitie. ¶ 7. sanguinolenta. Et sic significāt opera impietatis ꝛ crudelitatis: oppressionis pauperū: ꝛ homicidij. ¶ 8. nuda Et significāt opa impudica ꝛ erubescētia digna: sicut sunt vestes scolate ꝛ meretricales: que etiā aspiciētib⁹ erubescētiam ingerunt. ¶ 9. mortua Et significant oīa opera peccati mortalis: qđ aīaꝫ ducit ad mortē. Sicut ergo non erat cōdecēs apud Judeos huiusmodi corpa manere in publico in die sabbati: Sic apud christianos in die dñico seu festiuo apparere nō debēt opera auaritie in operibus: mercationib⁹: ludis: ꝛ hmōi. Non opa supbie in pōpis: cōuiuijs: torneamētis. Nō opera luxurie: adulterij: fornicationis. Nō opera blasfemie: periurij ꝛ maledictionis. Nō opera diuisionis rixe ꝛ ptialitatis. Nō opera male societatis. Nō opa crudelitatis. Nō opera impudica ꝛ rubore digna. Nec aliqua opera cuiuscūqꝫ peccati mortalis q2 talia non decent in dieb⁹ festiuis. ¶ Et hꝫ est ꝯ multos: qui in solēniorib⁹ diebus opa sua mortua toti pplo manifestant: ostendendo publice pctā auaritie: supbie: luxurie: blasfemie pratica in oīb⁹.

¶ 7. ē Annualis ꝛ ꝯtinuata purificatio. ¶ In festiuis diebus non solum cauēdum est a malis exemplis: sꝫ insistendū est spūali purificationi aīe rōnalis ꝛ proprie cōscientie ꝛ hoc ordinate ꝛ cōtinue p singulos dies solēnes. ¶ Et ostendiť per figurā: legitur. n. primi Mach. 4. Qꝫ cū gentiles dei tēplum in hierusalē pphanassent. Judas machabeus habita de inimicis victoria purificauit ipꝫ tēplū: ꝛ dedicauit altare: ꝛ instituit solēnitatē hui⁹ dedicatiōis fieri singulis annis p dies octo cōtinuos put latius declarabitur in sequētib⁹. ¶ Unā scribiť ibidem. Et statuit Judas ꝛ fratres ei⁹ ꝛ vniuersa ecclesia israel: vt agať dieꝫ dedicationis altaris in tēporib⁹ suis ab anno i ānū p dies. 8. ¶ Et đ eadē purificationis festiuitate scribiť. 2. Mach. j. Et nūc frequētate dies scenophegie mēsis casleu. i. Dies purificatōis ꝛ đdicatiōis pdcē. ¶ Mistice p singulos dies festoꝫ debēt fideles frequētare dies scenophegie ꝛ purificatiōis spūalis tēpli aīe rōnalis. Debēt dico purificare tēplū a pte exteriori: mūdādo sēsus exteriores ab illicito visu: illicito auditu: illicito odoratu: illicito gustu: ꝛ illicito tactu. Dñt purificare a pte iteriori purgādo iteriores sēsus ab illicita imaginatiōe: fantasiatiōe: cogitatiōe: mēoria ꝛ extimatōe. Dñt purificaꝛ scā scōꝝ purgādo memoriā rōnalē a vanis recordatiōib⁹. Itellm̄ a vanis cogitatiōib⁹: volūtatē a vanis đsideriis. ¶ Unā scribiť đ ista purificatiōe. i. Mach. 4. Dixit āt iudas ꝛ frēs ei⁹. Ecce ꝯtriti sunt inimici nr̄i. Ascendamus nūc mūdare sancta ꝛ renouare: ꝛ cōgregat⁹ est oīs exercit⁹ ꝛ ascēderūt i mōteꝫ syon. s. ad purificationē tēpli faciendaꝫ

¶ Et hoc est cōtra multos: qui in diebus festiuis non purificationi sed coinquinatiōi vacant: dando operā crapule: luxurie: loquacitati: ociositati. Et nō ascēdunt in montē sion ad purgandū tēplū: sed descēdunt in baratrū inferni ad ipsum prophanādus: O mortales venite ascēdam⁹ ad montē dñi & ad domū dei iacob & docebit nos vias suas.

¶ De spūalibus exercitiis in festiuis diebus a fidelibus exequēdis. Cap. 83.

Venite ascendamus ad montē dñi & docebit nos vias suas. ¶ Scribūtur hec verba Leui. 23. He sunt ergo ferie dñi sancte: quas celebrare đbetis tēporibus suis. ¶ Scđm sniam sapientis Eccē. 3. Oia tēpus hñt. s. determinatuz & accōmodatū: dies feriales p totas ebdomadaz sunt tēpus accōmodatū operibus corporalibus & seruilib⁹. In agri cultura: Lanificio: Negociatione: Arte fabrili & hmōi: qr scriptum est Exo. 20. Sex diebus opaberis & facies oia opera tua. Sed dies dñica & dies festus est tēpus oportunū & cōgruū spūalib⁹ operibus orationi: cōtēplationi: Pietati: cōtritioni: Confessioni: Ita q possumus i die festo dicere illud apostoli. ij. Cor. 6. Ecce nunc tēpus acceptabile. Ecce nunc dies salutis: Nemini dantes vllaz offensionē vt nō vituperet ministeriū nostrū Sed in oibus exhibeam⁹ nosmetipsos sicut dei ministros. ¶ Et hoc modo faciēdo ferias domini sanctas tpib⁹ suis celebramus: Ad quorū dignā venerationez plura sunt spūaliter pagēda: que Nee. 8. mistice describuntur.

¶ p Maiores debēt pdicare & populos exhortari ad dignaz festorū celebrationem. Unde scribitur Nee. 8. Et inuenerunt scriptuz in lege pcepisse dñm i manu moisi: vt habitent filij israel in tabernaculis in die solēni mense septimo. Et vt pdicent & diuulgēt vocē in vniuersis vrbibus suis & in hierusalem dicētes. ¶ Mistice pdicatores: plati: & aiarum pastores in diebus festiuis pdicare & diuulgare debēt in omni ciuitate & castro omni multitudini vt digne celebrēt sanctorū solēnitates. Et in huius figuram In festo tubaꝝ: qđ pria die septimi mēsis celebrabat: clangebant tubis ad excitandū populū vt se pparet ad rite celebrandū festa ventura. s. festuz expiationis: festuz tabernaculorū: & festuz Cetus que oia occurrunt in mēse septimo vt supra dictū ē. ¶ Unde de Esdra sacerdote scribit Nee. 8. Attulit ergo Esdras sacerdos legē coram multitudine viroruz & mulierū: cunctisqz qui poterant intelligere in die prima septimi mēsis: Et legit in eo aperte in platea q erat ante portā aquarū de mane vsqz ad medium diez in conspectu virorū & mulieruz & sapiētuz. Et aures ois populi erāt erecte ad libruz. Stetit aūt Esdras scriba super gradū ligneum quē fecerat ad loquēduz. Sup vniuersuz quippe populuz eminebat. Et steterunt iuxta eum Mathathia & Semia & Ania: & Uria: & Elchia & Maasia ad dexteraz ei⁹. Et ad sinistrā Phadaia: Misabel: & Melchia & Asum: & Aseph: dana: zacharia & Mosollaz. ¶ Notate verba & signate misteria. Debent pdicatores in festiuis dieb⁹ pplo pdicare & eū ad festi celebrationē exhortari. Sed debēt habere plures cōditiōes. ¶ p debēt eē sacerdotes siue leuite seu diaconi: qr ipe Esdras sacerdos cū leuitis docuerūt populū đ festo celebrando sicut pz Nee. 8. Et h est cōtra seculares qui verbū dei predicare presumunt & nouitates annūciāt ponē

tes rixas in populis. ¶ 2. debet pdicare legē dei idest pcepta diuina: vicia ꝛ virtutes: penaꝫ ꝛ gl'iaꝫ: que cōtinētur in lege diuina: Uñ Esdras attulit legeꝫ ꝛ predicauit eaꝫ. Non attulit phm: nō platonē: nō Ciceronē sicut faciūt multi: qui magis pdicāt gentiliū ꝛ poetarū fabulas ꝙ diuinas litteras contra illud Mar. vlt. Euntes in mūduꝫ vniuersuꝫ pdicate euāgeliū oī creature. ¶ 3. dꝫ pdicare distincte ꝛ apte nō obscure ꝛ min⁹ subtiliter. Uñ de Esdra scribit Nee. 8. Et legit in eo apte in platea. Et hoc est cōtra multos: qui ita subtiliter pdicant ꝙ nō intelligunt ꝛ cōfundūt ꝛ tedio afficiunt aïos auditorū q2 scriptū ē Ecci. 21. Narratio fatui q̄si sarcina in via. ¶ 4. dꝫ predicare plixe si opus fuerit: Uñ scribit de Esdra. Nee. 8. Et legit de mane vsqꝫ ad mediā diē. Et hoc est cōtra multos: qui nullā de tēpore faciunt caristiā nisi audiēdo diuina in pdicatione vel missa: Uolūt oïa longa: lōga prādia: longas cenas: longa sōnia: longas fabulas: lōgas choreas: lōgos ludos: lōgas nugas. Sꝫ missā breuē ꝛ pdicationē curtā. ¶ 5. debent pdicare cōiter siue mediocriter ita ꝙ satisfaciat doctis: mediocribus ꝛ rudib⁹. Uñ scribit de Esdra Nee. 8. Et legit in eo apte in cōspectu virorū ꝛ mulierū ꝛ sapientiū. s. oïbus satisfaciens. Et hoc est cōtra multos pdicatores: qui tm̄ subtilia ꝛ alta pdicant: ꝙ solū sapiētib⁹ satisfaciūt: ꝛ non mediocrib⁹ ꝛ rudib⁹: Cōtra qđ dicit paulus ad Ro. i. Grecis ac barbaris: sapiētib⁹ ꝛ insipientib⁹ debitor sum. ¶ 6. debēt auditores pdicatorem attente auscultare. Uñ scribit đ Esdra Nee. 8. Et aures oïs populi erecte erant ad libꝛū: quē. s. legebat Esdras Et hoc est cōtra multos qui accedūt ad ecclesiam: sed aures nō porrigūt ad verba diuina: ꝛ si audiunt illa non tm̄ retinent. De quib⁹ Ecci. 21. Cor fatui quasi vas cōfractū ꝛ omnē sapiaꝫ nō tenebit. ¶ 7. dꝫ pdicator vita ꝛ moribus super alios eminere: Uñ scribitur de Esdra Nee. 8. Super vniuersū quippe populum eminebat. Et hoc est cōtra multos pdicatores: qui morib⁹ ꝛ virtutib⁹ non solū nō psunt alijs: sed nec eis sūt equales: ꝛ ideo vilissimi reputandi sunt. Uilissimus. n. reputādus est qui preest officio ꝛ dignitate nisi pcellat ꝛ sanctitate. ¶ 8. debet hr̄e leuitas ꝛ diacones coadiuuantes ꝛ populo silentiū indicētes: vñ legitur de Esdra. Nee. 8. Qr habebat leuitas a dextris ꝛ a sinistris eū adiuuantes ꝛ silentium in populo facientes. Et hoc est cōtra cleruꝫ: qui nedū adiuuant pdicatores sed cōiter sunt infesti ꝛ molesti pdicatorib⁹: mltiformiter diuini verbi pdicationē ppedientes: quod est officiuꝫ diabolicū. ¶ pᵐ ergo faciēdū in die festiuo ē pdicatio ꝛ exultatio populi ad festi venerationem.

¶ 2. Oēs tam maiores ꝙ minores debēt egredi in monte. ¶ Uñ scribit Nee 8. Egredimini in montē. ¶ Ubi notandum ꝙ iudei appropinquante festo tabernaculorū qđ incipiebat. 15. die mēsis septimi: egrediebant in montē: ꝛ afferebant diuersas frondes vt facerēt tabernacula: in quib⁹ habitarēt septē diebus sicut eis pceptuꝫ erat Leui. 23. Et sic in festo tabernaculorū habitabāt in tabernaculis factis đ diuersis frondib⁹: Qđ ergo illi faciebāt in pparādo necessaria ad festiuitatē: nos facere debem⁹ spūaliter in die festiuo. Et ideo đbem⁹ egredi. ¶ p in mōteꝫ virtutū siue virtuose operationis: relinquēdo vicia atqꝫ peccata que sunt vilia abiecta atqꝫ depressa. Uñ dixit Ruth exploratorib⁹ Josue. 2. Ad mōtana cōscendite ne forte occurrāt vobis reuertētes. De isto mōte dr̄ i ps. 35.

Justitia tua sicut mõtes dei. ¶2. In mõtez euangelicorũ cõsiliorũ:ea meditãdo et exercẽdo in diebus festiuis:et bene significant' p mõtes pp suã eminẽtiã. Unde xp̃s volens docere cõsilia euãgelica ascẽdit i montez et ibi ea docuit math.v. Uidens iesus turbas ascẽdit in montez: et cũ sedisset accesserũt ad eũ discipuli ei⁹ et aperiẽs os suum docebat eos dicens Beati paupes spiritu qm̃ ipsorũ est regnũ celorũ rc̃. De isto monte cõsiliorum scribit' Gen.19. Ne stes in oi circa regione:sed in monte saluuz te fac:ne et tu simul pereas. ¶3. in montẽ cõsideratiõis angelice:cõsiderãdo eorum sublimitatem. multitudinẽ: sapiam: Angeli.n. dicunt' montes iuxta illud ps̃. Montes in circuitu ei⁹. ¶4. in montẽ aĩe glorificate: cõsiderãdo gloriaz animarũ beatarũ in die festo:que p montez designant' iuxta illud ps̃. Leuaui oculos meos in montes.i. in sanctos vñ veniet auxiliũ mihi. ¶5. in montẽ humanitatis assũpte:cõsiderãdo et cõtẽplando xp̃m hoiez: qui dr' mons pp eius ad oẽs eminẽtiaz. De quo mõte dr' Ysa.2. Et erit in nouissimis dieb⁹ p̃paratus mons dom⁹ dñi in vertice montiũ et eleuabit' super oẽs colles:et fluent ad eũ oẽs gẽtes. ¶6. in mõtem maiestatis diuine:cõsiderãdo et cõtemplãdo ipsaz diuinitatẽ:et trinitatez: p̃rem:filiũ et spm̃ sanctũ:quos in dieb⁹ festiuis in memoria retinere:cõsiderare: contẽplari et diligere debemus. De isto monte cõtẽplatiõis diuine dr' Ysa.2. Uenite ascẽdamus ad montẽ dñi et ad domũ dei Jacob:et docebit nos vias suas. In oẽs istos montes debem⁹ dieb⁹ festiuis ascẽdere:Si diez festũ digne volumus celebrare. ¶Et hoc est cõtra multos:qui ad hos mõtes nõ ascẽdũt:sz ad oppositas valles dẽscẽdũt:p̃tica vt vis.

¶3. Debẽt afferre frondes oliue. ¶Unde scribitur Nee.8. Et afferte frondes oliue. ¶Mistice i festiuis dieb⁹ intẽdere debẽt fideles opib⁹ pietatis et misericordie. Et hoc est afferre frõdes oliue: Oliua.n. misericordiaz:lenientẽ miseros p̃figurat: Unde scribit' Nee.8. Ite comedite pinguia et bibite mulsuz:et mittite ptes eis qui nõ p̃parauerũt sibi:qz sanct⁹ dies domini est. ¶In die ergo festiuo vacandũ est opib⁹ misericordie corporalis:visitando infirmos:potando sitientes:cibãdo famelicos: Redimẽdo captiuos:Tegẽdo nudos:Colligẽdo peregrinos:et Condẽdo siue sepelliẽdo mortuos. Uacãdũ nihilominus operib⁹ spũalis misericordie: Ignorãtes cõsulendo: proteruos et rebelles cogẽdo: Ignaros et inscios edocẽdo: Afflictos cõsolãdo: Iniurias remittẽdo: Impfectiões et defectus aliorũ supportãdo:et pro inimicis exorãdo. Et qui sic in dieb⁹ festiuis mĩe operib⁹ vacat: affert frondes oliue et sperare põt in dei misericordia:qz scriptum est math.5. Beati misericordes: qm̃ ipsi misericordiã cõsequẽtur. ¶Et talis põt cantare cuz pph̃a illud ps̃.51. Ego autẽ sicut oliua fructifera i domo dei:Speraui in misericordia dei in eternum et in seculuz seculi. ¶Hoc est contra multos qui festiuis dieb⁹ nullis pietatis operibus exhibẽdis incũbunt. Sz potius rapinis:furtis et ludis:ac pauperũ oppressionib⁹ vacãt.

¶4. Debẽt afferre frõdes ligni pulcherrimi. ¶Unde scribitur Nee.8. Et frondes ligni pl'cherrimi.s. afferte. ¶Quid sit autem istud lignum pulcherrimuz non exprimitur: Dicunt tamẽ aliqui q sunt poma citrina que sunt valde pulcra sicut recitat Lira super Leui.23. in fine. Fiebat autem ista frondium et fructuuz deportatio in festo tabernaculorũ ad denotãduz q dñs in terra deserta su

stentauit filios israel diu absq defectu notabili sicut habetur Deut.2.et ad designandum q de illo deserto trāsierunt ad terras fructiferas et delectabilē. Hec lyra sup Leui.23.in fine. ¶ De hoc etiā scribit Leui.23. Sumetisq vobis die primo.s.festi tabernaculorū:fructus arboris pulcherrime. ¶ Moralit arbor pulcherrima est christus iesus qui est lignum vite in medio paradisi Gen.2.Ut arbor est crux christi:de qua canit Ecclesia: Arbor decora et fulgida ornata regis purpura. Nulla silua talē pfert frōde:flore:germine. ¶ Fructus hui⁹ arboris est christus iesus pendens in cruce. ¶ Frondes hui⁹ arboris sunt meditationes:cogitatiōes:contēplatiōes christi iesu in cruce pendentis. ¶ In dieb⁹ ergo festiuis debēt fideles afferre fruct⁹ et frondes arboris pulcherrime:qr debent cogitare:meditari:et cōtēplari:vulnera christi iesu. Oia flagella: Sanguinis effusiones:carnis cruciatū: Ac dolores: Publicā verecūdiā quā pro nobis i die veneris sancti passus est. Spoliationē:nuditatem:lacrimas:clamorē et mortem. Et hoc est afferre frondes ligni pulcherrimi ad diei festi celebrationē. ¶ Hoc est cōtra multos:qui in festiuis dieb⁹ nūq eleuant oculos nec mentis nec corporis ad crucē nec ad christi vulnera meditanda: Sed tota die cogitant et meditantur inania:corporalia et tēporalia et caduca.

¶ 5. Debēt afferre frōdes mirthi. ¶ Unā scribitur Nee.8. Afferte frondes mirthi. ¶ Mirthus ſm Liram in moralib⁹ super Nee.8.hꝫ virtutē consolidandi: et significat virtutē patientie in aduersis. ¶ In dieb⁹ ergo festiuis debem⁹ afferre frondes mirthi.i.nobiscū habere virtutem patiētie in oībus aduersis. Siue occurrant aduersa et infortunia in reb⁹ temporalibus. Siue occurrant in corporalibus:siue in spiritualibus ad animas pertinentibus. Siue inferat molestia a demonibus:siue a mundo: siue a carne:siue ab hominibus. In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros in multa patientia. ¶ Siue etiā iniuria in verbis:siue in operibus irrogetur:recordemur in die festo illud apostoli ad Hebre.x. Patiētia vobis necessaria est:vt voluntatem dei facientes reportetis repromissionē. Dies.n.festus est dies quietis et tranquilitatis: et ideo non decet in eo quēq per impatientiam conturbari. ¶ Et hec est cōtra multos: qui festiuis diebus diabolo procurante:impatientia effrenantur rixantes cōtra vxores:filios:fratres: sorores: socios:amicos:vel vicinos. ¶ Hoc est contra multos:qui in diebus festiuis alios ad iracundiam et impatientiam prouocant deridendo:vilipendendo:susurrando:et discordias inter fratres seminando:et sūt a deo maledicti Ecci.28. Susurro et bilinguis maledictus:m'ltos.n. turbauit pacem habentes: Lingua tertia multos commouit et dispersit illos de gente in gentem.

¶ 6. Debent afferre ramos palmarum. ¶ Unde scribitur Nee.8. Afferte et ramos palmarum. Et Leui.23. Sumetis vobis die p spatulas palmarū. ¶ Palma q antiquit⁹ victorib⁹ dabat victoriā designat: Quā in dieb⁹ festiuis habere debem⁹ de spūalib⁹ inimicis.s.diabolo: mūdo et carne. Hij.n.tres hostes in diebus festiuis nos maxime īpugnant, put videbimus i sequētib⁹. ¶ Unā scribit j.Macha.4. Q gorgias:qui interpretatur diuidēs luctus et significat diabolum:assūpsit quinq milia virorū et mille equites: et mouit castra nocte vt applicaret ad castra iudeorum et perteret eos

sabbato. Contra igitur hos spūales inimicos pugnādū est ita viriliter ī die festo: quatenus de ipīs victoriā reportemus. Et cū in tali die et carnē et mundū et diabolū vicerimus: tunc ramos palmarū nobiscū ferimus ad festi celebrationē. ¶ Et hoc est cōtra multos: qui festiuis diebus a diabolo captiuantur ī exercitio artis magice: In supstitiōibus: In cantatiōibus: Diuinatiōibus: alijsq̄ curiosis obseruatiōibus. ¶ Hoc ē cōtra multos: qui in festiuis diebus captiuantur a mūdo in pōpis: vanitatibus: astiludijs: choreis: melodijs: laudis: saltibus ac discursibus. ¶ Hoc est cōtra multos: qui talibus diebus subiugātur a carne: In crapulis: epulis. cōuiuijs: et cōmessatiōibus: in luxurijs: et īpudicicijs: adulterijs: fornicationibus: īcestibus: sacrilegijs: bestialitatibus: et peccatis īnoīabilibus: Tales ad festi celebritatē ramos palmarū nō afferūt: qr de tēptationibus victoriā nō reportant. ¶ Heu quot cadūt in die festo.

¶ 7. Debēt afferre frondes ligni nemorosi. ¶ Unū scribitur Nee. 8. Afferte et frōdes ligni nemorosi. i. ramis et folijs copiosi: sm lyraz ibidez ī moralibus suis. ¶ Mistice lignū ramis et folijs ac frondibus copiosuz est virtus caritatis q̄ est dilatata in opibus virtuosis: Unū dicit pphā ps. 118. Viā mādatorū tuorū cucurri cū dilatasti cor meū. Sicut. n. ex vno arboris trunco multi rami: Frondes: folia: Flores: fructusq̄ pcedūt: sic ex vna caritate multe virtutes generantur. In die ḡ festiuo frōdes ligni nemorosi afferimus: qn̄ ī opibus caritatis dilatamur. ¶ Que sint aūt opa caritatis: in quibus debemus festiuis diebus dilatari: declarat paulus aplus dicens. j. Cor. 13. Caritas paciēs est. Benigna est: Caritas nō emulatur. Nō agit perperā: Nō inflatur: Non est ambiciosa. Nō querit que sua sunt. Nō irritatur: Nō cogitat malū: Nō gaudet sup iniquitate: Congaudet aūt veritati: Oīa suffert: Oīa credit: Oīa spat: Oīa sustinet: Caritas nūq̄ excidit: ille. Has ergo frōdes: Hos flores: Hos fructus ligni nemorosi et diuine caritatis nobiscum afferre debemus in diebus festiuis. ¶ Et hoc est cōtra multos: qui in solēnibus diebus: nō in operibus caritatis: sed inuidie: sed cupiditatis: sz malignitatis semetipsos cōfundūt: odiendo: inuidendo: detrahendo: adinuicē emulando: inuicē persequēdo: terrenis cupiditatibus inhyando.

¶ 8. Debent afferre salices de torrente. ¶ Unū scribitur Leui. 23. Sūmetisq̄ vobis die primo salices de torrēte. ¶ Mistice: per salices hūtes ramos flexibiles et sunt arbores abiecte: humilitas signiti pōt: Per torrentē vero humana mortalitas: que more fluminis ad finē incessanter tendit: Sumere ergo salices de torrente: est de mortis cōsideratione humiliari. ¶ In festiuis ergo diebus debēt fideles humane nature labilitatē diligēter perspicere: et de eius fluxibilitate humilitatis salices assumere: debēt dico diligēter aduertere. ¶ p̄ humane vite pncipiuz cōtaminatū et cōtagiosuz: qr nascimur in peccatis et iracūdia diuina. ¶ 2. processū instabile et laboriosū: qr homo nūq̄ in eodē statu pmanet: et nascitur ad laborē Job. v. ¶ 3. exituz penalē et laboriosum: qr mors est vltimū terribilius: et cōsiderādo hmōi discursum libenter humiliabitur coraz deo et letabitur in ipso: spem suaz ponēs: nō in bonis vite pñtis sed in bonis vite future. ¶ Ad istā humilitatē: quā hr̄e debemus maxime in diebus festiuis: nos hortatur petrus aplus dicēs. j. Petri. 5. Oēs inuicē humilitatem insinuate: qr deus superbis resistit: humilibus āt dat grāz. Humiliamini igitur

sub

sub potenti manu dei: vt vos exaltet in tempore visitationis: omnem sollicitudinem vestram proiicientes in eũ: quoniam ipsi cura est de vobis. ¶ Et hoc ẽ contra multos: qui in diebus festiuis non se humiliant: nec considerant diẽ mortis nec proprie nature calamitatez: Et ideo non rite diuina festa solemnizant. ¶ Ex hiis frondibus ⁊ ramis fit tabernaculum spirituale: in quo filii Israel idest veri christiani debẽt septẽ diebus habitare idest toto tẽpore vite sue: totum enim tempus diebus septem reuoluitur ⁊ ideo septenario dierum totus decursus temporis designat. ¶ Sicut ergo filii Israel septem diebus habitauerunt in tabernaculis factis de frõdibus predictis. Sic veri christiani toto tempore vite sue habitare debent in spirituali tabernaculo de predictis virtutibus edificato. ¶ Et sicut in octauo die sequenti fecerunt collectam iuxta ritum prout habetur Nee. 8. in fine: Sic veri christiani in octaua resurrectionis facient spiritualem collectam in regno celorum: in quo tanq̃ in ouili congregabuntur omnes electi sub vno pastore christo iesu domino nostro qui cum patre ⁊ spiritu sancto viuit ⁊ regnat in secula seculorum amen. Uenite ergo ascendamus ad montem domini ⁊ docebit nos vias suas.

¶ De christi in festiuis diebus operationibus ad exemplum nostre instructionis ostensis. Cap. 84.

Uenite ascendamus ad montem domini ⁊ docebit nos vias suas. ¶ Scribunt hec verba Leui. 23. He sunt ergo ferie domini sancte: quas celebrare debetis temporibus suis. ¶ Secundum sententiam omnium theologorum: omnis christi actio nostra est instructio: Et omnia opera eius precepta sunt: quia dum ipse sub silentio aliquid agit: quid nos agere debeamus operibus ⁊ si nõ verbis innotescit: vnde ipse dicebat Jo. 13. Exemplum enim dedi vobis: et quẽadmodum ego feci vobis: ita vt vos faciatis. Et quia ipse fuit magister noster in omnibus que ad salutem necessaria sunt Mat. 23. Magister vester vnus est christus: ideo nos docuit ⁊ dies solemnes cum digna deuotione ⁊ sanctimonia celebrare ¶ Plurima enim egit in festiuis diebus corporaliter: que a nobis spiritualiter ex eius sunt imitatione facienda.

¶ Pº enim festiuis dieb⁹ consuetudinarie ingrediebatur in synagogam. ¶ Unde scribitur de eo Luc. 4. Et venit nazareth vbi erat nutritus: ⁊ intrauit secundum consuetudinem suam die sabbati in sinagogam. ¶ Moraliter prelati: qui christi locum tenent in terris: predicatores: religiosi: clerici ⁊ omnes christiani: qui a christo denominati sunt: in festiuis diebus ingredi debent ecclesias: que sunt loca ⁊ orationi ⁊ diuine doctrine suscipiende ydonea: ingredi dico debent non ad nugandum: non ad deambulandum: non ad murmurandu ⁊ detrahendum sicut faciunt multi: sed ad offerendum: ad audiendum dei verbum: ad deum adorandum: ⁊ ad orandum: Unde dicit fidelibus propheta in Psalm. 97. Tollite hostias ⁊ introite in atria eius: adorate dominum in atrio sancto eius. ¶ Et hoc est contra multos qui raro ecclesias ingrediuntur: sed frequentius diebus solemnibus intrant tabernas: prostribula: domos meritricum.

¶.2. Legebat. ¶ Unde scribitur de eo Luc. 4. Et intrauit ẜm consuetudinem suã die sabbati in sinagogam & surrexit legere & traditus est illi liber Esaie prophete: & vt reuoluit librum inuenit locum vbi scriptuʒ erat: Spiritus dñi super me: pp quod vnxit me: euangelizare paupibus misit me: sanare contritos corde: & cum plicuisset librũ redidit ministro & sedit. ¶ Ubi dicit Lira qđ christus resedit vt mature exponeret ꝙ prius stando legerat reuerenter & deuote. ¶ Sic prelati: ꝑdicatores: & omnes catholici in festiuis diebus legere debẽt ad incitandam deuotionẽ sanctos diuinosq3 libros: & maxime legende sunt ꝑtes ille que de christo loquũtur: Unde & christus legisse dicitur in libro Esa. non in libro orphei: Non ptolomei aut alicuius infidelis: sicut multi faciunt in diebus festiuis legentes hystorias romanorum troianorũ: grecorũ ac fabulas poetarum. ¶ Legit etiam in Esaia illaʒ ꝓphtiam que erat de ipsomet christo: quo ad suam conceptionẽ: predicationem: mutationẽ legis: passionem: liberationem pr̃um de limbo: conuersionẽ gentiliũ & diem iudicii futurũ prout ibi declarat Lyra: Ad innuendũ ꝙ in festiuis diebus ea maxime legere debemus: que de christo nobis notitiam tradũt. ¶ Et h̃ ẽ cõtra illos qui nũq3 legũt libros sanctos de xp̃o loquentes nec audire volunt. ¶ Legit etiam cũ reuerentia & deuotione stando: & cũ reuerentia plicuit librum: ad innuenduʒ ꝙ libri sacri cũ deuotione legendi sunt & cum reuerentia contrectandi. Et hoc est cõtra multos: qui sine aliqua reuerẽtia legũt & tractant sanctos libros. ¶ Unde sic̃ recitat Lyra sup Luc. 4. Judei hãc reuerentiam faciunt libris veteris testamenti ꝙ nullo modo sederent iuxta illos: sedendo ita alte sicut illi sunt positi. Ex quo patet ꝙ illi christiani sunt valde reprehendendi: qui non soluʒ libros veteris testamenti: sed etiam noui: etiã sacra euãgelia: ita irreuerenter tractãt & irreuerentius q3 libros gentilium dãnatorum. Aliqui etiam theologi dicta eorum cũ maiori pondere & certiori cotatione allegant in sermonibus suis: & in scholis: q3 dicta christi & apostolorum. Hec Lira.

¶.3. Docebat. ¶ Unde de eo scribitur Mar. 6. Et facto sabbato cepit in synagoga docere: & multi audientes admirabantur in doctrina eius dicentes: vnde huic hec oĩa. Et que est sapientia que data est illi & virtutes tales que per manus eius efficiuntur. ¶ Sic prelati: principes: maiores & predicatores: in festiuis diebus subiectos sibi populos docere & instruere debẽt de necessariis ad salutem adeo efficaciter: vt in admirationem adducant. ¶ Ad istã docẽdi sollicitudinẽ hortabatur paulus apostolꝰ Timotheũ dicens. 2. ad Timo. 4. Predica verbũ: insta opportune: importune: argue: obsecra: increpa in oĩ patientia & doctrina: o principes o ꝑlati o maiores in festiuis diebus qñ videtis subditos vacare crapulis: epulis: ebrietatibus: luxurie: choreis: ludo blasfemiis: & maledictiõibus: arguite increpate. corrigite: Alias anima vestra erit pro animabus illorum.

¶.4. Ibat per sata. ¶ Unde de eo scribitur Mat. 12. In illo tempore abiit iesus per sata sabbato. Discipuli autem eius esurientes ceperunt vellere spicas & manducare. Et Luc. 6. Factum est autem in sabbato secundo: cũ transiret per sata: vellebant discipuli eius spicas: & mãducabant confricantes manibus. ¶ Mistice per sata intelligit̃ cõuenien.

ter diuina scriptura τ diuina doctrina. Spice sunt figure veteris testamẽti Gra ne occultate sub spicis sunt misteria spi ritualia noui testamenti: que sub litte re velamine in veteri testamento late bant. ℂ Ire per sata est diuinam scri pturam interioribus mentis gressibus discurrere: diligenter percurrere. Spi cas euellere est: quaslibet scripture diui ne sẽtẽtias pticulares inuestigare. Ma nibus spicas confricare est litterã occi dentem tollere τ abiicere τ spiritualem sensum retinere. Esurire est cibum do ctrine salutaris desiderare: Manduca re grana munda est: spũales diuine scri ture sñias in ventre memorie reconde re τ collocare. ℂ In diebus ergo festi uis: prelati: principes: predicatores cete riq3 fideles discurrere debent per a grum diuine scripture: colligere singu lares sententias. Scrutari misteria: pe netrare misticos sensus: τ cum affectu osa auiditate in ventre memorie colloca re: Unde hortatur nos christus dicẽs Jo. 5. Scrutamini scripturas: quia ille sunt que testimonium perhibẽt de me. ℂ Et hoc est contra multos: qui miste ria diuine scripture occulta nec diebus festiuis nec ferialibus inuestigant. Sed cu3 magnis laboribus τ vigiliis occulta scrutant legũ: phõꝝ: poetarum: astrono morum ceterorũq3 similiũ.

ℂ.5. Reuellabat scripturas τ ꝓphetias ℂ Unde scribitur de eo Luc. 4. Cepit autem dicere ad illos. s. in die sabbati: quia hodie ĩpleta est hec scriptura ĩ au ribus vestris. Prophetia aũt siue scri ptura ẽ illa q̃ ꝑmittit Luc. 4. τ ẽ Esa. 61. Spirit⁹ domini sup me τc. ℂ Mi stice prelati: pastores: τ predicatores in festiuis dieb⁹ populo explicare τ expla nare debent diuinas scripturas ac pro phetias veteris testamenti: ostendendo per illas quid credendu3: quid agendũ: quid sperandum. Predicare ac expone re debent quõ figure veteris testamẽti cõplete sunt in christo: in eius sponsa ec clesia: τ in omnibus fidelibus tanq̃3 in membris eius. ℂ Et hoc est cõtra mul tos: qui magis vacant expositionibus fabularũ q̃3 prophetarum pratica cõtra predicatores.

ℂ.6. Faciebat signa. ℂ Unde de eo scri bitur Jo. 2. Cum autem esset hierosoli mis in pascha in die festo: multi credi derunt in eũ videntes signa eius q̃ facie bat. ℂ Mistice sicut xp̃s in festo signa multa corporalia faciebat: sic xp̃icole in die festo spũalia signa facere debẽt. Si gna autẽ facimus cũ passiones viciosas vindicãtes sub rationis dominio subiu gamus. ℂ Que sint aũt spũalia signa: que facere debent credentes: declarat ipsa veritas dicens Mar. vlt. Signa autem eos qui crediderint hec sequen tur: in nõie meo demonia eiicient: Lin guis loquent nouis. Serpentes tollent Et si mortiferũ quid biberint non eis nocebit: super egros manus ĩponent: τ bene habebunt. ℂ In diebus ḡ festiuis debent fideles hec signa facere v3 De monia eiicere. i. temptationes demo num repellere. Linguis nouis loqui id est sacra verba: dimissis friuolis effari Serpentes tollere. i. detractores effica citer repħendere: Siquid mortiferum biberimus non debet nobis nocere id est: siquid persuassionis mortifere audi erimus non cõsentire: super egros ma nus imponere τ bene habebunt idest ꝑ bona verba τ opera alios a peccatis re uocare. Hoc modo imitamur dominu3 nostrum iesum christum: qui diebus fe stiuis signa multa faciebat. ℂ Et hoc est contra multos: qui diebus solemni b⁹ nõ faciũt signa dĩ mirabilia: s3 signa

diaboli horribilia: signa superbie: arro gantie: presumptionis.

¶.7. Faciebat lutum ex sputo. ¶ Unde de eo scribitur Jo.9. Erat autem sabbatum quando lutum fecit iesus. Et paulo ante scribitur Hec cum dixisset expuit in terram et fecit lutum ex sputo et liniuit super oculos eius. ¶ Mistice facere lutum ex sputo et super oculos linire est incarnationem vnigeniti dei considerare: Nam lutum ex tribus factum est videlicet ex puluere: saliua siue sputo et ex digito commiscente. Sic vnigeniti dei incarnatio ex tribus completa est. ¶ Primo ex puluere sanguinis virginalis. ¶.2. ex saliua a capite procedente idest a verbo a patre eternaliter emanante. ¶.3. ex digito componente idest a spiritu sancto ipsam ordinante et compaginante. ¶ Istud lutum linitur super oculos: quando christi incarnatio interiori mentis intuitu consideratur. Ex ista autem linitione sequitur illuminatio: quia ex tali consideratione humanitatis christi: mens ratiõalis irradiatur Hoc autẽ fieri debet in sabbato.i.in die quietis et tranquillitatis: quia secundum phm Anima sedendo et quiescendo fit sapiens. ¶ Uel sputum in puluere ponere et lutum cum digito facere in die sabbati est Humanam vilitatem et condicionem diligenti indagatione discutere Scriptum est enim Gen.2. Formauit igitur dominus deus hominem de limo terre. Quando ergo in die festo cum digito solicite discussionis et discretionis puluerem nostre mortalitalitatis euoluimus: considerando nostre plasmationis originem: tunc cum digito lutum componimus: et tunc oculos linimus: et illuminamur: quando ex tali consideratione per spiritum humilitatis irradiamur Humilitas enim disponit ad illuminationem: iuxta illud Mat.11. Confiteor tibi pater dñe celi et terre quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et reuelasti ea paruulis i.hũilibus. ¶ In festiuis ergo diebus debẽt fideles hec duo diligenter ad memoriã reuocare christi videlicet incarnationẽ et nostram vilitatem et miseriam: et his duobus debent linire oculos mentis: et mirabiliter illuminabuntur. ¶ Et hoc est contra multos: qui diebus festiuis talia nec recolunt: nec ad memoriam reducunt: sed euanescunt in cogitationibus suis.

¶.8. Manducabat panem. ¶ Unde de eo scribitur Luc.14. Et factum est cum introisset iesus in domum cuiusdã principis phariseorum sabbato manducare panem: et ipsi obseruabant eũ. ¶ Mistice panis est corpus christi: de quo ipse dicit Jo.6. Ego sum panis vite: patres vestri manducauerũt manna in deserto et mortui sunt. Hic est panis de celo descendens: vt siquis ex ipso manducauerit non moriatur. ¶ Domus in q̃ comeditur iste panis est ecclesia: in qua solum christi corpus consecratur. ¶ Ista autem domus que est ecclesia est cuiusdam principis phariseorum qui interpretantur diuidentes: idest christi qui diuidit oues ab hedis Mat.25. Etiã separabit eos ab inuicem sicut pastor segregat oues ab hedis: et statuet oues quidem a dextris: hedos autem a sinistris. ¶ In festiuis ergo diebus debent prelati: pastores: predicatores: et ceteri christiani corpus christi deuote sumere: et manducare. ¶ Nam qui hunc panẽ nõ manducat: diu sine peccato viuere non potest: dicente ipsa veritate Jo.6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis non habebitis vitam in vobis. ¶ Qui manducat hunc panem deuote et cum de

bita reuerentia in xp̄o manet ꝛ h̄z xp̄m in se manentem Jo. 6. Qui manducat meam carnem ꝛ bibit meum sanguinē in me manet ꝛ ego in illo. ¶ Qui manducat cum deuotione ꝛ reuerentia hūc christi panem vitam habebit eternam dicente saluatore Jo. 6. Qui manducat hunc panem viuet in eternum: sumendum igitur: ꝛ manducandum est christi corpus in diebus festiuis a fidelibus christianis: quatenus roborentur in omnibus bonis: quia scriptum est in p̄s. Et panis cor hominis confirmat. ¶ Et hoc est contra multos: nedum seculares sed ꝛ sacerdotes ꝛ p̄latos: qui diebus festiuis raro comunicant: ꝛ si communicant: cum minima preparatione ꝛ deuotione: ꝛ vtinam non cum peccato mortali: Heu quot sunt qui tenent concubinas: adulteras ꝛ tamen cotidie cōmunicant.

¶ .9. Ascendebat hierosolimam. ¶ Unde de eo scribitur Jo. 5. post hec erat dies festus iudeorum scilicet festum pentecostes secundum Liram: ꝛ ascendit iesus hyerosolimam: ꝛ habetur etiam Luc. 2. Nam cum esset iesus duodeciꝫ annorum ascendentibus parentibus eius hierosolimam secundum consuetudinem diei festi: ꝛ ipse iesus cum illis ascendit. ¶ Moraliter hierosolima est anima rationalis que est ciuitas dei: de qua gloriosa dicta sunt: ad istam ciuitatem debent fideles ad christi imitationem ascendere diebus festiuis: conscientiam propriam examinando: conterendo de peccatis commissis considerando cogitationes: desideria: appetitus: inclinationes: ymaginationes: reformando intentionem: renouando proposita bona: purgando maculas omnes: quoniam alias non potest christus habitare in anima nostra nisi prius fuerit a peccatis purgata: quia scriptum est Sapientie. j. Peruerse cogitationes separant a deo: quoniam in maliuolam animam non introibit sapientia nec habitabit in corpore subdito peccatis. ¶ Et hoc est contra multos: qui in die festo non ascendunt ad animam propriam se metipsos considerando: sed descendūt ꝛ euagantur circa terrena.

¶ .10. Ascendebat ad diem festuꝫ. ¶ Unde de eo scribitur. Jo. 7. Ut autem ascenderunt fratres eius: tunc ꝛ ipse ascendit ad diem festum non manifeste sed quasi in occulto. ¶ Mistice dies festus iste qui erat solemnitas tabernaculorū prout dicit Lira super Jo. 7. Significare potest gaudium beatorum ꝛ spirituum supernorum: Apud quos est festiuitas continua ꝛ iubilatio perennis Et ibi est festiuitas vnius diei: quia nō subiacent alternationibus temporum De ista die dicit propheta in p̄s. Melior est dies vna in atriis tuis super millia. ¶ Ad istum diem festum beatorū spirituum ad christi imitationem in festiuis diebus fideles ascendere debent: cōtemplando varias mansiones: Diuersitateꝫ glorie: gaudia ineffabilia: Laudes indefessas: pacem imperturbabileꝫ: ad istum diem festum ascendere debent eleuando spem: desiderium ꝛ appetitum ad illam gloriam ꝛ super felicem patriam. ¶ Sed aduertendum ꝙ sicut christus ad diem festum non manifeste sed quasi in occulto ascendit: sic ad istaꝫ celestiū sp̄uum contemplationē in diebus festiuis in occulto mentis cubiculo p desideriū ꝛ contemplationē ascendenduꝫ ē: In oculto ascendēdū est: q2 oculta loca ad celestiū contemplationē accōmodata sunt. ¶ Et hoc est cōtra multos: qui diebus solēnibus nō ad cōtemplationē beatoꝝ sp̄uum ascendūt: sed de-

scendūt ad cōsiderationē auiū aucupādo: vel aīaliū venādo: vel piscium piscādo: vel aliorū terrenorū semetipsos in eisdem viliter immergendo.

¶.11. Ascendebat in templum. ¶ Unde de eo scribitur Jo.7. Jam autem die festo mediante ascendit iesus in templuz ⁊ docebat ⁊ mirabantur iudei. ¶ Mistice templuz dei verum fuit christi corpus: sub quo siue in quo quasi in templo diuinitas quiescebat ⁊ latitabat: vnde ipse christus dixit Jo.2. Soluite tēplum hoc ⁊ in tribus diebus excitabo illud. Ille autem dicebat de templo corporis sui. Istud autem templum corporis christi gloriosi situatum est in medio beatorum spirituum Sicut ⁊ tabernaculum in medio filiorum Israel Nūi.2. ¶ In diebus ergo festiuis fideles deuoti in istud templum corporis christi gloriosi ascendere ⁊ ingredi debent. Contemplando ⁊ imaginando illa lucidissima stigmata ⁊ vulnera christi. Ingrediendo per illa sacra foramina cum toto affectu: toto desiderio: ⁊ tota affectione. In istud gloriosum templum per illa quinq̧ vulnera quasi per quinq̧ ianuas introire debemus cuz holocaustis laudum ⁊ gratiarum actionū Cuz turribulo cordis ignito: cum odorifero incenso celestiū ⁊ ignitorū desideriorū. Et hoc modo mirabuntur angeli celestes: animeq̧ beate. ¶ Et hoc est contra multos: qui festiuis diebus tēplum istud humanitatis christi non ingrediuntur: sed cogitant horribilia inhonesta: turpia: lasciua: Diabolica atq̧ secularia.

¶.12. Stabat ⁊ clamabat. ¶ Unde de eo scribitur Jo.7. In nouissimo autez die magno festiuitatis stabat iesus ⁊ clamabat dicens. Si quis sitit veniat ad me ⁊ bibat. ¶ Moraliter in festiuis diebus non debemus in terra iacere sed debemus stare calcando terrena: meditādo: cogitando: ⁊ contemplando celestia. Et cum ingressi fuerimus templuz corporis christi gloriosi: ibi debemus quasi in dei templo sacratissimo clamare: per cordialem orationem: per ignita desideria: per flammigeras affectiones: p candentia suspiria: per affectus extaticos. ¶ Ibi debemus cum sanctis cantare canticum nouum. ¶ Ibi cum Seraphin clamare: sanctus: sanctus: sanctus dominus deus sabbaoth: o mortales quid agimus in terrenis: quid nobis cum puluere huius mundi: Quid nobis cum edificiis: quid cum templis manufactis. Uenite ascendamus ad tēplum non manufactum in celis: Sectemur vestigia domini iesu: Dies festos cum debita veneratione celebremus: ⁊ sic. Uenite ⁊ ascendamus ad montem domini ⁊ docebit nos vias suas amen.

¶ De mirabilibus christi opibus ⁊ gratiis ab eodem in festiuis diebus impensis. Cap.85.

V Enite ascendamus ad montez domini: ⁊ docebit nos vias suas. ¶ Quāuis omnipotens ⁊ gloriosus deus omni tpre paratissimus sit ad sua dona largiendum: quia scribitur Jaco.j. Dat omnibus affluenter ⁊ non improperat: specialiter tamen hoc facit in festiuis ac solemnibus diebus: qñ rationalis creatura a seruilibus operibus vacans spūalibus exercitiis tantummodo incumbit ⁊ in solo deo per amorē requiescet: Et ratio est: quia sicut scribitur Eccē.3 Oia tempus habent. Unde ⁊ saluator nr̄ licet pluries operetur mira ⁊ gratia/

tiarum dona concederit: in festiuis tamen diebus: inquibus maior erat populi concursus mirabilia operabatur. Et singulares gratias concedebat: sicut ex euangelii decursu luculenter apparet ¶ Et non sequendo ordinem litteralez siue hystorialem: sed magis ordinem infirmitatis humane et diuine medelle: patefaciamus ordinate discurrendo per singula: qua corporales sanitates christi in festiuis dieb⁹ i vita curauit: et qui spirituales in eisdem continue curet et sanet.

¶ Primo ergo in die sabbati iesus illuminauit cecum natum. ¶ Unde scribitur Jo.9. Et preteriens iesus vidit hominem cecum a natiuitate: et post Erat autem sabbatum quando fecit lutuz iesus et aperuit oculos eius. Et ad eius illuminationem concurrunt tria videlicet lutum: Digitus faciens lutum et liniens. Et aqua qua se lauit in natatoria siloe. ¶ Mistice ista cecitas est ignorantia que est primum vulnus inflictuz humane nature in virtute rationali ex peccato primi parentis. Et ideo est a natiuitate: quia contrahitur per peccatum originale in quo nascimur: et concipimur. Cecus iste est quilibet propagatus ab Adaz loquendo de comuni lege: qđ dico propter benedictam et immaculatam virginem mariam que speciali lege ab originali secundum multos preseruata fuit. ¶ Istam nostram cecitatem et ignorantiam sanat Jesus in festiuis diebus cum luto sue humanitatis: cum aqua rubra sui sanguinis preciosi. Et cum spiritus sancti operatione et gratia. ¶ Nam si quis in diebus festiuis cum deuotione humanitatis christi lutum diligenter recogitet videlicet incarnationem: natiuitatem: circumcisionem: baptismum: ieiunium etc. Siquis etiam diebus eisdem in natatoria siloe idest misi Siloe eniz interpretatur missus idest in sanguine christi Jesu pro mundi salute misi diligenter se lauerit Spiritus sancti gratia cooperante mirabiliter illuminabitur. ¶ Unde vt fertur Longinus martir cum adhuc infidelis esset: et cecutiens percusso latere Christi cum parum quid sanguinis illius eius oculos tetigisset illuminatus fuit: ad innuendum q Sanguis ille et aqua que de corpore Saluatoris exiuit vim habet illuminatiuam mirabilem: Qui ergo in diebus festiuis ab innata cecitate et naturali ignorantia liberari desiderat: lutum humanitatis Christi diligenter liniat super oculos mentis sue cogitando: meditando: et contemplãdo predictam humanitatem. Et diligenter se lauet in quinqз vulneribus saluatoris meditando sanguinem illum virtuosum: et mirabiliter illuminabitur: Et ideo vnicuiqз ceco dicendum est illud Jo.9. Uade laua in natatoria syloe. ¶ Et hoc est contra multos: qui sic nõ operantur in diebus festiuis et sibi imputatur si non illuminantur. ¶ Hoc est ergo primuz mirabile factum a christo: et prima gratia concessa in festiuis diebus. Rationalis virtutis illuminatio.

¶ 2. Sanauit mulierem ex infirmitate ad terram inclinatam. ¶ Unde scribit Luc.13. Et ecce mulier q̃ habebat spiritum infirmitatis annis decem et octo: et erat inclinata: Nec omnino poterat sursum respicere. Quam cum videret Jesus vocauit eam ad se: et ait illi: Mulier dimissa es ab infirmitate tua: Et imposuit illi manus et confestim erecta est: et glorificabat deum. ¶ Mistice Ista infirmitas qua Mulier erat ad terram incuruata: est Pronitas ad

malum: et inordinata affectio temporalium: que est secundum vulnus inflictũ humane nature in vi concupiscibili ex peccato primi parẽtis: per quã inclinat⁹ ad malum et ad inordinatum amorem temporalium: De qua Gen.6. cuncta cogitatio cordis intenta est ad maluz omni tempore. ¶ Mulier est anima rationalis in vi concupiscibili vulnerata: que dicitur habere spiritum infirmitatis id est infirmitatem a spiritu maligno inflictam vel causatam secundũ Liram: qꝛ subditur Luc.13. Hanc autem filiaz Abrae quã alligauit Sathanas ecce decem et octo annis: nõ oportuit solui a vinculo isto die sabbati. Nam istud vuln⁹ prauitatis ad malum processit originaliter ex demonis temptatione. Ex cuius inuidia mors intrauit in orbem terraꝝ Ex ista infirmitate aĩa incuruatur ad terram nec põt sursum respicere: quia ex isto vulnere virtutis concupiscibilis Omnes oculos suos statuerunt declinare in terram. ¶ Ab ista infirmitate pronitatis ad malum: et inordinati amoris et concupiscentie temporaliũ in die festiuo sanatur aĩa rõnalis: qñ tangitur a iesu p̃dicante. i. qñ per consilium p̃dicatoris vel confessoris salutem animarũ desiderantis quiescit a peccato et ab inordinato amore et concupiscentia temporalium et refrenat̃ a pronitate ad malũ et erigitur sursum p rerũ celestium appetitum et desiderium. ¶ Si ergo ab ista pronitate ad malum et ab inordinato amore sensibiliũ curari desideramus: in die festo accedamus ad p̃dicatores salutem aĩaꝝ desiderãtes: Et ad spũalem contactum diuini consilij rectificabimur. ¶ Hoc mõ sanata fuit maria Magdalena: que tota erat ad ista sensibilia incuruata et tñ mõ terraz respiciebat: sed ad tactuz diuini sermonis rectificata est et facta est tota celestis. ¶ Et hoc est cõtra multos: qui in diebus festiuis ad audienda salutis monita non accedũt: et ideo ab inclinatione quã hñt ad maluz nõ sanantur: et sic negligentie imputandum est. ¶ Hoc est secundũ mirabile factũ a christo et secunda grã cõcessa in festiuis diebus: cõcupiscibilis rectificatio.

¶ .3. Liberauit demoniacos eiciendo d̃monia. ¶ Unñ scribitur Mar.1. Uespere autem facto: cum occidisset sol: afferebant ad eum omnes male hñtes et demonia habentes: Et demõia multa eiciebat et non sinebat ea loqui. ¶ Mistice per infirmitatem demoniacam intelligi potest Malicia: que est tertius vulnus inflictum voluntati humãe pp peccatum primi parẽtis: per quã voluntas non ex ignorantia nec ex infirmitate: sꝫ ex propria peruersitate eligit malũ: Et congruo significat̃ per infirmitatem demoniacam: qꝛ demon non ex ignorãtia nec ex infirmitate peccauit cũ carnẽ nõ haberet sed ex malicia. ¶ Et notanduꝫ ꝙ multa demonia eijciebat: qꝛ Multi sunt qui hac infirmitate malicie laborãt: qꝛ nõ ex ignorãtia: nec ex tẽptatiõe pulsante sed sponte et propria puersitate currũt ad malũ: Et tãta ẽ malicia ꝙ penitet deum fecisse eos. Gen.6. Uidẽs autem deus ꝙ multa malitia hominũ esset in terra: penituit eum ꝙ hominem fecisset in terra. ¶ In diebus ergo festiuis si vere accedimus ad christum per contritionem: confessionem et oratiõẽ eicit a nobis demonia malicie: et male voluntatis per boni propositi inspirationem: Et sic bonificat voluntatem nr̃aꝫ. ¶ Uel per demonia intelligi possunt tẽptationes a demonibus immissas et a mundo et a carne: que multe valde sũt. ¶ Uel per demonia significantur pas

siones viciose: que plurime regnant in humana natura: Hec autem demonia temptationū eijciūtur a xpo in die festo si toto corde: tota anima: et tota mente: querimus ipm: Eijcit dico a nobis: si p dilectionem: cogitationem: meditationē contemplationem et orationem ad ipm fideliter et deuote recurrim⁹: Unde qui malicia: temptationibus: et viciosis passionibus laborant: in diebus festiuis ad iesum accedant. ¶ Et hoc est contra multos qui sic non querunt nec accedūt Et ideo sibi imputēt si malicia: temptationibus: et viciosis passionibus corrūpant. ¶ Hoc est tertiū mirabile factuȝ a christo et tertia grā concessa videlicet voluntatis bonificatio.

¶.4. Sanauit ydropicum stantem ante illuȝ. ¶ Unde scribitur Luc.14. Et factum est cum introisset iesus in domuȝ cuiusdam principis phariseoꝝ sabbato māducare panē: et ipi obseruabant euȝ: Et ecce hō quidam hydropicus erat añ illū: ipse vero apphensum sanauit eū ac dimisit: Ubi dicit Cyrillus et recitat Lyra super Luc.14. Q ō iste hydropicus nō petebat a christo sanari timore phariseorū: sed solum se ostendebat vt christus eum videns eius misereretur. Et dicitur hydropicus ab hydor quod est aqua: quia hydropicus hēt aquā inter carnem: et cutem fm Liram ibidem. ¶ Mistice hydropisia que ex potu sitim generat Auaritiam figurat: que ex aquisitione rerum augumentatur: Sicut.n. Hydropicus cum plus bibit plus sitit: Sic auarus cū plus aquirit ad inquirendum amplius inardescit: qr crescit Amor nūmi q̄tum ipsa pecunia crescit: Et quo plus sunt pote plus sitiuntur aque: vnde Eccs.4. Unus est et secū dum non habet: non filium: non fratrē et tamen laborare non cessat nec saciantur oculi eius diuitijs. ¶ Iste hydropicus in die sabbati stat ante iesum et sanatur: quia homo auarus in die festiuo si conuertatur ad iesum et sit paratus aquisita dispensare ad honorem diuinū: liberatur ab auaritia et recuperat sanitatem: quia de cupiditate transit et mutatur ad liberalitatem Quicunq ergo hydropisi auaritie laborat: in festiuis diebus accedat ad Jesum stet ante eum: Proponat aquisita non claudere sed dispensare ad honorem diuinum: Proponat pauperibus subuēire: puellas nubiles dotare: Ecclesias et altaria adornare: pupillis viduis atq orphanis subuenire. Et sic iesus ponet super eum manum dando gratiam et sanabitur ab auaritia. ¶ Et hoc est quartum mirabile factum a christo et quarta gratia concessa in festiuis diebus videlicet ab auaritia et inordinato amore temporalium liberatio.

¶.5. Eijecit demoniū immundū. ¶ Unde scribitur Luc.4. Et descendit in capharnaum ciuitatem Galilee: ibiq docebat illos sabbatis: Et in synagoga erat homo habens demonium immundum: et increpauit illum iesus dicens: obmutesce et exi ab eo: Et cum proiecisset illud demonium in medium exiit ab eo nihilq ei nocuit. Et mar.j. Et statim sabbatis ingressus in synagogam docebat eos: et erat in synagoga homo in spiritu in mundo Et comminatus est ei iesus dicens: obmutesce et exi de homine: et discerpens eum spiritus immundus exclamansq voce magna exiit ab eo. ¶ Mistice spiritus immundu⁹ est peccatum luxurie et carnalitatis: Que hominem immergit in multis immunditijs fornicationis: adulterij: incestus: sacrilegij: bestialitatis et vicij innominabilis: Homo vexatus a spiritu immū-

do est homo quicumque vicio carnis pollutus et fatigatus. ¶ Iste spiritus immundus expellitur ab homine per austeritatem vite et per carnis afflictionem: Ieiunando: vigilando: disciplinando Orando et ideo dicitur Quod discerpens eum exiuit ab illo: quia vicium carnis non nisi per carnis afflictionem superatur. ¶ Et expellitur in die Sabbati quia dies festiuus aptissimus est ad vitii carnalis curationem: qui ergo vicio carnis laborant: in festiuis diebus ingrediantur ecclesiam: appropinquent ad Iesum: orent vigilent: ieiunent: Cilicia deferant et eiicietur ab eis spiritus luxurie. ¶ Et hoc est contra multos vicio carnis laborantes: qui in diebus festiuis non ingrediuntur ecclesias sed lupanaria: non appropinquant ad Iesum: sed ad mundum: ad principes et magnates: Non orant: non abstinent: non vigilant: et ideo ab immundo spiritu luxurie non liberantur: sed in eodem magis immerguntur. ¶ Et hoc est quintum mirabile factum a christo et quinta gratia concessa in die festiuo videlicet ab immundo luxurie vicio purificatio.

¶ .6. Sanauit manum aridam. ¶ Unde scribitur Luc. 6. Factum est autem et in alio sabbato vt intraret synagogam et doceret: Et erat ibi homo: et manus eius dextra erat arida. Et ait homini qui habebat manum aridam: Surge et sta in medium. Et circumspectis omnibus dixit homini Extende manum tuam: et extendit Et restituta est manus eius. Et eadem sententia habetur Mat. 12. et Mar. 3. ¶ Mistice per manum que est organum organorum vt dicitur. 3. de anima conuenienter intelligitur opus meritorium: Et ideo manus arida est manus ad opus meritorium inualida. Sed cum ad verbum christi surgit per gratiam: tunc manum extendit ad sanctam operationem. ¶ Notandum etiam quod iste infirmus habebat manum dexteram aridam non sinistram. Per manum dexteram spiritualis: per sinistram vero carnalis et temporalis operatio designatur: Multi sinistram manum validam habent et sanam: quia in carnalibus et temporalibus operibus fortes sunt in agricultura: lanificio: venationibus: negociationibus: bellis: artificiis: Edifficiis et huiusmodi. Sed manum dexteram aridam habent: quia in spiritualibus exercitiis et operibus debiles sunt: Non possunt ieiunare: non orare: non vigilare: Horent silentium: continentiam: pacem: abbominantur diuinum sermonem. Fastidiunt missas officia diuina. Heu quot sunt qui hoc modo habent manum dexteram aridam vide cap. Omnes huius seculi dilectores. 47. di. ¶ Ariditas ergo manus dextere est accidia: que est tristitia de bono spirituali et diuino: Et mentem agrauat vt ei nullum bonum agere libeat: Homo habens manum dexteram aridam est homo ociosus: et piger et in bonis operibus accidiosus. ¶ Iste si vult ab hac infirmitate sanari: debet in die festo ingredi synagogam idest ecclesiam: et audire saluatorem predicantem idest predicatorem salutis nuncium: qui dicit ei exhortando: Surge scilicet de ocio: de negligentia: de vinculis peccati. Et sta in medium scilicet virtutis operando virtuosa que in mediocritate consistunt. Et tunc sanatur eius manus dextera et fit habilis ad opera meritoria: ¶ Et hoc est contra multos: qui in diebus festiuis non accedunt ad ecclesiam: nec audiunt Iesum predicantem: et ideo non sanantur ab ariditate manus

dextere: τ sic moriuntur steriles sine bonis operibus spiritualibus o mortales qui habetis manus aridas τ ociosas in bonis operibus Et in diebus festiuis magis estis ociosi q̃ diebus ferialibus quibus estis occupati. Nec queritis me dicum: nec medicinam quod est verbū dei Ue vobis: ve vobis: ve vobis: nisi extenderitis manum dexteram ad opera spiritualia multiplicanda. ℭ Hoc ē ergo sextum mirabile τ sexta grā a xp̄o concessa in festiuis diebus videlicet a vinculo ociositatis τ negligentie libera Absolutio.

ℭ. 7. Liberauit socruz Symonis a magnis febribus. ℭ Unde scribitur Luc. 4. Et intrauit ꝑm consuetudinem suaz die sabbati in synagogam τ surrexit legere: Et infra. Surgens autem iesus d̄ synagoga scilicet eodem die sabbati introiuit in domū Simonis: Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus: τ rogauerunt illum pro ea: τ stans super illam imperauit febri τ dimisit illam τ continuo surgens ministrabat illis. Eadem sententia ponitur Mar. j. ℭ Mistice febris que est calor intemperatus τ excessiuus totuz corpus affligens: est iracundia: que calore suo inordinato τ excessiuo omnia humana mēbra conturbat τ omnes aie vires affligit. Mulier laborans hac febre est anima rationalis calore iracundie conturbata Et talis anima tenetur magnis febribus: quia quisquis iracundie calore agitatur: ad multa peccata declinat: Iracundia enim excecat oculos: τ mentis τ corporis obturat aures: deordiat vultum: nares os τ labia manus τ pedes. Iracundia concitatus: maledicit: blasfemat: percutit: Non discernit veruz a falso: Male cūcta operatur: Furor itaq; mentem precipitant O quot febribus laborant iracundi: partiales: homicide odiosi. ℭ Sed tales in diebus festiuis rogare debent iesum pro anima hac infirmitate laborante. Et tunc iesus stabit super talem animaz τ mitigabit passiones iracūdie vindicte τ partialitatis Et sic anima liberata ministrabit ei per bonorum operū executionē. ℭ Et hoc est contra multos: qui magnis iracundie τ partialitatis febribus laborāt: nec tñ in die festo ꝑ sua liberatiōe iesum rogant: τ ideo calore inordinato cōsumuntur moriendo in odio: rācbore: inuidia: τ suis maledictis τ incurabilibus partialitatibus o quot laborant hijs febribus vbiq; ī ciuitatib⁹: castris: villis curiis ℭ Et hoc est septimuz mirabile τ septima grā a christo concessa in festiuis diebus vz furoris τ iracūdie mitigatio.

ℭ. 8. Curauit multos a varijs languoribus. ℭ Unā scribitur Mar. j. Uespere autem facto. s. die sabbati cum sol occubuisset afferebant ad eum oēs male hn̄tes τ demonia habentes: τ erat oīs ciuitas congregata ad ianuaz: τ curauit multos qui vexabantur varijs languoribus. Et idem scribitur Luc. 4. Ubi dicitur: Cum aūt sol occidisset: oēs qui habebāt īfirmos varijs languorib⁹ ducebāt illos ad iesuz: At ille singulis manus imponens curabat eos. ℭ Mistice varij languores varie sunt τ corporis τ anime passiones. Sic enim in corpore vel membris languor existens ab opibus corporalib⁹ īpedit τ retardat: Sic in aīa viciose passiones exn̄tes ab operibus spiritualibus. ℭ Uarie autez sunt viciose passiones: sicut varij sunt τ languores. ℭ Alius enim habet languorē in oculis curiose vel luxuriose videndo Alius in auribus illicita audiendo Alius in lingua inhonesta loquendo Alius in palato imoderate comedēdo

Alius in tactu mollia querendo: alius in manibus iniqua operando: alius in pedibus ad malum inconsulte currendo. ¶ Aliqui hñt langorẽ in fantasia inhonesta fantasiando: aliqui in ymaginatiua turpia ꝛ illicita ymaginando: aliqui in intellectu inania cogitando Aliqui in memoria iniurias retinendo: aliqui in voluntate mala diligendo ꝛ bona odiẽdo. Heu me quot langores: quot languidi: quot infirmi: Quidam habent languorem infidelitatis: quidaꝫ languorem desperationis: quidam blasfemie: quidam rapine: quidam iniustitie: Quidam pusillanimitatis ꝛc. ¶ Sed tales sic languentes in die festo debent accedere ad iesum. Et ipse singulis manus imponet dando suam gratiam ꝛ sic sanabuntur a languoribus suis ꝛ passionib⁹ viciosis. ¶ Et que est causa ꝙ modo sunt tot languidi: ꝛ tam grauiter languidi: Et tam graui languore languidi. Nisi quia in die festo: in tempore salutis: in tempore acceptabili non accedunt ad iesum per amorem: ꝛ dilectionem: Nec ostendunt ei languorem suum per confessionem: nec querunt medellam ꝑ contritionem: Et ideo iesus eis manuꝫ non imponit per gratie collationem: Et ideo non curantur sed moriuntur in languoribus suis. O anima rationalis: que varijs laboras languoribus: Uade ad iesum in die festiuo clama: ora: supplica: intercede ꝛ manum imponet ꝛ curaberis. ¶ Et hoc est octauum mirabile ꝛ octaua gratia a christo concessa in die festo videlicet viciosarum passionum extirpatio.

¶ .9. Sanauit hoĩem habentem triginta ꝛ octo annos in infirmitate. ¶ Unde scribiť Io. 5. Est autẽ hierosolimis ꝓbatica piscina: Erat autẽ quidaꝫ hõ ibi triginta ꝛ octo annos habẽs in infirmitate sua. Et dicit ei iesus surge: tolle grabatum tuum ꝛ ambula: Et statim sanus factus est homo ille ꝛ sustulit grabatũ suũ ꝛ ambulabat: Erat aũt sabbatum in die illo. ¶ Mistice homo ista lõga infirmitate detentus. Homo est in peccatis diu commoratus ꝛ assuetus: lectus siue grabatum in quo iacebat est mala ꝛ praua consuetudo in qua peccator iacet ꝛ requiescit: Consuetudinaria eniꝫ sunt ὀlectabilia qꝛ q̄si naturalia: qꝛ consuetudo est altera natura: Isto languore male consuetudinis multi laborant: qui in aliquo peccato puta odij: rancoris: carnalitatis: vsure: partialitatis ꝛ huiusmodi perseuerauerunt nedum per triginta ꝛ octo annos: sed ꝛ ꝑ quadraginta quinquaginta: ꝛ sexaginta: Heu me quot sunt senes. ꝛ iuuenes inueterati in mala consuetudine cogitãdi immunda: mentiendi: periurandi: maledicendi: blasfemandi: adulterandi fornicandi: o deus o pietas. ¶ Tales mala consuetudine laborantes in festiuis diebus debent audire Iesum: qui dicit eis in corde loquens: Uis sanus fieri: ꝛ si audierint vocem eius tunc dicet illis sigillatim. Surge a peccatis per dolorem: contritionem ꝛ penitentiam. Tolle grabatum tuum: Amoue malaꝫ consuetudinem: tolle vsum malum delinquendi. Et ambula per viam iustitie operando bona ꝛ glorificando deuꝫ ꝛ hoc modo sanabuntur a longa infirmitate sicut infirmus iste. ¶ Et hoc est cõtra multos: qui laborant longissimis infirmitatibus: ꝛ in diebus festiuis nolunt audire christum dicentem: vis sanus fieri. Nolunt surgere a pctis: nolũt tollere grabatum puerse consuetudiꝰ Nolunt ambulare ꝑ semitas iustitie ꝛ equitatis: ꝛ ideo in suis languorib⁹ moriuntur O mortales venite: ꝛ videte

mirabilia opera christi que operatus ē in diebus festiuis. ¶ Et hoc est nonum mirabile ꝛ nona gratia a christo concessa in diebus festiuis. videlicet longeue consuetudinis eradicatio. Uenite ergo ascendamus ad montem dñini ꝛ docebit nos vias suas Amen.

¶ De mirabilibus dei opibus In dominica die perpetratis. Cap. 86.

Enite ascendamus ad montē dominī: ꝛ docebit nos vias suas. ¶ Scribuntur hec verba Leui. 23. Hee sunt ergo ferie domini sancte: quas celebrare debetis temporibus suis. ¶ Secundū sententiam Sapientis Ecc̄s. 3. Omnia tempus habent ꝛ spaciis suis transeūt vniuersa sub sole: Quamuis omni tēpore bonis operibus sit insistendum: q2 sm dictum saluatoris oportet semper orare ꝛ nunq̄ꝫ deficere: Singulari tamen modo diebus festiuis ꝛ maxime die dominico spiritualibus operib⁹ vacandum est: Nam tunc est tempus acceptabile tunc dies salutis. Et hoc demonstrat nobis diuine bonitatis singularis diffussio. Cuius opera sunt nostra doctrina: nam diebus dominicis prout testantur littere sacre: sacriq̄ꝫ doctores: mirabilia magna ꝛ quasi omnia mirabilia sua operatus est deus prout patebit discurrendo per singula.

¶ Primo deus in die dominico creauit lucē ꝛ diuisit lucem a tenebris. ¶ Unde scribitur Gen. j. Dixitq̄ꝫ deus fiat lux ꝛ facta est lux: ꝛ vidit deus lucem q̄ esset bona ꝛ diuisit lucem a tenebris: Appellauitq̄ꝫ lucem diem ꝛ tenebras noctem: Factumq̄ꝫ est vespere ꝛ mane dies vnus idest primus qui fuit dies dominica. ¶ De hac luce vide supra lib. 3. ¶ Mistice sicut deus in die dominico creauit lucem materialem ꝛ corporalem: que illuminat mundum corporeū: sic in die dominico causat in animas nostras spiritualem lucem fidei ꝛ recte cognitionis: que illuminat hominem qui est microcosmus ꝛ minor mundus Si enim anima rationalis in die dominico ꝛ quiescat ab operibus seruilib⁹: ꝛ deuote considerationi vacet: recogitando ea que deus mirabilia fecit in nouo ꝛ veteri testamento mirabiliter illuminat ꝛ stabilitur in fide. ¶ Et sicut deus in die dominico diuisit lucem a tenebris appellauitq̄ꝫ lucem diem ꝛ tenebras noctem. Sic in die dominico debent fideles discernere lucem a tenebris: ꝛ diligenter considerare quid sit agendum: quid vitandum: quot bona infra ebdomadam ꝛ quot mala egerint Quantū distet virtus a viciis: gratia a peccato: deus ab homine: anima a corpore: celestia a terrenis: sempiterna a temporalibus. ¶ Et hoc modo per reuolutiones huius lucis in die dñico fiet dies vn⁹: id est illuminatio prima quo ad intellectū. ¶ Hec est fides quo ad deum.

¶ 2. Cōfirmauit angelos bonos. ¶ Nā sicut tota theologorum scola tenet in secundo sententiarum Et sacre pagine expositores: post angelorum creationem cōmissum est prelium illud magnum i celo: d̄ quo scribit Apo. 12. factū ē pliū magnū i celo: qd̄ durauit p paucas ꝛ breues morulas sicut declarat Sco. in. 2. Completo aut̄ ē prelio: angeli boni quia viriliter pugnauerunt: ab ipso deo in bono confirmati sunt sicut māifestat Scotus in. 2. sententiarum. ¶ Et hoc fuit in die dominico scilicet prima die mundi. ¶ Mistice sicut deus in die dominico cōfirmauit in bono angelos lucifero re

sistentes: Sic in die dominico si digne celebretur causat in anima nostra virtutez spei que est anchora salutis: firmās animam nostram in bono: ⁊ in omnibus adversis. ¶ Et sicut angeli boni viriliter in die dominico demonum temptationibus resisterunt ⁊ in bono confirmati sunt: Sic in eodem die fideles temptationibus viriliter obviare debēt Et semetipsos in bono per firmum propositum benefaciendi cōfirmare. ¶ In die ergo dominico si rite celebretur: deus credentes confirmat quo ad voluntatem ⁊ virtutem irascibilem. ¶ Hec est spes quo ad gloriam.

¶ 3. Eiecit ḋ celo angelos malos. ¶ Nā superbiente lucifero eiusq̧ satellitibus contra deum, prout declarant theologi diffusse in. 2. sententiarum: in eodem die dominico cum consumassent peccatuz suum per divine maiestatis odium: Deus gloriosus vel ipse vel mediantibus angelis sanctis: luciferum cum omnibus sibi adherentibus de celo expulit, ⁊ deiecit in istas partes aeris caliginosas: Et confirmati sunt omnes in malo De qua deiectione scribitur Apoc. 12. Et proiectus est draco ille magnus serpens antiquus qui vocatur diabolus ⁊ sathanas. ¶ Mistice in die dominico protervientes ⁊ contra divinam maiestatem rebellantes per varia atq̧ diversa peccata deus gloriosus eicit de celo militātis Ecclesie per spiritualem excomunicationem: per quam omnes peccantes mortaliter a deo ⁊ ab eius sede spiritualiter: ⁊ si non corporaliter separantur: Et sicut demones in die dominico peccantes in malicia confirmati sunt: Sic in die dominico peccantes in malicia solidantur propter peccati gravitatem: q̄r peccatum in die festi commissum est duplex sicut dicit Lyra super Exo. 20. ⁊ ideo cavendū est ne peccantes in dominica in malo ultimate confirmentur sicut ⁊ demones confirmati sunt. ¶ Et in ista consideratione in die dominica deus infundit Anime nostre virtutem timoris quo ad virtutem concupiscibilē. ¶ Hic est timor quo ad penā.

¶ 4. Liberavit secundum aliquos populum Israeliticum de manibus egiptiorū. ¶ Et licet hoc non expresse habeatur ex scriptura sicut patet Exo. 12. tamen videtur probabile. ¶ Nam sicut ī die dominica educti sunt sancti patres de limbo in die resurrectionis: Sic verisimile est filios israel eductos esse de egipti ergastulo in die dominico per manum moisi quatenus figura correspondeat figurato ⁊ econverso. ¶ Mistice ergo sicut deus in die dominico filios Israel de manu pharaonis ⁊ egiptiorum liberavit: sic fideles in die dominico si devote ipsum celebrēt de manu diaboli ⁊ de vinculis peccatorum eruit: per veram peccatorum contritionem: que diebus dominicis habēda est: in qua quasi in aqua rubri maris amara demōes q̄si egiptii submerguntur: Tali enim die si devote celebretur deus compunctionem voluntati nostre infundit. ¶ Hec est contritio quo ad pctm̄.

¶ 5. Dedit primo manna filiis Israel prout volunt aliqui s̄z origenez. ¶ Et hoc etiam non habetur expresse ex scriptura sed implicite prout patet Exo. 16. ¶ Per hoc enim q̄ sex diebus continuis collectum est. Et die septimo que est sabbati cessatuz est: per hoc intelligitur q̄ in die dominica primo in terra datuz est manna. Hoc videtur probabile quia filius dei secundum carnez natus est in die dominico prout communiter tenetur. Caro autem eius manne comparatur Jo. 6. Hic est panis qui de celo descen-

dit: non sicut manducauerunt patres ve stri manna: et mortui sunt: qui manducat hunc panem viuet in eternum: ergo sicut caro christi data est hominib' in die dominico: ita videtur dicendum de manna. ¶ Mistice per mãna quod habebat omne delectamentum et omnem suauitatis saporem Sap. 16. Paratum panem de celo prestitisti eis sine labore: omne delectamentum in se habentem: et omnis saporis suauitatez: intelligi potest gratia diuina: sicut eniz mãna de sursum descendit Exo. 16. Sic diuina gratia desursum est Jaco. i. Omne datum optimum et omne donuz perfectum desursum est descendens a patre luminum: Et sicut manna erat vita corporum sic diuina gratia est vita animarum. Et sicut manna habebat omnem saporem et omnem suauitatem fz appetitum gustantium prout dicit Lyra super Exo. 16. in fine: Sic diuina gratia omnes virtutes eminenter continet. Omnemqz spūalis cibi suauitatem redolet. ¶ Sicut ergo deus filiis Israel esurientibus in die dominico dedit mãna: et celestem refectionem: Sic vere fidelibus et diem dominicū deuote celebrantibus. Et diuinã iustitiam esurientibus: confert donū gratie celestis: quia scribitur Mat. 5. Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam qm̃ ipsi saturabuntur. ¶ Hec est gratia gratuz faciens quo ad meritum.

¶ 6. Natus est christus secundum carnem. ¶ Cuz. n. conceptus sit. 25. die mẽsis Martii feria sexta: Et natus sit. 25. mensis Decembris: si computentur litere dominicales patebit q̃ natus est, in mundum de virgine matre in die dominico: Et sic tenetur cõmuniter. ¶ Unde dicunt doctores: q̃ vna de causis ꝓpter quã festiuitas sabbati translata est in dominica est: qz christus natus est in die dñico vide Fran. may in tractatu d̃ decem preceptis. Tho. in. 3. scripto dist. 37. ar. 5. Bona in. 3. dist. 37. circa lrãm. ¶ Mistice sic xp̃s i die dñico natus est temporaliter de ventre Marie corporali. Sic in die dominico si deuote celebretur spiritualiter nascitur de ventre nostre mentis spirituali: nascitur autez per boni operis executionem: Sicut concipitur per boni operis deliberationem. ¶ Quando ergo in die dominico ex diuina gratia recepta bona opera producimus: tunc christus ex nobis nascitur et humanis oculis manifestatur: virgo benedicta christum corporaliter concepit: et corporaliter peperit: nos vero spiritualiter concipimus cum gratiam ei' recipimus cū bona proposita in nobis formamus: spiritualiter vero parturimus: cum per grãm gratum facientem deo gratū opus effundimus: Et bonuz propositum per opus manifestū in lucẽ emittimus: In die ergo dñico deus in nobis infundit efficatiã operis. ¶ Hec est efficatia quo ad opus.

¶ 7. Annunciatur gaudium magnum. ¶ Nam in die dominico quo christus natus est in mundum secundum carnẽ angeli annunciauerunt gaudium magnum omni populo et pacem hominib' bone voluntatis: vnde scribitur Luc. 2. Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum: quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie saluator qui est christus dominus in ciuitate Dauid: et subito facta est cum angelo multitudo militie celestis laudantium deum et dicentiū: gloria in altissimis deo et in terra hominibus bone voluntatis. ¶ Mistice sicut in die dominico Angeli annũciauerunt gaudium de xp̃i natiuitate et pacem hoïbus bone voluntatis: Sic.

digne celebrantibus diem dominicum:
in eodem die post diuine gratie receptio
nem: et post boni operis executionem: da
tur gaudium et pax bone voluntatis: q2
Bona opera ex dei gratia facta: et gau-
dium magnum in anima generant: et a-
nimam ipsam quiete pacificant. Sicut
enim opera mala animam contristant
et impacatam et inquietam reddunt: q2
Non est pax impiis dicit dominus deus
Esa.57. Sic opera bona ex gratia facta
cor letificant et cum deo pacatũ reddũt:
In die ergo dominico gaudium a deo
infunditur. ¶ Hec est letitia sequẽs ex
opere.

¶ 8. Christus resurgit et alios resurge-
re facit. ¶ Uñ scribitur Luc.24. Una
autem sabbati valde diluculo venerunt
ad monumentum et vltra: quid queri-
tis viuentem cum mortuis: Non est hic
sed surrexit. ¶ Mistice sicut christus
ĩ die dominico resurrexit et alios resur
gere fecit. Sic nos in die dominico si di
gne celebrauerimus resurgimus a pec
catis: a concupiscentiis: a viciosis passio
nibus: a malis consuetudinibus: a ter-
renis ad celestia: a corporalibus ad spi-
ritualia: et in nouitatem vite transmuta
mur: sicut et christus in nouitate vite re
surrexit. Unde apostolus pascha nr̃m
immolatus est christus. Itaq3 epule-
mur non in fermento malicie et nequi-
tie sed ĩ azimis sinceritatis: et veritatis.
¶ In die ergo dominico infunditur no
bis ab ipso deo spiritualis resurrectio.
¶ Hec est subleuatio que sequitur ex le
titia.

¶ 9. Christus solidauit Thomã et apo
stolos in fide resurrectionis. ¶ Nam
cum christus in die dominico a mortu
is surrexisset apostolis dubitantibus et
admirantibus ostendit vulnera et pre-
buit illa videnda: osculanda: et palpan-
da. Et sic discipuli certificati sũt de chri
sti resurrectione et de vita futura: vn-
de scribitur Jo.20. Cum sero esset die
illo vna sabbatorum: et fores essent clau
se: vbi erant discipuli congregati pro-
pter metum iudeorum: venit iesus et ste
tit in medio et dixit eis pax vobis: et cũ
hec dixisset ostendit eis manus et latus.
¶ Mistice diem dominicum deuote ce
lebrantes et sacra domini vulnera solli
cite meditantes: solidantur in fide: et cõ
firmantur in spe future vite. ¶ Unde
cum Thomas apostolus vidisset et pal
passet vulnera Christi statim clamauit
dicens. Jo.20. Dominus meus et deus
meus: ad innuendum q in die domini
co si deuote solemnizet et vulnera chri
sti sollicite considerentur: Deus menti
bus nostris fidem solidam de resurre
ctione futura clemẽter infundit: Et spẽ
nostram ad gloriam future resurrec-
tionis exaltat. ¶ Hec est solidatio in
fide.

¶ 10. Misit spiritum sanctum super a-
postolos et credentes ꝯgregatos. ¶ Un
de scribitur Act.j. Et cum compleren
tur dies penthecostes erant omnes di
scipuli pariter in eodem loco: et factus
est repente de celo sonus tanq̃ adueni-
entis spiritus vehementis: et repleuit
totam domum vbi erant sedentes. Et
apparuerunt illis dispartite lingue tan
q̃ ignis: seditq3 supra singulos eorum
Et repleti sũt omnes spiritu sancto: et ce
perunt loqui varijs linguis. ¶ Misti
ce si diem domini cũ deuote celebrem⁹
Si adinuicem per vnionem et pacem fu
erimus in vnum congregati: deus in no
bis ignem sue copiose dilectionis infun
dit: nos inflammat: nos comburit: et in
gratia sue caritatis cõfirmat: O q̃ glo
riosum donum datum fuit credentib⁹
in die dominico: o anima rationalis: o

nia deuota que in dei amore exardescere cupis. Que spūm sanctum possidere desideras: in die dñico claude supra te hostium: Cōgrega sensus oēs aperi cordis hostiū: voca: clama: supplica ꝛ intercede ad vnigenitū dei christū iesum. Et fiet repente de celo sonus tāꝗ aduenientis spūs vehemētis ꝛ replebit totā domum mentis: ꝛ inflāmaberis igne spūs sancti. ¶ Hic est feruor caritatis qui datur solidatis in fide.

¶ xj. Eleuauit ioānē euangelistā in cōtemplationē. ¶ Nā cū Jōānes apl's esset in pathmos insula: i die dñica fuit raptus in cōtēplationē: ꝛ vidit totū statū ecclesie militātis ꝛ gl'iam triūphātis sicut pꝫ per totā Apocalisim. ¶ Un̄ scribitur Apoc.i. Ego Joānes frater vester ꝛ particeps in tribulatiōe ꝛ regno ꝛ pacientia in xp̄o iesu: Fui in insula que vocat̄ pathmos pp̄ v̄bū dei ꝛ testimoniū Jesu: Fui in spū in dñica die ꝛc̄. ¶ Mistice sicut Joānes euāgelista in die dñico raptus fuit in extasi mētis: sic eadē die qꝛ est apta cōtēplationi ꝛ diuine reuellationi deuotis fidelib⁹ dant̄ diuine reuellationes: ꝛ gr̄a diuine cōtēplatōis. Si.n. tali die solicita sit aīa rōnalis ad orationē: meditationē: ꝛ solitariā quietem: datur sibi a deo gr̄a diuine contēplatiōis: ꝛ in spū mirabiliter subleuat̄. O aīa deuota O cupida tue salutis: In die dñico p̄para aīam tuā totis virib⁹: toto conatu ad gr̄am contēplationis qꝛ mirabil'r subleuaberis. ¶ Hec est cōtēplatio q̄ dat̄ caritate feruētib⁹.

¶ xij. Faciet iudiciū vniuersale ꝛ reddet vnicuiqꝫ s̄m opera sua. ¶ Et sic in illo die dñico boni erunt in perpetua laude dei: ꝛ mali in p̄petuo igne inferni ꝓut cōiter tenet̄ vt sicut mūdus in die dñico cepit exordium: sic in die dñico accipiat terminū ꝛ cōplemētū quaten⁹ finis principio cōcordet. ¶ Mistice ergo i die dominico debet vnusquisqꝫ fidelis diligēter añ oculos sue mētis adducere. Judicij vniuersalis terribilitatē. Bonorū gloriosam retributionē: ꝛ malorū penalem afflictionē. Dꝫ tali die diligēter aduertere q̄lis sit vita ꝓpria. Qualia sunt opa exteriora. Qualia v̄ba. Quales interiores cogitat⁹. Qualia desideria. Dꝫ aduertere: si hec oīa sint p̄mio aut pena digna. Dꝫ attēdere sollicite ꝙ nullū malum īpunitū ꝛ nullū bonū irrenumeratū remanebit. Dꝫ ad memoriā attēte reuocare illō soph.j. Juxta ē dies dñi magnus. Juxta est ꝛ velox nimis: vox diei dñi amara tribulabitur ibi fortis. Dies ire: dies illa: Dies tribulatōis ꝛ āgustie. Dies calamitatis ꝛ miserie. Dies tenebrarū ꝛ caliginis: Dies nebule ꝛ turbinis: Dies tube ꝛ clangoris sup ciuitates munitas ꝛ sup angulos excelsos. Et tribulabo hoīes ꝛ ābulabūt vt ceci qꝛ dño peccauerūt: O mortales: aperite oculos Eleuate mentē: celebrate dies festos ꝛ maxie diē dñicū tantis misterijs decoratū. Un̄ dicit Leo papa in. C. Qō die 75. di. Dies dñica tantis diuinarū dispēsationū misterijs est cōsecrata: vt quicquid a dño est i signe cōstitutū: in huiꝰ diei dignitate sit gestū ille. Uenite ergo ascēdamus ad montē domini ꝛ docebit nos vias suas. Amen.

¶ De mirifica: deuota ꝛ cōsūmata solēniū festorū sanctificatiōe. Cap. 87.

V Enite ascendamus ad montē dñi ꝛ docebit nos vias suas. ¶ Quā grata deo glorioso grata sit: affectuosa ꝛ deuota festorū sacrorū celebritas: manifeste ostenditur per premia ꝛ dona mirabilia q̄ cōcedit obseruātib⁹ illa. Que aūt

quāta. Qualia ⁊ quot sint hmōi pmia ⁊ fructus ex sanctificatiōe festi nobis cō cessa: declarat domin⁹ dicens hiere.17. ¶ Et erit si audieritis me dicit dn̄s: vt nō inferatis onera per portas ciuitatis huius in die sabbati. Et si sanctificaueritis diez sabbati ne facietis ī ea oē opus: Ingrediunt̄ p portas ciuitates hui⁹ reges. Et principes: sedētes sup soliū dauid. Et ascēdentes in currib⁹: ⁊ equis: Ipsi ⁊ principes eorū: viri Juda: Et habitatores hierusalē. Et habitabit̄ ciuitas hec in sempiternū. Et veniēt de ciuitatibus Juda in circuitu hierusalē. Et de terra beniamin. Et de campestrib⁹. Et de montuosis: Et ab austro: portantes holocaustū. Et victimas. Et sacrificiū. Et thus. Et inferent oblationem in domū dn̄i hec ibi. ¶ Quā mirifica: q̄ꝫ deuota: ⁊ q̄ꝫ cōsumata debeant esse opa fidelis christiani ꝟe sabbatizātis ⁊ diez dominicā celebrātis declaratur in verbis assumptis. Pro quoꝝ notitia. Sciēdum est ꝙ p hierusalē aīa rōnalis intelligitur. Porte hui⁹ ciuitatis sunt due vz intelkus ⁊ volūtas: siue intellectio ⁊ dilectio. Quicquid. n. ad aīam ingredit̄ per vnū istoꝝ intrat. ¶ In animā ergo rōnalē diē dn̄icā rite celebrātes ꝑut testatur deus in verbis assūptis qui est veritas infallibilis ingrediūtur oēs iste persone magnifice.

¶ ꝑ ingreditur Beata trinitas pater filius ⁊ sp̄us sanct⁹. ¶ Vn̄ dicit̄ Jere.17. Si sanctificaueritis diē sabbati igrediētur p portas ciuitatis hui⁹ reges. ¶ Nā si aīa rōnalis in die dn̄ico diligenter sabbatizat: p cōtēplationē ⁊ dilectionē: q̄si per duas portas: intra semetipsaz quasi intra ciuitatē hierusalē introducit beatissimaz triniiatez p̄rem filiū ⁊ sp̄ūz sanctum: qui est vnus rex imortalis ⁊ inuisibilis. De quo ait paulus apl's. j. ad Timo. j. Regi seculoꝝ imortali ⁊ inuisibili soli deo honor ⁊ gloria in secula seculoꝝ amē. ¶ Et hoc est cōtra multos qui in dieb⁹ festiuis istū regē gloriosuz vz beatissimā trinitatez nō introducūt ī animaz suā nec p dilectionē nec per contemplationē: imo nec de ipsa cogitāt: nec de ipsa loquuntur: nec de ipsa predicātes volunt audire.

¶ 2. Ingreditur christus quo ad humanitatē. ¶ Vn̄ dr̄ Jere.17. Si sanctificaueritis diē sabbati ingrediētur p portas ciuitatis hui⁹ reges. ¶ Nā si aīa rōnalis diē festū deuote ⁊ digne sanctificauerit: xp̄i humanitatez per dilectionis ⁊ cōtēplationis ostiū intra semetipsaz introducet. Est. n. christus quo ad humanitatē rex visibilis: palpabil' ⁊ fuit mortalis. De qua scribit̄ Apoc.19. Hz in vestimēto ⁊ in femore suo scriptū rex regū ⁊ dn̄s dominātiū. Si ergo digne sabbatizauerim⁹ rex iste dignissimus xp̄s iesus ingredietur in aīam nostrā. ¶ Et hoc est cōtra multos qui ī dieb⁹ festiuis christuz nō diligunt: nō cōtēplant̄: nec ꝺ ipso cogitāt nec loquūtur: sz blasfemāt ⁊ maledicūt: nec itroducūt in aīaz suam sz expellunt: nec in aīaz taliū ingreditur iesus sed diabolus.

¶ 3. Ingrediunt̄ angeli. ¶ Vn̄ dicit̄ Jere.17. Si sāctificaueritis diē sabbati ne faciatis opus in eo ingredient̄ per portas ciuitatis hui⁹ principes. ¶ Naz si in die festi diligenter sabbatizemus: p cōtēplationis ⁊ dilectionis ianuā: ad aīam nostraz ingrediunt̄ angeli: quos cōtemplari ⁊ diligere cōgruit ī diebus festiuis. Qui in sacra scriptura vocantur principes iuxta illud p̄s.67. Preuenerūt principes cōiuncti psalētib⁹: ī medio iuuēcularū ttimpanistriarū. ¶ Hoc ē cōtra illos ī quoꝝ aīam p cōtēplationē ⁊ amorē in dieb⁹ festiuis angeli nō ingrediūtur.

nec de ipsis cogitāt:nec mētez ad ipsos eleuant.

¶ 4. Ingrediunť Apl'i. ¶ Uñ dr̄ Jere. 17. Si scťificaueritis diē sabbati igrediētur p portas ciuitatis hui⁹:sacerdotes sup soliū dauid. ¶ Si.n.diē festū digne celebrauerim⁹:p cōtēplationis ꝛ dilectionis ianuā introduci debēt in aīaȝ nostrā Apl'i xp̄i. Qui dicūtur sedere super soliū ipsi⁹ xp̄i q̄si sup soliū dauid qꝛ cōstituit eos vicarios suos:dans eis auctoritatē absoluēdi ꝛ ligandi dicēs Jo. 20. Accipite sp̄m sanctū:quorū remiseritis pctā remittūť eis ꝛ quoꝝ retinueritis retenta sunt. ¶ Et hoc est cōtra illos:qui in dieb⁹ festiuis nec apl'os diligūt:nec de eis cogitāt:nec mētis oculos ad ip̄os eleuāt.

¶ 5. Ingrediūť Martires. ¶ Uñ dr̄: Jere. 17. Si sanctificaueritis dieȝ sabbati Ingredientur p portas ciuitatis huius ascēdētes in currib⁹. ¶ Si digne festa celebram⁹:debem⁹ p cōtēplatiōis ꝛ dilectiōis ianuas ad aīaȝ nr̄am introducere sāctos Martires eos cōtēplādo ꝛ diligēdo. Qui recte figuranť p ascēdentes in currib⁹:ꝛ pp martirij pugnā:q̄ exerceť in currib⁹ iuxta illō ps. 19. Hij i currib⁹ ꝛ hij in equis. Et pp victoriaȝ ꝛ palmā ipsius martirij qꝛ olim victores in currib⁹ triūphabāt. ¶ Et hoc ē cōtra multos:in quorū aīas nō ingrediūtur martires i die festi:sȝ magis meretrices.

¶ 6. Ingrediūtur religiosi. ¶ Uñ diciť Jere. 17. Si sanctificaueritis diē sabbati ingrediētur p portas ciuitatis huius: Ascēdētes in equis. ¶ Si volum⁹ dies festos digne celebrare. Per ostiū cōtēplationis ꝛ dilectiōis ingredi debent in aīam nr̄am. Religiosi iam in celo glorificati. Per ascēdētes.n.equos merito intelligūtur viri religiosi obedientie freno ligati. Sicut.n.equus ducitur freno a ductore p̄sidente:sic viri religiosi iugo siue freno obediētie a suis maiorib⁹ cōducuntur:vñ ꝛ per equos figurātur Zacha. 6. Hij omnes in die festiuo ingredi debēt p ianuas speculationis ꝛ amoris in ciuitateȝ aie nostre. Cuius cōtrariuȝ faciunt multi qui tales in festiuis dieb⁹ non contēplantur nec diligūt nec de ipsis cogitant.

¶ 7. Ingrediūtur religionū īstitutores. ¶ Unde dicitur Jere. 17. Si sanctificaueritis dieȝ sabbati igredientur p portas ciuitatis hui⁹ ascēdētes i equis: Ipsi ꝛ principes eoꝝ. ¶ Si diē festū digne celebrare satagim⁹ p cōtēplatiōis et dilectiōis ostiū in aīaȝ nostrā itroducere debem⁹ religionū institutores ꝛ reformatores: put sūt Basili⁹: Bñdictus: Aug⁹: Dñicus: Frācisc⁹: eoꝝ gl'iaȝ ꝛ vitaȝ mirabilē cōtēplādo ꝛ diligēdo. Et hij oēs figurātur p principes ascēdētiū in equis. Sicut.n.p ascēdētes in equis viri religiosi:sic p eorū principes religionū duces ꝛ institutores designātur. Ipsi.n.fuerūt religiosoruȝ duces: reges ac principes. ¶ Et hoc est contra multos qui in diebus festiuis de talibus non cogitant neq̄ diligunt neq̄ contemplantur.

¶ 8. Ingrediuntur confessores. ¶ Uñ diciť Jere. 17. Si sanctificaueritis diem sabbati ingredientur per portas ciuitatis huius Uiri Juda. ¶ Si digne festa celebrentur:in ciuitatem anime nostre deducendi sunt per contemplationis ꝛ dilectionis ostiuȝ: Sancti christiani nominis confessores qui in celis triūphant. Qui rite p viros Juda significātur:iudas.n.confitēs vel glorificās interp̄tať: Ipsi aūt vni⁹ dei fidē ꝛ vbis ꝛ ꝛ morib⁹ cōfitētes deum gl'ificauerūt. Hij ḡ si dies fest⁹ digne celebreť igredi debēt per portas aie rōnalis. ¶ Qd̄ est

cõtra multos qui in diebus festiuis ta/ les christi cõfessores i aĩaʒ nõ itroducũt nec ad celũ oculos eleuant.

¶ ix. Ingrediunt̃: virgines ⁊ oẽs innocẽ tes ⁊ electi. ¶ Uñ dr̃ Jere. 17. Si san/ ctificaueritis diẽ sabbati ingrediẽtur p portas ciuitatis habitatores Hierusa/ lẽ. ¶ Si.n. dieʒ festuʒ digne cupim⁹ cele brare debem⁹ ad aĩam nostrã itroduce re per cõtẽplatiõis ⁊ dilectiõis Januas oẽs xp̃i ṽgines. Innocẽtes ⁊ oẽs ciues celestis Jerusalẽ: quia iã requiescũt in sempiterna pace. Et iõ cõgrue signant̃ p habitatores Hierusalẽ q̃ itep̃tat̃ paci fica vel visio pacis. ¶ Et h̃ ẽ cõtra mul tos: qui in festiuis diebus nec celestes ciues cõtẽplant̃ nec diligunt: nec recor/ dant̃ de eisdẽ nisi qñ eos blasfemãt.

¶ x. Habitabitur ciuitas aĩe in sempiter nũ. ¶ Uñ dr̃ Hiere. 17. Et habitabit̃ ci uitas hec in sempiternuʒ. ¶ Si.n. dies festos digne celebrauerim⁹ introducẽ/ tes oĩa p̃dicta in aĩaʒ nr̃aʒ p cõtẽplatio/ neʒ ⁊ dilectioneʒ: Habitabit̃ ciuitas aĩe nr̃e in sempiternũ: q̃ꝛ p contẽplationẽ ⁊ dilectionẽ tẽporalẽ: aĩa deducet̃ ad cõ/ tẽplationẽ ⁊ dilectionem sempiternã in gloria celesti in qua pater fili⁹ ⁊ spũs sã ctus: Humanitas xp̃i: Angeli: Apostoli: Martires: Religiosi Religiosoꝝ prin cipes Cõfessores: Uirgines: ⁊ oẽs ele/ cti in aĩa nr̃a p cõtẽplationẽ ⁊ dilectio/ nem sempiternaliter requiescẽt. Et hi oẽs sunt mirabiles fruct⁹ qui sequunt̃ ex digna festi sanctificatiõe.

¶ xi. Fiet cõfessio peccatorũ. ¶ Uñ dici tur Hiere. 17. Et venerit de ciuitatibus Juda i circuitu hierusalẽ. ¶ Judas in terp̃tatur cõfitẽs ⁊ glorificãs ⁊ sign̄at peccatorũ cõfessio q̃ deo gloriaʒ reddit iuxta illđ Josue. 9. Fili mi da gloriam deo israel ⁊ cõfitere ⁊ indica mihi quid feceris ne abscõdas. Ciuitas ṽo que est ciuiuʒ vnitas ⁊ aggregatio: pfectionem ⁊ integritatẽ significat. Hierusalẽ sign̄t aĩam rõnalẽ: Circuit⁹ hierusalẽ est cir/ cõstãs nos peccatũ siue peti circũstãtia iuxta illud pauli ad Hebre. 12. Deponẽ tes oẽ põdus ⁊ circõstãs nos peccatuʒ. Et ps̃ dicit i circuitu ipi ãbulãt. ¶ Si ergo dieʒ sabbati sanctificauerim⁹ ve/ nient de ciuitatib⁹ Juda in circuitu hie rusalẽ: q̃ꝛ si digne festa celebram⁹: fieri dʒ pfe ta ⁊ integra cõfessio pctõruʒ nos circũstãtiũ. Alias manẽtib⁹ nobis i pec catis nõ possum⁹ ad plenũ ṽcũ õbita re uerẽtia diẽ festũ sanctificare.

¶ xii. Fiet operatio virtutũ. ¶ Uñ dicit̃ Hiere. 17. Et veniẽt de terra beniamin. ¶ Beniamin interp̃tat̃ filius virtutis. Filius dextere ⁊ fili⁹ amaritudinis. Et iõ p beniamin intelligunt̃ operationes virtuose ⁊ spũales ⁊ celestes q̃ sunt cũ difficultate ⁊ amaritudine q̃ꝛ virt⁹ circa difficile consistit. celestia ṽo ⁊ spũalia p dexteraʒ designant̃ sicut terrena ⁊ corpo ralia per sinistrã. ¶ Si ergo diẽ sabba ti sanctificauerim⁹ venient de terra be/ niamin: q̃ꝛ si digne festa celebram⁹ celes stium ⁊ spũaliũ virtutũ in circuitu nr̃o opera manifestam⁹. De terra beniamin venim⁹: qñ in die festo: humilitatis: cari tatis pietatis: castitatis ⁊ mãsuetudinis opa demõstram⁹. Sine opatione auteʒ spũaliũ ṽtutũ nõ sabbatizari sed ociari comprobamur.

¶ xiii. Fiet declinatio humilitatis. ¶ Uñ dr̃ Hiere. 17. Et venient de cãpestrib⁹: ¶ Mistice p campestria plana ⁊ humi lia. Humilitatis siue humilitas opatio designat̃: sicut per montes ⁊ colles su/ perbia insinuat̃ iuxta illud Luc. 3. Oĩs vallis iplebit̃ ⁊ oĩs mons ⁊ collis humi liabit̃. ¶ Si ergo diẽ sabbati sanctifica uerimus venient de cãpestrib⁹: in circui tu hierusalem: q̃ꝛ si digne festa venera/

mur:ex nr̄e iniquitatis ꝛ miserie cōside ratione:nosmetipsos vilificando despi ciumus:ꝛ cōtēnēdo humiliamus. ¶ Et hoc facere debem⁹ diebus festiuis: qui bus in oratione ꝛ adoratiōe prosterni mur corā deo. Alias non deuote festa celebramus.

¶ 14. Fiet sabbato cōtēplationis. ¶ Uñ dr̄ Hiere. 17. Et veniēt de montuosis. ¶ Mistice p montes siue mōtuosa sub limitas cōtēplationis iuxta illud Ysa. 2. Uenite ergo ascēdamus ad montē dñi designat̄. ¶ Si ergo sanctificauerimus diē sabbati veniēt de montuosis in cir cuitu hierusalē. Qꝛ si diem festū digne festiuem⁹:per diuinas ꝛ angelicas inspi rationes in cōtēplationis altitudinē ꝛ eminentiā subleuamur. Qd̄ fieri ma xime decet festiuis dieb⁹ in quib⁹ a ter renis opibus cessat̄ q̄tenus supernis li berius vacare valeamus. Alias nō ple ne festa veneramur.

¶ 15. Fiet augmētatio caritatis. ¶ Unde dicitur Hiere. 17. Et veniēt ab austro. ¶ Auster qui venit a meridie vbi est in tēsio caloris ꝛ lucis ꝛ est vētus calidus caritatē ignitā ꝛ aīam illuminantē si gnificat:que spū sancto appropriat̄. Qui p austrū figuratur Cāt. 4. Surge aqui lo ꝛ veni auster: Perfla hortum meū ꝛ fluent Aromata illi⁹. ¶ Si diē sabba ti scīficauerimus venient ab austro in circuitu hierusalē:qꝛ si diem festū deuo te celebremus:ex afflatu spūs sancti au gumentatur in nobis incendium carita tis: Qd̄ maxie accidit in cōtēplatiōe. Et i diebus festiuis qui sūt dies dilectionis ꝛ vnionis cū deo. ¶ Alias nō plene fe sta celebramus.

¶ 16. Fiet opus pp diuinum honorem. ¶ Uñ scribit̄ Hiere. 17. Et venient por tātes holocaustū. ¶ Mistice per holo caustū qd̄ est sacrificiū totaliter incēsū ad honorē diuinū:signat̄ opus bonū pp solū diuinū honorē factū. Ad qd̄ maxi me inclinat caritas. ¶ Si ergo sanctifi cauerim⁹ diē sabbati veniēt portantes holocaustū:qꝛ si digne festa veneramur Ex cōcepta dei dilectiōe multa opa bōa in festiuis dieb⁹ pp solū diuinū honorē opamur. Et h̄ est ꝯ multos qui nil boni agūt i die festo ꝓ dīni honoris amorē.

¶ 17. Opus pp receptū bñficiū. ¶ Uñ dr̄ Hiere. 17. Et veniēt portantes victi mā. ¶ Mistice p victimā pacificā q̄ fie bat ꝓ aliquo bñficio recepto vel recipiē do. signat̄ bonū opus exhibitū pp aliqd̄ diuinū bñficiū receptū vel recipiendū. Ad qd̄ secūdario iclinat caritas. ¶ Si ḡ diē sabbati sanctificauerim⁹ venient portātes victimā:qꝛ si digne festa cele bram⁹:diuina bñficia iā recepta debe mus recolere ꝛ deo debitas grās agere. Et bonorū opeꝝ fruct⁹ pullulare. ¶ Et h̄ est cōtra mltos qui diuina bñficia in numera pceperūt ꝛ in die festo nō reco gitāt. Nec vllū honoꝝ operū fructū deo restituūt:sꝫ dei talentū sub terra abscō dūt:sicut ille seruus neqꝫ qui eiect⁹ est in tenebras exteriores math. 25.

¶ 18. Fuit opus pp peccatū cōmissum. ¶ Uñ dr̄ Hiere. 17. Et veniēt portātes Sacrificiū. ¶ Sacrificiū fiebat d̄ aui bus ꝛ aīalib⁹:ꝛ iō p sacrificiū pōt itelli hostia imolanda pro peccato cōmisso. ¶ Mistice p hostiā ꝓ pctō signat̄ qdli bet opus qd̄ fit pro pctō cōmisso incli nāte ad hoc caritate. ¶ Si ḡ diē sabba ti sanctificauerim⁹ veniēt portātes sacri ficia:qꝛ si digne festa celebram⁹: ꝛ pctā nr̄a a deo glorioso dimissa recolimus. Immēsas grās referre d̄bem⁹. Et hoc mō sacrificiū ꝛ hostiā ꝓ pctō portam⁹. ¶ Alio ēt mō sacrificiū portam⁹ in die festo:qñ d̄ pctō cōmisso penitētiā iniun ctā a sacerdote:ope adiplem⁹ ꝛ cōsuma

mus. ¶ Et hoc est cõtra multos qui in festiuis dieb⁹ de pctis sibi dimissis nullas deo grãs referũt. Et nullũ sacrificiũ p pctõ deo offerunt.

¶ 19. Fiet oratio quo ad deum. ¶ Unde dr̃ Hiere. 17. Et venient portantes thus. ¶ Mistice thus qd̃ in diuino offerẽ sacrificio orõnẽ deo gratissimã ꝛ odoriferã significat iuxta illud ps. 14. Dirigat orõ mea sicut incensũ in conspectu tuo. ¶ Si ergo diẽ sabbati sanctificauerimus veniẽt portãtes thus: qꝛ si digne festa veneramur orõnẽ calidã ꝛ ascendẽtẽ ꝛ deo odoriferã in festiuis dieb⁹ imolamus. ¶ Et hoc est cõtra multos qui in festiuis dieb⁹ non thus odorifere orationis deo offerunt. Sed fetentis detractionis stercora demonib⁹ imolãt.

¶ 20. Fiet purificatio quo ad seipsum. ¶ In dieb⁹ .n. festiuis dꝫ hõ totalit̃ purificari interi⁹ ꝛ exteri⁹. In corpore ꝛ in aĩa p declinationẽ cuiuscũq macule siue pctĩ. Et hec purificatio sequit̃ ad orationẽ. ¶ Uñ sequit̃ Hiere. 17. Et inferẽt oblationẽ in domũ dñi. Oblatio fiebat de ianimatis puta de simila q̃ est farina purgatissima. Et mistice puritatẽ ꝛ mũditiã hoĩs vtriusq; signãt. ¶ Si g diẽ sabbati sanctificauerim⁹ veniẽt ꝛ inferẽt oblationẽ sil'e in domũ dñi: qꝛ si deuote dies solẽnes celebrauerim⁹: ꝛ mentis ꝛ corporis purificationẽ sedulã faciem⁹. Et sic i domũ dñi purissime simile oblationẽ offerem⁹. ¶ Et hoc est cõtra multos: qui in dieb⁹ festiuis ꝓprie purificatiõi nõ studẽt: sed coinquinationi: nec deo purgatissimo similã: sed imũdissimã diabolo luxuria imolãt.

¶ 21. Fiet miseratio quo ad proximum. ¶ In festiuis diebus nõ solũ ꝓprie purificationi sed ꝛ subuẽtioni ꝓximi inuigilandũ est. Et hec sequit̃ ad purificationẽ sui qꝛ prius respicit deus ad ꝑsonã quã ad opus. ¶ Et hec miseratio ad ꝓximũ insinuat̃ Hiere. 17. vbi dr̃. Et inferent oblationẽ i domũ dñi. Oblatio fiebat de oleo. Q̃ d̃ mistice pietatẽ ꝛ miam significat. ¶ Si ergo diẽ sabbati sanctificauerim⁹: Inferẽt oblationem olei in domũ dñi: qꝛ si digne: si deuote festa celebram⁹: ꝓximo indigenti mĩe opera cõmunicam⁹. Et tũc in domũ dñi oblationem olei deportam⁹. ¶ Et hoc est cõtra multos qui in festiuis dieb⁹ nõ miserationi pauperũ intẽdũt. Sꝫ dilapidatiõi, derisioni ꝛ deceptioni totis viribus incumbunt.

¶ 22. Fiet letificatio quo ad exercitium. ¶ In diebus festiuis dꝫ dei famulus in oĩb⁹ ꝓdictis operibus ꝛ alijs spũalibus exercitijs exultare oĩa per agẽdo cũ letitia ꝛ mẽtis exultatione: qꝛ scriptũ est in ps. 99. Jubilate deo oĩs terra. Seruite dño in letitia. Intrate in conspectu eius in exultatiõe. ¶ Et hec mẽtis Exultatio ꝛ letificatio notat̃ cum dr̃ Hiere. 17. Et inferẽt oblationẽ in domũ dñi. Oblatio fiebat aliqñ de uino. Q̃ d̃ spũalem letitiã significat: qꝛ sicut dr̃ in ps. Uinũ cor hoĩs letificat. ¶ Si ergo diẽ sabbati sanctificauerimus. In ferẽt in domũ dñi oblationẽ vini: qꝛ si deuote festa veneramur. Oĩa diuina opera cũ mentis exultatione ꝑficim⁹. Et tũc oblationem vini i domũ dñi deo gratã offerim⁹: qꝛ Hylarẽ datorẽ diligit de⁹. 2. Ad cor. 9. ¶ Et hoc est cõtra multos: qui in dieb⁹ festiuis opa dei cũ tristitia sed opa mũdi ꝛ diaboli cũ magna letitia exequũt.

¶ 23. Fiet descritio siue rectificatio quo ad modũ. ¶ Oĩa ꝓdicta i festiuis dieb⁹ agẽda sũt cũ rectitudine intẽtiõis vꝫ ꝑp deũ: nõ ꝑp hominũ laudem. ¶ Et h̃ hñ notat̃ cũ dr̃ Hiere. 17. Et iferẽt oblationẽ in domũ dñi. Oblatio aliqñ fiebat d̃ sale. Q̃ d̃ mistice significat discretionẽ

& prudentiā. Que oīa opa nrā modifi-cat: Oīa cū moderamine agendo: Oīa opa nrā rectificat in finē debitū dirigē-do. ¶ Si ḡ diē sabbati sāctificauerim⁹ Inferem⁹ oblationē salis in domū dñi: qz si digne ac deuote festa celebremus. Oīa pdicta cuz moderamine agim⁹ & in debitū finez ordinamus. Oīa pp deum operādo. Et tūc oblationē salis i domū dñi cōportam⁹. ¶ Et hoc est cōtra mul-tos: qui i dieb⁹ festiuis opa sua bona in prudēter & in discrete agūt cū dissolutio nibus. cū tristitia cū verbis ociosis. Nec dirigunt ad debitū finē: nec ad diuinum honorē sed ad humanū fauorē. Et ideo nō offerunt sal purū in domū dñi. Sed sal infatuatū in sacrificio diaboli. ¶ Et nota diligēter q̄ pdicta gradatim pce-dūt siue descēdēdo siue ascēdēdo ordi dina & pratica diligēter si occurrent pdi care. ¶ Ex his pz quante sublimitatis sit digna festi sanctificatio. Quot fruct⁹ quot priuilegia sequantur ex ea. Uenite ergo ascēdam⁹ ad mōtē dñi & docebit nos vias suas.

¶ De spūalib⁹ primitijs deo in festiuis diebus offerendis. Cap. 88.

Uenite ascendamus ad montē dñi & docebit nos vias suas. ¶ Scribunt hec verba Deut. 26. Cū intraueris ter-rā quā dñs deus tu⁹ tibi daturus ē pos sidendā: & obtinueris eā atq₃ habitaue ris in illa. Tolles de cūctis frugib⁹ tuis primitias & pones in cartallo: pgesq₃ ad locū quē dñs de⁹ tuus elegerit vt ibi inuo cetur nomē ei⁹: Accedesq₃ ad sacerdo-tē qui fuerit in dieb⁹ illis &c. Et leui. 23. Cū ingressi fueritis terrā quā ego dabo vobis: & messueritis segetē: feretis ma nipulos spicaꝝ primitias messis vestre ad sacerdotē &c. ¶ Inter cetera q̄ Iu-daico populo a deo i festiuis diebus p-cepta fuerant: Singulare mādatū fuit d̄ primitijs offerendis: Que ter in āno in trib⁹ solēnitatibus offerebant vz in pas chate. In pentecoste: & i festo taberna culoꝝ prout dicit lyra sup Leui. 2. & in ferius declarabimus. ¶ Dicit aūt Ra. Sa. sup Deut. 26. Et lyra ibidē recitat Q primitie quantuz ad terrenascentia de septez rebus tm̄ dabant. s. De frumē to: Ordeo: Uinea: Oliua: Malograna to: Ficu: & palma. De alijs autē fructi-bus seu terre nascētibus non tenebant dare: lz esset bonū de talibus primitias dare. ¶ Dabant etiam primitie de lana sicut pz Deut. 18. Ubi dicit. Dabūt sa-cerdoti armū ac vētriculū primitias fru menti: vini & olei & lanarū partē ex ouiū tonsione. ¶ Dabant etiam primitie de cibis siue de pane cocto in furno sicut dicit Lyra super Nū. xv. Ubi scribi-tur. Cum veneritis in terram quā ego dabo vobis & comederitis de panibus regionis illius separabitis primitias do mino de cibis vestris: In Hebreo ha-betur. De pastis vestris tortellum s̄m Lyram: quia de qualibet decoctiōe fur ni separabatur tortellus vnus dandus sacerdotibus pro primitijs. ¶ Misti-ce per primitias terre nascentium intel liguntur intia operationum nostraruz & sicut per decimas consumationez & per fectionem earū: qz denarius est nume-rus perfectus & limes numeroꝝ: & per hec duo itelligunt media bonoꝝ opeꝝ. Hec aūt oia deo sūt attribuenda tanq̄ oīuz bonoꝝ auctori Ysa. 26. Oīa opera nrā opat⁹ es nobis dñe. ¶ Sicut ḡ Iu dei māles primitias d̄ noue gūib⁹ pdi-ctaꝝ rerū i dieb⁹ festiuis offerebāt. Sic & nos spūales primitias d̄ eisdē rebus in diebus solēnib⁹ debemus offerre.

¶ p° In diebus festiuis primitias offerr debem⁹ De frumto .i. de granis frumēti existentib⁹ in arca ſm Lyrā Nūi. 15. ¶ Un̄ dr̄ Deutero. 18. Dabunt sacerdoti primitias frumti. ¶ Moralit̄ p granū frumēti intelligit̄ doctrina siue sciētia ptinens ad intellectū: iuxta illō Luc. 8. Semen est verbū dei ꝛ illud Mat. 13 Dn̄e nōne bonū semen seminasti i agro. ¶ In diebus ḡ festiuis debemus ō nostris granis .i. de nr̄a scientia ꝛ doctrīa sūmo sacerdoti christo primitias offerre: proponēdo p amore ꝛ honore suo īcipere psequi ꝛ ɔsumare quicquid agimus p intellectū in scientia ꝛ doctrina siue audiendo ꝛ discendo ab aliis: sicut in p̄dicatiōis vel lectiōis auditu: siue doceamus alios p̄dicādo legēdo siue scribamus tractatus cōponendo: siue studeamus p nos: libris alioꝝ incumbēdo. ¶ Et hoc mō damus primitias de nr̄o frumto sacerdoti: q2 de oī nr̄a scientia ad intellectū ptinēte: damus xp̄o p̄ncipiū ꝛ intentionē: q̄ ē primū in ope: cū p amore ei⁹ oē studij nr̄i exercitiū exequi pponim⁹ ad qō hortat̄ apl̄us dicēs ad Collo. 3. Oē qōcunq3 facitis ī v̄bo: oīa ī noīe dn̄i nr̄i iesu xp̄i facite. ¶ Et hoc ē cōtra multos: qui ī festiuis dieb⁹ nec ī auditu p̄dicatiōis: nec ī studio lectiōis: nec ī exercitio p̄dicatiōis intentionē aut initiū opis dirigūt ī xp̄m. Et sic ō frumto suo primitias non offerūt sacerdoti. ¶ Hoc ptinet ad itellectū.

¶ 2. De ordeo. Idest de pēitētia. ¶ Ordeū .n. quid rigidū ē ꝛ aspioris tegminis ꝛ penitētie ꝛ corporalis afflictionis rigorē significat quo ad corp⁹. ¶ In diebus ergo festiuis debemus ō ordeo sacerdoti primicias offerre: q2 ī christum debemus dirigere intentionē ꝛ principiū omnis nr̄e penitētie ꝛ afflictiōis corporalis: proponēdo p amore suo exequi. Quicquid laboramus in ieiunijs: disciplinis: cilicijs: abstinētijs ꝛ vigilijs. Et nō solū quicquid acturi sum⁹ p diez festū s3 p totā ebdomadā: Ad qō hortatur paulus dicēs ad Collo. 3. Oē qōcūq3 facitis in opere: Oīa ī noīe dn̄i nr̄i iesu xp̄i facite. ¶ Et hoc est cōtra multos qui dieb⁹ festiuis tales intētiōis primitias xp̄o nō offerūt. ¶ Hoc q̄ ad corp⁹.

¶ 3. De vinea idest de nr̄a iustitia. ¶ Nā vinū iustitiaz significat in scriptura iuxta illud Luc. x. Alligauit vulnera infūdens oleū et vinū .i. misericordiaz ꝛ iustitiam. ¶ In festiuis diebus debem⁹ de vinea nr̄a sacerdoti primitias offerre: q2 in xp̄m sūmuz sacerdotez dirigere debem⁹ intentionē ꝛ initium oīs nr̄e Iustitie proponēdo p amore suo exequi quicquid laborauerim⁹ in tota ebdomada ī operib⁹ iustitie: siue precepta diuina seruādo: siue alia necia faciendo siue Iustitiā administrādo: siue sua cuiq3 reddēdo. Et hoc est qō dicit paulus ad Collo. 3. Oē qōcūq3 facitis ī noīe domini nostri iesu xp̄i facite. ¶ Et hoc est cōtra multos: qui sic primitias sue iustitie christo non offerunt. ¶ Et hoc pertinet ad voluntatem.

¶ 4. De oliua siue oleo idest de nr̄a misericordia. ¶ Oleum .n. misericordiam figurat p illud Luc. x. Infundēs oleum ꝛ vinum. ¶ In diebus ergo festiuis sacerdoti de nostro oleo primitias offerre ōbem⁹: q2 in xp̄m sūmū sacerdotē nr̄e mie intētionē ꝛ initiū ordinare ꝛ dirigere ōbem⁹: pponēdo p ei⁹ honore exequi: quicquid ī opib⁹ sp̄ualis ꝛ corporalis mie p totā ebdomadā laborauerim⁹ Iustitiā .n. opis ꝛ intētionē in xp̄m dirigere ē ei opis sequētis primitias offerre. Ad qō hortat̄ paulus dicēs ad Coll. 3. Oē qōcūq3 facitis in v̄bo aut in opere oīa in noīe dn̄i nr̄i iesu xp̄i facite. ¶ Et

hoc est cōtra multos: qui in dieb⁹ festi‑uis sic nō ꝓponūt. ¶ Et hoc est quo ad proximum.

¶ 5. De malogranato. Idest de nr̄a patiētia. ¶ Malogranatū et in quo sunt grana cōpressa ⁊ rubicūda: sub cortice rigido: virtutē patientie designat: q̄ necessaria est in tribulationib⁹ ⁊ passionib⁹: q̄ per rigiditatē ruborē ⁊ cōpressionē figurātur. ¶ In diebus ergo festiuis sacerdoti de nostro malogranato primitias offerre debem⁹: q2 in xp̄m qui est sacerdos ineternū principiū ⁊ intētionē nr̄e patientie dirigere debem⁹: proponēdo pro ei⁹ honore patiēter sufferre quicquid angustie quicquid p̄ssure: vl' tribulationis aut amaritudinis nobis acciderit. Ad quod hortatur petrus ap̄s dicens .i. Petri. 2. Hec est. n. gratia si pp dei cōsciam sustinet quis tristitias patiens iniuste: q2 christus passus est pro nobis. s. patienter vobis relinquens exēplū vt sequamini vestigia eius. Qui cū malediceret̄ nō maledicebat: cū pateret̄ non cōminabat̄. ¶ Et hoc est cōtra multos qui in diebus festiuis tales christo primitias nō offerunt. ¶ Et hoc est quo ad seipsum.

¶ 6. De ficu idest de nostra cōtēplatiōe. ¶ Ficus. n. pp dulcedinē fructuū suauitatē contemplationē delectabilē ⁊ suaues ei⁹ fruct⁹ designat. Uñ rn̄dit ficus Judicū. 9. Nūquid possū deserere dulcedinē meam fructusq̄ suauissimos. ¶ In dieb⁹ festiuis debem⁹ de ficu primitias offerre sacerdoti: q2 in christum sacerdotē sūmū nostre cōtemplationis principiū ⁊ intentionē debemus cōuertere: ꝓponendo pro eius honore peragere omnē nostrā meditationē: cogitationem ⁊ cōtēplationē per totā ebdomadam venturā. Ad qd̄ nos hortatur paulus dicēs ad Collo. 3. Oē qd̄cūq̄ facitis: siue in v̄bo siue in opere: oīa in nomine dn̄i nr̄i iesu xp̄i facite. ¶ Et h̄ est cōtra multos: pratica. ¶ Et hoc quo ad deum.

¶ 7. De palma idest de nostra tēptatiōe. ¶ Palma. n. que olim victorib⁹ dabatur temptationū pugnā significat: cōtra diabolū. ¶ In diebus ergo festiuis sacerdoti primitias de nostra palma offerre debemus: q2 in christū sūmū dei sacerdotē initiū ⁊ intētionē nostre tēptationis debemus offerre: proponēdo pro eius amore per totam ebdomadā tēptatiōib⁹ diaboli mūdi ⁊ carnis viriliter resistere: fortiter repugnare: ⁊ patiēter tollerare. Ad qd̄ hortatur ap̄lus dicēs ad Phili. 6. Induite vos armaturam dei vt possitis stare aduersus insidias diaboli: qm̄ non est nobis colluctatio aduersus carnē ⁊ sanguinē: sed aduersus p̄cipes ⁊ potestates: Aduersus mundi rectores tenebrarū harū. Cōtra sp̄ualia nequitie in celestib⁹ ppea accipite armaturam dei vt possitis resistere in die malo: ⁊ in oībus perfecti stare hec ille. ¶ Cōtra hoc faciunt multi ⁊c̄. ¶ Et hoc quo ad diabolū.

¶ 8. De lana ouiū idest de nostra circa tēporalia occupatione. ¶ Lana cum sit circa corp⁹ ⁊ nō de corporis substātia s3 ad corporis ornamētū ⁊ coopimētū: tēporalia bona sigñat. Quid. n. sūt terrena oīa ait Gregori⁹ nisi q̄dā corporis indumēta: Tūdere lanā ⁊ coadunare est p negociationē: artificiū: agriculturā vel militiā aut alio mō tēporalia bona cumulare. ¶ In dieb⁹ g̃ festiuis sacerdoti primitias de ouiū lana offerre debem⁹: q2 in xp̄ȝ sacerdotē sūmū principiū ⁊ intētionē oīs nr̄i exercitij circa tp̄alia dirigere ⁊ ordinare d̄bem⁹: ꝓponēdo i die festo ꝑ ei⁹ amore exequi: quicquid p ebdomadā acturi sum⁹ circa tp̄alia dispo

nenda siue negociādo: siue agriculture operā dando: siue emēdo siue vēdēdo siue artificia exercēdo: vel quoquo modo laborādo. Tūc.n. lanaꝝ primicias deo offerim⁹ iuxta illō Deut.18. Dabūt sacerdoti primitias frumēti: vini: ꝛ olei: ꝛ lanaꝝ partē ex ouiū tonsione. Et hoc est qđ dicit paulus ad Collo.3. Oē qđcūqꝫ facitis siue in verbo siue in ope: oīa in noīe dñi nr̄i iesu xp̄i facite. ¶ Et hoc est ꝯ multos qui lanaruꝫ primitias deo nō offerūt in die festo: nec icipiūt tpalia i noīe dñi. Hinc est qđ non facto optimo principio: exequūtur ea ꝛ cōplēt in noīe ꝛ virtute diaboli: Mētiēdo: dcip̄ēdo: furando: opprimēdo: piurādo. ¶ Et hoc quo ad mūdū.

¶ 9. De cibis idest de nr̄a corporali refectione. ¶ Vn̄ scribit̄ Nū.xv. Cū veneritis in terrā quā dabo vobis. Et comederitis de panib⁹ regiōis illi⁹: separabitis primitias dño d̄ cibis vestris. Sicut eni de arca primitias separabitis. Ita ꝛ de pulmētis dabitis primitiua dño. Et vt dicit Lyra vbi nos habem⁹. De cibis vestris in hebreo. habet̄. De pastis vestris tortelluꝫ: qꝛ de q̄libꝫ deuotione furni separabat̄ tortellus vn⁹ clausus sacerdotibus ꝑ primitiis: hec ille. ¶ Mistice ꝑ pastaꝫ siue panē vel cibū intelligitur corporalis refectio. In dieb⁹ ergo festiuis de cibis nr̄is sacerdoti primitias offerre debem⁹: qꝛ i xp̄ꝫ sūmū sacerdoteꝫ initiū ꝛ intētionē cuiuscūqꝫ nr̄e refectionis dirigere ꝛ ordinare debemus: proponēdo in die festo: pro eius honore comedere ꝛ bibere quicquid comesturi ꝛ bibituri sum⁹ ꝑ totā ebdomadaꝫ. Et ad hoc nos hortat̄ paulus apl's dicēs.i.ad Cor.x. Siue ergo māducatis siue bibitis vel aliud quid facitis oīa in gloriā dei facite. ¶ Et hoc est cōtra multos: qui primitias sue refectiōis deo nō offerūt. Sed manducāt ꝛ bibūt in noīe diaboli frangētes ecclesie ieiunia: q̄dragesimā: vigilias sanctorū: ꝛ comedētes carnes tpibus ꝓhibitis. ¶ Utrū autē iste tortellus vel panis qui dabat̄ de q̄libet decoctiōe furni pro primitijs esset azimus vel fermētatus dubiū est. Si se parabat̄ ab alio pane prout dicit Lyra sup Nū.xv. videt̄ ꝙ esset Azimus. Sꝫ qꝛ dabat̄ pro primitijs videt̄ ꝙ fuerit fermētatū. Naꝫ de fermētato dabant̄ primitie sicut scribit̄ Leui.2i. Et vnus panis fermētatus ꝑ primitijs offerebatur: vnde scribit̄ Leui.7. Panes quoqꝫ fermētatos cū hostia gratiarū q̄ imolatur: pro pacificis: ex quib⁹ vnus pro primitijs offert̄ dño. Et Leui.23. Offeretis sacrificiū nouū: panes primitiarum duos: de duab⁹ decimis sil'e fermētate quos coquetis in primitias dñi. Uide ergo quid dicendum sit. Et pondera diligenter. ¶ Et hoc respicit carnem reficiendam.

¶ x. De Melle idest de nr̄a licita cōsolatione ꝛ recreatiōe. ¶ Vn̄ notandū ꝙ de melle ꝛ d̄ fermētato nō poterat aliquid imponi super altare ad cremādū in totum vel in ptē: sꝫ tm̄ primitias offerebāt: vn̄ scribit̄ Leui.2. Nec quicq̄ fermēti ac mellis adolebit̄ i sacrificio dñi. Primitias tantū eorū offeretis ac munera. ¶ Mistice per mel qđ dulcedine plenū est: quelibet recreatio ꝛ cōsolatio que tm̄ nō sit illicita: pt intelligi: ꝑut sunt ludi nō ꝓhibiti: Uenatio: saltatio: deambulatio: armonia cantilena. ¶ In diebus ergo festiuis primitias mellis sacerdoti offerimus: qn̄ in xp̄m sūmū sacerdoteꝫ principiū ꝛ intentionē oīs nr̄e recreatiōis ꝛ cōsolatiōis dirigim⁹ ꝛ ordinamus: ꝓponētes ꝓ ei⁹ amore ꝛ honore sumere oēm nr̄am recreationē ꝛ cōsolatiōnē. Et hoc est qđ dicit paulus.i.

Co2.x. Siue ergo manducatis siue bi-
bitis: siue aliud quid facitis oīa i gloriā
dei facite. ¶ Et hoc ē cōtra multos: qui
nullis primitias deo nō offerūt: semet-
ipsos pp deū recreantes: sȝ diabolo fm
eius instigationē cōsentiēdo ⁊ semetip-
sos in luto luxurie q̄si sues ꝓsternēdo
Et in mūdi ac carnis delicias debacchā-
do O beata aīa illa q̄ oī die festo has de-
cez primitias deo suo liberalr offerret.
Beatior q̄ oī die. Sed beatissima q̄ in
principio cuiuslibȝ operis: sȝ ve ve ve ha-
bitantib⁹ in terra: ve qz nō dirigūt i deū
sua cogitata: ve qz nō dirigūt v̄ba: ve qz
nō dirigūt opa: Heu me quot viri: quot
mulieres quot clerici: quot religiosi q̄t
monachi quot p̄dicatores: quot prelati
perdunt opera sua quo ad meritū eter-
ne vite: quia deo primitias nō offerunt.
Nō dirigūt in deū: nō incipiūt pp deuȝ:
⁊ ideo non merent̄ O mortales offerte
offerte deo primitias suas. Et venite
ascēdamus ad mōtē domini ⁊ docebit
nos vias suas.

¶ De spūalibus primitijs ⁊ rectitudine Intentionis. Cap. 98.

V Enite ascenda-
damus ad montē dñi ⁊ doce-
bit nos vias suas. ¶ Scribūt
hec v̄ba Deut. 26. Cū intraueris terrā
quā dñs deus tuus tibi daturus est pos-
sidēdā: ⁊ obtinueris eā atq; habitaue-
ris in illa: tolles de cūctis frugibus tuis
primitias ⁊ pones i cartallo: Pergesq;
ad locū queȝ dñs deus tuus elegerit vt
ibi inuocet̄ nomen ei⁹: Accedesq; ad sa-
cerdotē qui fuerit i diebus illis: ⁊ dices
ad eū. Profiteor hodie coram dño deo
tuo: q ingressus sum terraȝ pro q̄ iura-
uit p̄ribus nostris vt daret eā nobis. Et
idcirco nūc offero p̄mitias frugū terre:
quā dñs de⁹ dedit mihi: hec ibi. ¶ Or
tota virtus ⁊ perfectio opis in intētiōe
cōsistit fȝ illō Saluatoris math. 6. Si
oculus tu⁹ simplex fuerit totū corp⁹ tuū
lucidū erit: Cauēdū sūmope est: q̄tenus
in oī nr̄a opōne itētio firmissime solide-
tur ne labor sit vacuuus ⁊ inanis: ad in-
tētiōis aūt pfectionē plurima cōcurrūt
q̄ in primitiarū oblatiōe p̄figurant̄. Et
oīa patebūt cōparādo ⁊ discurrēdo per
singula sȝ ꝓ nūc tria tm̄ de primitijs cō-
sideranda ꝓponunt̄.

¶ P^m^ principalr cōsiderādū est q primi-
tie: dabant̄ a iudeis in veteri testō tri-
pliciter siue i triplici dr̄ia. ¶ Nā aliqui
ꝓ primitijs dabāt ptē sexagessimā: Ali-
qui q̄: inq̄gessima: Aliqui q̄dragessimā
¶ Vñ dicit Nico. de Lyra. Or quāti-
tas primitiarū nō determinat̄ p scriptu-
rā: sȝ determiata fuit p sapiētes hebreo-
rū: vȝ q pro primitijs daret̄: pars sexa-
gessima ad min⁹: q̄dragessima ad plus:
quinq̄gessima mediocrit: Ita q min⁹
deuoti dabāt sexagessimā: Magis de-
uoti q̄dragessimā: itermedij āq; quinq̄-
gessimaȝ. Et sic quātitas ista quātū ad
aliquid erat d̄terminata ⁊ quātū ad ali-
quid d̄uotioni dantiū d̄relicta: Hec ille.
¶ Et ideȝ sup Nee. x. dicit sic Primiti-
ua ꝓprie dicebant̄ illa q̄ de aīalib⁹ ⁊ ter-
renascētib⁹ debebant̄: scȝ quinq̄gesima
ps: Tamē magis deuoti addentes da-
bant. xl. Minus deuoti vero subtrahē-
tes dabāt. lx. Hec lyra. ¶ Mistice sic
per primitias intentio nr̄e opōnis: sic p
tres modos offerēdi primitias: tres spe-
cies figurant̄ intētionis.

¶ P^a^ est intētio habitualis que ē iperfe-
ctissima ⁊ significatur per primitias de
parte sexagesima factas a min⁹ d̄uotis.
¶ Habitualis aūt intentio est: quādo
quis habet habitū caritatis: q̄ est prin-

cipiuz referendi actus nostros in deū: τ facit aliquē actū referibilē in deū qui.s. nō est petm̄: nec repugnat referri: Si talis actus fiat ex deliberatiōe dr̄ referri in deū intentione habituali: τ est meritorius ſm aliquos: q2 talis sic operās h3 τ habitū referēdi.s.caritatē τ actū referibilē. Et l3 talis nō habeat itētionē actualē ad deū: q2 nō cogitat tūc de deo: tm̄ h3 habitualē intentionē q2 si interrogaref pp quid fac tale op9 rn̄derit pp deū. Et tales videnī dicere oēm actū ex deliberatiōe factū vel eē meritoriū si hō sit in caritate q2 referī i deū habitualiter: vel esse demeritoriū si hō sit i petō mortali. ¶ Sz huic opinioni cōtradicūt. S. Bona.in.2.di.41. Et Scot9 in quoli.q. 17. Et in.2.di.41. dicētes q multi sunt act9 indifferentes etiā ex deliberatione facti: puta. Deambulatio facta pp sanitatē ab exn̄te in grā nec cogitāte aliquid de deo nec videī meritoria: nec demeritoria: Nō meritoria q2 nō referī in deū Nec demeritoria q2 nec tenemur tētione necessitatis ad quā sequiī petm̄ mortale: Nec tentione minori ad quā sequiī petm̄ veniale: semp actus nr̄os referre ī deū: q2 de9 nō obligauit nos ad aliquid tam arduū. Uide istos doctores si placet ī fonte. ¶ Iste opiniones possent forte faciliter concordari p vnū dictū. S. Bonauēture in.2.di.41. Ubi dic Q siquis existens in caritate moueaī ab ipa caritate: vel ab alia virtute informata caritate ad aliqđ agendū ex sola boni operis cōsideratiōe: ēt si in actu nihil cogitet de deo: tale opus est meritoriū. Uerbi grā. Quis habet virtutē obedientie τ est in caritate: si talis ex virtute obie obediat prelato ēt si non cogitet actu de deo: sed solum q bonū est obedire: talis meretur q2 τ si non mouetur ꝑpter deū actu cognitum: tm̄ mouetur ꝑpter bonuz opus: puta ꝑpter obedientiam. Elemosinam τ hmōi. Et huic consonat sententia christi dicentis math.x. Qui recipit prophetam in nomine prophete mercedem ꝑphete accipiet. Et qui recipit iustum in nomine iusti mercedē iusti accipiet. Et quicūq3 potū dederit vni ex minimis istis calicē aque frigide in noie discipuli. Amē dico vobis nō perdet mercedem suaz. Ubi videtur innuere Q si quis opus elemosine impēdat ꝑphete vel iusto vel discipulo inquātuz cogitat de ꝑpheta vel iusto vel de discipulo: etiā si actualiter nō cogitet de deo: sit tale op9 meritoriū. ¶ Scotus ēt in.2.di.7. dicit Q si quis extūs in caritate agat op9 morale bonuz τ bene circūstantionatū q caritas inclinat ad illud τ est meritorium. ¶ Et ideo prima opinio que dicit q intentio habitualis sufficit ad meritū: dz intelligi quādo habēs caritatem operatur aliquod opus bonū bonitate morali τ bene circūstantionatuz q2 ad illud inclinat caritas: vel qn̄ ad operandū mouetur pp opus bonū in se: licet non cogitet tunc actualiter de deo. Et sic dicitur habitualiter referre τ per cōsequēs mereri. ¶ Secūda vero opinio forte pōt intelligi: qn̄ habēs caritatem aliquid operatur ad qđ nō moueī nec pp finē actualiter cogitatuz: nec pp operis bonitatē in se. ¶ Quomodocūq3 sit nō determinādo. Ista intētio habitualis est icipiētiū: qui proponūt pro dei amore agere quicquid faciūt in toto anno: vel in toto mēse: vel per totam ebdomadam: vel per totaz die:m. Et est minima intentionum que ad meritum sufficiūt. Et potest significari per sexagesime partis primicias. Et habentes talem intentionem ꝑ offerentes sexagesimaz partem pro primicijs: qui erant minus deuoti.

¶ Secunda vo que sequitur est intentio

virtualis ꝛ significat̄ per primitias factas de pte quinq̄gessima: ꝛ est magis pfecta quā prima. ¶ Est autem intētio ꝟtualis ſm Bona. vbi supra ꝛ Sco. in quolı. 17. q. ꝛ i. 2. di. 41. Qñ quis in pn̄cipio operis alicui⁹ vel alteri⁹ imediate ꝛ directe se habētis ad illud: intētionē habet in deū directā vt siquis intēdat ꝑ deo dare centū denarios. Et cogitat de deo ī primo denario. In alijs autē non cogitat: nihilomin⁹ tñ oēs datiōes sunt meritorie in virtute illi⁹ prime intētōis. Et iō dr̄ itētio virtualis. Et silr̄ si quis intendat ire ad sanctū Jacobū: Uel dicere missam. Si in principio cogitat de deo totū est meritoriū qꝛ oīa cōtinent̄ in vno opere cōpleto. Si autē inciperet op⁹ alteri⁹ generis puta scribere vl' cantare opꝫ ꝙ renouetur intentio ad hoc ꝙ sit meritoriū. Uñ dicit. S. Bona. Qꝛ viri religiosi qui in principio ex caritate deuouerūt portare onus religiōis: si sūt in caritate: merent̄ de oī eo qđ faciunt: qđ spectat ad sue obseruantiā religionis: nisi adueniat intētio cōtraria: Ad q̄ autē nō se extendit illa pria intentio q̄. s. non spectant ad sue religionis obseruātiam non merent̄ ex illa prima intētione. Et ideo magne securitatis ꝛ vtilitatis est religionē intrare. De ista virtuali intentione dicit Scotus ꝙ est probabile ꝙ sit meritoria ꝛ faciat op⁹ meritoriū. ¶ Ista est intentio proficientiū ꝛ magis perfecta significata per primitias de parte quinquagessima. Et habētes istam sunt magis deuoti q̄ꝫ primi: ꝛ significant̄ per offerentes primitias de parte quinquagessima.

¶ 3. est intentio actualis ꝛ significat̄ per primitias đ q̄dragessima parte factas: et ē perfectior q̄ꝫ prima ꝛ secūda. ¶ Est autem actualis intentio: qñ quis actualiter cogitans de deo diligit ipsum ꝛ vult aliquid ꝑꝑ ipsū: tunc. n. refert opus suū in finem actualiter: qꝛ actualiter cogitat de fine ꝛ actualiter opus suū refert in finē. Uerbi gratia: quis est in oratione vl' cōtēplatione: Actualiter cogitat de deo: ꝛ cōtēplationē suā refert in deū. Alius dicit officiū diuinū vel psalmos actualr̄ cogitat de deo: ꝛ actualiter refert in deū dicendo officiū ꝑꝑ amorē dei de quo actualiter cogitat: Et de ista intētione actuali certū est ſm Scotū ꝙ facit opus eē meritoriū. ¶ Ista est intentio pfectorum significata per primitias de q̄dragesima pte factas. Et ē omniū pfectissima ꝛ qui istā habēt sunt magis deuoti. Et ad istam actualem intentionē habēdam oēs conari debēt qꝛ certū est illā facere opus meritoriū ſm Scotū.

¶ 2. principalr̄ ꝯsiderādū est ꝙ primitie offerebant̄ ter in anno ſm Lyrā super Leui. 2. ꝛ 23. ¶ P̄ in pascbate de spicis adhuc virentib⁹ siue de nouis granis. De quibus dicitur Leui. 2. Si obtuleris munus primitiarū frugū tuaꝝ dño de spicis adhuc virētibus torrebis eas igni: ꝛ confringes in modū farris ꝛ sic offeres ꝑmitias tuas dño. ¶ Et Leui. 23. Cū ingressus fueris terrā quā ego dabo vobis: ꝛ messueritis segetē feretis manipulos spicarū primicias messis vestre ad sacerdotē. Qui eleuabit fasciculū corā dño vt acceptabile sit pro vobis altero die sabbati. i. secūdo die solēnitatis paschalis. ¶ Nā vt dicit Lyra ibidē. Ista primitiarū oblatio fiebat xvi. die mensis primi. s. Martij. Cū enī solēnitas pasce inciperet. xv. die mensis ꝑmi: ꝛ duraret per dies septē: ꝛ ista primitiarū oblatio fieret secūda die solēnitatis paschalis: fiebat. xvi. die primi mēsis. Et licet tunc nō eēt cōis segetū messis: qꝛ non poterat esse ita cito: tñ hoies tūc colligebant spicas ad maturitatem

appropinquātes. Naȝ vt dicūt hebrei in sorte neptalim citius ad maturitatē festinabāt. Et lȝ apportarent̄ spice ꝓ primitiȷs: tm̄ anq̄ꝫ ð ipis fieret sacrificiū torrebant̄ igni sicut hr̄ Leui.2. ꝛ per cōfricationē excutiebant̄ grāa. De quibꝰ implebat̄ Gomor: q̄ est decima ps Ephi ꝑut dicit lyra sup Exo.xvi. Et inde fiebat sacrificiū. ¶ 2. in pētbecoste de nouis panibus. Naȝ duo panes fiebāt de duabꝰ decimis silꝭe fermētate: qui coquebant̄ ꝛ offerebant̄ in p̄micias dn̄i. De quibꝰ dr̄ Leui.23. Numerabitis ab altero die sabbati.i.a scd̄a die pasce: quinquaginta dies ꝛ sic offeretis sacrificiū nouū dn̄o ex oībus habitaculis vestris: panes primitiarū duos de duabꝰ decimis silꝭe fermentate: quos coq̄tis in primitias dn̄i. Et vt dicit Lyra sup Leui.2. de bijs fiebat oblatio sicut ꝛ de spicis virentibꝰ. ¶ 3. in festo tabernaculoꝝ ð mēse septēbri de nouis fructibꝰ collectis. De quibus redēde erāt primitie qꝛ fm̄ Ra.sa. nō dabant̄ primitie de terrenascētibus nisi tm̄ de septem spicibꝰ vȝ Frumēto: Ordeo: Uinea: Oliua: Malogranato: Ficu: ꝛ palma. Et iste primitie cedebāt in vsuȝ sacerdotū sicut dicit Lyra. Leui.2. Et ð bijs vide Lyrā Leui.2. ꝛ.23. ꝛ Deut.26. ¶ Mistice p annuȝ qui fit ex cōpleta reuelatione solis in zodiaco ꝛ circulo obliquo: intelligi p̄t totus humane vite ðcursus: qui nō est alið quā quidā cursus ab ortu natiuitatis ad mortis occasuȝ. ¶ In hoc totali decursu humane vite: tria sūt opationū genera: quedaȝ impfecta in principio vite: Quedaȝ mediocria in medio vite: Quedā optima ꝛ perfecta in fine vite. ¶ Pria significantur per spicas virentes in quibꝰ sūt grana adhuc imatura. ¶ 2. per panē factum de farina siue simila fermentata: qꝛ lȝ sit cōueniens cibus: tamē adhuc hȝ aliquid de fermēto. Sic opera mediocria. ¶ 3. per fructus perfecte maturos. ¶ Ter ergo in āno deo primitias offerre debemꝰ: qꝛ oīuȝ opationū nostraruȝ siue sint impfecta: siue mediocria: siue pfecta deo principiū attribuere ðbemꝰ: oīa incboādo in noīe ipsius. Si ergo iuuenes opa sua q̄litercunq̄ꝫ bona in noīe Jesu incboant: tūc de spicis adhuc virētibꝰ ꝛ de granis imaturis deo primitias offerūt. Si viriles sua bona opera ī dei noīe incboant. De nouis panibꝰ deo primitias offerūt. Si etiā senes sua cōsumata ꝛ matura opa faciunt in noīe dn̄i. De maturis fructibꝰ deo primitias offerunt. Et ad oīa ista nos hortat̄ paulus cū dicit ad Collo.3. Omne quodcūq̄ꝫ facitis in verbo aut in opere: Oīa in noīe dn̄i nostri iesu xp̄i facite. ¶ Mistice ēt per annū itelligi potest operis cōplemētum: Opus autē cōpletur ex cogitatione locutione: ꝛ exteriori executiōe. Ter ergo in anno deo primitias offerrimus qn̄ in noīe ipsius ꝛ cogitationes: ꝛ locutiones: ꝛ operatiōes nostras incboamꝰ. Primitias de virentibꝰ spicis offerimꝰ qn̄ principiū nostrarū cogitationū in ipsum dirigimus. Primitias de nouis panibus offerimꝰ qn̄ nr̄e locutionis initiū in deuȝ ordinamus. Primitias de maturis fructibꝰ damus: qn̄ exteriorū operationū principiuȝ in ipsius noīe incboamus. Et sic facientes ter in anno primitias frugū terre nostre deo nostro solēniter impēdimꝰ: vn̄ dicit paulus.i. Cor. x. Siue ergo māducatis siue bibitis: vl̄ alið quid facitis oīa ī glā dei facite. ¶ 3. principalr̄ cōsiderādū est q̄ primitie ðbebāt reddi tēpore a lege statuto ꝛ nō debebāt differri aut tardari. ¶ Un̄ scribit Exo.22. Decimas ꝛ primitias tuas nō tardabis offerre.i. redas tēpore statuto a lege ꝛ nō differes. ¶ Et Leui.23.

Panē ⁊ polentā ⁊ pultes non comedetis ex segete vsq₃ ad diē₃ qua offeretis ex ea dño.i.anteq₃ offeratis ex segete spicas virētes. Ubi dicit lyra sic:itētio huius legis est ꝙ nullus cib⁹ fact⁹ ex segete noua comederet ab eis donec oblatio ꝑmitiuarū de spicis virētib⁹ fcā eēt. ℭ Mistice primitie pri⁹ reddebant antequā aliquis cib⁹ ex segete comederet: sic añ intentione₃ cuiuslib₃ opis intētio ad deū dirigenda est:⁊ nomē dñi inuocādū:vñ ⁊ ecclesia horas canonicas officij diuini incipit ab inuocatione noīs diuini dicēs. Deus in adiutoriū meū intēde. Et sicut ꝑmicie reddi debebāt tpe a lege statuto ⁊ nō ꝑtermitti. Sic cuiuscūq₃ operationis nr̄e primitie in principio operis deo redēde sunt in ipsu₃ dirigēdo intētionē nostrā:q₂ sic statutū ⁊ determinutū est a lege ad Colł.3. Oē qd̾cūq₃ facitis siue ī verbo aut ī ope. Oīa in noīe dñi nostri iesu xp̄i facite. ℭ In principio ergo ⁊ ante inceptionē operis est ad deū intētio eleuāda ⁊ spūales primitie redēde. ℭ Et hoc est cōtra multos:qui nec in principio nec in medio ⁊ vtina₃ in fine suaꝝ opationū cogitāt de deo pratica diffuse. Uenite ergo ascēdamus ad monte₃ domini.

ℭ De spūalibus primicijs ⁊ nostre intētionis rectitudine. Cap.9.

Venite ascendamus ad montē dñi ⁊ docebit nos vias suas. ℭ Scribunt hec ṽba Deut.26. Cū intraueris terrā quā dñs de⁹ tuus tibi daturus ē possidēdā:⁊ obtinueris eā atq₃ habitaueris in illa:tolles ꝺ cūctis frugib⁹ tuis primimitias ⁊ pones i cartalo: pgesq₃ ad locū quē dñs de⁹ tuus elegerit vt ibi inuocet nomē ei⁹. Accedesq₃ ad sacerdotem qui fuerit i dieb⁹ illis ⁊ dices ad eū. Profiteor hodie corā dño deo tuo:ꝙ ingressus su₃ in terrā pro q̄ iurauit prib⁹ nr̄is vt daret eā nobis. Et idcirco nūc offero ꝑmitias frugū terre:quā dñs de⁹ dedit mihi: Hec ibi. ℭ Q₂ cuiuscūq₃ opis bonitas ex bona depēdet ītētiōe ꝑm illud math.6. Si oculus tu⁹ simplex fuerit totū corp⁹ tuū lucidū erit:sūmope ī uigilādū ē circa bonitatē ītētiōis. Cui⁹ bōitas ⁊ rectitudo figurat ī veteri testō in ꝑmitijs ꝓut patebit discurrēdo ꝑ signa.

ℭ ꝑ primitie dabant ꝺ meliori. Sic.n.fecit ꝑm⁹ iustus Abel: Nō aūt ꝺ peiori sicfec Chaym Gen.4. ℭ Uñ scribit Nū.18. Oē₃ medulā olei ⁊ vini ac frumēti: quicquid offerūt primitiaꝝ dño tibi dedi:vbi dic̄ lyra primitie debēt dari ꝺ meliori qd̾ signat p medulā. ℭ Mistice sicut primitie dari ꝺbebāt ꝺ meliori: sic initiū opis nr̄i deo dedicādū est p rectā ītētionē firmiori ac solidiori ꝓposito q̄ rsiduū opis. Nā l₃ ī prin⁹ ⁊ medio ⁊ exitu cuiuslib₃ bone opōnis solliciti eē debeam⁹: In principio tñ ī firmāda ac rectificāda ītētiōe cautiores ⁊ magis vigilātes eē ꝺbem⁹:vt deo primitias operū nr̄oꝝ ꝺ meliorib⁹ ac medullis offeram⁹ q₂ ex bōa origīe ac ītētiōe tota depēdet ⁊ malicia ⁊ bonitas opis:dicēte ipa ṽitate math.6. Si oculus tu⁹ simplex fuerit.totū corp⁹ tuū lucidū erit. Si āt oculus tu⁹ fuerit nequā:totū corp⁹ tenebrosū erit: Intētio ē oculus:Op⁹ ṽo ē corpus. ℭ Et h̄ ē ꝯ mł'tos:qui opa difficillima pagūt ⁊ diuturna:tñ pp negligētiā rectificādi ītētionē i pricipio pdūt meritū: Heu quot clerici Religiosi ⁊c̄.

ℭ 2. Primitie offerebant in loco electo. ℭ Uñ scribit Deut.12. Ad locū quē elegerit dominus de⁹ vester de cūctis tribubus vestris: vt ponat nomen suum ibi ⁊ habitet in eo:venietis ⁊ offeretis ī loco illo Holocausta.⁊. victimas vras.

Decimas ꝛ primitias manuū vestrarū: ꝛ vota atq; donaria: primogenita boū ꝛ ouiū. ¶ Mistice locus ad primitias offerendas a deo elect⁹ est Ecclesia siue fides mediatoris dei ꝛ hominum hoīs xp̄i Iesu supra quā fundari debēt oēs oblationes deo facte. In fide ergo mediatoris deo primitias operū debem⁹ offerre: principiū ꝛ intentionē operationū nostrarū ī ipsum ordinādo ꝛ dirigendo. Sine aūt fide mediatoris intētio in deū directa nec ꝓficit ad salutem nec deo ꝓbaē accepta: q꞉ scriptū est ad Hebre. xi. Sine fide autē ipoſſe est placere deo. ¶ Uel per locū electum in quo deus ībabitat ꝛ ponit nomē suū: ad primitias offerēdas est oratio intelligēda in q̄ inuocaē nomē dn̄i ꝛ in ea ꝑ mentis eleuationē: operū nostrarū primitie deo offerēde sūt. De isto loco scribiē Deuē. 26. Tolles de cūctis frugib⁹ tuis primitias ꝛ pones in cartallo: perges q; ad locum: quē dn̄s deus tuus elegerit vt ibi inuocet nomē ei⁹. ¶ Uel per locū electum intelligiē cor humanū: in quo de⁹ inbabitat. In hoc corde sunt deo nostrorum operū primicie offerēde q꞉ ex corde est intentio nr̄a in deū erigēda: ī corde oritur bona volūtas que ē principiū omniū bonorū operū. In loco ergo electo sunt deo primicie offerēde q꞉ ex corde qd̄ deus singulariter elegit: sunt bone volūtates ꝛ intentiones nr̄e in deum dirigende vn̄ clamat de⁹ Prouer.

¶ 3. Primitie offerebanē sacerdoti qui ponebat eas an̄ altare. ¶ Un̄ scribitur Deuē. 26. Accedesq; ad sacerdotē qui fuerit in dieb⁹ illis ꝛ dices ad eū profiteor hodie corā dn̄o deo tuo: q; īgressus sum in terrā pro qua iurauit prib⁹ nostris vt daret eā nobis. Et idcirco nūc offero primitias frugū terre: quā dn̄s deus dedit mihi. Suscipiēsq; sacerdos cartallum de manu tua ponet an̄ altare dn̄i dei tui. ¶ Allegorice sacerdos est xp̄s ad quē in oratione debem⁹ accedere. Ipsi autē nostrorū operū primitias p̄ntamus: qn̄ oīa opera nr̄a ī nomine ipsius incobam⁹: iuxta illud pauli ad collo. 3. Oē qd̄cūq; facitis in v̄bo aut ī ope oīa in noīe dn̄i nr̄i iesu christi facite. Ipse vero ponit an̄ altare: q꞉ eas offert in cōspectu dei patris. Et sic primitie operū nostrorū sacerdoti xp̄o sunt p̄sētāde. Quod est cōtra multos qui opera sua non incipiunt in nomine christi: nec xp̄o tāq; sūmo sacerdoti offerunt.

¶ 4. Primitie offerebanē etiā a leuitis ꝛ dabanē sūmo sacerdoti Aarō. ¶ Un̄ sciendū q; lz leuite non haberēt possessiones: tn̄ de decimis que dabanē eis a ppl'o ipsi dabant decimam partē sūmo sacerdoti: que erat ꝛ reputabaē ꝓ primitijs. ¶ Un̄ scribiē Nūi. 18. Locut⁹ ē dn̄s ad moisen dicens. Precipe leuitis atq; denūcia. Cū acceperitis a filijs israel decimas quas dedi vobis: p̄mitias eorū offerte dn̄o idest decimā ptē decime: vt reputeē vobis in oblationē primitiuorū: tam de areis q; de torcularibus ꝛ vniuersis quorū accipitis: primitias offerte dn̄o ꝛ date ea Aaron sacerdoti. ¶ Mistice oēs tam sacerdotes q; seculares p̄mitias offerre debēt dn̄o ꝛ dare sūmo sacerdoti: q꞉ oēs cuiuscūq; cōditiōis existant: Siue opa agant ad q̄ obliganē sicut sunt precepta diuina atq; vota: Siue agāt ea q̄ sūt superrogationis ꝛ de cōsilio ad q̄ non tenētur: oīa debent in gloriā dei facere. Et in noīe Iesu incboare initiū opōnis in ipsū dirigendo iuxta illud ad Collo. 3. Oīa in nomine dn̄i nostri iesu christi facite. ¶ Et hoc est cōtra multos clericos ꝛ religiosos: qui opa sua in noīe dn̄i nō incboāt. Sed more bestiarū sine intētionis rectitudine

ctitudine incboant: Et perdunt' opera innumerabilia.

¶ 5. Primitie offerebantur cū integritate. ¶ Unde scribitur Eccō. 35. Non minuas primitias manuum tuarum. ¶ Moraliter primitie non sunt minuende sed cum integritate redende: quia omniū operationum nostrarum principium debet ad deum dirigi ꝛ a deo incboari. ¶ Ille primitias suas minuit qui operum suorum partem incipit ad bonorem dei ꝛ partem ad bonorē mūdi vel ad gloriam sui. ¶ Ille nullas deo primitias redit qui omnia opera sua facit ad inanem gloriam capiendam: iuxta illud Mat. 23. Omnia opera sua faciunt vt videant ab bominibus. ¶ Sine diminutione ergo ꝛ cum integritate primitias reddere debem⁹: quia omnia opera nr̄a in gloriam dei facere ꝛ in nomine domini iesu incboare debemus: quia dicit Paulus ad Colſſo 3. Omne quodcunq; facitis in verbo aut in opere: omnia in nomine domini nostri iesu cbristi facite ¶ Et boc est contra multos: qui ꝛ si aliqua sua opera in deū dirigant multa tamen ordinant ad gloriā mundi: Ad concupiscentiam carnis: ad concupiscentiam oculorum: Multa etiam inordinata relinquunt: quia bestialiter ꝛ ex quadam consuetudine operantur.

¶ 6. Primitie offerebantur cum elauatione sursum ꝛ deorsum ꝛ ad quattuor mundi partes. ¶ Unde scribitur Deutero. 26. Suscipiensq; sacerdos cartallum de manu tua ponet ante altare domini dei tui: In bebreo babetur ventillabit: quia sicut ibidem dicit Lyra. Sacerdos supponebat manus suas manibus offerentis ꝛ tenentis primitias suas. Et eleuabat sursum: ꝛ retrabebat deorsum: ꝛ postea vertebat ad quattuor partes orbis ad designandū: ꝙ ille cui talia offerebant̄ erat dominus celi ꝛ terre ac totius vniuersi ꝛ vniuerse creature. ¶ Mistice primitie offerebantur cū ventillatione ad sex orbis partes: quia opera nostra possunt incboari ꝛ in deū dirigi cū sexcuplici intentione: sub vna tamen principali: subordinata. ¶ Primo aliquod opus incboamus ꝛ facim⁹ propter solum amorem diuinum ꝛ tūc primitias nostras sursum eleuamus. ¶ 2. propter amorem diuinum principaliter ꝛ secundario propter timorē inferni: ꝛ tunc primitias nostras sursum ꝛ deorsum retrabimus. Et boc modo offerebat beatus Jeronimus qui dicebat: Ille ego infelix qui ob gebenne metum tali me carceri mancipaueram. ¶ 3. Propter amorem diuinum principaliter ꝛ secundario propter aquisitionem alicuius boni temporalis: sicut cū quis facit aliquod opus deuotum vt deus det sibi aliquem filium: vel sanitatē corporalem: vel temporalia victui necessaria iuxta illud Prouer. 30. Tribue tā tum victui meo necessaria: ꝛ tunc primicias nostras sursum eleuamus ꝛ ad orientem ventilamus. ¶ 4. propter amorem diuinum ꝛ propter aliquod malū temporale euitandum: Sicut cum aliquod opus facimus vt deus nos liberet a morte: ab infirmitate: A penuria: a bellis a fulgure ꝛ tempestate ꝛ buiusmodi sicut ecclesia orat pro infirmis: captiuis. sterilitate ꝛ pestilentia euitanda iuxta illud Prouer. 30. Mendicitatem ne dederis mibi. Et tunc primitias nostras ventilamus sursum ꝛ ad occidentem. ¶ 5. propter amorem diuinum ꝛ propter aliquid aliquod spirituale bonum consequendum: Sicut cum facimus pēītētiā bac intentione vt de⁹ det nobis gratiam suam in pn̄ti ꝛ gloriam

in futuro iuxta illud ps. cxviij. Inclinaui cor meũ ad faciendas iustificationes tuas i eternũ pp retributionẽ: vel cum aliquid agim⁹ hac intẽtione vt det nobis grãz humilitatis: castitatis: orõnis & huiusmodi. Et tũc primitias nr̃as ventillam⁹ sursum & ad meridiem. ¶ .6. pp amorẽ diuinũ & ad vitandum aliquod malum spũale: sicut cum aliquid facimus hac intentione: vt deus liberet nos ab aliquo vicio: vel a periculis peccati vel a tẽptationibus: aut ab insidiis diaboli: vel ab aliqua viciosa passione: iuxta illud qḋ orat eccl̃ia dicẽs A spũ fornicatiõis libera nos domine: Et tunc primitias nr̃as ventillamus sursum & ad septemptrionem. ¶ Et notandũ qḋ primitie p̃ eleuabanť sursum & postmodũ ad alias ptes: quia si prima intentio sit ad deum oẽs alie deo sunt accepte & nobis meritorie Alie aũt sine prima non videntur grate Et sic pz quõ intentiões nr̃e & pricipia operũ nr̃oꝝ prit mltiplicir variari: ¶ Et hoc ẽ contra multos qui innũerabilia agũt pp aliquod bonũ tẽporale assequẽdũ: vel pp aliqḋ malũ tẽporale euitandum: & nõ pricipalir pp deũ.

¶ .7. Nõ redẽtes p̃mitias affligũt & violentant deũ. ¶ Uñ scribitur Mala. 3. Si affiget homo deum quia vos configitis me. Et dixistis: In quo configim⁹ te In decimis & primiciis. ¶ Ubi dicit Lyra qḋ in Hebreo dr̃ Si violentabit homo deum quia vos violentatis me: Loquitur enim scriptura de deo sicut d homine cuius bona capiunť: Decime vero erant ipsius dei pro sustentatione ministrorum suorũ vz leuitarum: & primitie silr̃ p sustentatione sacerdotum: Et ideo deus dicitur violentari quia sic primitie & decime iniuste a iudeis capiebantur. Et ad hanc sniam currit translatio nr̃a que dicit: Si affiget homo deum: qz homo predicto modo violentius. s. p surreptionẽ honorũ suorum dicit vsq ad Cor cõfixus. ¶ Mistice quo operum suorum primitias deo nõ offerunt omnia opa sua inchoando & faciẽdo ad honorem & gloriam diuinã: deus violentant & vsq ad cor configunt: quia in iuste auferunt quod est ipsius. Nam glia. honor & laus ipsius dei sunt. i. ad Timo. i. Regi seculorum immortali & inuisibili soli deo honor & gloria. ¶ Unde qui opera sua faciunt hac intentione primaria vt laudes hominuz aquirant vel vt diuitias cumulent: Aut quaten⁹ delectationes inueniant: vel aliud temporale consequantur: gloriam ipsius dei auferunt & dant sculptilibus & alienis scilicet hominibus: pecunie: delectationibus. ¶ Et isti sunt innumerabiles qui furantur gloriã ipsi deo: non referẽdo principalẽ intentionẽ operum suoꝝ in ipsum: sz in creaturam aliquam. Contra quod clamat: deus dicens Esa. 42. Gloriam meã altari non dabo & laudes meam sculptilibus.

¶ .8. Non redentes deo primitias affligunť penuria & dei maledictione. ¶ Unde scribitur Malach. 3. Et dixistis in quo configimus te In decimis & primitiis. Et in penuria vos maledicti estis: & me vos configitis gens tota: Ubi dicit Lyra Q d in penam subtractionis primiciarum & decimarum deus immittebat sterilitatem terrenascentiũ. ¶ Mistice sicut pp subtractionẽ primitiaꝝ materialiũ deus sterilitatẽ imittebat rerũ temporaliũ: sic pp subtractionẽ primitiaꝝ spiritualiũ: sic pp subtractionẽ primitiaꝝ spiritualiũ: & aliũ mittit sterilitatẽ bonorũ spũaliũ: & ratio est: quia sicut qñ opus dirigitur in deum p bonam ĩtentionem: omnia prospere succedunt & sunt fructuosa per illud quod scribitur Mat. 6. Si oculus tuus simplex fuerit: totum corpus tuũ

lucidum erit. Ita per oppositum: qn̄ nō damus primitias deo nec operationis nostre initium in ipsum dirigimus sed ī mundum: in lucꝝ: in delectationem: omnia infortunate procedūt: omnia sūt inania: infructuosa ꝛ sterilia: quia diffi cile est vt bono peragantur exitu: que malo sunt incboata prin. j. q. j. c. princi patus. ¶ Et ex boc apparet vnde proce dat raritas ꝛ sterilitas bone operatio nis: quia ex defectu rectitudinis inten tionis: Nam si deo primitias rederem⁹ omnia in ipsius glīam incboando: certe bonis operibus repleremur: q꜡ dimi dium facti qui bene cepit babet.

¶. 9. Dantes deo debitas primitias mul tiplicabantur in rebus temporalibus. ¶ Unde scribitur Prouer. 3. Honora dominum de tua substantia ꝛ de primi tiis frugum tuarum omnium da pau peribus: ꝛ implebuntur borrea tua sa turitate: ꝛ vino torcularia redundabūt ¶ Mistice sicut dantes deo primitias multiplicabantur in rebus aridis qui bus implentur borrea: ꝛ rebus liqui dis: quibus implentur torcularia. Sic deo offerentes principium operum suo rum quasi redentes primitias: Implen tur rebus aridis idest bonis operibus in vita actiua. Et redundant in rebus li quidis idest operibus suauissimis invi ta contemplatiua. Per arida enim acti ue vite opera: per liquida vero contem platiue designantur Illa enim laborat, anxiatur ꝛ turbatur circa multa ꝛ ideo est arida. Ista vero spirituali dulcedini vacat. ¶ Unde scribitur Mat. 6. Que rite ergo primum regnum dei: ꝛ iusti tiam eius ꝛ bec omnia adiicientur vo bis. Et ideo qui in operibus ꝛ actiue ꝛ contemplatiue vite multiplicari deside rat deo primitias offerat: intentionem omnium operum suorum in ipsum di rigendo. Omnia in nomine ipsius icbo ando: omnia propter ipsum faciendo: quia bec omnia adiicientur sibi. ¶ Et si bec omnia cotidie sint facienda: quia semper intentio: que est principium ope ris: cum finis sit primum in intentione: in deum est dirigenda. precipue tamen in festiuis diebus In quibus primitie deo offerebantur. Uenite ergo ꝛ ascen damus ad montem domini ꝛ docebit nos vias suas. Amen.

¶ De interfectione: sanctificatione ac mł tiplici primogenitorum commutatio ne. Cap. 91.

V Enite ascenda mus ad montem domini ꝛ do cebit nos vias suas. ¶ Scri buntur bec verba Deutero. 16. Tribus vicibus per annū apparebit omne ma sculinū tuum in cōspectu dn̄i dei tui ī lo co quē elegerit: in solēnitate azimorum: ī solēnitate ebdomadarū: ꝛ ī solēnitate tabernaculorū: nō appebit ante dn̄m va cuus: s꜡ offeret vnusquisq꜠ ꝑm q꜡ babu erit iuxta bn̄dictionē dn̄i dei sui: quā dē derit ei. ¶ Quia ī festiuitatibus aliqui bus oē masculinū ꝑsentari debebat co rā dn̄o: etiā priogeniti boc mō ꝑsentari debebant. Un̄ ꝛ Maria cum Joseph in die solemni pascbe puerū iesu꜡ marie priogenitum īducebant in bierusalē vt appareret coram dn̄o sicut bꝛ Luc. 2. Et ideo postq꜠ de primitiis ē determi natum congruum est ꝛ nonnulla de pri mogeītis enarrare. ¶ Ubi sciēdū qꝺ differūt priogenita: primitie: ꝛ decime. ¶ Priogenita. n. ꝓprie dicebant prio na ta de aīalibus ꝛ boībus: que fuerunt dō obligata a tempore quo ꝑcussit prioge nita egiptiorꝫ. Ista erant dei. ¶ Primi

tiua proprie siue primitie dicebantur illa que de animalibus et terre nascentibus sacerdotibus debebantur vt.l. pe vel.xl. vel.lx. de qua supradictum est. ¶ Decime vero erant leuitarum: licet ipsi leuite darent decimam decime summo sacerdoti. ¶ Primogenita ergo erant dei Exo.13. Separabis omne quod aperit vuluā domino et quicquid est primitiuū in peccoribus tuis: et quicquid habueris masculini sex⁹ cōsecrabis dn̄o ¶ Primitiua: et primitie erant sacerdotum. Nūi.18. Locutus est dn̄s ad Aaron. Ecce dedi tibi custodiam primiciarum mearum. Omnes primitias sanctuarii quas offerunt filij Israel dn̄o tibi dedi et filiis ac filiabus tuis iure perpetuo. ¶ Decime vero erant leuitarum Nūi.18. Filiis autem leui dedi omnes decimas israelis in possessionem pro ministerio qui seruiunt mihi in tabernaculo federis. Et ipsi leuite offerebant decimaz decime sacerdoti summo. Nūi.18. Locutus est dominus ad Moisen dicens: precipe leuitis atque denuncia. Cuz acceperitis a filijs israel decimas quas dedi vobis: primitias eorum offerte dn̄o idest decimaz partem decime et date ea Aaron sacerdoti. De istis ergo primogenitis plura sunt ordinate videnda secundū quod pgenita in sacra pagina multipliciter variantur. Quedam enim primogenita occiduntur. Quedam sanctificantur: quedaz cōmutantur siue trāsferuntur et quedam redimuntur: et de istis que traduntur: et de istis que redimūtur videbimus in sequentibus: nūc vero tantum tertia pgenitorum genera considerabimus.

¶ Quedam ergo primogenita occidunt et interficiuntur. ¶ Et ista sunt pgenita egipti De quibus dicitur Exo.12. Factum est autem in noctis medio percussit dn̄s omne pgenitum in terra a primogenito pharaonis qui in solio eius sedebat: vsque ad pgenitum ancille que erat in carcere et omne pgenitum iumentorum. ¶ Mistice egipti primogenita per angelum dei exterminatorem occisa: mundi huius tenebrosi pgenita multa prefigurant: que per diuine iustitie rigorez merentur interfici et occidi sicut patebit experimentaliter discurrendo.

¶ p^m quod Egipti huius pgenitum sunt potentes et maiores. ¶ Qui cōiter male viuunt in superbia: pompa: ambitione: et huiusmodi et ideo merentur occidi. Exemplum hr̄ in septem regibus terre promissiōis: vz Cananeo: Etheo: Eueo: Ferezeo Gergeseo: Amorreo: et Iebuseo: quod dominus occidit dicente propheta in ps.135. Qui percussit reges magnos et occidit reges fortes. Sic principes et potentes qui huius mundi sunt priogeniti et principales cōiter a diuina iustitia quasi ab angelo exterminatore eterna morte occiduntur: j. Cor. j. Nō multi potentes sm carnem: sed infirma mundi elegit deus vt confundat fortia Et ideo caueāt sibi reges: principes: et magnates ne occidantur et interficiantur.

¶ 2. pgenitum sunt sapientes. ¶ Qui cōiter male viuunt in superbia: curiositate ambicione dic eorum vicia: et ideo merentur occidi et interfici. Exemplūz in scribis et phariseis et legisperitis qui erant quasi pgeniti in populo Qui a diuina iustitia quasi ab angelo exterminatore et spirituali: et eterna morte occisi sunt dicēte veritate Mat.23. Ve vobis scribe et pharisei: qui clauditis regnum celorum ante homines. Vos.n.non intratis: nec introeūtes sinitis intrare. exemplum hr̄ etiam in phys et mundi sapientibus: qui sm Paulum ad Ro.j. eterna morte interfecti sunt. ¶ Et ideo

caueãt sibi sapiẽtes qui sũt q̃si mũdi hu ius ꝓgẽiti ne male viuẽdo iterficiãt: qꝛ scriptũ ẽ .j. coꝛ. j. Perdã sapiaꝫ sapiẽtiũ ⁊ prudẽtiã prudentiũ reprobabo.

¶ .3. ꝓgenitũ sunt diuites: ¶ Qui cõiter male viũt in crapulis: ebrietatibꝰ põpis luxuriis: ocio: ꝑtialitate ⁊ huiꝰ modi mł́tis: ⁊ iõ merent̃ occidi. Exemplũ i diuite epulõe qui iduebat̃ bysso ⁊ purpura ⁊ epulabat̃ cotidie splẽdide ⁊ a diuina iustitia q̃si ab angelo extermiatoꝛe eterna moꝛte occisus est ⁊ in iferno sepultꝰ Luc. 16. Moꝛtuꝰ ẽ diues ⁊ sepultꝰ ẽ in inferno. ¶ Et iõ caueant sibi diuites ne male viuẽdo iterficiant̃ qꝛ scriptũ ẽ Jaco. 5. Agite nũc diuites, ploꝛate vlulantes in miserijs vestris que aduenient vobis.

¶ .4. ꝓgenitũ sũt tres vicioꝝ radices: supbia vite: cõcupia oculoꝛũ: auaritia ⁊ cõcupia carnis. i. luxuria. ¶ De quibꝰ vř .j. Jo. 2. Oẽ qđ ẽ imũdo cõcupia carnis ẽ: ⁊ cõcupia oculoꝛũ: ⁊ supbia vite. Et iste sũt radices male viuẽdi ⁊ iõ p cõdigne gladiũ pnĩe q̃si p angelũ extermina toꝛẽ occidẽde sũt. ¶ Carnis cõcupiaꝫ occidit Jo. apl̃us qui vocatꝰ đ nuptiis reliquit vxoꝛẽ ꝓut dicũt cõiter doctores sup Jo. 2. Cõcupiaꝫ oculoꝛũ ⁊ auaritiã occidit Math. apl̃us qui reliquit lucrũ telonei Mat. 9. Supbiã vite occidit Pau. qui dixit. j. Coꝛ. 15: Ego. n. sũ minimus aploꝛũ: qui tñ priꝰ p supbiaꝫ tumẽs erat spirãs minaꝝ ⁊ cedis i discipulos dñi Act. 9. ¶ Et iõ caueãt aliq̃ tamẽ ꝑdcõꝝ vicio laboꝛãtes ne ipi iterficiant a đo: si talia mũdi ꝓgẽita: ipi p pine gladiũ q̃si p angelũ extminatoꝛẽ ñ iterfecerit.

¶ .5. pꝛiogenitũ sũt septẽ capitalia vicia. ¶ Que sũt mũdi pꝛiogẽita qꝛ capita vicioꝛũ ⁊ pricipia male viuẽdi vꝫ supbia auaricia: luxuria: gula: inuidia: ira ⁊ accidia: ⁊ ista debẽt p pnĩe rigoꝛẽ q̃si p angelũ exterminatoꝛem iterfici ⁊ occidi. ¶ Hec septẽ i se ipa occidit p veraꝫ ad đi cõuersionẽ ⁊ rigidã pniam Maria magdalena đ q̃ scribit̃ Luc. 8. Maria q̃ vocat̃ magdalena de q̃ septẽ demõia exierant.

¶ .6. pꝛiogenitum ẽ diabolica sugestio. ¶ Que ẽ pꝛiogẽitũ qꝛ primũ imissũ a diabolo sic testat̃ Grego. di. 6. c. Testamentũ q̃ ẽ pꝛincipiũ male viuẽdi ⁊ iđo dꝫ repelli iterfici ⁊ occidi Et iõ dicit Petrus apl̃us. j. Petri. 5. Fr̃es sobꝛii estote: ⁊ vigilate quia aduersarius vester diabolus tãq̃ leo rugiẽs circuit q̃rens quẽ devoꝛet Cui resistite foꝛtes in fide Cui. s. suggerẽti resistite subgestionẽ interficiẽdo ⁊ repellẽdo vñ clamat ethnicus.

Dũ licet ⁊ modici tãgũt ꝑcoꝛdia motꝰ.
Si sapis in pꝛimo limine siste pedẽ.
Opprimi dũ noua sũt sbiti mala semĩa moꝛbi.
Et tuus incipiẽs ire resistat equus.

¶ .7. pꝛiogenitum est carnis delectatio. ¶ Que est mũdi pꝛiogenitũ qꝛ peccati principiũ ⁊ initiũ Vñ dicit Grego. in. c. testamentũ di. 6. Cũ delectari caro ceperit: tunc peccatũ incipit nasci hec ille. Et qꝛ hic delectatio est pꝛincipiũ quoddam male viuẽdi ideo p rigoꝛẽ abstinẽtie ⁊ austeritatis q̃si p angelũ exterminatoꝛẽ est trucidanda. ¶ Hoc mũdi pꝛiogenitum in carne sua habebat Pau. qñ dicebat ad Ro. 7. Uideo aliã legẽ i mẽbꝛis meis repugnantẽ legi mẽtis mee ⁊ captiuitantẽ me in lege peti Sed viriliter interficiebat qñ dicebat. j. Coꝛ. 9. Castigo coꝛpus meũ ⁊ inseruitutẽ redigo: ne foꝛte cũ aliis ꝑdicauerim: ipse reprobꝰ efficiar. ¶ Ista ergo sũt egipti ⁊ mundi huiꝰ pꝛiogenita que debent a nobis occidi ⁊ interfici: si volumꝰ a pharaonis

& diaboli iugo & seruitute liberari: Destruenda enim & exterminãda sunt carnis delectatio: Diabolica sugestio: septẽ vicia capitalia: Tres radices viciorum. Contemnẽde sunt mundi diuitie: mundi sapia: & mundi potentia: quia clamat Pau. j. Cor. j. Uidete vocationẽ vrãm fres: qz non multi sapiẽtes ₰m carnez: nõ multi potẽtes: nõ multi nobiles: sed que stulta sunt mũdi elegit deus vt confundat sapiẽtes: & infirma mũdi elegit deus vt cõfundat fortia.

¶ Quedã priogenita sctificant̃. ¶ Et ista priogẽita dĩ sũt q̃ sãctificant̃ p applicationẽ ad ministeriũ & cultũ diuinũ: de quib⁹ scribit̃ Nũ. 3. Ego tuli leuitas a filiis israel pro oĩ primogenito qui apit vuluã in filiis Israel: Erũtq3 leuite mei & idẽ Nũ. c. li. 8. ¶ Mistice pluria sũt primogẽita q̃ p applicationẽ ad diuina multipliciẽ sanctificant̃: & sũt ista.

¶ p^m ẽ priogenitũ hominũ. ¶ Et istud sctificat̃ p ad diuinũ cultũ applicationẽ ¶ Nã ante legẽ quod pmo nascebatur erat deo dedicatuz qz primogeniti erãt sacerdotes: vñ Melchisedech qui ₰m lyraz & aliquos alios doctores erat priogẽitus Noe: fuit sacerdos de q̃ dr̃ Gẽ. 14. Melchisedech ãt rex salez pferẽs panẽ & vinũ bñdixit eis. Erat. n. sacerdos dei altissimi: & sic priogenitũ hoĩuz sanctificabat̃ per applicationẽ ad diuinum ministeriũ.

¶ 2. primogenitũ populorũ. Et iste ẽ populus israel qui inter populos vocatur primogẽitus dei Exo. 4. Filius meus primogenitus israel: & iste fuit sanctificatus p legis susceptionem Exo. 19. Uade ad populum & sanctifica illos hodie & cras & lauent vestimenta sua.

¶ 3. primogenitum electoruz. ¶ Et iste est christus Jesus de quo in ps: Et ego primogenitum ponã illum: excelsuz pre regibus terre: & iste fuit sanctificatus p ypostaticam ad verbum vnionez iuxta illud Jo. j. Et verbum caro factum est: vel per sancti spiritus vnctionem iuxta illud Esa. 11. Et requiescet super euz spiritus domini &c. Luc. j. Ideoq3 & quod nasceẽ ex te sanctũ vocabit̃ fili⁹ dĩ.

¶ 4. primogenitum fidelium: & isti sũt aplĩ: qui fuerũt filij odiose scilicet synagoge: & tamen facti sunt priogeniti populi fidelis. De quibus dicitur i figura Deutero. 21. Si habuerit hõ duas vxores vnam dilectam & alteram odiosaz. Et fuerit filius odiose priogenitus: non poterit filiũ dilecte facere pgenitũ: sz filium odiose primogenitũ christus iesus duas habuit vxores vnã odiosaz & ista fuit iudeorũ synagoga: Aliã dilectam & ista fuit eccl'ia de gentibus collecta: non tñ fecit filios dilecte priogenitos sz filios odiose: qz pricipes populi fidelis cõstituit apl'os qui fuerũt de populo iudeoruz & filij odiose synagoge: Et sic sacerdotes apl'is succedẽtes sũt inter fideles populos filij dei pgeniti. Et isti sũt sctificati p spũs sctĩ receptionẽ Act. j. Repleti sũt oẽs spũ sctõ.

¶ 5. primogenitũ virtutũ. ¶ Et ista est fides: que ẽ pria inter virtutes & vocat̃ priogenitũ Job. i. Filijs tuis & filiabus vescẽtibus & bibẽtibus vinũ in domo fratris sui primogẽiti. i. in fide vide ibi Greg. ¶ Et ista etiã sanctificat̃ per diuinam acceptationẽ quia fides deo placet ad Hebre. 11: Sine fide aũt impossibile est placere dõ Accedẽtez. n. opz credere

¶ 6. primogenitũ operationũ. ¶ Et ista est bona cogitatio: que pcedit & est pria oĩum bonorũ operationũ Et ista sanctificatur p diuinam cooperationez quia generatur in nobis a deo. 2. Cor. 3. Non qz sufficientes simus cogitare aliquid a nobis q̃si ex nobis: sed sufficientia nrã

ex deo est. Et. 2. Macha. 12. Sancta ergo ꝛ salubris est cogitatio pro defunctis exorare vt a peccatis soluantur.

¶. 7. primogenitū Agendorū. ¶ Et ista est recta intentio: q̄ precedit oia agenda: cum finis sit ꝑmū in intentione: ꝛ ista ēt sanctificat̄ ꝛ sanctificat opus qđ dirigit per diuinā aprobationē q̄ dicit Mat. 9 Si oculus tuus. i. intentio simplex fuerit totū corpus tuum. i. tota congeries operum lucidum erit.

¶. 8. priogenitū meritorum. ¶ Et ista est ordinata dilectio: in qua consistit virtus ꝛ meritū formaliter ſm Scotum in. 4. q. prologi snīarum ꝛ in. 2. di. 6. q. 2. ꝛ di. 42. ꝛ est ꝑmus actus voluntatis: ꝛ precedit nolle siue odire: ꝛ ideo potest vocari primogenitum meritorum Et ista dilectio etiam sanctificatur quādo est ordinata per suam formalez ꝛ intrinsecam rationem quia transit supra debitum obiectum quod est deus vel ꝑ primus diligibilis Jo. 4. Si diligimus deus in nobis manet: ꝛ caritas eius in nobis perfecta est. ¶ Ista ergo sunt dei ꝛ leuitarum primogenita que sanctificantur per applicationem ad deum sanctificantem: ad quorum similitudinem ꝛ nos primogenita nostra sanctificare debemus: deum gloriosum ordinata dilectione diligendo: intentionem in ipsuz dirrigendo: diuina cogitando: Firma fide in deuz credendo: spiritus sancti gratiam recipiendo: nosmetipsos ad deum per contemplationē vniendo: Diuinam legē suscipiēdo ꝛ meditando: ꝛ ad diuinū cultū ꝛ ministeriū nos totalit̄ applicando.

¶ Quedā primogenita cōmutant̄ ꝛ trāsferunt̄ ꝛ ꝑdunt̄. ¶ Nam primogenita dei fiunt primogenita egipti: ꝛ perdunt primogenituram: benedictionem ꝛ sanctificationem sicut patet discurrendo ꝑ supradicta.

¶ Primo primogenita hominum commutantur. ¶ Nam aliqui ex culpa sua propria perdunt primogeniture iura ꝛ paternam benedictionem que iuste trāsfertur in alium. Exemplū in Esau qui ꝛ primogenita sua ꝛ benedictionē paternam ꝑdidit ꝛ Jacob frater eius vtrū ꝙ abstulit Gen. 27. Juste vocatū est nomen eius Jacob: priogenita mea ante tulit ꝛ nūc secūdo surripuit bn̄dictionem meā. Heu me sic multi ꝑdunt ꝛ priogenitură ꝛ diuinam bn̄dictionē: Ymo vendunt sicut Esau qui vendidit priogenita sua pro modico ferculo lentis: vnde scribitur Gen. 25. Jurauit ei Esau ꝛ vēdidit primogenita: ꝛ accepto pane ꝛ lentis edulio comedit ꝛ bibit ꝛ abijt paruipendēs ꝙ priogenita vēdidisset Hij vēdūt ꝛ ꝑdunt sua priogenita ꝑ gulā pratica vt vis.

¶. 2. primogenitum populorū populus hebreorum ꝑdidit priogenita sua ꝛ suā sanctificationem: ꝛ data est populo christiano: dicente saluatore Mat. 21. Ideo dico vobis auferet̄ a vobis regnū dei ꝛ dabit̄ genti facienti fructū eius Hij sua priogenita ꝑdiderūt ꝑꝑ iuidiā dic cōtra tales vt placuerit.

¶. 3. priogenitū fideliū. ¶ Nā ꝑgenituz dei aliquando fit primogenitum egipti: Exemplum in Juda traditore: qui de apostolo factus est diabolicus laqueo se suspendens Mat. 27. Et iudas proiectis argenteis in templo recessit: ꝛ abiens laqueo se suspendit. Sic sacerdotes qui sunt apostolorum successores perdunt multotiens sua primogenita ꝛ suam sanctificationez. Hic perdidit vēdidit suam primogenituram propter auaritiam Heu heu quot sic vendūt qui propter pecuniam abnegant fidem ꝛ fiunt maumethani.

¶.4.priogenitū ṽtutū. ¶Nā fides vertit̄ in pfidiam: ⁊ de priogēito dei fit primogenitū diaboli: sic p3 in multis h'ticis qui a fide ad infidelitatē cōuersi sūt Un̄ clamat Jo. apl'us in.2. epl'a dicens Uidete vos metipos ne pdatis que opati estis vt mercedem plenam accipiatis Hii pdunt priogēita sua p incredulitatē ⁊ titubationē ⁊ sunt siles fluctui maris. Jaco.5.

¶.5. priogenitū opationū. ¶Nā cogitatio bona aliqñ cōuertit̄ in priogenitū egipti q2 cōuertitur in cogitationē malaz īmissaz a diabolo: ⁊ pdit diuinā benedictionē ⁊ sanctificationē Sap.j. Peruerse cogitationes sepant a deo. Hii pdūt priogenita sua p diabolicā tēptationē.

¶.6. priogenita agēdorū. ¶Nā bone intentiōes aliqñ cōuertunt̄ ī priogēita egipti ⁊ pdunt sanctificationē ⁊ bñdictionē: q2 cōuertunt̄ in intentiones malas mat.6. Si oculus tu' neq̄ fuerit: ēt corpus tuū tenebrosum erit Hii pdūt priogenita sua p amorē iordinatū qui dirigūt ītētionē ī finē iordiate dilectū.

¶7. priogenitū meritorū. ¶Nā amor ⁊ dilectio mutat̄ ī priogenitū egipti. i. in amorē inordinatū sensualē diabolicu3 ⁊ mūdialē: ⁊ ideo pdit sāctificationē Jo. 3. Dilexerūt magis hoīes tenebras q̄ lucē. Erant. n. eorū mala opa Hii pdunt priogenita sua pp bonitatē rerū apparētē ⁊ ñ verā: quib' dici pt illō Dan.13. Semen chanaā spēs decepit te ⁊ concupiā sbuertit cor tuū. ¶Figura de hac priogeniture amissiōe hr̄ in Ruben filio Jacob qui suā priogenitur ā amisit Cui dixit Jacob pr̄ eius Gen.49. Ruben primogenit' meus: prior ī donis: maior ī imperio. Effussus es sic aq̄: non crescas q2 ascendisti cubile pr̄is tui: ⁊ maculasti stratū eius: Cauendū ē igit̄ diligēter ne priogenita nr̄a pdamus: ne ⁊ nobis dicat̄ Effusus es sic aq̄ nō crescas ⁊c. Uenite ergo ascendamus ad montē dñi ⁊ docebit nos vias suas.

¶De priogenitis redimēdis ⁊ multiplici cogitationū rectificatiōe. Cap'. 92.

VEnite ascendamus ad montē dñi ⁊ docebit nos vias suas. ¶Scribūtur hec verba Nūi.3: Meū ē oē priogēitū Ex quo pcussi priogēitos i terra egipti sanctificaui mihi quicquid prio nascit̄ ī israel: Ab hoīe vsq3 ad pecus mei sunt hec ibi. ¶Inter alia diuia statuta circa priogēita deo dedicata: vnū singulare erat q priogenitorū q̄dā erāt redimēda p̄cio ⁊ nō deo offerēda: per cuius declaratiōē ⁊ nr̄a spūali īstructiōe q̄ttuor sūt circa priogēita cōsiderāda.

¶pm̄ ē tale. ¶priogenitū hoīs q2 nō erat immolaticiū redimebat̄ quinq3 siclis ¶Un̄ scribit̄ Exo.13. Oē āt priogēitū hoīs d̄ filiis tuis p̄cio redimes. Et Nūi 3. De primogēitis filiorū israel: accipies quinq3 siclos p singl'a capita: ⁊ mēsuram sanctuarii: sicl' hēt vigiti obolos. ¶Et notandū q ista redēptio fiebat post.30. dies siue pōst vnū mēse3: Un̄ dr̄ Nūi. 18. Ut p priogēito hoīs p̄ciu3 accipias: Cui' redēptio erit post vnū mēsem: siclis argēti quinq3 pōdere sanctuarii: sicl' vigiti obolos hēt. ¶Mistice p priogēitū hoīs ītelligi pt cogitatio: ītētio ac desideriū ptinēs ad iuidiā: odiū: iracūdiā: ptialitatē ⁊ huiusmodi: q̄ ab aplo vocāt̄ passiōes hūane cū dic̄. j. Cor.3. Cū. n. sit īter vos zel' ⁊ cōtētio nōne carnales estis ⁊ s3 hoīe3 ambulatis: Cū. n. quis dicat: ego quidē sū Pau. Ali' āt ego apollo nōne hoīes estis. ¶Hui' modi g̃ cogitatiōes ⁊ intētiōes nō sūt priogēita

imolaticia qr sūt imūda: Sz dbēt redimi.i.digna penitētia cōmutari.q̄ten⁹ loco taliū p̄genitorū q̄ imūda sunt: do p̄ciuz pnīe debite tribuam⁹: Pctā.n.nr̄a redimim⁹ cū dignis pēitentie fructib⁹: r bonis v̄tutū opibus emendam⁹ iuxta illd Dan.4. Pctā tua elimosinis redime r iniquitates tuas mīsīcordijs pauperū. ¶ Sz ista redēptio fit p siclos quinqꝫ ad mensurā sanctuarii r p obolos cētū Quiqꝫ.n.sicli centū obolos faciūt: cū siclus viginti obolos habebat: qr digna penitētia cōsistit i pfecta decez diuinorum mādatoꝝ obseruātia: q̄ p numerū cētenariū intelligit: qui cōsurgit ex ductu d narij i seip̄m: r i castigatiōe r mortificatiōe quinqꝫ sēsuū qui p quīqꝫ siclos pnīt designari. Cogitatio ḡ vel intētio aut desideriū pcedēs ex īuidia: odio: iracūdia r ptialitate redimi dz ex pfecta diuinoꝝ p̄ceptoꝝ obſuantia r quiqꝫ sensuū digna penitētia: Et h̄ est ꝯ mltos: qui talia priogēita n̄ redimūt nec sensus castigāt nec dei obseruāt mādata.

¶.2.ē tale. ¶ priogenitū aīalis imūdi qr nō erat imolaticiū redimebat̄ quinqꝫ siclis put sūt priogenita equorū: muloꝝ r hui⁹ modi. ¶ Vn̄ scribit̄ Nūi.18. Oē aial.s.p̄genitū: qd immūdū est redimi facias: cuius redēptio erit post vnū mēsez: siclis argēti quiqꝫ pōdere sanctuarij: siclus āt viginti obolos hēt. ¶ Mistice p̄gēita aīalis imundi sūt cogitatio: itentio r dilectio luxurie r carnalitatis q̄ r aīaz r corp⁹ i mūduz redit: r hoiem brutalez r bestialē fac̄ dicente pph̄a in ps. Nolite fieri.s.p luxuriā sicut equus r mul⁹ quib⁹ nō est itellectus. Et qr huiusmodi priogenita sūt imunda: nec deo pnīt imolari: iō redimi debēt quiqꝫ siclis r centū obolis: qr debēt deleri p pfectā decez diuinorū mādatorū obseruantiā Et sollicitā quiqꝫ sensuū custodiā r rigidā penitentiā. ¶ Et hoc est cōtra mltos: qui talia priogenita nō redimūt nec dei p̄cepta obseruāt: nec quiqꝫ sens⁹ sb penitentie rigiditate restringūt.

¶ x. Aliqui cōtradicūt impugnāt veritatem. ¶ Exēplū in Judeis: qui ī die sabbati paulo ꝛ barnabe vitatē ꝛ xpm predicantibus cōtradicebant ex inuidia stimulati. De quib⁹ dr̄ Act. 13. Uidentes aūt turbas iudei repleti sūt zelo ꝛ cōtradicebant hijs que a paulo dicebantur. ¶ Sic multi in festiuis diebus sciēter ꝛ proterue cōtradicūt agnite veritati: ꝛ multipliciter mētiunī ꝛ cōtradicunt spiritui sancto a quo est oīs veritas. Quibus dicit̄ illud Act. 7. Dura ceruice ꝛ incircūcisi cordibus ꝛ auribus: vos semꝑ spiritui sancto restitie: pratica hic quō multi multipliciter mentiuntur in die festo filij contra patres ꝛ filie cōtra mr̄es Uxores iuris ꝛ econuerso.

¶ xi. Aliqui maledicūt ꝛ blassemāt deū ac sanctos. ¶ Exēplū in iudeis: qui in die sabbati cōtradicentes paulo ꝛ barnabe p̄dicantibus blassemabāt. De quibus scribitur Act. 13. Cōtradicebāt hijs que a paulo dicebantur blassemantes. ¶ Sic multi in festiuis dieb⁹ ex iracūdia moti deū sanctosq; suos maledicūt ꝛ blassemant. Sicut sunt lusores ꝛ iracundi: iuuenes: milites: nobiles: ꝛ quasi oēs tpib⁹ istis: quib⁹ tm̄ inoleuit blassemie viciū q̄ nō hoīes sed dānati demones videnī O miserimi blassematores O aīe dānate: O stipule infernalibus intendijs deputate. Et a sanctorū cōsortio segregande. De istis locutus ē dn̄s moisi dicens Leui. 24. Educ blassemū extra castra: ꝛ lapidet euz populus vniuersus. Et ad filios israel loqueris. Homo qui maledixerit deo suo portabit peccatum suum. Et qui blassemauerit nomen dn̄i moriatur: Lapidibus opprimet eū oīs multitudo populi.

¶ 12. Aliqui inaniter gloriant̄ de malefactis. ¶ Exēplū d̄ babilonijs: qui in solēnitatibus gloriabantur de victoria habita contra filios israel. De quibus dicitur in ps. 73. Et gloriati sunt qui oderūt te in medio solēnitatis tue. Nam cū babilonij destruxissent hierusalez. Judei circūstantes veniebant in hierusalez ter in anno. s. In festo pasce: In festo penthecostes: ꝛ in festo tabernaculorum sicut habetur Exo. 23. Et babilonij in medio talium solēnitatum gloriabantur d̄ victoria habita. ¶ Sic multi in festiuis diebus glorianī inaniter. Aliqui de sua pulchritudine: Aliqui d̄ diuitijs. Aliqui de comitatu: Alij de vestimētis ꝛ pompis: Alij de ludis: Aliqui de choreis. De cantu. Et qd̄ deterius est aliquí gloriantur de peccatis de adulterijs: de homicidijs: de oppressiōib⁹. Et quod pessimū est de blassemia dei ꝛ sanctoruz O anime desperate: O filij d̄monie: quis vos docebit fugere a vētura ira: Qua facie qua frōte aīa dānata leuare poteris oculos ad celū cū deū totiens maledicas: ꝛ de maledictione ꝛ blassemia glorieris: Heu aīa misera: Audi quid dicat deus de talibus: de peccato suo gloriantibus Ysa. 3. Peccatū suum quasi sodoma predicauerunt: nec absconderūt: Ue anime eoruz qm̄ reddita sūt eis mala. O mortales cōsiderate in quot ruinas: in quot miserias ruunt infelices homines in festiuis diebus: ꝛ cauete ab ira dei. Uenite ergo ascendamus ad montem domini ꝛ docebit nos vias suas. Amē.

¶ De diuini coinquinatōe sabbati ꝛ eiusdem ꝓphanatiōe multiplici. Cap. 97.

V Enite ascendamus ad montē dn̄i ꝛ docebit nos vias suas. ¶ Scribitur hec verba Ysa. 56. Beatus vir qui faciet iudiciuqꝫ: ꝛ iustitias filius hominis qui

apprendit illam: Custodiens sabbatum ne polluat illud. ¶ Inter omnia necessaria ad salutē populi christiani sūme necessarium est diuinorum preceptorū adimpletio: qꝛ scriptum est Math. 19. Si vis ad vitam ingredi serua mandata: Sed diuina precepta vix adimpleri possunt sine perfecta olim sabbati et modo dominice sanctificatione. Quia sicut dicit seraphicus Bona. in. 3. di. 37. circa litteraꝫ ꝓcepto de sanctificatione festi addita est particula memoratiua: memēto: qꝛ talis mandati obseruatio ad oīuꝫ aliorum obseruātiā faciebat: et ideo beatus vir qui faciet iudiciuꝫ et iustitiaꝫ: custodiens sabbatū ne polluat illud. Et ꝑ oppositū ve illis qui dies festos et maiestati altissimi dedicatos polluunt cōtaminat et coinquinat. Quorū est multitudo non minima prout patebit singulariter discurrendo.

¶ p. Sabbatū ꝓphanāt. ¶ Nee. 13. Que est hec res mala quā vos facitis et prophanatis dieꝫ sabbati. ¶ Hij sunt idolatre: infideles: incantatores et supstitiosi. Qui in diebus festiuis demones inuocant et cum demonib⁹ cōmertiuꝫ habēt: siue per incantationes verborū: siue per inspectiones caractheꝝ et imaginū: siue per imolationes sacrificiorū: in quibus tribus consistunt oēs artes magice ꝫm Bona. in libello de deceꝫ ꝓceptis. Siue ista fiant ad transmutandū naturas sicut fecerunt magi pharaonis: Siue sint ad ludificandū sensus: Siue ad inuestigationem cōtingentiū futurorū. ¶ Hoc modo prophanāt: qui in diebus festiuis seruant aliquid sicut ouuꝫ ascensionis: lignū de die natali. Qui colligūt aliqua semina vel herbas in die sancti Joānis baptiste vel in die sancti Laurētij. Qui faciunt fundere annulū. Qui dicūt aliq̄ superstitiosa dum legitur euāgelium in die festi: vel ponunt aliquid sub altari et huiusmodi multa. ¶ Hij omnes dicuntur prophanare sabbatum: quia faciunt opera diabolica: que debent esse procul a phano: prophanus. n. dicitur quasi procul a phano. ¶ Hoc modo prophanabant sabbatuꝫ idolatrando ille due meretrices Oolla et Ooliba. De quibus dicitur Ezech. 23. Cum idolis suis fornicate sūt: Insuper et filios suos quos genuerunt mihi: obtulerunt eis ad deuorandum. Sed et hoc fecerunt mihi: polluerunt sanctuarium meuꝫ in die illa et sabbata mea ꝓphanauerunt: Cūqꝫ imolarunt filios suos idolis: etiam hec fecerunt ī medio domus mee.

¶ 2. Sabbatuꝫ polluūt. ¶ Ysa. 56. Beatus vir qui facit hoc custodiens sabbatum ne polluat illud: Custodiens manus suas ne faciat omne malum. ¶ Hij sunt qui in diebus festiuis operanī opera nephanda et diabolica: prout sunt homicidia. Oppressiones pauperuꝫ: Afflictiones pupillorum et viduarū. Detractores: Odientes proximuꝫ. Unde scribitur Ezech. 22. Ecce principes israel fuerunt in te ad effundendum sanguinem: patrem et matrem cōtumelijs affecerūt in te. Aduenā calūniati sunt in medio tui. Pupillum et viduam contristati sunt apud te. Sanctuaria mea spreuistis: et sabbata mea polluistis. Uiri detractores fuerunt in te ad effundenduꝫ sanguineꝫ: et super montes comederūt. Scelus operati sunt in medio tui. Heu me quot sunt de istis pratica ꝓlixe: prout videbitur.

¶ 3. Sabbatuꝫ derident. ¶ Tre. 1. Uiderunt eam hostes et deriserunt sabbata eius. ¶ Hij sīt increduli et infideles heretici: qui nō credūt sacramentis eccl'ie: Sꝫ reputāt deliramēta. Hii sūt qui nō credūt ea q̄ dicunī de sacramēto eucha

tristie: De immortalitate anime. De vita futura. De gloria paradisi. Et ideo qñ vident ecclesiaz festa celebrare deridẽt. In hoc numero sũt iudei obstinati: qui solẽnitates xpianorũ fictas reputãt ꝛ irrident cuz ipsi adhuc velamẽ habeãt super faciez suã: Et vtinã vel soli iudei: vel soli maumetani festos dies irriderent. Et nõ etiã plurimi qui falso xpiani nominantur: Sed sunt hostes ꝛ inimici ꝛ noĩs xpiani ꝛ opationũ noĩs christiani. De talibus dicit Jeremias querulãdo. Uiderũt eã .s. ecclĩã hostes .s. Infideles nõ credẽtes ꝛ ðriserũt: sabbata ei⁹.

¶ 4. Sabbatũ violant. ¶ Ezech. 20. Et Exacerbauerunt me filij ꝛ in preceptis meis nõ ambulauerũt ꝛ iudicia mea nõ custodiunt: ꝛ sabbata mea violauerũt. ¶ Hij sunt Gulosi qui in diebus festiuis totaliter se effundũt sup escam ꝛ potum dicentes illud comedamus ꝛ bibamus. De quibus videt̃ loqui ꝑpheta. Naz ꝛ dicit lyra sup Ezech. 20. Aliqui violauerũt sabbatũ exeundo in die sabbati ad colligenduz mãna contra moisi ꝓceptũ Exo. 16. Uenitq; dies septima ꝛ egressi de populo vt colligerẽt nõ iuenerunt. ¶ Hoc mõ violant sabbatũ ꝛ dies festos illi qui vacãt illis diebus calicib⁹ epotandis. Cõuiuijs: Cenis: Crapulis. Et stãt in tabernis a mane vsq; ad noctis dimidiuz: Quorũ deus venter est ꝛ glĩa i cõfusione. Unñ ꝛ Neemias obiurgauit optimates ꝛ maiores qui i die sabbati ꝑmittebãt pisces ꝛ venalia ꝛ cõestibilia vẽdi ꝛ emi dicẽs eis. Nee. 3. ꝛ vos additis iracũdiaz violando sabbatũ.

¶ 5. a sabbato oculos auertũt. ¶ Ezech. 22. Sacerdotes eius cõtẽpserũt legem meã ꝛ polluerũt sãctuaria mea: ꝛ a sabbatis meis auerterunt oculos suos. ¶ Hij sunt Accidiosi: qui in dieb⁹ festiuis tristant̃ ꝛ accidiant̃ in rebus spũali bus ꝛ totalr̃ se ðuertũt ad terrena ꝛ corporalia: in eis delectationes ꝛ solacia q̃rendo. Tales sũt clerici: religiosi: monachi ꝛ seculares q̃ꝫ plurimi: iuuenes ꝛ senes: vidue ꝛ cõiugati: quibus fetent ꝛ tediose sunt misse: ꝑdicationes: diuina officia: oratiões: ꝛ iõ auertũt oculos a sabbato ꝛ se ad terrena solacia delectãdo ꝛ diligendo cõuertũt. ¶ Hij sunt similes filijs israel quibus fetebat manna: ꝛ iõ cupiebãt cepas: porros ꝛ cucumeres egipti comedere dicẽtes Nũi. xi. Quis det nobis ad vescẽdũ carnes: Recordamur pisciũ quos comedebam⁹ in egipto gratis. In mẽtẽ veniunt nobis cucumeres ꝛ pepones porriq; ꝛ cepe ꝛ allea. Aĩa nostra arida est: nihil aliud respiciũt oculi nostri nisi man. ¶ Heu me quot sunt nedũ seculares sed ꝛ clerici ꝛ religiosi: quib⁹ ẽ tediosa loqui cũ virgine maria dicẽdo eius coronã imo dimittũt eaz: ꝛ libẽtius locũtur cũ mulierculis: cũ amasijs: cũ meretricib⁹. Quot sunt quib⁹ ecclesie fetent: ꝛ lupanaria sunt odorifera. Quot sunt quib⁹ tediosa sunt monasteria: ꝛ gratiosa hospicia ꝛ tab̃ne. Quot sunt quib⁹ insipida sunt pr̃ ꝛ aue maria. Et saporosa sunt vaniloquia: detractiones: murmurationes. Istis fetet mãna ꝛ sapiunt porri egiptij. Hij auertũt oculos suos a sabbato.

¶ 6. Sabbatũ fastidiũt ꝛ optãt trãsire. ¶ Amos. 8. Audite hec qui cauteritis pauperum ꝛ deficere facitis egenos terre dicentes. Quãdo trãsibit sabbatũ ꝛ aperiem⁹ frumentũ: vt iminuamus mẽsuram: ꝛ augeamus siclum: ꝛ supponamus stateras dolosas: vt possideam⁹ in argento egenos: ꝛ paupes pro calciamẽtis ꝛ quisquilias frumenti vendamus. ¶ Hij sunt Auari: Mercatores: ꝛ artifices cupidi: qui optant sabbatũ trãsire vt lucris: rapinis: iniustitijs: ꝛ fraudib⁹

possint incūbere. Et videtur eis q̄ dies festus duret per anni spaciuꝫ. Et magis habēt cor suum ad lucruꝫ tēporale futurū: q̄ ad lucrū spirituale iminēs et presens. Quin imo multi cura reruꝫ temporaliū cupiditate agitantur: q̄ per totā diem solēnē a labore lucroso cessare nō possunt Sed post vesperas et ante solis occasum laborare incipiunt preparādo materiaꝫ pro opere faciēdo. ¶ Isti sunt similes illi qui inuitatus ad nuptias noluit ire sed magis voluit ire ad uidendū boues quos emerat dicens nuncio qui inuitauerat illud quod scribit Luc.14. Iuga boum emi quinqꝫ eo probare illa Rogo te habe me excusatum.

¶ 7. Sabbatū stercorizāt. ¶ Malach. 2. Dispergā super vultum vestrū stercus solēnitatuꝫ vestrarū. ¶ Hii sunt luxuriosi: qui in diebus festiuis se ceno luxurie et fornicationis inmergūt: que per stercus designatur Ecci.9. Oīs mulier que est fornicaria quasi stercus i via ab omnibus pretereuntib⁹ conculcabitur. ¶ Et tales sūt innumerabiles: qui eo die quo vacare deo debēt: attendunt solūmodo ad carnē saciandā in mollicie. In fornicationib⁹: cū meretricib⁹: In adulteriis cum alienis uiris vel vxorib⁹. In incestibus cuꝫ propriis filiabus cū sororibus: cū cognatis: cū affinibus: In sacrilegiis cum personis deo dedicatis. Heu quot sunt qui in diebus festiuis more equorum totaliter se effundunt in stercora luxurie. Et postmodum in illo stercore moriuntur dicēte pphēta Iohel.i. Computruerūt iumēta in stercore suo. Iumēta i stercore suo putrescere ē carnales viros i fetore luxurie vitā finire.

¶ 8. Sabbatum habēt in opprobrium. ¶ i. Mach.i. Dies festi eius conuersi sunt in luctuꝫ: Sabbata eius in opprobrium. ¶ Hii sunt derisores: maledici: et blassfemi: qui dies festos: et sctōꝝ solēnitatem celebrantes derident et maledicunt et blassfemant. Opprobriū fit alicui cuꝫ deridetur iuxta illud ps.108. Et ego factus sum opprobriū illis: viderūt me et mouerūt capita sua: Opprobriuꝫ fit alicui cum vituperatꝰ: maledicitꝰ: blassfematur iuxta illud ps.21. Ego autem suꝫ vermis et non homo: Opprobrium hoīum et abiectio plebis: Oēs vidētes me deriserūt me: locuti sūt labiis: et mouerūt capita sua: Sperauit in dn̄o: supple dixerūt blassfemantes: Eripiat eum. ¶ Illi ergo scelerati: qui dies festos et sctōꝝ solēnitates deridēt. Et illi sceleratores qui maledicūt. Et illi sceleratissimi qui blassfemāt sabbatū hn̄t in opprobriuꝫ: imo ipsū deū qui sabbatū istituit. Unde clamat in ps.30. Sup oēs inimicos meos factus suꝫ opprobriū vicinis meis valde. Qui videbunt me foras fugerunt a me: et obliuioni datus sum tāquaꝫ mortuus a corde.

¶ 9. Sabbatū coinquinant.i. Macha.i. Multi ex israel cōsenserunt. Regi Anthioco et sacrifcauerūt idolis et coinquinauerūt sabbatū. ¶ Hii sunt amatores hoīuꝫ et mūdi magis q̄ dei: qui in dieb⁹ festiuis adorāt ydola et nō deuꝫ verū.i. adorāt pncipes: platos et magnatos: quibus maiorē reuerētiā in dieb⁹ festiuis faciūt q̄ sctissimo sacro: Magis timēt magis amāt et magis obediūt q̄ xpo. ¶ Hii sunt philocapti et vani quicꝫ qui in dieb⁹ festiuis adorāt ydola.i. mulieres vnctas: pictas et dauratas: q̄s et i ecclesia et extra magis venerantꝰ: crebrius aspiciunt: deuoti⁹ ītuentꝰ: gratiosius appropinquāt. q̄ xpo et ꝟgini gloriose. O quot ydolatre. ¶ Hii sunt lusores qui in diebus festiuis colunt ydola.i. cartas: decios: Tabuleria: que deuotius colunt q̄ christum et frequentius intuentur.

¶ Hij sūt mariti qui in diebus festiuis colunt idola.i.vxores suas:q̄s ardētius diligunt q̄ deū τ econuerso. ¶ Hij sūt patres τ mr̄es:qui in diebus festiuis colūt idola.i.filios τ filias suas:quas magis ornant:magis amant : magis venerantur q̄ deum imo contra deum: Hij omnes τ similes coinquinant sabbatum τ solēnitates diuinas adorando idola creaturarum. Unde dicit deus Ezech. 22. A sabbatis meis auertunt oculos suos τ coinquinabar in medio eoꝝ.

¶ x. Sabbatum non custodiunt. ¶ 2. Macha.6. Neq̄ aūt sabbata custodiebantur. ¶ Hij sunt artifices:agricole τ laboratores. Rustici τ Naute:Caupones τ Hospites:qui in diebus festiuis: opera seruilia exercent:aliquid operando in apotecha:in agro:in uinea colligēdo fenum:granū:vuas: Suendo:texendo vl' aliquid huiusmodi faciēdo. Heu me quot sunt qui in diebus festiuis in oculto laborāt τ furantur deo tp̄s suū: τ ideo deus eis aufert tēpus proprium eos occidēdo τ mori permittendo: Sicut patuit in illo qui in die sabbati ligna colligebat quem deus precepit occidi.

¶ Unde scribitur Nūi.xv. Factum est autem cum essent filij israel in solitudinem:τ inuenissent hominem colligentē ligna in die sabbati:obtulerunt eum moisi τ Aarō τ vniuerse multitudini. Qui recluserunt eū in carcere nesciētes quid super eo facere deberēt. Dixitq̄ dn̄s ad moisem : Morte moriatur homo iste: obruat eum lapidibus oīs turba extra castra:Cūq̄ eduxissent eum foras obruerunt eum lapidibus τ mortuus est sicut preceperat dominus.

¶ xij. Sabbatū non seruant. ¶ 2. Machа.9. Neq̄ dies solēnes patrij seruabantur. ¶ Hij sunt illi qui non agunt ea ad que tenentur in die festo : vz Qui deum non adorant in die dominico ad quod tenentur ſm Scotum in.3.dis.9. Qui deum non actualiter diligūt die dominico ad quod probabiliter obligantur ſm Scotum in.3.dis.27. Qui diuina beneficia non recogitant ad quod tenentur in die dominico vel festo ſm bona in.3.di.37.circa litteram : τ Thomas in tertio scripto di.37. Qui non habent contritionem de peccatis. Qui non audiunt missam. Qui non audiunt predicationes. Et isti sunt innumeri. Et sinō seruabunt sabbatum non habebunt meritū:nec etiam premiū cōsequent.

¶ 12. Sabbatum vilipendunt nec honorant. ¶ Tre.i. Uie syon lugent eo q̄ nō sit qui veniat ad solēnitatem. ¶ Hij sūt indeuoti.qui in diebus festiuis non veniunt ad ecclesiam : sed manent domi. Qui non vadunt ad missas : Qui non vadunt ad audiendum diuinum sermonem. Qui non vadunt ad processiones in diebus festiuis. Qui non vadunt ad pia τ deuota loca. Qui non vadunt ad indulgentias capiendas : sed expectant q̄ deus mittit eam in domum imo in lectum. Heu me quot sunt de istis indeuotis : qui ad solēnitates non veniunt. Qui ecclesias non frequentant. Isti sūt dissimiles virgini gloriose:que licet distaret a Hierusalem multum. In die tamen solēni pasce ascendebat in Hierusalem cum Jesu τ Joseph ad honorandum diem festū:prout habetur Luc.2. Sed modo possumus canere illud lamentabile Hieremie prophete dicētes Tre.i. Uie syon lugent eo q̄ non sit qui veniat ad solēnitatem O mortales. Ecce quot mala:quot iniqua:quot diabolica cōmittuntur in diebus festiuis:quot modis diuina solēnia contaminantur: Uenite ergo ascendamus ad montē domini τ docebit nos vias suas.

¶ De multiplicibus in festiuis dieb⁹ suggestionibus ꝛ imissionibus demonum malis. Cap. 98.

Venite ascendamus ad montem domini ꝛ docebit nos vias suas. ¶ Scribunt hec verba Nee. 13. Et tirii habitauerūt in ea: Inferētes pisces ꝛ oīa venalia. Et vēdebant in sabbatis filijs iuda ꝛ hierł'ez. ¶ Quāuis antiquus hostis vna cū satellitibus suis non cesset tēptationi laqueos vbiq; pretēdere: vt credētium fidē quoquo mō valeat corrūpere: Precipue tñ totuz sue nequitie vir⁹ i festiuis diebus effundere nititur: qñ humana corpora ꝛ exquisito cibo grauant ꝛ vino exhilarant: ꝛ ociosa quiete torpescunt. Scit enim poeticuz illud. Mens erit apta capi tunc cū letissima rerū. Ut seges i pingui luxuriabit humo. ¶ Uñ ꝛ ad solicitā aīarū custodiā ꝛ nostre salutis prouidaz cautellaz describēda sūt opera demonū: que in festiuis dieb⁹ ad aīarū ruinā exercēt. Et in sacris litteris multipliciter figurantur.

¶ Ꝙ demones in dieb⁹ festiuis habitāt i aīa per malā voluntatē quā hz ꝛ quam ipsi conseruāt. ¶ Nee. 13. Et tirij habitauerunt in ea. s. hierusalē in die sabbati. ¶ Tiri interpretāt fortes: tribulati vel angustiati: ꝛ significāt demones qui natura sunt fortissimi Iob. 41. Non est super terrā potestas que cōparet ei qui factus est vt nullū timeret. Et sicut tribulati ꝛ angustiati: qꝛ electi sunt de celo ꝛ in infernū penis destinati Ysa. 14. Et tu vulneratus es sicut ꝛ nos: nostri similis effectus es. Detracta est ad inferos superbia tua: cōcidit cadauer tuū. Subter te sternet tinea ꝛ operimētuz tuum erunt vermes. ¶ Isti ergo tirij in die festo habitāt in hierusalē. i. in aīa rōnali ꝑ malam voluntatē quā imittunt ꝛ conseruant. Nam si in diebus festiuis hō ē in peccato mortali demones q̄ntū possūt nituntur ipsum retrahere a cōtritione ꝛ a cōfessione peccati: ꝛ ipsuz cōseruare in mala volūtate ꝛ in malo ꝓpositio. Uerbi gratia quis in die festo est in peccato mortali auaritie: vsur: furti: luxurie: fornicatōis: odij: rancoris: partialitatis: blasfemie ꝛ hmōi. Primū qd̄ circa istos facit demon est ꝙ nititur ipsuz retrahere a cōtritione ꝛ cōfessione illius: ꝛ cōseruare ipsum in mala voluntate: q̄ est diaboli reclinatorium: sicut ꝛ bona voluntas est reclinatoriū dei: ꝛ tūc diabolus in pace ꝛ quiete requiescit in tali aīa tanq̄ in atrio suo: Unde scribitur de ipso demone Luc. xi. Cū fortis armatus custodit atriū suū: in pace sunt oīa que possidet. Si autē fortior eo supueniēs vicerit eū oīa arma eius auferet ꝛc̄. ¶ Et hoc est primū qd̄ facit diebus in aīa i die festo: conseruat ꝛ custodit eaz q̄ntū pōt in mala volūtate: ꝛ sic inhabitat in ea. Et hoc quātū ad illos qui existūt i peccato mortali: qui sunt innumerabiles. ¶ Et ideo primū quod ipsi facere debēt cōtra demonē est: ꝙ debēt ꝑ cōtritionē ꝛ confessionē introducere iesum fortiorem diabolo: qui oīa eius arma auferet ꝛ spolia distribuet. ¶ Et hoc est cōtra multos: qui sic non faciunt sed permittūt diabolum habitare quiete: in mala voluntate persistendo.

¶ 2. Inferūt pisces in hierusalē. i. cogitationes luxurie lubricas in aīaz. ¶ Nee. 13. Inferētes pisces. ¶ Pisces qui cōtinue mouentur in aquis ꝛ sunt lubrici ꝛ instabiles significant cogitationes carnales: que sūt mobiles lubrice ꝛ in mollicie carnalis dlectationis ꝛ luxurie voluuntur: que per aquā designatur Prouer. 9. Aq̄ furtiue dulciores sūt. ¶ Istas

cogitatiões carnales in dieb⁹ festiuis de mones inferunt in aiam rõnalez quasi intra bierusalē misticā3:vt sic ptrabant ad pctm̄. Et hoc faciunt illis quos vident in dei gratia cōstitutos ꝛ mundos a pctō mortali. Lūc.n.imitūt ꝛ inferūt cogitatiões fornicationes:stupri:adulterij:incestus:sacrilegij:mollicieí ꝛ sodomie. ℭ Nā sicut deus in die festo qñ aīa rōnalis vacat cōtēplationi ꝛ orationi cogitationes bonas ꝛ bona desideria infūdit quasi seminās bona semina in agro suo. Sic diabolus per oppositū3 vidēs hoīes in die festo dormiētes: ociosos ꝛ negligētes intromittit cogitatiões imūdas quasi supseminās zizaniā. Un̄ scribitur math.13. Sile ē regnū celorū homini qui seminauit bonū semē in agro suo. Cū autē dormirēt hoīes venit inimicus ei⁹ ꝛ supseminauit zizania in medio tritici ꝛ abijt ꝛc̄. ℭ Sed istis piscibus ꝛ carnalib⁹ cogitationibus debem⁹ in diebus festiuis dn̄ari:eas subiugādo extirpādo ꝛ expellēdo ō aīa nr̄a:q2 hoc deus mistice mādauit dicēs primis parentibus Gen.i. Dominamini piscibus maris.i. carnalib⁹ ꝛ luxuriosis cogitationib⁹. ℭ Et hoc est cōtra multos:qui talibus piscib⁹ carnaliū cogitationū non dn̄ant nec expellunt in diebus festiuis. ℭ Possūt ēt per pisces intelligi cogitanes oīu3 ōlectabiliū puta gule:ludi:vsure:supbie:pōpe:laudis humane:q̄s oēs diabolus in dieb⁹ festiuis infert ītra misticam bierusalem aie rōnalis. Heu me quis credere posset. Quis digne ponderare multitudinē piscium ꝛ sensualium cogitationū:quas diabolus infere:sugerit ꝛ īmittit in animas christianorum in diebus festiuis. ℭ Hoc est ergo ſm q̄ facit q2 ingerit cogitationes malas.

ℭ 3. Infert oīa venalia.i.desideria mala. ℭ Nee.13. Et inferētes omnia venalia.

ℭ Ista venalia sūt desideria mala:que diabolus hoī vendere intēdit. Nā sicut in die festo infert cogitationes malas ꝛ ꝛ ingerit in intellectu: Ita mittit desideria mala in volūtate: ꝛ sufflat ī ea nitēs eam ignire ꝛ accēdere cū malis desiderijs. ℭ Et notandū q̄ infert oīa venalia nō vnū tm̄:q2 in cordibus hoīu3 oīa mala desideria seminat ſm psonarū q̄litatem ꝛ dispositionē. ℭ Na3 sanguineis ingerit desideria delectabilia. Colericis desideria crudelitatis:fleumaticis desideria instabilia: malēconicis desideria tristia: Alicui īmittit ōsideria carnis:alicui gule:alicui ludi: Alijs īmittit desideria homicidij: Alijs supbie: Alijs pompar ū: Alijs furti:ꝛ ſm q̄ vnūquē q̄ dispositū viderit sic ei ōsideria īmittit. Habet.n.mille nocēdi modos.16.q.2.c.Uisis. Nouit.n.q̄uo gaudio fallat:quē metu opp̄mat:quē merore cōturbet. Oiu3 ventillat causas:oium scrutat̄ affectus. ℭ Et aduertendū q̄ sicut mercatores merces suas prius emptorib⁹ ostendūt ꝛ postmodū vendūt:ꝛ faciunt cōtractū: Sic diabolus desideria mala ponit in corde quasi an̄ oculos aie siue voluntatis:vt diligēter videat ꝛ consideret ea si placent vel ne. ℭ Et sicut mercatores cū magna instantia ꝛ īportunitate laudāt merces suas vendibiles voluēdo ꝛ reuoluēdo eas ante oculos emptoru3. Et sciunt psuadere q̄ aliquādo quasi videtur violētare ipsos emptores: Sic diabolus in die festo qñ proposuit desideria carnis vel alia desideria delectabilia an̄ oculos aie rōnalis:tm̄ voluit ꝛ reuoluit ꝛ tantū laudat ꝛ cōmendat q̄ quasi videtur animam violentare ad emendū ꝛ consentiendum talibus desiderijs. Et cum seduxerit aiam ad faciendum talē emptionem tunc diabolus recedit gloriando de tali deceptione.

¶ 4. Uendūt filijs Juda ꝛ hierusalez.i. trahūt cōsensuz. ¶ Nee.13. Et vēdebāt in sabbatis filijs iuda ꝛ hierl'ez. ¶ Jsta vendicio est cōsensus in peccatū. Nā sicut vēdicio est mutuus cōsensus vēdentis atqꝫ emētis: In quo vn⁹ dat mercea ꝛ alter pecuniam vel aliud eqlis pcii ꝛ valoris: Sic in cōsensu peccati cōcordāt diabolus ꝛ peccator: ꝛ diabolus dat peccatori delectationē desiderij siue desideria delectabilia vel peccati delectationē. Peccator vo dat diabolo aīam que est moneta i q̄ depicta ē imago sūmi regis math.22. Ostēdite mihi numisma cēs⁹. Cui⁹ ē imago hͤ ꝛ supscriptio. Et hͣ mō diabolus i sabbatis.i.i dieb⁹ festiuis vēdit filijs Juda.i.xpianis qui verū deū cōfitēt: ꝛ filijs hierusalē.i.xpianis qui sūt filij adoptiui celestis hierusalē ad Gal. 4. Jlla autē que sursum est hierusalez libera est: que ē mater nostra. Uendūt autē delectationes corporales: bestiales ꝛ sensuales. Et ipsi miseri tāqꝫ famelici dant pro talibus diabolo aīam suā: que est oīuz rerū corporaliū pciosissima cuz sit ad imaginē dei Gen.i. ¶ Un̄ miseri christiani faciūt sicut ibi qui sunt in obsidione qui fame moriūtur ꝛ darent p frusto panis mille aureos: sic ꝛ isti dāt aīam pro momētanea delectatione. De istis famelicis ꝛ malis emptorib⁹ lamētatur Hieremias dicens Tre.i. Oīs populus eius gemēs ꝛ querēs panē: Dederūt pciosa queqꝫ pro cibo ad refocillandaz aīam. ¶ Heu me quot sūt in ecclesia dei famelici ꝛ sitibundi d̄ luxuria Auaritia: gula: ludis: choreis: qui emūt talia a diabolo in die festo. Ymo ipsi vendūt ēt diabolo paradisuz pro talib⁹ delectationibus ꝛ tn̄ de hoc ridenᵗ ꝛ paruipēdūt: sed tn̄ postea flebūt: sicut Esau vendidit pgenita sua pro lentis edulio vel ferculo ꝛ paruipendit: sed tn̄ postea fleuit. Un̄ scribitur Gen.25. Jurauit ei Esau ꝛ vēdidit pgenita ꝛ sic accepto pane ꝛ lentis edulio cōedit ꝛ bibit ꝛ abijt paruipēdens q꜃ pgenita vēdidisset: practica hic vt libet.

¶ 5. Portāt onera ꝛ pondera.i. trahunt ad opus peccati. ¶ Hiere.17. Custodite aīas vestras ꝛ nolite portare pōdera in die sabbati: Si audieritis me vt non inferatis onera in die sabbati ꝛc. ¶ Jsta onera ꝛ pondera sunt opa peccati mortalis: que quasi onus graue aīam deprimunt ad terrena ꝛ submergūt postmodum ad infernū De istis oneribus dicit pph̄a in ps.37. Qm̄ iniquitates mee supergresse sunt caput meuz: ꝛ sicut onus graue grauate sunt sup me. ¶ Jn die ḡ sabbati portant onera ꝛ pondera: q₂ portare faciunt peccatorū onera trahendo hoīes ad opa peccati. Nō nō sufficit diabolo imittere malas cogitatiōes: nec sufficit accendere desideria illicita: sꝫ totis viribus nititur hoīem ptrahere ad opera peti. Et ipsū suis malis operib⁹ onerare. Et alios alijs malis opib⁹ onerat: quosdā onerat operib⁹ luxurie: quosdā operib⁹ gule: quosdaz operibus accidie: quosdā operib⁹ inuidie. Alios opōnib⁹ ludi alios: furti: alios mēdacij: alios operationib⁹ supbie: vindicte ꝛ hmōi. Et vt dicit paulus ad Gal.6. Unusquisqꝫ on⁹ suū portabit. Heu me quot onera in die festo portare facit neduz secularib⁹ sed ꝛ clericis: sꝫ ꝛ religiosis: sꝫ ꝛ platis: sꝫ ꝛ principib⁹ qui i festiuis dieb⁹ diabolica opa exercēt i adulterijs: incestib⁹: sodomijs: iniusticijs rapinis. ¶ Hec onera diaboli sūt deponēda Ysa.58. Dissolue colligatōes ipietatis: solue fasciculos deprimētes Dimitte eos qui cōfracti sunt liberos ꝛ oē onus disrūpe.

¶ 6. Inferunt pondera per portas ierusalez.i. Inducunt ad peccandū p malor₂

mala exempla. ¶ Hiere. 9. Nec inferatis pondera per portas hierusalē in die sabbati. ¶ Hierusalem est aīa rōnalis: porte eius sunt sensus: per quos sensualia ad ipsam aiam ingrediunt: q2 nihil ē in intellectu quin prius fuerit in sensu. Pondera sunt peccata aliena. ¶ In die ergo festiuo demones per portas hierusalē inferūt pondera: q2 aliena peccata ante oculos nr̄os exponunt: et vsq3 ad aiam introducūt: quatenus malo exēplo puocata ad similia pagenda declinet. ¶ Intra hierusalē in die festo inferunt onera pomparū et vestiū scolatap. Onera choreatū ludoꝝ: ociositatis: cōuiuij: crapule: lasciuie: maledictionis et blassemie: q̄tenus aīa misera videns alios similia facere ad si'ia vel saltē alioꝝ exēplo puocet. ¶ Heu me quis credere posset quot mala exēpla īfimis pusillis et pauperibus: ostendunt diuites: magnati: et potentes. Et oīa ista onera diabolus infert intra hierusalē: q2 p sensus intromittit ad intima cordis: Sed ista mala exēpla nō sunt imitāda: etiam si tot⁹ populus sic faceret q2 clamat de⁹ dicēs Exo. 23. Non sequeris turbā ad faciendū malū: Nec in iudicio plurimorū3 aquiesces sentētie vt a uero devies. ¶ Et hoc sextū bene sequit ad p̄cedēs: q2 diabolus volens hoiem inducere ad opera mala: inducit per mala alioꝝ exēpla. Ingerit ergo in aiam nostrā aliorū opera mala vt pertrahat ad si'ia.

¶ 7. Eijciunt onera de domib⁹ suis. i. faciunt alijs mala exempla p̄bere. ¶ Hiere. 15. Nolite eijcere onera de domib⁹ vestris in die sabbati. ¶ Dom⁹ nostre sūt corpora nostra lutea et terrena in quib⁹ quasi domib⁹ aīe nostre inhabitant iuxta illud Job. 4. Quāto magis hij qui habitant domos luteas. Huius domus ostia sunt quinq3 corporis sensus q̄ est ianua quincuptita s'm Augustinū. Onera in domo sunt pctā in nobis latētia et occulta: Onera ista eijcimus extra domū: qñ peccata nostra proximis ostēdimus: qñ publicamus: qñ publice et corā alijs opera mala pp̄etram⁹: Opera peccati et onera grauia eijcim⁹: qñ ali's mala exēpla peccādo p̄bemus. ¶ In die ergo sabbati demones eijciūt onera de domibus: quia nō tm̄ nos ad opa mala: s3 et ad mala exēpla primo p̄bēda sollicitant. ¶ Ecce blasfemus in die festiuo coram multis blasfemat quid facit. Blasfemie pctm̄ in corde latens: eijcit extra vt ab oībus videat. ¶ Philocaptus h3 in corde onus luxurie: in die festiuo philocatur vidētibus alijs. Eijcit per oculos extra: quod prius latebat in corde. ¶ Lusor h3 intus malā voluntatē ludendi: in die festo corā oībus ludit: on⁹ peccati qd̄ latebat in corde: extra eijcit p ostiū manuū vt oībus pateat in opere. ¶ Mulier vana h3 in corde peccatū vanitatis et pompe. In die festiuo se inhoneste ornat et corā oībus videndam se monstrat: Eijcit extra domū qd̄ prius latebat occultū. Et hoc mō diabolus cū in diebus festiuis ad opera iniquitatis induxerit: sūmo studio nitur inducere hoiem ad peccati publicationē et ostensionem: Quaten⁹ alij videntes ad si'ia prouocent. ¶ Et hoc mō demones infernales: hiis septē supradictis modis tot mala seminā in dieb⁹ festiuis: q2 iā non videnī festa diuina: sed pstribula diabolica vbi fiunt ludi: In diebus festiuis: Choree in diebus festiuis: Pompe In diebus festiuis: Ubi philocationes: in diebus festiuis: Ubi crapule et ebrietates: in dieb⁹ festiuis: Ubi adulteria: in dieb⁹ festiuis: Ubi ypocrisie: in dieb⁹ festiuis: Ubi mendacia: in diebus festiuis; Ubi blassemie: i dieb⁹ festiuis

Ubi

Ubi male cogitationes: in diebus festi uis: Ubi mala desideria: in diebus festi uis: Ubi mala exēpla: in diebus festiuis Et hec omnia a demonibus qui afferūt pisces ⁊ omnia venalia ⁊ inferunt ⁊ eii ciunt onera p portas hierusalem in die sabbati. Et ideo o mortales cauete a di abolo in die festo: quia tanq̄ leo rugi= ens circuit querens quem deuoret. Cui resistite fortes in fide. Uenite ergo ascē damus ad montem domini: ⁊ docebit nos vias suas.

¶ De multiplici demonū bello: ⁊ variis eorū in festiuis diebus tēptationibus Capi. 99.

Venite ascendamus ad montē dn̄i ⁊ docebit nos vias suas. ¶ Scribūtur hec verba Leui. 23. He sunt ergo ferie domini sancte: quas celebrare debetis temporibus suis. ¶ Optima festorum celebratio est bonorū operum executio ⁊ sollicita peccatorū declinatio: naꝫ scri bitur Jaco. j. Relligio mūda ⁊ imma= culata est apud deum ⁊ prē̄m hec: visita re pupillos ⁊ viduas in tribulatiōe eoꝝ ⁊ immaculatum se custodire ab hoc se culo. Sic per oppositum cōpleta festoꝝ transgressio in duobus cōsistit: vꝫ in bo norum operū omissione: ⁊ in malorum preparatione. Hinc est q̄ demones in= fernales qui deo in omnibus aduersan tur in festiuis diebus multiplicia frau= dulentaq̄ꝫ bella fidelibus mouēt: quate nus ⁊ eos ab exequendis bonis opibus amoueāt: ⁊ ad mala ppetrāda deducāt: Propterea videndū est que ⁊ q̄lia bella aduersus nos in festiuis diebus moue ant: vt cautius ac prudentius resistere valeamus. Multa. n. contra noꝫ machi nanī in die festo sicut patebit per sacre pagine viridariū discurrendo.

¶ p̄ ꝓhibēt dies festos celebrari. ¶ Un de scribitur. j. Macha. j. Et misit rex Antiochus libros p manus nunciorū in hierusalem ⁊ in oēs ciuitates iude vt seq̄rent̄ leges gentiū terre: Et prohibe rent holocausta ⁊ sacrificia ⁊ placatiōes fieri in templo dei: ⁊ prohiberēt celebra ri sabbatum ⁊ dies solemnes. ¶ Mi stice Antiochus qui interpretat̄ paupe ris silentiū: Mā mona diabolum de a= ritia temptanteꝫ significat. Hic demon temptans de auaritia: in diebus festiuis mittit satelites suos quasi nuncios in omnes christianos adultos: qui sunt fi lii superne hierusalem ad Gal. 4. ⁊ con fessores catholice veritatis: Mittit eos cum libris siue cum epistolis idest cum falsis instructionibus ⁊ ꝑsuasionib⁹ vt sequant̄ leges gentiū terre. i. vt totaliter se effundant ad diligēda: cogitanda. me ditanda ⁊ querenda terrena. ¶ Hii de mones a mammona missi ꝓhibent ho locausta offerri in templo dei. quia indi ebus festiuis ꝓhibent hoiem in corde suo deum pp se deligere. Prohibent of ferri sacrificia: quia in dieb⁹ festiuis ve tant de peccatis propriis deo sacrificiuꝫ contritionis offerre. Prohibent offerri placationes in templo: quia vetant in di ebus festiuis de bn̄ficiis acceptis deo di gnas gratias refferri. Et sic prohibent celebrari sabbatum et dies solemnes: ¶ Hic ergo demon cū suis satellitibus sabbatum ⁊ dies festos celebrari ꝓhi bet: q2 i festiuis diebus christianos ad a morē. curā: sollicitudinem ⁊ cogitatio= nē terrenorū inclinat q̄si ad seq̄ndum ritum gentiū terre: Et ideo nō pmittūt deo offerri debita sacrificia quia scriptū est Mat. 6. Non potestis deo seruire ⁊ mamone: quia nemo potest duobus do

minis seruire. ¶ Et iste demon cum satellitibus suis: quos quasi nuncios mittit. Et cum suis persuasionibus & temptationibus quasi cum libris epistolis: tantam stragem faciunt in populo christiano q rato dei festa solemnia digne celebrantur pratica vt vis.

¶ .2. Ordinant aduersus fideles spiritualia bella. ¶ Unde scribitur .j. Mach. 2. Et exclamauit Mathathias voce magna in ciuitate dicens: Omnis qui zelum habet legis statuens testamentum exeat post me: Et fugit ipse & filij eius in montes & reliquerunt quecunq habebant in ciuitate: Tunc descenderunt multi querentes iudicium & iustitiam in desertum. Et sederunt ibi ipsi & peccora & filij & mulieres eorum: quoniam inundauerunt super eos mala. Et renūciatum est viris regis & exercitui: qui erat in hierusalez in ciuitate David: quoniam discessissent viri quidam qui dissipauerunt mandatum regis in loca occulta in deserto: & abiissent post illos mlti: Et statiz perexerūt ad eos & cōstituerūt aduersus eos prelium in die sabbati. ¶ Mistice viri querētes iudicium & iustitiam & abeuntes in desertum in occulta loca: sunt religiosi: monachi: & solitarii: qui ex amore perfectioris iustitie: religionem quasi desertum ingrediuntur: vt ibi latitent quasi in locis occultis & a mundi perturbationibus elongatis Sed contra tales demones infernales: in diebus festiuis constituunt atrocissimum prelium: quia cum omni sollicitudine & cautella trahere nitūtur ad mundialia: & ad exequendam Antiochi idest demonis voluntatem: Et ideo viris religiosis in festiuis diebus summe cauēdum est: ne a demonibus in bello captiuentur Unde .j. Petri .5. Sobrii estote & vigilate: quia aduersarius vester diabolus tanq leo rugiens circuit querens quem deuoret cui resistite fortes in fide.

¶ .3. Stimulant ad exteriora prodire. ¶ Unde cum viri Israel iuissent ad loca deserta & laterent in speluncis: Serui regis Antiochi eos i die sabbati exi stimulabant: vt immolarent idolis: & icenderent thura: & a dei lege discederent secundum imperium regis Antiochi sicut patet .j. Macha. 2. Ubi sic scribitur Et dixerunt ad eos: Resistitis & nunc adhuc. Exite & facite secundum verbum regis Antiochi & viuetis: Et dixerunt: Non exibimus: neq faciemus verbum regis vt polluamus diem sabbatorum. ¶ Mistice serui regis Antiochi sūt spiritus maligni sattellites demone: qui in diebus festiuis fideles per ostia quinq sensuum exire persuadent ad tria exequenda secundum imperium regis antiochi. ¶ Primo ad adoranda ydola: idest ad amanda & diligenda bona visibilia: viros: mulieres: vestes: pompas: possessiones: palacia: pecuniam & huiusmodi que sunt idola vana & adorantur a diligentibus illa ad ephe. 5. Omnis fornicator aut immundus aut auarus quod est idolorum seruit & ad phil. 3. Quorū deus venter ē ¶ .2. ad accendenda thura idest ad offerendas suaues ac odoriferas adulationes principibus & magnatis: Accendere enim in igne thura est: concupiscētiam ambitionis & laudis in cordibus hominum verbis ficticiis & adulatoriis inflammare. Et ad hoc stimulant demones in diebus festiuis: propter quod q plurimi in die festo comitantur proceres & principes adulando: laudando: ac false multociens commendando. Et sic diuina ommittunt ad que tenentur.

¶ .3. Ad recedendum a lege dei cōmit.

tendo ea que in diuinis preceptis prohibentur & ommittendo ea que precipiuntur Exo.20. Et ad hoc inducit diabolus per ministros suos quātum potest in diebus festiuis incitando ad Idolatriam & superstitiones: ad periuria & maledictiones: ad violationem festi: ad inhonorationem parentuȝ: ad homicidia ad falsa testimonia: ad adulteria: ad furta: ad concupiscentiam mulierum: & ad inordinata desideria: Et ideo clamant Exite & facite secundum verbum regis antiochi: & viuetis O mendaces promittunt vitam adorantibus idola & a dei lege recedentibus: Et ideo bene sunt discipuli illius: qui false promisit primis parentibus dicens Gen.3. Nequaquā moriemini. Scit enim deus: q in quocunque die comederitis ex eo aperientur oculi vestri & eritis sicut dii scientes bonum & malum. ¶ Hii demonis satellites quasi antiochi regis serui hortantur fideles & religiosos in festiuis diebus exire ad videndum: audiendum: odorandum: gustandum & tangenduȝ ea que non licent. Sed hiis malignis spiritibus respondendum est: Non exibimus: neqȝ faciem⁹ verbū regis vt polluam⁹ diē sabbatorū. ¶ Et sic in festiuis diebus fideles nō dēbēt inaniter exire p quinqȝ sensus corporis ad exteriora: sȝ permanere in locis ocultis: & ad mentis interiora recolligere quasi in deserti solitudinem recolligere semetipsos.

¶.4. Inferunt bella interiora reclusis. ¶ Unde cuȝ iudei latitantes in deserto & in locis occultis inuaderentur a ministris regis Antiochi: quia se non defenderunt in die sabbati: nec obturauerunt spelunce ostia & foramina interfecti sūt ab eis sicut habetur .j. Macha.2. Ubi sic scribitur. Et concitauerunt aduersus eos prelium: Et non responderunt eis: Nec lapidem miserunt in eos: nec opillauerunt loca occulta dicētes: Moriamur omnes in simplicitate nostra: & testes erunt super nos celum & terra q iniuste perditis nos. ¶ Et intulerunt eis bellum sabbatis & mortui sunt ipsi & vxores eorum: & filii eorum & pecora eorum vsqȝ ad mille animas hominum hec ibi. ¶ Mistice cum maligni spiritus in festiuis diebus nos ad exteriora curiose scrutanda perducere non possunt: nobis bellum inferunt in interiora reclusis: immittendo fantasmata lubrica: cogitationes immundas: desideria iniusta: iniqua & peruersa: & sic miseras animas in ocultis interficiunt. ¶ Et occidendo animas per consensuȝ in peccatum iuxta illud Ezech.18. Anima que peccauerit ipsa morietur: occidunt etiam corpora quasi vxores: Et omnia opera quasi filios: Et omnes sensus quasi pecora: quia simul cum anima cruciabuntur iuxta illud Ecci.7. Uindicta carnis impii: ignis & vermis. ¶ Mortui sunt autem ab eis propter tria: videlicet quia non responderūt eis Nec lapidem miserunt in eos: Nec opillauerunt loca oculta. Et ideo cum in festiuis diebus & aliis etiam temporibus a malignis spiritibus in interiora temptamur per illicitas cogitationes desideriaqȝ peruersa: si spiritualem morteȝ euadere cupimus. Unum istorum triū facere debemus vȝ. ¶ Uel respondere eis allegando sacram scripturam ad oppositum illius ad quod nos temptant. Exemplo christi: qui diabolo temptāti de comestione panis rñdit dicens mat.4. Scriptum est. nō in solo pane viuit homo: sed in omni verbo qd̄ pcedit de ore dei. ¶ Uel lapides mittere in demones temptantes: Cogitando vulnera Christi: que per lapides figurantur

exemplo David: qui pugnaturus contra Goliath elegit quinque lapides de torrente et cum illis interfecit eum. j. Re. 17. Christus etiam lapis angularis est: quem contra demones impugnantes mittimus quando ipsum attente cogitamus. Unde dicit Hieronimus: ille predicatur felix qui statim ut ceperit cogitare allidit cogitatus suos ad petram: petra autem erat christus. ¶ Vel opillare occulta loca: Loca oculta sunt interiora anime nostre: Foramina et ostia istorum locorum oculorum sunt quattuor que sollicite claudenda sunt. ¶ Primum ostium sunt quinque sensus exteriores per quos est ingressus ad animam: et istud claudendum est Mat. 6. Tu autem cum oraveris intra in cubiculum tuum: et clauso ostio ora patrem tuum in abscondito. ¶ 2. ostium sunt quinque sensus interiores: Ymaginativa Fantasia: cogitativa: Extimativa et Memorativa: et istud claudendum est iuxta illud Ne derelinquas me in cogitatu maligno. ¶ 3. ostium est intellectus et istud claudendum est ne ingrediantur cogitationes male Mat. 9. Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris. ¶ 4. est voluntas sive cor quod: claudendum est ne ingrediantur desideria mala que coinquinant hominem Mat. 15. De corde exeunt cogitationes male: homicidia: adulteria: fornicationes: furta: falsa testimonia: blasfemie: Hec sunt que coinquinant hominem. ¶ Ista ergo quattuor ostia claudenda sunt: quia et si diabolus nos ad exteriora opera peccati pertrahere non potest: si tamen ostia ista aperta fuerint. bellum nobis infert in interiora. Immittendo fantasmata carnalia: cogitationes luxuriosas: Desideria vindicte Homicidii: usure: rapine: ambitionis et laudis: que occidunt animam nostram. Heu me quot vulnerantur et quot occiduntur in diebus festivis. heu intrinseco bello per cogitationes desideria et fantasias id est illicitas.

¶ 5. Sollicitant viros perfectos et contemplativos. ¶ Unde cum Jonathas et Simon frater eius fugisset in desertum techue et considerent ad aquas: bachides cum omni exercitu suo venit adversus eos sicut habetur. j. Macha. 9. Ubi sic scribitur Et suscepit Jonathas tempore illo principatum et surrexit loco iude fratres sui. Et cognovit Bachides et querebat eum occidere. Et cognovit Jonathas et Simon frater eius et omnes qui cum eo erant: et fugierunt in desertum thecue: et consederunt ad aquam lacus Asphar. Et cognovit bachides. Et die sabbatorum venit ipse et omnis exercitus eius trans Jordanem. Et Jonatas misit fratrem suum Joannem ducem populi et rogavit Nabutheos amicos suos: ut comodarent illis apparatum suum scilicet tentoria sua et arma qui erat copiosus: ¶ Mistice Jonathas donum columbe interpretatur: et significat prelatum sive hominem sapientem: quia sapientia est primum donum spiritus sancti Esa. xi. Columba autem spiritum sanctum prefigurat. quia in tali forma apparuit supra christum Luc. 3. Simon interpretatur audiens sive obediens et significat virum obedientem. Et tales sapientes et obedientes sunt ad regimen aliorum ydonei: ideo dicitur quod Jonathas tempore illo suscepit principatum et surrexit in regem populi loco fratris sui inde defuncti. Sed bachides hoc cognoscens querebat eum occidere: quia demon singulariter prelatis insidiatur et querit ad peccati mortem conducere. Bachides. n. luctus fortis interpretatur et significat diabolum qui fuit pater omnis luctus et amaritudinis: unde dominus pre

pit Ezechiele vt lutum faceret super regem tyri diabolum prefigurantē Ezec. 28. Fili hominis leua planctum super regem tiri. ¶ Sed prelati: viri contemplatiui: et perfecti hoc preuidentes fugere debent cum subditis suis in desertum thecue idest in abscōdita sacre scripture Tecua enim interpretatur tuba: bucina: sonitus: aut percussio. Et significat sacram scripturam: que per tubam exprimitur Esa. 58. Clama ne cesses q̄si tuba exalta vocem tuam. Et sonitum in cordibus magnum facit Ezech. 27. Factus est autem sonitus prophetante me et ecce commotio. Et percutit impios Esa. xi. Et percutiet terram virga oris sui: et spiritu labiorum suorum interficiet impium. ¶ Et hoc non sufficit sz consedere debent ad aquam lacus Asphar idest stare et quiescere iuxta vulnera: et sanguinem christi per quietam meditationem et contemplationem: Aqua enim sanguinem saluatoris prefigurat sicut patet de aqua educta de petra Nū. 20. Asphar autem interpretatur Tollens onagrum: vel plasmatio ferocitatis: et bene congruit sanguini saluatoris: quia eius contemplatio tollit onagrum: quia subleuat virum contemplatiuum liberum et a vinculis actionuz corporalium absolutum: Et facit hominem terribilem fortem et aduersus malignos spiritus ferocem. ¶ Ad istaz ergo aquam viuificantis sanguinis et inebriantis poculi: viri perfecti consedere debent: et paruulos secum ad consedendum q̄ntum possunt adducere. Et hoc precipue in diebus festiuis. Sed hoc aduertens demon infernalis per bachidē designatus in die sabbati cum omni exercitu suo idest cum magna temptationum multitudine venit ad inuadenduz tales: Nam in festiuis diebus specialiter nos impugnat. ¶ Sed viri perfecti et contemplatiui hoc aduertentes rogare debent nabutheos amicos suos: vt accommodent illis apparatum suū qui est copiosus: Quia rogare debent prophetas: apostolos: angelosq̧ beatos vt illis impendant suarum virtutum adiutorium: Nabuthei enim interpretantur prophete vel prophetantes et significant angelos: aliosq̧ ciues superne hierusalem prophetas et apostolos qui futura ministerialiter predixerunt: Quorum apparatu et virtute a malignis spiritib⁹ defensamur. Exēplū habetur. 2. Macha. xi. De angelo in moduz equitis armato: qui iudam Machabeum et suos precedebat et defensabat. ¶ Patet igitur quomodo demones: in festiuis diebus contemplatiuos et viros perfectos multipliciter temptāt. Et quomodo eis resistendum sit.

¶. 6. Inuadunt et impugnant Morientes. ¶ Unde cum Jonathas et Simon frater eius venissent ad ripam Jordanis: Bachides hoc audiens venit in die sabbatorum vsq̧ ad ripam iordanis cū virtute magna vt interficeret eos: sicut patet. j. Macha. 9. Ubi scribitur. ¶ Et reuersi sunt ad ripam Jordanis. Et audiuit bachides et venit die sabbatorum vsq̧ ad oram Jordanis in virtute magna. Et dixit ad suos Jonathas: Surgamus et pugnemus cōtra inimicos nostros: Non enim est hodie sicut heri et nudius tertius. Ecce enim bellum ex aduerso: Aqua vero iordanis hinc et inde Et ripe et paludis et saltus et non est locus diuertendi: Nūc ergo clamate in celum et liberemini de manu inimicorum vestrorum. ¶ Mistice ripa Jordanis est finis vite huius terrene: Jordanis enim interpretat̄ riuus iudicii: siue descensio eor: Et bene significat finē hu-

mane vite: in qua fit iudicium particu/ lare. Et ad ipsam descendit humana na tura secundum illam dei irreuocabilez sententiam Gen.3. Puluis es et in pul/ uerem reuerteris. Ad hanc iordanis ri pam vnusquisqꝫ reuertitur: quando p mortem appropinquat ad resolutionez in terram de qua prius formatus fuit iuxta illud Gen.3. Donec reuertaris in terram de qua sumptus es. ¶ Sed cū quisqꝫ ad hāc ripam peruenerit et mor ti appropinquauerit. Ecce bachides id est demon infernalis adest cum virtu/ te magna et appropinquat vsqꝫ ad ripā iordanis: quia vsqꝫ ad exitum anime ō corpore non desinit temptare. Et tunc maxime nititur omnibus virilibus ho minem trucidare. Heu me quanto tūc conatu nititur: quantis vtitur insidiis aduersus animam trepidantem. ¶ Sz quid dicit Jonathas: pugnemus cōtra inimicos nostros. Non enim est locus diuertendi: Ante sunt demones bellan tes aduersum nos. s. Hinc corpus cru/ cians. Hinc anima seu conscientia sti/ mulans: quasi Aqua iordanis hinc et inde. Hinc ripe idest timor cadendi in inferni lacum. Hinc memoria delecta/ tionum preteritarum quasi paludes: Hinc confussio magna peccatoruz qua si saltus. Et ideo nullus remanet locus diuertendi: Heu q̄ntum erit arta via: Heu q̄ntum lacrimosa: Heu q̄ntum a/ cerba: quando misera anima nulluz ha bebit locum ad quem se conuertat. O mortales Cogitate talem horam: Ad memoriam vestram reuocate diez mor tis: Ecci.7. In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua et in eternuz non peccabis Duo tamen tunc sunt pri cipaliter agenda. ¶ Primo pugnandū est aduersus demones eis viriliter re/ luctando et resistendo et eius suasioni/ bus non aquiescendo. Et ideo dixit Jo natbas: surgamus et pugnemus contra inimicos nostros. Ecce enim bellum ex aduerso. ¶.2. Clamandum est ad de/ um toto corde et tota mentis deuotio/ ne: et ideo dixit Jonathas: Nunc ergo clamate in celum et liberemini de ma/ nu inimicorum vestrorum. ¶ Ecce er go quot bella: quot insidias maligni spi ritus fidelibus ingenuit: In mundo: in religione: In contemplatione: In vita: et in morte: et ideo clamat Petrus apo stolus. i. Petri.5. dicens. Sobrii estote: et vigilate: quia aduersarius vester dia bolus: tanq̄ leo rugiens circuit querēs quem deuoret: Cui resistite fortes in fi de. Uenite ergo et ascendamus ad mon tem Domini: et docebit nos vias su/ as.

¶ De multiplicibus demonum insidiis et cruenta eorundem in festiuis diebus crassatione.

Capi.100.

V Enite ascenda mus ad montē dn̄i et docebit nos vias suas. ¶ Scribūtur hec verba.2. Macha.5. Cum Antio/ chus appositus esset contra Judeos misit odiosum principem appollonium cum exercitu viginti: et duobus milli/ bus: precipiens ei omnes perfecte eta/ tis interficere Mulieres ac iuuenes vē dere: Qui cum venisset Jerosolimam pacem simulans quieuit vsqꝫ ad diez sanctum Sabbati: Et tunc feriatis iu deis arma capere suis precepit: Om/ nesqꝫ simul qui ad spectaculum pro/ cesserant trucidauit. Et ciuitatem cum armatis discurrens: ingentem multi/ tudinem peremit. Hec ibi. ¶ Sicut

Antiochus misit Appollonium crudelissimum ad interfectionem iudeorum Sic demon infernalis lucifer principes iniquitatis malignos videlicet spiritus ad fidelium impugnationem et extermi nium continue destinat. Qui et si omni quo possunt tempore nequitie sue crudelitatem exerceant: In festiuis precipue diebus totum sue malicie virus effundunt. Sicut et iste appollonius qui fraudulenter vsq ad sanctuz diem sabbati expectauit et ingentem multitudinem interemit. ¶ Multe autem valde sunt fraudulentie et insidie: quas in festiuis diebus exercent ad animas occidendas sicut patebit discurrendo per singula.

¶ Primo pacem simulant et quiescunt vsq ad diem festum. ¶ Unde de Appollonio scribitur. 2. Macha. 5. Qui cum venisset hierosolimam pacem simulans quieuit vsq ad diem sanctum sabbati. ¶ Mistice Appollonius qui interpretatur miraculum vel admirabilis diabolum significat: qui et per naturam admirabilis est valde: Cum non sit potestas super terram que comparetur ei Job. 41. Et per appetitum voluit singularis et admirabilis videri dicens Esa. 14. Sedebo in monte testamenti: In lateribus aquilonis: Ascendam super altitudinem nubium: similis ero altissimo: Et per conatuz semper nititur ad maiora: et admirabilia: quia scribitur Job. 41. Omne sublime videt oculus eius. Et per temptationez alios stimulat ad superbiam et ad singularitatem et admirationem Job. 41. Ipse est rex super omnes filios superbie: per miraculum etiam congrue signatur diabolus: quia transfigurat se i angeluz Lucis: et per falsa et apparentia miracula humanum genus decepit ab initio: sicut per magos Pharaonis patet Exo. 8. Fecerunt autem et malefici per incantationes suas similiter eduxeruntq ranas super terram egipti. Et in fine mundi etiam decipiet per pseudo prophetas dicente saluatore Mat. 24. Surgent enim pseudo christi et pseudo prophete et dabunt signa magna et prodigia: ita vt in errorem inducantur si fieri potest etiam electi. ¶ Hic ergo Appollonius et diabolus admirabilis: pacem simulat: quia temptationez subtrahit: et amicum se simulat non temptando vt postmodum cautius occidat ¶ Hic quiescit vsq ad diem sanctum sabbati: quia per ebdomadam quando homo in corporalibus exercitiis fatigatur a temptatione carnis et luxurie requiescit: Nam dicit carmen poeticum ocia si tollas periere cupidinis arcus: Sed iste peruersus princeps fraudulēter pacem simulat: et fraudulenter quiescit vsq ad diem festum: vt postmodū crudelius sauciet quia peccatum commissum in die festo in reatu et grauitate duplicatur: Scit. n. ꝙ oīa tempus hn̄t Ecc̄s. 3. Et ideo quiescit vsq ad diez festum: expectando tempus magis oportunum ad nocendum: Et ideo in die festo summa cautella vigillandum est cōtra demonum insidias.

¶ 2. Precipiunt in die sabbati Militibus suis arma cape q̄si ad ludum exercendū. ¶ Unū de appollonio scribiť. 2. Macha. 5. Et tūc feriatis iudeis arma cape suis p̄cepit: vbi dicit Lyra qd̄ iussit milites armari: simulatorie quasi ad hastiludium vel aliquem ludum exercendum sicut probatur per litteram sequentem que dicit ꝙ venerunt ad spectaculum. ¶ Moraliter Milites seu serui Appollonii qui interpretatur admirabilis sunt mulieres pompose et

inboneste: & iuuenes vagi & impudici: qui: & que per nimium ornatum querunt ab omnibus admirari & admirabiles videri O quantuz desiderant mulieres laudari Similiter & iuuenes.
¶ Sed in diebus festiuis: quando homines vacant tunc demon vanaglorie Appollonius iubet milites & seruos suos anna capere: quia stimulat & incitat mulieres ac iuuenes sumere ornatus inbonestos: qui sunt arma ad animas iugulandas Stimulat enim mulieres ad vnctionem crinium: Ad liniendam faciem: ad aperiendum & discooperiendum pectus: ad sumendum crines mortuos: ad coroñandum caput: ad circundandum collum cum gemmis vel auro ad vestiendum vestes lasciuas: & ad luxuriam prouocantes: ad supponenduz aliquid vberibus vt grossiora videant ad sumendum soleas eleuatas: vt longiores & maiores q̄ sunt appareant: ad supponēdum aliquid sub vestibus vt grossiores videantur. Et iubet sumere tot arma quod est mirum valde: Unde ethnicus: Nil non permittit mulier: sibi turpe putat nil: Cum virides gemmas collo circumdedit & cum crinibus extensis magnos cōmisit elyndros: tot premit ordinibus: tot adhuc compagibus altum: edificat caput Andromachen a frōte videbis. Sic & iuuenes ad similia stimulat. ¶ Sed omnes isti ornatus & vnctiōes sunt arma diaboli ad miseras animas iugulandas Prouer. 5. Fauus distillans labia meretricis: & nitidius oleo guttur eius: nouissima autem illius amara quasi absincthium: & lingua eius accuta quasi gladius biceps ¶ Et notanduz q̄ Appollonius suis militibus iussit arma sumere quasi ad solacium & ludum exercendum tamen intendebat sub illa letitia interficere Iudeos. Sic mulieres ex instinctu demonum se ornant in festiuis diebus quasi pro solacio. Uerbi gratia pro honore festi: pro conseruando honore suo: pro q̄dam spirituali consolatione: & pro exequenda voluntate maritoruz qui sic iubent & sic volunt: Et ne displiceant viris suis. Et sic sub specie boni & quasi pro solacio sumunt in die festo ornatus lasciuos quasi arma diaboli. Sed demones sub isto ornatu meretricio intendunt fideles interficere: quia ordinatur ad animas occidendas Prouer. 7. Considero vecordem iuuenem: qui transit per plateas iuxta angulum: & ecce occurrit illi mulier in ornatu meretricio preparata ad decipiendas animas. ¶ Et ideo caueant sollicite mulieres: & iuuenes ne in die festo sint milites demonis & ne capiant arma ad fideles interficiendos: q2 diabolus asportabit.

¶ 3. Trucidant omnes qui in die sabbati procedunt ad spectaculum. ¶ Unde scribitur de Apollonio. 2. Macha. 5. Omnesq3 simul qui ad spectaculuz p̄cesserant trucidauit. ¶ Mistice illi procedunt ad spectaculum apolloni in die sabbati: Qui in festiuis diebus sponte & ex deliberatione se offerunt ad curiose videnduz mulieres inbonestas: & omnes tales occiduntur & vix aliquis euadit quia scriptum est Ecci. 3. Qui amat periculum in illo peribit. Nam mulieres & iuuenes sic in festiuis diebus curiose & in boneste vestite cum suis vnctionibus & monilibus sunt milites demonum armati ad infelices christianorum animas iugulandas: & innumeras interficiūt: Unde scribitur de tali muliere Prouer. 7. Multos enim vulneratos deiecit: & fortissimi quiq3 interfecti sunt ab ea: vie inferi domus eius penetrantes interiora mortis. Deu me

quot interficiuntur ab istis militibus apollonii in festiuis diebus: non soluz iuuenes. Sed ꝛ senes: vxorati ꝛ clerici ꝛ religiosi magni ꝛ parui. ¶ Et aduertendum ꝙ sicut apollonius sub specie solacii caute interfecit omnes qui venerant ad spectaculum: Sic ꝛ modo per mulieres habitu meretricio adornatas sub specie delectationis ꝛ gaudii occidit m[u]ltos: quia dulce ꝛ delectabile quo ad sensum est videre tales mulieres ꝛ audire eorum blandicias. Sed sub isto melle sensualis delectationis iugulatur intrinsecus anima per desiderium luxurie ꝛ carnalitatis. ¶ Unde de ista caute occisiõe scribitur Prouer. 7. Mulier in habitu meretricio irretiuit iuuenem multis sermonibus: ꝛ blandiciis labiorum protraxit illum. Statim eaz sequitur quasi bos ductus ad victimã: ꝛ quasi agnus lasciuiens ꝛ ignorans: ꝛ nescit ꝙ ad vincula stultus trahatur: donec transfigat saggitta iecur eius: velut si auis festinet ad laqueum: ꝛ nescit qd de periculo anime Illius agitur.

¶ 4. Discurrunt ciuitatem cum armatis: ꝛ percutiunt ingentem multitudinem. ¶ Unde de apollonio scribitur. 2 Macha. 5. Et ciuitatem cum armatis discurrens ingentem multitudinem peremit. ¶ Mistice apollonius in die sabbati cum militibus per ciuitatem discurrit: quando maligni spiritus mulieres cum habitu meretricio per totam ciuitatem discurrere faciunt in die festiuo. Et cum tali discursu semetipsas etiam non querentibus ingerunt contemplandas: quia vt dicit Ethnicus spectatum veniunt: Ueniunt spectentur vt ipse. ¶ Heu me quid dicam de discursu mulierum ꝛ iuuenum in festiuis diebus a diabolo procurato. Nam quando diabolus videt aliquos non sponte procedere ad impudicum aspectuz mulierum vel iuuenum: stimulat ipsas mulieres ꝛ iuuenes ad discurrendum per ciuitatem: per vicos ꝛ plateas vt sic ab aliis videantur ꝛ cum veneno sue carnalitatis occidant. ¶ De isto mulierum discursu in habitu lasciuo ꝛ meretricio dicit Salomon Prouer. 7. Et ecce occurrit illi mulier in ornatu meretricio preparata ad decipiendas animas: Garrula ꝛ vaga: quietis impatiens: nec valens in domo consistere pedibus suis: Nunc foris: nunc in plateis: nunc iuxta angulos insidians: Apprehensumqꝫ deosculatur iuuenem ꝛ procaci vultu blãditur. ¶ Et notandum ꝙ Apollonius per discursum cum armatis per ciuitatem ingentem multitudinem interfecit quia per discursum mulierum ꝛ iuuenum per ciuitatem in diebus festiuis ingens multitudo christianorum interficitur per aspectus impudicos: per verba scurrilia: ꝛ per inhonesta desideria: ꝛ per lasciuas cogitationes: Heu me quot in diebus festiuis ab istis inferni militibus interficiuntur: in fenestris: in ianuis domorum: in vicis. In plateis: in angulis: in ecclesiis: in monasteriis: in domibus: in palaciis: ĩ atriis. ¶ Propter hoc clamat sapiens Eccl. 9. Propter speciem mulieris multi perierunt ꝛ ex hoc concupiscentia: quasi ignis exardescit: speciem mulieris aliene multi admirati reprobi facti sunt: colloquiuz .n. illius q̃si ignis exardescit. Et ideo in festiuis diebus cauendum est ab istis militibus apollonij ne nos fraudulenter interficiant: quia scribitur Eccl. 9. Ne respicias mulierem multiuolam: ne forte incidas in laqueos illius.

¶ 5. Cogitant cum magno impetu contra fideles committere bellum. ¶ Un

de Scribitur.2.Macha.15.Nicanor autem vt comperit iudam esse in locis Samarie cogitauit cum omni impetu die sabbati committere bellum hec ibi. ¶ Nicanor interpretatur stans lucerna vel Statura lucida & potest diabolum significare qui ex natura sua lucidus est & vocatur lux in scriptura diuina Gen.prio. Fiat lux idest Angelica natura. Et Esa.14. Quomodo cecidisti lucifer qui mane oriebaris. Et transfigurat se in angelum lucis.2.Cor.xi. ¶ Hic Nicanor in die sabbati cum magno impetu & cum tota sua potestate cogitat in iudam & suos committere bellum: quia in festiuis diebus facit mulieres toto conamine adornari ad alliciendos oculos hominum & eorum concupiscentiam inflammandam. ¶ Nam sicut ipse Sathanas transfigurat se in angelum lucis vt decipiat & occidat: sic in festiuis diebus mulieres tanquam ministros & milites eius transfigurare facit per ornatus curiosos per lotiones per phucationes: & per vnctiones: Ita quod videntur stature lucide & vrete: Et hoc ad decipiendum: & occidendum: Unde Paulus.2.ad Cor.xi. Ipse enim Sathanas transfigurat se in angelum lucis: Non est ergo magnum si ministri eius transfigurentur scilicet ad decipiendum: & occidendum. ¶ Et notandum quod nititur committere bellum contra iudam qui erat in locis Samarie: Judas interpretatur confitens Samaria vero interpretatur coniuncta domino aut custodiens dominum & significant fidem vel religionem: per Judam ergo existentem in Samaria intelligitur vir fidelis & religiosus per fidē & caritatem deo coniunctus. Contra tales Diabolus cum potestate sua nititur in festiuis diebus committere bellum: & occidere cum militibus suis lucidis videlicet cum mulieribus ornatis. Et hoc bene sequitur ad precedens: quia non solum mulieres discurrere facit per totam ciuitatem in festiuis diebus: sed etiam facit eas omnem industriam ponere ad se ornandum & componendum vt melius gratiam inueniant apud homines: melius & curiosius aspiciantur & ardentius concupiscantur: O quantam industriam ponunt ad animas hominum decipiendas. Si sunt paruule volunt videri magne Si subtiles simulant se grossas. Si nigre faciunt se albas: Si pallide faciunt se rubicundas: Femina Caniciem germanis inficit herbis. Et queritur vero pulcrior arte color: Tota dolus: Tota ars: Tota hystrio: tota venenum: Et conatur animas ad concupiscentiam trahere non solum vestibus & ornatu: Sed cum gressu cum oculis: cum manibus: cum gestibus corporis: & blandiciis: mollibusque verbis. Unde scribitur de tali muliere Prouer.7. Considero vecordem iuuenem: qui transit per plateas iuxta angulum: Ecce occurrit illi mulier in habitu meretricio preparata ad decipiendas animas: Apprehensumque deosculatus Juuenem: & procaci vultu blanditur dicens: Ueni inebriemur vberibus: & fruamur cupitis amplexibus donec illucescat dies: Irretiuit cum multis sermonibus: Et blanditiis labiorum protraxit illum: O mortales O fideles O religiosi cauete ab istis militibus infernalibus: quia toto conatu nituntur interficere animas vestras. ¶ Figura siue exemplum huius ornatus ad gratiam hominum inueniendam habetur.4.Re.9. In illa Scelerata Jezabel: que cum audisset Iheu intr oisse ciuitatem depinxit oculos su

os fucando: ꝛ ornauit caput suum vt esset gratiosior in oculos eius: ꝛ inueniret gratiam apud eum. Unde scribitur ibidē Porro Jezabel itroitu ei⁹ audito depinxit oc'los suos stibio: ꝛ ornauit caput suū ꝛ respexit p fenestrā igredictē iebu p portā: sic lasciue inhōesteqꝫ m'lieres ad viroꝝ p̄sentiā ꝓcedētes conatu quācū pulcritudinē: ꝛ caput ornāt: crines cōponūt: m'tiplicāt vestes liniūt faciē ꝛ toto mētis d̄siderio: totis corpis virib⁹ affectū vidētiū ꝛ ad suā inordinatā concupiscētiā attrahere nitunt̄ ꝛ sic spūale bellū cōmitter̄ cogitāt: sic igit̄ pꝫ q̄mō i festiuis dieb⁹ cogitāt cū toto ipetu ꝛ ptā te cōmittei bellū ɔ̄ judā exītē i' locis sa ¶. 6. Cōmittūt bellū in ɔtē- (marie. ptum dei. ¶ Unde cum Nicanor moneretur a iudeis sequentibus ipsum ne ita ferociter ac barbare ageret preliando in die sabbati: Sed daret honorem ꝛ reuerentiam deo ꝛ diei festo: quasi irridendo ꝛ contemnendo mandatum diuinum de sanctificatione festi: Respondit quasi in contemptum dei se imperare militibus sumere arma ꝛ preliāri. Unde de ipso scribitur. 2. Macha. 15. Judeis vero qui illum per necessitatem sequebantur dicentibus: ne ita ferociter ꝛ barbare feceris: sed honorem tribue diei sanctificationis: ꝛ honora eum qui vniuersa conspicit: At ille infelix interrogauit: Si est potens in celo qui imperauit agi diem sabbatorum. Et respondentibus illis. Est dominus viuus ipse in celo potens: qui iussit agi septimam diem: At ille ait. Et ego potens sum super terram: qui impero sumi arma: ꝛ negocia regis Impleri. ¶ Mistice per Nicanorem diabolus significatur qui in die festiuo in contemptum dei Jubet arma sumi ꝛ negocia regis impleri: quia in festiuis diebus iubet: ꝛ stimulat mulieres ornari ad animas occidendas. Et negocia luciferi principis ꝛ regis infernalis negociū adimpleri. Est. n. rex super omnes filios superbie Job. 41. Et hoc facit in contemptum dei: quia sicut deus ordinauit ꝛ Instituit quietem sabbati vt homines conuerterentur ad deum per penitentiam ꝛ dilectionem: Ita diabolus per oppositum iubet: ꝛ stimulat milites suos sumere arma idest mulieres vanas inhonesta sumere ornamenta vt homines auertat a deo: ꝛ conuertat ad luxurie vomitum ꝛ carnalitatem. Et quamuis tales mulieres a viris sanctis ꝛ predicatoribus sepius admonearantur: ne ita inhoneste ac bestialiter se componant: ꝛ ornent quia est contra dei voluntatem ꝛ dei mandatum dicentis. j. Petri. 3. Similiter mulieres subdite sint viris suis. Quarum non sit extrinsecus capilatura: aut circumdatio auri: Aut indumenti vestimentorum cultus. Ipse derident: ꝛ paruipendunt dei preceptum: ꝛ dicunt ꝙ volunt se ornare: Et q̄ntum in se est totis viribus nituntur homines auertere a deo ꝛ trahere ad amorem suum ꝛ ad obsequium demoniorum: Figura habetur Numeri. 25. ꝛ. 31. De Balaam propheta diabolico: qui sicut dicit ibidem Lyra Docuit regem Balac vt mitteret puellas pulcras ꝛ nobiles ornatas prope exercitum filiorum Israel: ꝛ quod venientes ad se iuuenes verbis allicerent: ꝛ cum viderent eos inflammatos ad actum carnis non permitterent se ab eis cognosci: nisi prius comederent de Ydolaticis: ꝛ ydola adorarent que secum portauerunt: Ut sic deus offenderetur. Et populus Israel a Deo percuteretur: Et in manibus hostium traderetur. Unde

dicitur Nu̅i.31. Cur feminas reseruastis. Non ne iste sunt que deceperunt filios Israel ad suggestionem Balaam et preuaricari vos fecerunt in domino super peccato phogor: Unde et percussus est populus. Et Nu̅eri.25. Morabatur autem eo tempore Israel in sethin: et fornicatus est populus cum filiabus moab: que vocauerunt eos ad sacrificia sua: At illi comederunt: et adorauerunt deos earum. Initiatusq; est Israel belphegor. ¶ Sicut ergo Balaam et Balaac iusserunt mulieres ornari ad auertendum populum Israel a deo. Et sicut ille mulieres ornate verbis blandis et aliis gestibus nitebantur viros israel a deo suo auertere et ad deos suos et idola vana conuertere: Et ad lasciuiam carnis incitare: Sic et modo mulieres inhoneste a diabolo stimulate quasi vilipendendo mandatum dei totis viribus se adornant: Et toto conatu viros a deo auertere et ad se conuertere nituntur Heu me quot auertuntur a deo quot conuertuntur ad luxuriam propter ornatus meretricios. Et ideo clamat deus dicens Apoc.2. Habeo aduersus te pauca: quia habes illic tenentes doctrinam Balaam: qui docebat Balaac mittere scandalum coram filiis Israel edere et fornicari: Et sic patet quomodo demones multipliciter insidiantur in festiuis diebus. Uenite ergo ascendamus ad montem domini et docebit nos vias suas.

¶ De multiplici solemnitatu̅ tu̅ a demonibus tum ab hominibus coinquinatione. Cap.101.

Uenite ascendamus ad montem domini et docebit nos vias suas. ¶ Scribuntur hec verba Esa.j. Neomeniam et sabbatum et festiuitates alias non feram: Iniqui sunt cetus vestri: Kalendas vestras: et solemnitates vestras odiuit anima mea: Facta sunt mihi molesta. ¶ Quante infelicitatis: et miserie sit rationalis creatura in stadio vite presentis decurrens: tantum est in se manifestum q; probatione non indiget. Tam praue etenim dispositionis est: q; ea que de sui natura sunt saluberrima: sibimet fiunt pestifera. Et ea que viuificatiua mortifera. Et ea que purgatiua et purificatiua fiunt sibi coinquinamenta. ¶ Exemplum est clarum in diuinis solemnitatibus que ideo homini date sunt: quatenus in die sancto semetipsum conterendo et penitendo a peccatis purgaret: Proprie anime curande vacaret: Deum puro et toto corde diligeret: Deo adhereret: deum adoraret: deum debitas oblationes et sacrificia immolando placaret: Et salutem propriam totis viribus procuraret: Sed diabolo procurante: et malicia propria stimulante: homo in festiuis diebus semetipsum magis coinquinat: Deum ad iracundiam prouocat. Et festiuitates diabolicas solemnizant: sicut patet in verbis assumptis Esa.j. ¶ Super quibus videbimus quomodo varii solemnitates coinquinatas: Et deo odiosas celebrant.

¶ Primi Celebrant festiuitates Insupportabiles. ¶ Esa.j. Neomeniam et sabbatum: et festiuitates alias non feram idest non supportabo propter eorum grauedinem loquitur enim scriptura de deo ad modum hominis aggrauati ex aliquo onere: Quod sufferre non potest Prout dicit Ibidem Lyra. ¶ Mistice Isti Sunt

peccantes in festiuis diebus: Qui animam suam infinitis onerant peccatis in diebus sanctis et solemnibus: inique cogitando: iniuste desiderando deterius loquendo: et pessime operando. Hii onerant et aggrauant animam suam in die festo: mendaciis: periuriis: Detractionibus: furtis: rapinis: homicidiis. Adulteriis: fornicationibus: incestibus et peccatis innominabilibus: que sunt onera grauissima et insupportabilia dicente ps. Qm̄ iniquitates mee supgresse sunt caput meum et sicut on⁹ graue grauate sunt super me. Et Esa. 24. grauabit eam iniquitas sua et corruet et nō adiciet vt resurgat. ¶ Aliqui agrauāt animam in festiuis diebus odio. furore: partialitate: et iracundia que est insupportabilis: et grauissima Prouer. 27. Graue est saxum et onerosa arena: Sed ira stulti vtroque grauior: Ira non habet misericordiā nec erumpēs furor. Et impetum concitati spiritus ferre quis poterit. ¶ Isti ergo qui in festiuis diebus peccata multiplicant aggrauant animam suam. Aggrauant proximos suos. Aggrauant si dici liceat deum: et celebrant solemnitates insupportabiles quia scriptum est Ecci. 22. Super plumbum qui grauabitur Arenā et salem et massam ferri facilius est ferre q̄ hominem inprudentem et fatuū et imperitum.

¶ .2. Celebrant festiuitates iniquas.

¶ Esa. j. Iniqui sunt cetus vestri: festum cetus siue collecte fiebāt immediate post festum tabernaculorum videlicet die. 22. septimi mensis siue septembris sicut patet Leui. 23. ¶ Mistice isti sunt Non vacantes deo et rebus diuinis in die festo. Iniquum enim idem est qnod non equum. ¶ Equum autē et iustum est vt homo qui a deo sex dies ad opera sua exequenda suscepit: totū diem sabbati cultui diuino et deo colendo impendat et dedicet: et hec est voluntas dei Prouer. xi. Pondus equū voluntas eius. ¶ Iniustum autem et iniquum est a deo sex dies recipere et nolle sibi vnum retribuere. Et istud est deo abbominabile Prouer. 20. Pondus et pondus: Mensura et mensura vtrūq̄ abbominabile est apud deum. ¶ Equum est vt illi qui maiora a deo beneficia siue temporalia siue spiritualia susceperunt: in diebus festiuis deo maiora seruitia et maiorem exibeant reuerētiam: vt sit iusta statera et equum pondus hinc inde: Unde clamat deus dicens Leui. 19. Statera iusta et equa sint pondera: iustus modius: equusq̄ sextarius. Sed iniquum et iniustum est: vt illi qui plura a deo beneficia receperunt minorem in diebus festiuis deo exhibeant reuerentiam et vacationem. Et tales habent stateram et stateram pondus et pondus quod est deo abbominabile p̄uer. 20. Abbominatio est apud deum pondus et pondus. Statera dolosa non est bona: Heu me quid dicam: certe in diebus festiuis hii qui sunt potentiores Speculum aliorum: Sapientiores: Ditiores: nobiliores: pulcriores: fortiores: et qui a deo maiora beneficia receperūt: minus q̄ reliqui deo vacant. Sed magis vacant mundo et vtinam non diabolo: Tales celebrant festiuitates iniquas et non equas quia tempus deo dedicatum furantur et rapiunt et tribuunt mūdo et pompis eius. ¶ Contra tales clamat deus dicens Leui. 16. Nolite facere iniquum aliquid in iudicio: in regula in pondere: in mensura.

¶ .3. Celebrant festiuitates odiosas.

¶ Esa. j. Kalendas vestras et solemnitates vestras odiuit anima mea. ¶ Mi

stice Isti sunt non diligentes Deum in die festo: sed magis diligentes idola creaturarum corporalium: nam sicut deus diligentes se diligit Prouer. 8. Ego diligentes me diligo: Ita non diligentes non diligit sed odit Eccl. 12. Altissimus odio habet peccatores: et impiis reddit vindictam. ¶ Qui ergo in diebus festiuis Deum non diligunt cum pio mentis affectu: sed magis diligunt terrena: aurum: argentum: vestes: viros: Mulieres: principes et huiusmodi: festiuitates celebrant deo odiosas: et impias. Nam pietatem quam ad deum habere debent in festiuis diebus ipsum diligendo: adorando: et reuerendo: conuertunt in impietatem diligendo: adorando: et colendo ydola creaturarum. Et ideo cum sint impii celebrant festiuitates impias: et deo odiosas quia scriptum est Sapien. 14. Similiter autem odio sunt deo impius et impietas eius. Heu me quot sunt qui in festiuis diebus Deum non diligunt sed meretrices: Concubinas: Adulteras: lusores: Ruffianos: et ideo celebrant festiuitates altissimo odiosas: Ait enim Kallendas vestras et solemnitates vestras odiuit anima mea.

¶ .4. Celebrant festiuitates molestas. ¶ Esa. i. Kalendas vestras et solemnitates vestras odiuit anima mea: Facta sunt mihi molesta. ¶ Mistice Isti sunt Murmurantes de deo: Irascentes contra deum. Maledicentes et blasfemantes deum in diebus festiuis et solemnibus. ¶ Heu me quot sunt de istis qui in die festo murmurant de deo: de eius predestinatione: irascuntur ludendo vel alio modo: et postmodum furibunde clamant: Maledictus sit: Inprecantur mala deo: et suam altissimam maiestatem blasfemant: Et hoc modo ipsum deum molestant: et solemnitates deo molestas faciunt. Et talibus dici potest illud Esa. 7. Nunquid parum vobis est molestos esse hominibus: Irridendo: murmurando: affligendo et maledicendo: quia molesti estis et deo meo: ipsum maledicendo blasfemando et perturbando.

¶ .5. Celebrant festiuitates inquietas. ¶ Esa. 29. Solemnitates euolute sunt. ¶ Mistice Hii sunt illi: qui in festiuis diebus currunt hinc inde et discurrunt nec habent requiem corporis nec anime: ¶ In die enim sabbati precepta fuit corporis requies quo ad labores seruiles et itinera: quatenus anima in deo per amorem melius requiesceret Exo. 16. Requies sabbati sanctificata est domino idest diuino cultui mancipata: deus enim noster deus pacis est et ideo requirit locum quietum et pacificum dicente propheta in psalmo Factus est in pace locus eius. ¶ Sed demon infernalis odit quietem et anime et corporis: et ideo in festiuis diebus sollicitat homines ad discurrendum. Alii enim in tali die per itinera longa fatigantur ob sua negocia facienda quod non licet: Alii ad possessiones considerandas: alii ad nundinas: alii ad spectacula: alii ad venandum: alii ad philocandum: alii ad ludendum: alii ad proximo insidiandum: alii ad effundendum sanguinem: alii ad malum peragendum: Prouer. i. Pedes enim illorum ad malum currunt et festinant vt effundant sanguinem: Tales celebrant solemnitates inquietas: et quia seruiunt diis alienis idest Ydolis creaturarum ideo nec in die festiuo requiescunt Unde de talibus dicit dominus Hiere. 15. Seruietis diis alienis die ac nocte qui non dabunt vobis requiem. ¶ Heu me quot sunt qui in festiuis di

ebus seruiunt concubine: adultere ꝛ phi locate: que nunquam permittunt homi nem quiescere sed tota die festi discur/ rere: ꝛ celebrare solemnitates inquie/ tas. ❡ Contra tales clamat Deus di/ cens Esa.58. Si auerteris a sabbato pe dem tuum scilicet ne discurras ad faci/ endum mala: Uel ad videnda curiosa: Tunc delectaberis super domino. Et sustollam te super altitudines terre: Et cibabo te hereditate Jacob patris tui.

❡ .6. Celebrant festiuitates venales: ꝛ scandalizatiuas. ❡ Nee.13. Et manse/ runt negociatores scilicet tirii: ꝛ ven/ dentes vniuersa venalia foris hierusa/ lem semel ꝛ bis. Et contestatus sum e/ os ꝛ dixi eis. Quare manetis ex aduer so muri. Si secundo hoc feceritis ma num mittam in vos: Itaqꝫ ex tempo/ re illo non venerunt in sabbato. ❡ No tandum ꝙ Tirii mercatores veniebãt in die sabbati circa muros hierusalem habentes omnia venalia: Filii vero is/ rael egrediebantur: ꝛ emebant ab eis vẽalia in die sabbati: Quod prohibuit Neemias. ❡ Mistice Tirii qui in/ terpretantur fortes ꝛ plasmati signifi/ care possunt mulieres vagas ꝛ ornatas que sunt fortes iuxta illud. 3. Esdre.3. Fortiores sunt mulieres. Et sunt plas/ mate quia vncte: ornate ꝛ multis colori bus delinite sicut Jezabel depinxit ocu los suos stibio.4. R.9. ❡ Et tales in die festo veniunt circa muros hierusa/ lem cum omnibus venalibus: quia ex instinctu stimuloqꝫ diaboli veniunt in circuitu anime rationalis: representan/ tes semetipsas hominibus vt videan/ tur ab eis quia maxime videri ꝛ admi rari desiderant. ❡ Et sunt mercatores ꝛ negociatores diaboli habentes secuꝫ omnia venalia videlicet Delectationes visus: delectationes auditus: Delecta tiones odoratus: Delectationes gustus ꝛ delectationes tactus. Quas omnes filiis Israel vendere cupiunt. Et sunt in magnum scandalum illis. ❡ Heu me quot sunt modo de istis negociato/ ribus demonis: qui in festiuis diebus secum deferunt omnia venalia: ꝛ se in/ gerunt aspectibus virorum. Et viri or/ nati aspectibus mulierum. ❡ Sed filii Israel in die sabbati egrediuntur extra portas vt emant ista venalia: quia intel lectus ꝛ voluntas: cogitatio: ꝛ desideri um per ostia quinqꝫ sensuum egrediũ/ tur ad videndum ꝛ contemplanduꝫ ta les mulieres: Egrediuntur autem du/ plici de causa: Aut ad emenduꝫ talia ve nalia ꝛ tales dilectationes: aut salteꝫ ad curiose videndum. ❡ Unde cum Mo ises precepisset filiis Israel vt sex die/ bus colligerent manna: ꝛ ꝙ in die sab/ bati non inuenirent ꝛ ideo non exirent ad colligendum: Illi autem partim du cti gulositate vt haberent nouum cibuꝫ: partim cupiditate: ꝛ curiositate ad vi/ dendum si verbum Moisi foret verū: exierunt in die sabbati ꝛ nõ obedierunt: Moisi sicut patet Exo.16. Ubi scribit: Sex diebus colligite: in die aũt septio: sabbatũ est domino: Idcirco nõ inueni etur: Ueniteqꝫ septima dies ꝛ egressi de populo vt colligerent nõ inuenerunt Di xit autem dominus ad Moisem: vsqꝫ quo non vultis custodire mãdata mea: ꝛ legem meam. Maneat vnusquisqꝫ a pud semetipsum: ꝛ nullus egrediatur de loco suo die septimo. ❡ Sic ergo in tellectus ꝛ appetitus humanus in die fe sto ex fame delectationis vel ex curiosi tate sentiendi extra muros ꝛ ostia ani/ me rõnalis egreditur ad istos negocia/ tores demonis infernalis: vt emant ab eis: ꝛ quis credere posset q̃nta sit multu

do egredientium in die festo ad viden das ⁊ contemplandas ⁊ vtinam non desiderandas mulieres lasciuas inunctas ⁊ adornatas. ¶ Contra tales clamat sapiens dicens Eccl.9. Uirginem ne conspicias: ne forte scandalizeris in decore illius: Noli circumspicere in vias ciuitatis: nec oberraueris in plateis illius: Auerte faciem tuam a muliere compta ⁊ ne circumspicias speciem alienam: Propter speciem enim mulieris multi perierunt. Et ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit. ¶ Sed contra tales mercatores clamauit Neemias ⁊ comminatus est dices: Si secundo hoc feceritis mittam manum in vos. Sic contra tales inhonestas ⁊ scandalizatiuas mulieres clamandum est: Ymo vi cogende sunt a superioribus ad deponendum talia ornamenta incitatiua ad luxuriam ⁊ carnalitatem: Nam sunt scandalum vniuersale tam clero quam populo Et ve maioribus ve patribus ⁊ matribus qui talia prohibere possunt ⁊ tenētur ⁊ non faciunt O quantum ignem accēdunt. Quot venalia secum deferunt isti negociatores infernales. ¶ Sed hiis qui egrediuntur in die festo per sensus corporis ad emendum talia venalia clamat deus dicens Exo.16. Usque quo non vultis custodire mādata mea ⁊ legem meam: Maneat vnusquisque apud semetipsum: ⁊ nullus egrediatur de loco suo in die septimo. Ex hiis omnibus potest manifestum esse quomodo tam demones quam homines solemnitates diuinas multipliciter coinquinant Uenite ergo ascendamus ad montem domini ⁊ docebit nos vias suas.

¶ De terribili pena diuinas festiuitates non obseruentibus infligenda.
Capitu.102.

V Enite ascenda mus ad montem domini ⁊ docebit nos vias suas. ¶ Scribuntur hec verba Nee.13. Et obiurgaui optimates iuda: ⁊ dixi eis. Que est hec res mala quam vos facitis: ⁊ prophanatis diem sabbati: Nunquid non hec fecerunt patres vestri: Et adduxit deus noster super nos omne malum hoc: Et super ciuitatem hanc: Et vos additis iracundiam super Israel violando sabbatum Nee.ibi. ¶ Postquam de festorum transgressione ⁊ coinquinatione determinatum est: Superest indagare quali plectantur pena festorum sacrorum coinquinatores: Et discurrendo per sacre pagine viridarium: reperio quod festorum transgressoribus plurima ⁊ grauia flagella ⁊ tormenta a deo iustissimo infliguntur. Quorum grauitas: ⁊ ordo patebit per singula discurrendo.

¶ Primo violantes festa ab inimicis captiuātur. ¶ Figura in filiis Israel qui non custodientes sabbatum sed violantes captiuati fuerunt a Nabucodonosor ⁊ ducti in babilonem sicut patet.4.Re.vltimo: Unde dixit Neemias violantibus sabbatum Nee.13. Que est hec res mala quam vos facitis ⁊ prophanatis diem sabbati: Nunquid non hec fecerunt patres vestri: ⁊ adduxit deus noster super nos omne malum hoc scilicet quia fuimus ducti in captiuitatem. quasi dicat sic. ¶ Mistice qui diuinas solemnitates non obseruant sed variis criminibus violant: captiuantur a Nabucodonosor idest a diabolo: Nabucodonosor enim interpretatur Sedens in angustia: ⁊ significat demonem infernalē: qui est in angustia dānationis ⁊ cruciatus perpetui. Et iste sub suo dn̄io captiuat

ꝑuat omnes qui diuina festa violant ꝛ merito. ¶ Naz iustū est: vt qui deo subici non vult in die festo per timorem ꝛ cultum siue adorationē latriā: recognoscendo ipsuz deum esse sūmuz bonum ꝛ sūmū dominū ꝛ auctorem totius sue bonitatis prout tenetur sicut declarat Scotus in .3. di. 9. Diabolo subiciat̄ cui seruit: quē adorat ꝛ cui obedit exequendo ꝛ sequēdo suas suggestiones infernales. Ducuntur ēt tales in babilonez: que interp̄tatur confusio: quia festa diuina nō obseruantes cōfundūtur: obtenebrantur ꝛ excecant̄. ¶ Et merito: qꝛ sicut diuina festa digne celebrantes illuminatur qꝛ adherēt ꝛ appropinquant deo qui est lux ꝛ tenebre in eo nō sūt vlle. i. Jo. j. Jta non digne celebrantes ꝛ a deo recedētes merito confundunt̄ ꝛ excecant̄ qꝛ recedunt a luce illuminā te de qua Jo. 1. Erat lux vera que illuminat oēm hoiem venientē in hunc mūdum. ¶ Heu me quot sunt de istis: qui ī diebus festis a diabolo captiuant̄: cōfundūtur ꝛ excecātur. De quib⁹ dr̄ Jo. 3. Dilexerūt hoies magis tenebras q̄ lucem. ¶ p̄ᵐ ḡ malū ē. Diabolica captiuatio.

¶ 2. Eorū ciuitates destruunt̄. ¶ Figura hr̄ in filijs israel nō obseruātib⁹ diē sabbati: pp qđ eorū ciuitas a caldeis destructa est sicut pꝫ. 4. Re. vltimo. ¶ Un̄ violantib⁹ sabbatū dixit Neemias Nee 13. Que ē hec res mala quā vos facitis ꝛ ꝓphanatis diē sabbati: Nūquid non hec fecerūt p̄res nostri: ꝛ adduxit deus noster sup nos oē malū hoc ꝛ sup ciuitatez hanc: que. s. fuit pp hoc destructa: quasi dicat sic. ¶ Mistice ciuitas hierusalem est aīa rōnalis virtutib⁹ adornata: de q̄ dr̄ in p̄s Gloriosa dicta sūt de te ciuitas hierl'em siue ciuitas dei. ¶ Hec ciuitas ex virtutibus cōstruitur ad modum ciuitatis materialis iuxta illud p̄s Hierusalem que edificatur vt ciuitas. ¶ Sed propter sabbati violationē destruitur a caldeis. i. a demonibus. Nam caldei interpretant̄ quasi fere: vel quasi feroces siue quasi dmones: ꝛ significāt spiritus malignos: qui more bestiarum sunt ferocissimi ꝛ crudelissimi: ꝛ isti ꝑpter violationē festorū deo ꝑmittēte destruunt spūalem hierusalē vꝫ aīam rationalem non realiter ipsaz anihilando sed spiritualiter eius virtutes exterminando. ¶ Nā pp festi transgressionem et violationez demones destruūt in aīa rationali fundamēta humilatētia: fidei trinitatis ꝛ vnitatis diuine: Fossata humilitatis: muros prudētie turres contemplationis: Fortalicium caritatis: fontes ꝛ flumina gratie diuine. Regem liberum arbitrium: Pontificem voluntatem: legem vꝫ iudicium rationis: Populum idest omnes virtutes. Et sicut caldei totaliter ciuitatem hierusalez destruxerunt: sic pp diuinorum festorum transgressionem demones edificiuz virtuosum aīe rationalis totaliter dissipāt. Et ꝯgrue quia sicut digne festa celebrātes: dū semetipsos ad deū cōuertūt: miraz virtutū fabricaz supedificāt: Sic in die festo a deo se auertentes: a diabolo quo ad spūale edificiuz virtutum totaliter destruuntur. ¶ Et hoc est ꝯm malum vꝫ virtuosa destructio.

¶ 3. Contra eos diuina Jracundia prouocatur. ¶ Un̄ dixit Neemias violātibus sabbatū. Nee. 13. Et vos additis iracundiaz sup israel violando sabbatum. ¶ Notate diligenter ꝙ oēs qui diuina festa coinquināt dei iracūdiam supra se ꝓuocāt. Cuius ratio est: qꝛ vnusquisqꝫ cōmuniter irascitur qñ qđ suū est iniuste sibi aufert̄. Deus autē bñdict⁹ tempus diuisit in duas partes. Nā sex dies ebdomade dedit hoibus ad exequēdū

opera sua Exo.20. Sex diebus operaberis et facies omnia opera tua: Sed diem septimum reseruauit sibi: vt homo dimittēs omnia alia opera soli deo vacaret Exo.20. Septimo autem die sabbatum domini dei tui. Non facies omne opus in eo tu et filius tuus et filia tua: Seruus tuus et ancilla tua. Cū ergo peccator miserrimus tempus festiuū deo dedicatū cōsumit i luxuria gula: crapula. Tūc aufert tēpus deo obligatum et dat carni: Qñ vero tēpus festiuū cōsumit in pompis: ambicione: lucro: ludis: furtis et rapinis tunc aufert qd dei est et dat mūdo. Qñ vero tēpus illud cōsumit in superstitionib⁹. In cantationibus diuinationib⁹: artibus magicis: machinando malū contra proximū: Inuidendo: odiendo: tunc qd dei est furatur et dat diabolo inimico suo: Heu me quot sunt de istis latronib⁹: qui deo et nō hoibus furantur: non aurū: nō argētum: nō vestes sed tēpus preciosissimū et incōparabile: O mortales miseri: O aīa insensata qua facie: qua frōte apparebis in die iudicij ante dnm: Cuius tēpus milies expendisti in operibus diaboli: in operib⁹ mundi: in operibus carnis: cū meretricibus: cū cōcubinis cū adulteris. Et ideo merito contra tales diuina iracundia prouocatur. ¶ Et hoc est tertium malū videlicet diuina prouocatio.

¶ 4. Porte ciuitatis igne succenduntur: ¶ Unde dicit dñs Hiere.17. Si autem nō audieritis me vt sanctificetis diem sabbati. Et ne portetis onus. Et ne inferatis per portas hierusalē i die sabbati. Succendā ignez in portis eius: hec ibi. ¶ Mistice hierusalē est aīa rationalis vt dictū est: Porte eius sunt quinqz sensus: qr per ipsos quasi per ianuā quinqzpartitā oīa ad aīam igrediuntur: Cuz sm phm nihil sit in intellectu quin pri⁹ fuerit in sensu. ¶ In istis portis hierusalem pter peccatum transgressionis festi deus accendit ignez.i. permittit demones ignem cōcupiscētie in sensus accēdere. Nam talibus diem festum violantibus diabolus i oculis accēdit ignē cupiscentie videndi curiosa et lasciua in auribus concupiscentiā audiendi detractoria et inhonesta: in naribus cōcupiscētiam odorandi fragrantia et suauia: In gustu concupiscentiaz gustandi dulcia: in tactu cōcupiscentiam tangendi mollia et delectabilia. Et cum isto igne comburuntur omnes porte ciuitatis hierusalem. De isto igne concupiscentie dicit sapiens Ecci.9. Propter speciem mulieris multi perierunt et ex hoc cōcupiscentia quasi ignis lex ardescit: O quot sūt qui in festiuis diebus hoc igne infernalis cōcupiscētie inflāmantur in oculis: in auribus: in naribus: in lingua: in gustu: in tactu: quia se ad deum nen couertunt festa digne celebrando: Sed se conuertunt ad mundum: ad diabolum: ad carnem: ad mulieres et ad huius mundi visibilia: que stipula sunt et palee ad accendendum ignem cōcupiscētie. ¶ Et hoc est quartū malum videlicet sensualis siue corporalis inflāmatio.

¶ 5. Domus ciuitatis deuorātur. ¶ Ubi scribitur Hiere.17. Si autem non audieritis me vt sanctificetis diem sabbati: Succendam ignē in portis eius et deuorabit domos hierusalez. Hoc fuit impletum quasi nabuzardā incēdit domū dñi et domuz regis et domos hierusalem per circuitū.4.Re.vltimo. ¶ Mistice domus hierusalem sunt anime interiora desideria: Sicut enim domus est in qua homo requiescit ad corporis pausationem. Sic interiora desideria sunt illa in quibus homo requiescit quo ad anime consolationez et quietem. Unde dicitur

Et anima magis ē vbi amat q̄ vbi animat. Ubi enim anima desiderat ibi requiescit. Ubi habet desideriū: habet ꝛ quiescendi locū. ¶ Ista ergo anime desideria quasi domus hierusalē ab igne concupiscentie deuorantur quādo sabbatū violamus. Qꝛ si diuina festa digne non colimus ad deū nosmetipsos cōuertendo: deo iuste pmittente: diabolus ꝛ mundus ꝛ caro ad que conuertemur in die festo more calidorū omnia īteriora desideria nostra igne cōcupiscētie: incendunt: inflāmant: comburunt: ꝛ deuorant. ¶ Heu me quot sunt in festiuis diebus: qui habent desideria interiora non solum calida ignita ꝛ inflammata. Sed cōbusta ꝛ deuorata ab igne iracundie: furoris: inuidie: odij: rancoris. Quot sunt dico qui habent desideria deuorata ab igne vindicte inimicitie: partialitatis: ꝛ homicidij: Quot qui habent interiora mētis desideria cōbusta incēdio: fornicationis. adulterij: īcestus: Sacrilegij: Sodomie: ꝛ Bestialitatis. ¶ Et istud est quintū malum vz spiritualis deuoratio.

¶ 6. Ignis accensus nō extinguet̄. ¶ Unde scribitur Hiere. 17. Si autem non audieritis me vt sanctificetis diem sabbati: Succendā ignem in portis eius: ꝛ deuorabit domos hierusalem. Et nō extinguetur. Et hoc fuit impletum qꝛ nec caldei qui incendunt ignem extinxerunt eum. Nec populus iude qui partim erat mortuus ꝛ partem captiuatus: Sed tātūmodo extinctus est per defectum materie cōbustibilis sicut dicit Lyra super Hiere. 17. ¶ Mistice per istā nō extinctionem ignis designatur finalis impenitētia. Et in p̄dictis peccatis firma cordis obduratio siue obstinatio: Sicut. n. Ignis accensus in portis hierusalem ꝛ ignis deuorās domos eius non fuit extinctus per humanū officiū: Sic ignis cōcupiscētie accēsus in sensib⁹ eorū qui sabbatum violant: ꝛ ignis cōcupiscentie comburens eorū desideria interiora nō extinguetur deo permittente per aquā pnie. Sed deuorabit eos per finalē impenitentiam ꝛ cordis obdurationē. Et hoc accidit in multis qui in duplici igne moriuntur. ¶ De hijs qui moriūtur in igne sensualis ꝛ carnalis concupiscentie dicitur Johel. i. Computruerunt iumēta in stercore suo: idest carnales ꝛ luxuriosi qui sūt sicut equus ꝛ mulus ī igne ꝛ fetore sue luxurie vitam finierunt. ¶ De hijs v̄o qui cōburuntur ꝛ moriūtur in igne īterioris ꝛ sp̄ualis cōcupiscētie scribitur Sap. 5. In malignitate autem nostra cōsumpti sumus: Malignitas. n. idem sonat q̄ mala igneitas. Illi ergo in sua malignitate consumunt̄: qui in īteriori igne sp̄ualis cōcupiscētie sine pnie remedio moriuntur. Et hoc iuste permittit deus. Nam iustū est vt qui in diebus festiuis deo nō adherent q̄rendo pnie remediū salutare: sed deū derelinquunt. Ab ip̄o deo in igne sue peruerse cōcupiscētie relinquant̄ cōsumētur ꝛ moriantur: ꝛ de hac iusta dei pmissione vide si placet Sco. in. 4. di. 46. q. 4. Unde scribit̄ Ysa 66. Uermis eorū nō morietur ꝛ ignis eorum non extinguitur: ꝛ erunt vsq₃ ad sacietatem visionis omni carni: O iudiciū terribile: O pauenda sententia: O miseri mortales qui violatis festa diuina: Cauete ne moriamini in igne luxurie: fornicationis: adulterij ꝛ carnalis concupiscentie: Cauete ne consumamini in igne interioris ꝛ spiritualis concupiscentie odij: inuidie: rancoris: ꝛ malignitatis: qui clamat deus. Et ignis eius nō extinguet̄. ¶ Et hoc est sextum malum: Cordialis obduratio seu finalis obstinatio.

¶7. Gaudia solēnitatum deus cessare facit. ¶Unde scribitur Osee.2. Et cessare faciam omne gaudium eius. Solēnitatem eius. Neomeniam eius: sabbatuз eius. Et omnia festa tempora eius. ¶Mistice ista est boni priuatio quam merentur ⁊ incurrunt festi violatores ⁊ transgressores. ¶Nam carnales homines: nedum seculares sed ⁊ clerici ⁊ prelati faciunt inepta festa ⁊ solēnitates dissolutas bibendo: crapulando: ludendo: choreizādo: luxuriando: ⁊ deuз obliuiscuntur ⁊ solum cogitant ⁊ satagunt inquirere ⁊ inuenire placentia sensui ⁊ carni. Et quia amore talium bonorum deum derelinquunt ⁊ offendunt precipue in festiuis diebus in quib᷒ maxime carni deseruiunt: ꝑpterea in penā iuste priuantur omni bono naturaliter desiderabili. Qui enim deum derelinquunt in quo est omne bonū: iuste priuantur omni bono. Unde scribit̄ in ꝓs. cxi. Desiderium peccatoruз peribit. Oē bonum est desiderabile quia bonuз est quod omnia appetunt. Sed desideriuз peccatorum peribit quia omne bonum quod damnati naturaliter appetunt presupposita vita auferetur ab eis: Omne enim desiderium ipsoruз frustrabitur: quia desideriuз peccatorum peribit. O miseri damnati O infelices anime que deo suo rebellant ⁊ eius solemnitates violant. Ecce desiderabile ⁊ bonum est videre deum. Hoc auferetur ab eis. Desiderabilis ⁊ bonus paradisus celestis priuabuntur ea: Bona gloria anime ⁊ corporis: Bōa sanitas pulchritudo: Diuitie: Scientia: pax: quies Sed hoc oīa auferentur ab eis: quia desiderium peccatorum peribit. Unde clamat dominus Ysa.24. Cessauit gaudium tympanorum. Quieuit sonus letantiuз. Conticuit dulcedo cithare: Cuз cantico non bibent vinum: Amara erit potio bibentibus illam: Attrita est ciuitas vanitatis. Clausa est omnis domus nullo introeunte: Clamor erit super vino in plateis: Deserta est omnis letitia: Translatum est gaudiuз terre. Relicta est in vrbe solitudo. Calamitas opprimet: portas: hec ibi. Et hoc bene sequit̄ ad precedens quia post finalem impotentiam sequitur omnis boni priuatio. ¶Et hoc est septimum malum ⁊ pena vз. Uniuersalis boni priuatio.

¶.12. Cū Salomon cōpleuisset orōnem suā ignis descendit de celo τ deuorauit holocausta τ victimas. 2. pali. 7. Et fuit signū diuine acceptationis vt dicit ibi lyra. ¶ Sic in die festo orante nr̄o libero arbitrio siue voluntate: deus demittit in nos ignem spiritus sancti. Et suam ignitam caritatē: que oīa nostra sacrificia consumit τ perficit τ deo accepta redit. Sicut in die penthecostes orātibus apostolis ignis spūs sancti descēdit sup illos Act. 2. ¶ Hoc autem fit p feruidam orationem. ¶ Et hoc est contra multos qui sunt frigidi in oratione in diebus festiuis.

¶.13. Filii israel vidētes ignē de celo dscendisse τ gl'iam dn̄i sup templū corruerūt proni in terrā τ adorauerūt τ laudauerunt deū. 2. pali. 7. ¶ Sic in die festo oēs sensus nr̄i interiores τ exteriores sentiētes grām spūs sancti in nobis augumentari: debent pfundius hūiliari τ copiosius deum laudare Nam crescente gratia: crescere debet τ gratiarū actio:

¶.14. Salomon surgens ab oratiōe benedixit oī populo τ gratias egit deo de bn̄ficiis receptis: τ hortatus est oēs ad obseruantiam mandatoꝝ dei. 3. Re. 8. ¶ Sic in die festo nr̄um liberum arbitriū post oīa pdicta deo grās agere dēbet: Debet meliorem vitam proponere: Debet ad anteriora aspicere: Debet semet ipsum τ interius τ exterius excitare ad melioris vite profectum: quia in via dei non progredi est retrogredi. Et hoc est omnem populum ad obseruantiā mādatorum dei incitare inducere τ exhortari. Uenite ergo τ ascendamus ad mōtē dn̄i τ docebit nos vias suas.

¶ De consumata diei festi sanctificatiōe τ nr̄a in festiuis diebus oīmoda purificatione. Cap. 106.

Venite ascendamus ad montē dn̄i τ docebit nos vias suas. ¶ Scribūtur hec verba. 2. pali. 7. Sanctificauit quoqꝫ Salomon mediū atrii an̄ templum dn̄i: Obtulerat. n. ibi holocausta τ adipes pacificorū: qꝛ altare eneū quod fecerat: nō poterat sustiere holocausta τ sacrificia: τ adipes pacificorum hec ibi. ¶ Quanta debeat in festiuis dieb᷒ veri israelite esse mūdicia: quanta sanctitas: quanta deniqꝫ vtriusqꝫ hoīs puritas τ inocentia: mistice insinuat in operibus Salomonis: Qui in templi magnifici dedicatione notabilia plura peregit: que in festiuis diebus sunt a fidelibus efficaciter obseruāda. ¶ Et hoc est contra multos qui sic non se disponunt ad melius in die festo.

¶ p̄ Salomon sanctificauit pauimentū atrii sacerdotū: quod erat extra tēplū 2. pal. 7 ¶ Sic libeꝝ nr̄ꝝ arbitriū i die festo scificare dꝫ atriū exterius tēpli. i. nr̄ā exteriorē cū pximo ɔuersationē: dꝫ scificare visū: auditū: odoratū: gustum τ tactū: icessū: gest᷒ τ act᷒ oēs iteriores vt tēplū spūs scti qd̄ nos sum᷒: sit totū deauratū itus p feruidā dei caritatē τ extra p nitidā ad pximū ɔuersationē: Et tūc pfecte scificat tēplū spūs scti. Et h̄ ē ɔ mltos qui: i festiuis dieb᷒ exteriorē ɔuersatiōē n̄ scificāt s ɔtamināt

¶ 2. Salomon i festo d̄dicatiōis tēpli i molauit magnā victimaꝝ multitudinē vꝫ. Bouꝫ. 22. millia: τ ouiū centū viginti millia. 3. Re. 8. τ. 2. pali. 7. ¶ Sic liberum hominis arbitriū in die festo d̄bet multiplicare valde opera bona. Et di-

tere cum aplo Paulo.2.Cor.6.Tem-
pore accepto exaudiui te ⁊ in die salutis
adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabi
le:ecce nunc dies salutis: Nemini dan-
tes vllam offensionem vt non vitupere
tur ministerium nostrum: sed in omni
bus exibebamus nos sicut dei minis-
tros:in multa patientia: in tribulationi
bus:in necessitatibus:in angustiis:ī pla
gis ⁊c. ¶ Et hoc est contra multos qui
sic bona opera non multiplicant in die
festo.

¶ .3. In dedicatione templi sacerdo
tes stabant in ordīe suo canentes tubis
Et leuite stabant in ordīe suo cū organis
⁊ īstrumētis musicis:⁊ omnis israel sta
bat erectus.2.pali.7.¶ Sic moraliter
in die festo:oia nr̄a desideria q̄ sunt spū
ales sacerdotes debent esse ordinata ⁊
in ordīe suo deū laudare:Et omnes no
stre cogitationes ⁊ meditationes q̄ sūt
spūales leuite.debent esse ordinate ⁊ cō
posite non confusse:⁊ in ordine suo deū
laudare.Et omnes nr̄e vires interiores
⁊ exteriores ⁊ omnis actus nr̄ interior
⁊ exterior debēt esse in deū eleuati p̄ de
siderium:amorem:cōtemplationez:⁊ cōsi
derationē: Et hoc est oēm israel stare
erectum in die festo:⁊ in hiis oībus pre
dictis consistit pfecta ⁊ cōpleta spūalis
templi dedicatio: ⁊ aīe rōnalis integra
sanctificatio in die festo. ¶ Et hoc est
contra multos qui in festiuis diebus:
Nec hn̄t desideria ordinata:nec cogita-
tiones distinctas ⁊ ordinatas nec vires
⁊ actus in deuz erectos ⁊ eleuatos sed
hn̄t desideria confusa.

¶ .4. Salomon post festū dedicatio
nis tēpli:immediate celebrauit festū ta
bernaculoꝝ:qđ durauit p septē dies cō
tinuos:īcipiendo a quīta decima die mē
sis septimi: vsq3 ad vigessimā primā in
clusiue.3.R̄.8.⁊.2.pali.7.¶ Sic post
sanctificationē aīe rationalis in die fes
sto:liberū arbitriū dz celebrare festū ta
bernaculoꝝ per septē dies cōtinuos.i.
decurrere per totū tempus vite p̄ntis
qđ per septemnariū dierū d̄signat: tan
q̄ aduena ⁊ peregrinꝰ: nihil hn̄s ī hoc
mūdo s3 habitans in tabernaculis alie
nis dicens cū aplo.i.ad Timo.6. Nihil
intulimus in hunc mundū Haud dub
iu3:q2 nec auferre quid possumus:⁊ ad
Hebre.12.Non.n.habemus hic manē
tem ciuitatem:sed futurā inquirimus.
¶ Et hoc est contra multos qui nō ha
bitant in hac vita tāq̄ pegrini:s3 tanq̄
ī eternū pmansuri o stulti:tales nō cele
brant festū tabernaculoꝝ.

¶ .5. Salamon imediate post festum
tabernaculorum in die octaua incipien
do a primo die festi tabernaculorum cū
toto israel celebrauit festum cetus siue
collecte sicut patet. 2. parali. 7. ¶ Sic
Moraliter christus qui est rex pacifi-
cus cum omni israel idest cum omni-
bus electis deum per veram fidem vi
dentibus post decursum vite p̄ntis q̄si
post festum tabernaculorum:in die oc-
tauo resurrectionis celebrabunt festu3
cetus ⁊ collecte: quia omnes colligent
⁊ congregabuntur in regno celorum si-
cut oues in ouili. Et tunc fiet festum
collecte cum magno gaudio ⁊ solemni-
tate:O beati qui inuenientur in hoc fes
sto quia amplius non recedent ab eo: si
cut nec in festo cetus aut collecte turbe
recedebant sed permanebant per diem
illam:sicut dicit lyra super Nū.29.ī fi
ne ⁊.3.R̄.8.

¶ .6. Salomon in festo cetus siue colle
cte dedit omnibus licentiam recedens
di in die crastino in tabernacula sua sic̄
p3.R̄.8.⁊.2.pali.7. ¶ Sic in illo festo
solemnissimo cetus ⁊ collecte congre-
gationis filiorū israel in curia ⁊ ciuitate

celesti hierusalem: rex Salomon idest christus rex pacificus dabit omnibus electis licentiam ⁊ libertatem recedendi in tabernacula sua idest delectandi semetipsos in omnibus delectabilibus sibi placitis. Et sicut in hac vita precipiebat abstinentiam a multis delectabilibus: Sic tunc licentiabit omnes vt recedant in tabernacula sua fruendo ⁊ delectando in omnibus obiectis delectabilibus: que sunt in illa aula celesti O quam gloriosa ⁊ gaudiosa ibi reperientur: gaudium ⁊ leticia inuenientur in ea gratiarum actio ⁊ vox laudis Esa.51.

¶ .13. Habita licentia a Salomone omnes qui conuenerant benedicentes regi Gaudentes ⁊ letātes ⁊ alacri animo reuersi sunt in tabernacula sua.3. R.8. ⁊ 2. parali.7. ¶ Sic moralit͛ omnes post festum cetus ⁊ collecte gaudentes ⁊ letantes ⁊ alacri animo benedicent christum regem saluatorem suum: qui eos ab inferni suppliciis liberauit ⁊ ad bona sempiterna perduxit: Et recedent in tabernacula sua gaudentes: quia requiescēt in omnibus delectationibus sibi placitis. ¶ Nam potentia visiua requiescet in delectatione pulcherrimorum visibilium quasi in tabernaculo suo. ¶ Auditiua in suauitate dulcissima audibilis armonici q̄si in tabernaculo suo. ¶ Odoratiua in delectatione fragrantissimi odoris quasi in quieto tabernaculo suo ¶ Gustatiua in suauitate delectabilissimi gustabilis quasi in tabernaculo suo. ¶ Tactiua in delectatione iocundissimi tangibilis quasi in tabernaculo suo: O quantum alacri animo: q̄ntum gaudentes ibunt omnes electi ymo omnes sensus in suas delectationes intensissimas quia scriptum est in ps. Delectatiōes in dextera tua vsq͂ in finem O mortales venite ad festum dedicationis sanctificate animas vestras in diebus festiuis Celebrate festum tabernaculorum: Estote tanq͂ aduene ⁊ peregrini. Et sic facientes ascendetis ad festum collecte superne ciuitatis ⁊ letantes ⁊ gaudentes ibitis in omne desiderium: ⁊ delectamentum cordis vestri in secula seculorum. Uenite ergo ascendamus ad mōtem dn̄i ⁊ docebit nos vias suas.

¶ De templi dedicatione sub zorobabel facta: ⁊ de nostra in die festo sanctificatione.

Capi. 107.

V Enite ascendamus ad montez domini: ⁊ docebit nos vias suas. ¶ Scribuntur hec verba .j. Esdre.6. Et edificauerunt ⁊ construxerunt iubente deo Israel: ⁊ iubente Cyro ⁊ Dario ⁊ Artaxerxe regibus persarum: Et compleuerunt domum dei istam vsq͂ ad diez tertiuz mensis Adar: qui est annus sextus regni Darii regis: Fecerunt autem filii israel sacerdotes ⁊ leuite ⁊ reliqui filiorum transmigrationis dedicationē domus dei in gaudio: Et obtulerunt in dedicatione domus dei vitulos centuz arietes ducentos: agnos quadringētos Hyrcos caprarum pro peccato totius israel duodecim iuxta numerum tribuum israel ⁊c. ¶ Et .3. Esdre.7. ⁊ consumata est domus nostra vsq͂ ad tertiaz ⁊ vicesimam diem mensis adar sexto anno Darii regis: ⁊ fecerunt filii israel ⁊ sacerdotes ⁊ leuite ⁊ ceteri qui erant ex captiuitate: qui appositi sunt secundum ea que scripta sunt in libro Moysi: ⁊ obtulerunt in dedicationem templi tauros centuz: arietes ducentos: agnos

quadringentos. Et hircos pro peccatis uniuersi Israel duodecim secundum numerum tribuum israel &c. ¶ Quia templum a Salomone constructum & dedicatum: per regem babilonis fuerat destructum sicut patet. 4. Re. ultimo post modum sub zorobabel fuit reedificatum & denuo dedicatum sicut patet. j. Esdre. 6. & 3. Esdre. 7. Et significat anime sanctificationem post lapsum in peccatum: quam in die festo facere debemus ad similitudinem dedicationis materialis: Et ideo per ordinem videnda sunt omnia que concurrerunt ad istam secundam diuini templi dedicationem.

¶ Primo ista templi reedificati Dedicatio facta fuit in vere: siue in tempore vernali: prout dicit Lyra super illud Jo. x. Facta sunt Encennia hierosolimis. ¶ Unde scribitur. j. Esdre. 6. Et compleuerunt domum dei istam usque ad diem tertium mensis adar: & sequitur: Fecerunt autem filii israel dedicationem domus dei in gaudio. Adar autem qui est. 12. mensis apud Hebreos concurrit cum tempore vernali & cum mense Februarii & martii sicut dicit ibi Lyra. ¶ Mistice sicut templi materialis dedicatio facta est in tempore vernali: in quo omnia renouantur: Sic sanctificatio templi spiritualis quod sumus nos fieri debet in die festo quod est tempus spiritualis renouationis. Tunc enim deponendus est noster vetus homo: & renouari debemus in spiritu mentis nostre: proponendo omnia mala deserere & bona operari velle. In die enim festo cantandum est illud Pauli ad Ephe. 4. Deponite vos secundum pristinam conuersationem veterem hominem qui corrumpitur secundum desideria erroris. Renouamini autem in spiritu mentis vestre: & induite nouum hominem qui secundum deum creatus est in iustitia & sinceritate veritatis.

¶ 2. Dedicatio templi facta fuit in mense Martii sicut dicit Lyra super illud Jo. x. Facta sunt Encennia hierosolimis. ¶ Unde scribitur. j. Esdre. 6. Compleuerunt domum dei istam usque ad diem tertium mensis Adar: Et immediate sequitur Fecerunt filii israel dedicationem domus dei. ¶ Sed. 3. Esdre. 7. dicitur sic. Et consumata est domus nostra usque ad tertiam & vicessimam diem mensis adar: Et sequitur quomodo fecerunt templi dedicationem: Cum ergo secundum Lyram super. j. Esdre. 6. Mensis adar sit. 12. apud hebreos & correspondeat partim nostro martio: sequitur quod templi dedicatio facta fuit in mense martio. ¶ Nam post mensis apud iudeos prout dicit Lyra super. j. Esdre. 6. semper incipit a lunatione propinquiori equinotio vernali quod est. 12. die Martii siue sit ante equinoctium siue post siue in ipso equinoctio. Et quod dicit primus mensis semper incipit a lunatione propinquiori equinoctio vernali intelligendum est quantum ad solemnitates non simpliciter: quia primus mensis simpliciter anni est septembris prout vult ipsemet Lyra sup Exo. 23. ¶ Mistice sicut in mense martio qui est primus mensium iuxta illud Exo. 12. Mensis iste vobis principium mensium primus erit in mensibus anni: incepit templi dedicatio: Sic & anime rationalis sanctificatio fieri debet in die dominico: qui fuit primus omnium dierum sicut marti⁹ omnium mensium. ¶ Et sicut in mense Martii omnia incipiunt prodire in lucem & renouari: sic in die dominico in mundi principio prodiit lux & segregata est a tenebris: & tunc incepit mundi ornatus vel distinctio: sic

ergo in die festo quasi in mense martio sanctificandus est homo & renouand⁹ per nouam & celestem conuersationem Tunc debent erumpere flores bonarū cogitationum: odores bonorum deside riorum: folia bonorum verborum & fru ctus bonorum operum: tunc debet lux virtutum a viciorum tenebris segre gari &c.

¶.3. Dedicatio templi facta est Annuen te Artaxerxe. ¶ Unde scribitur. j. Es dre.6. Jubente dario & Artaxerxe re gibus persarum compleuerunt domum dei istam & fecerunt sacerdotes dedica tionem. ¶ Iste artaxerxes scdm̄ Ra. Sa. idem est qui & Darius: Sed voca tus est artaxerxes noīe cōi regis qr ƀm ipsum oēs reges persarum vocaban tur artaxerxes: sicut & oēs reges egipti pharaones. Et romani cesares. ¶ Mi stice artaxerxes interpretatur lumen si lentio temptans: Et significat lumen in trinsecum synderesis quod stimulat ad bonum in vniuersali: & lumen conscien tie quod oculte stimulat ad bonū in par ticulari. ¶ Uel significat lumen angeli cū intrinsecus nos ad bonum stimulās angeli. n. noīe lucis & luminis designa tur in sacris litteris. ¶ Uel significat lu men diuinum intrinsecus oculte ad con uersionem & sanctificationem stimu lans & inducens. ¶ Ista temptatio & sti mulatio lūis interioris siue conscien tie: siue inspirationis angelice: siue diui ne necessaria est ad hoīs sanctificatio nem in die festo: sicut consensus arta xerxis ad templi dedicationē: Et ideo in die festo recurrendū est ad cōscientie lumen & videndū si nos temptat & sti mulat ad conuersionem & pniam: Bea ti autem qui audiūt istud verbū dei & lu men in occulto cōscientie stimulans ad bonū & custodiunt illud.

¶.4. Dedicatio templi facta est annuen te Dario rege psarum & vocatus est da rius nomīe proprie ƀm Ra. Sa. prout recitat lyra sup. j. esdre.6. ¶ Unī scribit̄ j. esdre.6. Jubente Dario & artaxerxe regibus persarū compleuerunt domū istam: Fecerunt autē sacerdotes dedica tionem domus dei: Darius interptat̄ fertilis vel augumentatus. ¶ Ista est Deuotio & humilitas que sunt necessa ria ad nostram sanctificationem in die festo. ¶ Nam deuotio mentis audiēs intus stimulū conscientie: vel angeli vel dei internā inspirationem ad bonū: dū obedit deuote tali lumini: fertiles fru ctus & copiosos producit. Et ista deuo tio figuratur p terrā bonam in qua ceci dit semen De qua dicit saluator math. 13. Qui vero in terram bonam semina tus est: hic est qui audit verbum & intel ligit & fructū affert & facit aliud quidem centesimum: aliud autē sexagesimū ali ud vero tricesimum. ¶ Humilitas ve ro est augumētatiua: nam assimulatur & figuratur per granum sinapis ƀm ly ram Quod quidem minimum est om nibus oleribus vel seminibus: cū autē creuerit maius est oībus oleribus: & fit arbor prout dicit saluator mat. 13. Hu militas est fundamētum aliarum virtu tum: & hƺ proprietatē pͥcipiorum in scien tiis: que sunt minima quātitate sƺ ma xima virtute: & ideo facit augumētum & incremētum spūale: quia scribitur luc. 14. Qui se humiliat exaltabitur: ad no stram ergo sanctificationem in diebus festiuis fiendam requiritur assensus Darii idest mentis deuotio & humili tas attendens & obediens interno lumi ni conscientie & diuinis atqƺ angelicis in spirationibus. ¶ Et hoc est contra mul tos qui nolunt audire lumen in oculto temptantem.

¶.5. Dedicatio templi facta est duce zorobabel. ¶ Unde scribitur Esdre.5. Tunc surrexerunt zorobabel filius salathiel et Josue filius Josedech et ceperunt edificare templum dei in hierusalem. ¶ Zorobabel interpretatur Aliena translatio seu iste princeps translationis vel Iste magister conuersionis. ¶ Mistice iste est recessus a malo qui est necessarius ad nostram sanctificationem in die festiuo post lapsum et ruinaz in peccatū. ¶ Nam primus iustitie gradus est recedere a malo iuxta illud ps. Declina a malo et fac bonum. Et iste recessus est princeps et principium translationis nostre et conuersionis magister a viciis ad virtutes ab iniquitate ad iustitiam: ab immundicia ad sanctitatem: et est aliena translatio: quia per conuersionem et sanctificationez quisqꝫ mutatur in virum alterum et in nouum hominē qui secundum deū creatus est ad Eph. 4. Et ideo qui vult in die festo sanctificari debet firmiter dispōere se velle ab omni iniquitate recedere: et dicere deo cum ps. Juraui et statui custodire iudicia iustitie tue. ¶ Et hoc est contra multos qui sic a malo non recedunt.

¶.6. In dedicatione templi sacerdotes sanctificati sunt. ¶ Unde scribitur 3. Esdre 7. Et egerunt filii israel cum his qui erant ex captiuitate illud phase quartadecima luna mensis primi: quando sanctificati sunt sacerdotes et leuite. ¶ Jste est dolor et gemitus de peccatis et vera contritio quo lauanť et sanctificanť desideria anime nostre: qui sunt spirituales sacerdotes. Hoc modo sanctificabat et lauabat animam suam propheta quando dicebat in ps. Laboraui in gemitu meo: lauabo per singulas noctes lectum meum: lacrimis meis stratum meum rigabo. ¶ Jsta sanctificatio desideriorum necessaria est in die festo ad nostram dedicationem et sanctificationem. ¶ Et hoc est contra multos qui sic non sanctificant.

¶.7. In dedicatione templi sanctificati sunt leuite. ¶ Unde. 3. Esdre. 7. scribitur Et egerunt filii israel cum his qui erant ex captiuitate illud phase. 14. Luna mēsis primi quando sanctificati sūt sacerdotes et leuite Hec ibi. ¶ Jsta est mundicia cogitationum: qui sunt leuite seruientes nostris desideriis qꝫ sacerdotibus Et habēda est in diebus festiuis vt possimus sanctificari quia nō sufficit mundare desideria dolendo de peccatis commissis: Nisi etiam mundentur cogitationū peccata dolendo de malis cogitationibus: et expellendo a nobis omnem viciosam cogitationem iuxta illud Esa. i. Lauamini: mundi estote Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. ¶ Sine ista sanctificatione leuitarum non potest dei tēplum in festiuis diebus dedicari et sanctificari.

¶.8. In dedicatione templi sacerdotes induti sunt stollis. ¶ Unde scribitur. 3. Esdre. 7. Et steterunt sacerdotes leuite amicti stollis. ¶ Jstud est desideriū virtutum. Stolle enim anime sunt virtutes et sunt albe: et munde sicut vicia sunt anime vestimenta sordida: Nō sufficit ad hominis sanctificationem dolere de peccatis: sed oportet habere desiderium virtutum et bonarum operationum. ¶ Ad ista vestimenta candida inuenienda et emenda inuitat deus dicēs Apoc. 3. Suadeo tibi emere a me aurum ignitum: probatum: vt locuples fias et vestimentis albis induaris vt non appareat confussio nuditatis tue. ¶ Et hoc est contra multos qui in festiuis diebus desideria sua stollis albis non in.

diunt sed sordibus ꝛ coinquinatis.

¶.9. In dedicatione templi leuite indu ti sunt stollis. ¶Unī scribit̄.3.Esdre.7 Et steterunt sacerdotes ꝛ leuite amicti stollis. ¶Istud est cogitatio virtutum ꝛ meditatio siue contemplatio reruꝫ ce lestium ꝛ honestarum. Quia enim hīc non possumus virtutum ꝛ rez celestiū desideria:nisi pri⁹ habeamus coꝝ cogi tatiōes ꝛ meditatiōes: cū inuisa diliger possimus:in cognita nequaq̄: ppea ad nr̄am sctificationem ī festiuis diebus o perandū necesse ē nr̄as cogitatiōes se cō uertere ad virtutū mūdiciā ꝛ puritatē. ¶Et hoc ē leuitas vestiri stollis albis Quod est cōtra multos qui sic non in diunt in die festo.

¶.x. In dedicatione tēpli ostiarii stete rūt p singulas ianuas. ¶Unī scribit̄.3. Esdre.7.Et steterūt ostiarii p singulas ianuas. ¶Istud est prudēs ꝛ discreta custodia oīum sensuū:Templū.n.spūa le sum⁹ nos sic dicit pau.j.Cor.3. ¶Ja nue huius templi sunt quiq̄ exteriores sensus ꝛ quiq̄ interiores: ostiarii sunt prudēs ꝛ discreta custodia istorū sensu um:Qn̄ ergo diligenter custodimus vi suꝫ in festiuis diebus tūc ostiarius vn⁹ p vnā ianuā collocat̄:qn̄ diligenter custo dimus auditum ne hauriat illicita: aliū ostiariū collocamus p aliam ianuam:ꝛ de aliis simili mō intelligendū est ¶Et ista prudens custodia sensuū ꝛ colloca tio ostiarioꝝ p singulas ianuas:necessa ria est in festiuis diebus ad nostrā sanc ctificationem:quia si non sollicite custo diantur:mors peccati ingreditur per fe nestras nostras ꝛ prophanat sanctuari um dei.Ecci.28.Sepi aures tuas spi nis ꝛ linguam nequam noli audire. Et ori tuo facito ostia ꝛ seras auribus tu is:ne forte labaris in lingua tua:ꝛ cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi.

¶xi.Dedicationem templi fecerunt filiī israel sacerdotes leuite ꝛ reliqui filiorū transmigrationis in gaudio. ¶Unde scribitur.j.Esdre.6.Fecerunt autem fi lii israel:sacerdotes ꝛ leuite:ꝛ reliqui fi liorum transmigrationis dedicationeꝫ domus dei in gaudio. ¶Mistice ista ē gratia spiritus sancti ꝛ diuina accepta tio sine qua nemo sanctificatur ꝛ signifi catur in gaudio:Nam opera propter d̄ um cum gaudio animi facta deo sunt ac cepta quia scriptuꝫ est.12.ad Cor.9.hyl larem enim datorem diligit deus. Et p gaudium etiam signatur virtus spiri tus sancti: cuius fructus est gaudium ad Gal.5.Fructus autem spiritus est ca ritas:gaudium. ¶Filii israel sunt An geli nos inspirātes:vel vires aīe memo ria intellectus ꝛ voluntas:Sacerdotes sunt desideria:leuite sunt cogitationes: filii transmigrationis sunt opera bona. Hec omnia in gaudio idest in virtute spiritus sancti ꝛ cum adiutorio diuine gratie dedicant ꝛ sanctificant templum dei in festiuis diebus.

¶12. In dedicatione templi obtulerunt victimas pacificas:vitulos centum: A rietes ducentos:agnos quadringentos ¶Unde scribitur.j.Esdre.6.Et obtu lerunt in dedicatione domus dei vitu los centum:arietes ducentos:agnos q̄ dringentos. ¶Ista est perfecta gratia rum actio de nostra sanctificatione. ¶Nam hostie pacifice offerebātur d̄o gratiaruꝫ actiōes de beneficiis receptis Et ideo per istam oblationē victima rum:gratiarum actio de nostra sancti catione designatur: Per numerum ve ro centenariuꝫ perfectio designatur iux ta illud centuplum accipiet: Et per se ptenarium qui includitur cum cente nario etiam perfectio designatur:Cen

tum enim semel & bis & quatter sum⸗ptum septingenta complectitur: in quo septennarius & centenarius numerus copulantur Post nostram ergo sancti⸗ficationem vel ad nostram sanctificationem faciendam in die festo requiritur perfecta de diuinis beneficiis gratiarũ actio: ¶ Et hoc est contra multos qui grati non sunt: & ideo sanctificari non merentur.

¶.3. In dedicatione templi obtulerunt duodecim hircos pro peccato totius populi israel ¶ Vñ scribitũ .j. esdre. 6. & obtulerunt in dedicatione domus dei hircos caprarum pro peccato totius israel duodecim iuxta numerum tribuum israel: ¶ Ista est perfecta satisfacio pro preteritis peccatis: que est necessaria ad nostram sanctificationem in die festo: Hircus enim oblatus pro peccato offerebatur in satisfactionem delicti commissi. Et per oblationem duodecim hircorum secundum numerum duodecim tribuum: perfecta & completa omnium peccatorum satisfactio designatur: que necessaria est ad nostram sanctificationem in diebus festiuis. ¶ Et hoc est cõtra multos: qui deo & proximo satisfa⸗cere refugiunt: & ideo non sanctifican⸗tur in diebus festiuis.

¶.14. Post dedicationem templi fece⸗runt filii trãsmigratiõis pascha. ¶ Unde scribitur. j. Esdre. 6. Fecerunt autem filii transmigrationis pascha quarta⸗decima die mensis primi: Purificati enim fuerunt sacerdotes & leuite quasi vnus: Omnes mundi ad immolandum pascha vniuersis filiis transmigratio⸗nis & fratribus suis sacerdotibus & sibi. ¶ Mistice post nostram sanctificationem in die festo coquere debemus agnum paschalem vel hedum: & ipsum assare igni: idest passionem domini: & transitum eius per mortem diligentis⸗sime cogitare: & de sanguine eius super vtrunque postem ponere idest super in⸗tellectum nostrum cogitando: & super voluntatem ipsum diligendo. Et in superliminari nostre adorationis ipsum reuerendo: Sic enim scriptum est de immolatione agni paschalis Exo. 12. Immolabitque hedum vniuersa multitudo filiorum israel ad vesperam pasche: & sument de sanguine eius: ac ponent su⸗per vtrunque postem & in superliminari bus domorum. ¶ Hoc autem facere debemus post nostram purificationem: Sicut sacerdotes purificati post tem⸗pli dedicationem immolauerũt pascha. ¶ Et hoc est contra multos qui & si in die festo templum dei dedicent & sancti⸗ficent ad maiora tamen non se exten⸗dunt.

¶.15. Post dedicationem templi filii is⸗rael comederunt pascha. ¶ Unde scribitur. j. Esdre. 6. Et comederunt filii israel qui reuersi fuerant de transmigratione: Et omnes qui se separauerunt a coinquinatione gentium terre ad eos vt quererent dominum deum Israel. ¶ Mistice ista est deuota sumptio eucharistie: Que cõuenienter fit post predictam sanctificationem & sollicitam passionis & sanguinis dominici meditationem: In diebus. n. festiuis precipue frequentanda est deuota sacramẽti diuini susceptio. ¶ Et hoc est contra multos tam clericos & religiosos q̃ seculares: qui huiusmodi sacramẽtũ non sollicite frequentant nec sumunt: & si sumunt non tamen cum debita deuotione.

¶.16. Post predictam templi dedicationem & pasche celebrationem & comestionem filii israel solennitatem azimorum septem diebus. ¶ Unde scribitur. j. Esdre. 6. Et fecerunt solennitatem azimo

rum septem diebus in letitia quoniam letificauerat eos dominus: Et conuerterat cor regis assur ad eos: vt adiuuaret manus eorum in opere domus domini dei israel. ¶ Mistice ista est in bono continuata perseuerantia. Omne enim tempus per septem dierum circulum reuoluitur. ¶ Per hoc ergo ꝙ fecerunt solemnitatem azimorum dieb⁹ septem significatur: ꝙ omnes fideles post suam per penitentiaꝫ sanctificationem: toto vite sue tempore viuere debent in azimis sinceritatis ꝛ veritatis: Nec amplius vesci debent fermẽto malicie ꝛ nequitie. ¶ Et sicut illi fecerunt solemnitatem azimorum in letitia septem diebus: Sic ꝛ christiani toto tempore vite sue deo in azimis sinceritatis seruire debent in letitia ꝛ hilaritate cordis: quia scriptum est in ps̃o Jubilate deo omnis terra seruite domino in leticia: Introite in conspectu eius in exultatione. ¶ Sicut dominus letificauerat filios israel ꝛ conuerterat cor regis assur vt adiuuaret manus eorum in opere domus domini dei israel. Sic deus benedictus letificauit credentes conuertens cor christi iesu regis regum vt adiuuaret manus nostras in opere spiritualis edificii ecclesie catholice quia nobiscum est vsqꝫ ad consumationeꝫ seculi. ¶ Assur enim interpretatur tollens robustũ tollens acerbitatem: sustollens muruꝫ tollens angustiam: plasmatio: directionis negociator: ignis illuminatio: Dirigens: beatus ꝛ gradiens Et ideo significare potest christum regem qui est negociator dans vnicuiqꝫ talenta secundũ propriam virtutem: ipse est directio nostra. Illuminatio nostra quia est lux vera que illuminat omnem hominem ipse venit ignem mittere in terram: ipse nos dilexit ꝛ posuit animam suam pro nobis Jo. x. ipse fuit beatus: quia comprehensor: ipse gradiẽs ante nos per bonum exemplum quia cepit facere ꝛ postmodum docere ipse abstulit a nobis diabolum robustum per suam passioneꝫ Acerbitatem legis seruilis per collationem legis amoris: abstulit muruꝫ ꝛ duriciem peccati per sacramentum baptismi: amouit angustiam diaboli ꝛ babilonice seruitutis. Et contulit nobis munus gratie sue: que nos letificat ꝛ coadiuuat in fabrica spirituali anime rationalis ꝛ ecclesie militantis. ¶ Ex quib⁹ omnibus patet quomodo in diebus festiuis dedicanda ꝛ sanctificanda sit creatura rationalis: ꝛ quomodo post sanctificationem celebranda sit solemnitas azimorum: abstinendo in posteruꝫ a fermento superbie: inuidie: auaritie: luxurie: gule: ꝛ iracundie: O mortales venite ꝛ ascendamus ad montem domini ꝛ docebit nos vias suas: quia de sion exibit lex ꝛ verbum domini de hierusaleꝫ. ¶ Ecce quot mirabilia: quot mistica: quot diuina cõtinentur in sacra scriptura sub littere velamine quasi nuclei saporosi sub cortice duro. Venite ergo ascendamus ad montem domini ꝛ docebit nos vias suas.

¶ De tẽpli dedicatiõe facta a iuda Machabeo ꝛ de nostra in die festo sanctificatione. Cap. 108.

V Enite ascendamus ad montẽ dñi ꝛ docebit nos vias suas. ¶ Scribunt hec verba. i. Macha. 4. Et fecerũt dedicationẽ altaris dieb⁹ octo: ꝛ obtulerũt holocausta cũ letitia: ꝛ salutaria laudis ꝛ ornauerũt facieꝫ templi coronis aureis: ꝛ scutulis: Et dedicauerunt portas:

⁊ pastophoria: ⁊ imposuerunt eis ianu as: ⁊ facta est letitia in populo magna valde: ⁊ auersum est opprobrium gen tium: Et statuit Judas: ⁊ fratres e ius ⁊ vniuersa ecclesia Israel: vt aga tur dies dedicationis altaris in tempo ribus suis ab anno in annum per dies octo: a quita ⁊ vicesima die mẽsis casleu cum letitia ⁊ gaudio. Et edificauerunt in tempore illo montem syon: ⁊ per cir cuitum muros altos: ⁊ turres firmas: nequando venirent gentes: ⁊ conculca rent eum sicut antea fecerunt: Et col locauit illic exercitum vt seruarent euȝ. Et muniuit eum ad custodiendum the saurum: vt haberet populus munitio nem contra faciem idumee Hec ibi.

¶ Notate verba: ⁊ signate misteria.

¶ Quia templum dei edificatum ⁊ de dicatum sub zorobabel: prophanatum contaminatum ⁊ quasi d̃structum fue rat ab Anthioco rege sicut patet. j. Ma cha. 4. Necessarium fuit ipsum per iu dam machabeum rursum sanctificari.

¶ Et est figura nostre sanctificationis ⁊ purgationis in diebus festiuis: ⁊ quia spiritualis dedicatio fieri debet corre spondenter secundum dedicationeȝ ma terialem: Ideo consideranda sunt om nia que ad istam iude machabei dedica tionem concurrunt.

¶ Primo ista templi d̃structi dedicatio facta est in tempore hyemali. ¶ Nam est illa dedicatio templi: de qua dicitur Jo. x. Encennia facta sunt in hierosoli mis ⁊ hyems erat: incipiebat enim hec solemnitas a. 25. die mensis Casleu: cui respondet nouember ⁊ aliquando de cember in parte: prout dicit Lyra. j. ma cha. 4. ¶ Ubi de hoc scribitur ⁊ statu it iudas ⁊ fratres eius et vniuersa ec clesia Israel: vt agatur dies dedicatio nis altaris a quinta ⁊ vicessima die mẽ sis casleu cum letitia ⁊ gaudio. ¶ Mi stice per tempus hyemale: ⁊ frigidum denotatur tempus iniquitatis ⁊ culpe: sicut per ignem calidum status gratie. Nam de frigiditate culpe dicitur Ma the. 24. Quoniam habundabit iniqui tas: refrigescet caritas multorum: De caliditate gratie scribitur Luc. 12. I gnem veni mittere in terram: ⁊ quid vo lo nisi vt ardeat: Tempore ergo hyema li dedicatur templum: quia cum quis se in frigore iniquitatis aduertit ad ca lorem diuine caritatis per penitentie re formationem transferre se debet.

¶ 2. Ista templi dedicatio facta est die bus octo. ¶ Unde scribitur. j. Ma cha. 4. ⁊ fecerunt dedicationem altaris diebus octo. ¶ Mistice per numeruȝ octonarium resurrectio a septem viciis ymo a peccatis omnibus designatur. Sicut enim christus die octauo a mor tuis corporaliter resurrexit: Sic fide lis quisq; ab vniuersis viciis que p sep temnarium designantur: per peniten tie sacramentum resurgens: quasi die octauo spiritualem celebrat resurre ctionem. ¶ Quando igitur quis in die festo a viciorum vniuersitate semet ipsum elongat: quasi septemnarium transiens die octauo templi celebrat de dicationem.

¶ 3. In ista templi dedicatione obtule runt holocausta cum letitia. ¶ Unde scribitur. j. Macha. 4. Et obtulerunt holocausta cum letitia. ¶ Mistice ista est recta intentio: que est primum requi situm ad nostram sanctificationẽ post peccatum: Et ista significatur per holo caustum quia sicut holocaustuȝ erat sa crificium totaliter incensum ad hono rem diuinum Leui. j. Sic intentio no stre sanctificatiõis totaliter debet in de uȝ ⁊ in eius amorem ⁊ honorẽ referri:

¶ Quando ergo in die festiuo templū dei quod sumus nos ab Antiocho deformatum volumus reformare: sanctificare et dedicare: primo debemus deo Holocausta offerre idest intentionem nostram totaliter in deū referre: vt nosmetipsos a peccatis auertamus propter solum amorem et honorem diuinum: quia si intentio fuerit sancta et recta: totum opus nostrum lucidum erit iuxta illud Mat.6. Si occulus tuus simplex fuerit totum corpus totum lucidū erit.

¶ 4. Obtulerūt salutaria laudis. ¶ Unde scribitur .j. Macha. 4. Et obtulerunt salutaria laudis. ¶ Mistice Ista est Gratiarum actio. ¶ Nā fidelis quisqꝫ cupiēs in die festo: semetipsum tanqꝫ templum dei viuum sanctificare et deo dedicare: diuine bonitati gratias agere debet et quia in tot peccatis eum a morte preseruauit et quia ad lumen veritatis et penitentie perduxit: et sic deum benedicere et laudare tenetur. ¶ Ista gratiarum actio et laus diuina salutaris est quia ad eternam ducit salutem dicente ipso deo per os prophete in ps. Sacrificium laudis honorificabit me: et illic iter quo ostendam illi salutare dei.

¶ 5. Ornauerunt faciem templi coronis aureis. ¶ Unde scribitur .j. Macha. 4 Et ornauit faciem templi coronis aureis. ¶ Mistice Ista est volūtatis ad bonum applicatio siue Desiderium boni: ¶ Si enim per templum intelligitur totus homo secundum illud apostoli. j. Cor.3. Templum enim dei sanctum est quod estis vos. Per faciem templi que est pars pulcrior: recte signatur voluntas: que est in homine pars dignior: per coronam vero circularem que et principio caret et fine: deus. Per aurum vero desiderium et amor designantur. Coronis ergo aureis templi facies adornatur: quando voluntas nostra diuinis et celestibus desideriis inflammat. ¶ In diebus ergo festiuis: si dei templum dedicare peroptamus: ac ornemus faciem templi: ponendo in nostra voluntate desiderium dei: Desiderium celestis patrie: Desiderium virtutis et desiderium boni. ¶ Hoc modo adornabat faciem templi propheta quando in ps dicebat: concupiuit aīa mea desiderare: iustificationes tuas in omni tpe.

¶ 6. Ornauerunt faciem templi scutulis. ¶ Unde scribitur .j. Macha. 4. Et ornauerunt faciem templi coronis aureis et scutulis. ¶ Mistice Ista est voluntatis a malo Declinatio seu fuga mali. ¶ Scutula enim sunt arma repulsiua iaculorum et congrue significant fugam mali: et voluntatis a malo declinationem. Et hoc est necessarium ad nostram dedicationem et sanctificationem in diebus festiuis: quia non sufficit desiderium boni: nisi adsit: et odium mali: Et propositum declinandi a malo: Sed requiritur vtrunqꝫ dicente propheta in ps. Declina a malo et fac bonum.

¶ 7. Dedicauerunt portas tēpli. ¶ Unde scribitur .j. Macha. 4. Et dedicauerunt portas. ¶ Mistice Ista est Exteriorum sensuum ad bonum applicatio que neccessaria est ad nostram sanctificationem in die festo. Et congrue exteriores sensus per portas designantur: quia Exterior nostra sensatio nihil aliud est nisi ianua quincupartita secundum augustinum. Per has enim quinqꝫ ianuas trāsit quicquid iteriꝰ ad aīum nostrum ingreditur. ¶ Has ianuas in die festo dedicamus: et sanctificamus: consensus nostros ad bonum applicamus. Uidendo honesta: Audiendo diuina loquendo vtilia: abstinendo ab illicito odoratu: ab illicito gustu: ab illici-

to factu. ¶ Et hoc est contra multos: qui in festiuis diebus sensuum exteriorum portas non dedicant nec sanctificant nec ad bonum applicant sed coinquinant: fedant & ad malum operandũ conuertunt.

¶ .8. Dedicauerunt pastophoria. ¶ Unde scribit̃.j.Macha.4. Et dedicauerunt portas & pastophoria. ¶ Pastophoria prout dicit lira.j.Macha.4. erant quedam domuncule circa atria sacerdotum edificate: in quibus offerentes hostias pacificas comedebant coraȝ domino partem sibi contingentem: naȝ de hostiis pacificis vna pars incendebatur ad honorem diuinũ: Alia cedebat ĩ vsus sacerdotum: Tertia in vsus offerentiũ. ¶ Mistice ista est interiorũ sensuum applicatio ad bonum: que necessaria est ad nostram sanctificationeȝ in die festo. Sensus enim interiores vȝ sẽsus cõis: fantasia: cogitatiua: extimatiua: & memoratiua quasi quedaȝ domũcule sunt: in quibus reseruantur ea que exteriores sensus hauriuntur: In hiis sensibus quasi in quibusdam domũculis comedunt sacerdotes: quia nostra desideria in nr̃is sanctificationibus: cogitationibus: extimationibus & memoriis quasi in quibusdam spiritualibus cibis nutriuntur & requiescũt. ¶ Ista pastophoria dedicantur: qñ in festiuis diebus ad bonum applicant̃: Ymaginãdo fantasiando: cogitando & memorando miseriam vite pñtis propria peccata Exempla sanctorum: christi passioneȝ: mortis horribilitatem: inferni amaritudinem: gloriaȝ paradisi. ¶ Et hoc est cõtra multos qui sic non sanctificant: sed coinquinant.

¶ .9. Imposuerunt Januas in portis: ¶ Unde scribitur.j.Macha.4. Et imposuerunt eis ianuas. ¶ Mistice Ista est sensuum cauta circumspectio Et a malo prouida sensuum declinatio: que necessaria est ad nostram sanctificationem in die festo: ¶ Januam oculis imponimus: cum ab inhonesta visione oculos prudenter amouemus: iuxta illō Auerte oculos meos ne videant vanitatem. ¶ Januam auribus imponim⁹ cum ipsas ab auditu detractionis amouemus iuxta illud Ecci.28. Sepi aurẽ tuam spinis & linguam neq̃ noli audire. ¶ Januam tactui imponimus: cum ipsum a molibus remouemus dic̃tes illud apostoli.j.Cor.7. Bonum est mulierem non tangere. ¶ Januam ori imponimus: cum ipsum a cibis superfluis comprimimus: iuxta illud Ecci.37. Noli esse auidus in omni epulatione & non te effundas super omnem escam: & hoc modo ponũtur ianue sensibus omnibus ne mors peccati per fenestras in animam ingrediatur. ¶ Et hoc precipue faciendum est in diebus festiuis: in quibus dedicandum & sanctificandum est dei templum quod sumus nos Unde scribitur Ecci.28. Ori tuo facito ostia: & seras aurib⁹ tuis: verbis tuis facito stateram: & frenos ori tuo rectos & Attẽde ne forte labaris in lingua. ¶ Et hoc est contra multos: qui in festiuis diebus sensibus ianuas non imponũt.

¶ .x. Facta est letitia in populo magna valde. ¶ Unde scribitur.j.Macha.4. Et facta est letitia magna in populo valde. ¶ Mistice Ista est Gratie diuine infussio: que necessaria est ad nostram sanctificationem & dedicationem in die festo. Sine qua nulla q̃tumuis perfecta operatio: animam sanctificare potest: Et merito significatur per letitiam magna valde in populo: quia per aduentum gratie spiritus sancti in animas totus homo letificatur interius & ex-

terius. Unde dicitur de baptizatis: et gratiam spiritus sancti recipientibus Act.2. Sumebant cibum cum exultatione: et simplicitate cordis: collaudantes deum et habentes gratiam ad omnem plebem. ¶ Quando ergo in festis diebus: facta a nobis debita preparatione: gratiam suam Deus nobis infundit: Tunc dedicatur templum: et leticia magna valde in populo: quia fructus spiritus sunt Caritas: Gaudium: pax ad Gal.5.

¶.xi. Auersum est opprobrium gentium. ¶ Unde scribitur.j. Macha.4. Et auersum est opprobrium gentium: ¶ Mistice Ista est Culpe expulsio: que necessaria est ad nostram sanctificationem in die festo: Et congrue culpa significatur per opprobrium: Quia reddit animam opprobriosam exosam et deo odiosam: quia Odio sunt deo impius: et impietas eius Sapien.14. ¶ Si ergo in festiuis diebus templum dei dedicare et sanctificare satagimus: opprobrium gentium auertamus: expellendo a uobis culpam superbie: inuidie: iracundie: luxurie: gule: accidie: auaritie.

¶.12. Statuerunt vt solemnitas dedicationis predicta Annuatim celebraretur: ¶ Unde scribitur.j. Macha.4 Et statuit Judas: et fratres eius. Et vniuersa ecclesia Israel: vt agatur dies dedicationis altaris in temporibus suis: ab anno in annum per dies octo: a quinta: et vicesima die mensis Casleu cum letitia: et gaudio. ¶ Ista est Sanctificationis: et penitentie Continuatio: Que necessaria est ad perfectam templi dedicationem. ¶ Cuius ratio est: Quia Cum septies in die cadat iustus totiens per penitentiam resurgere dz. ¶ Natura enim humana in radice a primo parente viciata: prona est ad malum Gen.6. Et continue labitur de peccato in peccatum: quia Abissus abissum inuocat: Ideo continue indiget reparatione: et reformatione. ¶ Et ideo Judas: et omnis ecclesia Israel statuerunt vt festum dedicationis annuatim agatur temporibus suis ab anno in annum per dies octo: Quia singulis festiuis diebus nostre sanctificationi: et dedicationi inuigilandum est. Et hoc est contra multos qui in diebus festiuis magis curant de purificandis crinibus q̃ criminibus: De mundandis vestibus q̃ conscientiis. Uenite ergo ascendamus ad montē domini et docebit nos vias suas.

¶ De Celestium contemplatione et omnimoda rationalis creature in festiuis diebus sanctificatione.

Capi.109.

Venite ascendamus ad montez domini: et docebit nos vias suas. ¶ Scribuntur hec verba.j. Macha.14. Et edificauerunt in tempore illo montem Syon: et per circuitum muros altos: et turres firmas: nequando venirent gentes et conculcarent eum sicut antea fecerunt: Et collocauit illic exercitum vt seruarent eum. Et muniuit eum ad custodiendum bethsuram vt haberet populus munitionem contra faciem ydumee: Hec ibi. ¶ Quanta debeat esse veri Israel circumspectio: et purificatio: Quanta sanctimonia: et celestium contemplatio in festiuis precipue diebus figuratiue declaratur in Uerbis assumptis: Nam

¶ Post predictam templi dedicationē iudas & filii israel fecerunt aliqua nota bilia non tacenda prout declaratur im mediate .j. Macha. 4.

¶ Primo edificauerunt montez Syon. ¶ Unde scribitur .j. Macha. 4. Et edificauerunt in tempore illo Montem Syon. ¶ Ista est contemplatio respectu supernorum & diligendoruz: Syon enim specula aut speculum siue speculatio interpretatur: & significat supernorum contemplationem: que congrue designatur per montem propter eius eminentiam: & altitudinem. ¶ Post nostram autem in die festo sanctificationem & dedicationem: edificare debem⁹ montem syon: quia contemplationi celestium & supernorum per desiderium vacare debemus. ¶ Montem autē syon edificamus: quando de gradu in gradū ascendendo & contemplando proficim⁹. Montem syon edificamus quando a contemplatione sensibilium & exteriorum ascendimus ad contemplationem nostrorum intelligibilium & interioruz A nostris interioribus ad contemplationem christi. Ab illa ad contemplationem supernorum spirituum: Ab illa ad contemplationem diuinitatis: a contemplatione diuinitatis ad contemplationē diuinarum personarum: Tunc enī edificamus simul & ascendimus ad montem domini: & ad domum dei Jacob. Et hoc faciendum est post nostram sanctificationem eleuando amorem & desiderium ad celestia & diuina postq̄ʒ resedimus per peccatuz in terrenis iuxta illud ps. Surgite postq̄ʒ sederitis.

¶ 2. Edificauerunt muros altos per circuitum montis syon. ¶ Unde scribit .j. Macha. 4. Et edificauerunt per circuitum scilicet montis sion: muros altos. ¶ Mistice ista est prudentia & circumspectio circa inferiora & contemnenda & dispensanda: Que cōgrue per muros altos designatur: quia sicut muri alti circumdando muniunt: & protegunt fortalicium & arcem: Sic prudentia & circumspectio circa inferiora dispensanda & contemnenda montem nostre contemplationis protegunt: & defendunt. Unde necessariū est vt qui montem cōtemplationis celestis edificat: muros prudentie & circumspectionis circumponat circa inferiora ne ab ipsis implicetur. ¶ Unde dicit Paulus ad Ephe. 5. Uidete itaq̄ʒ fratres quō caute ambuletis: non quasi insipientes sed vt sapiētes: redimētes tempus: qm̄ dies mali sunt: propterea nolite fieri imprudentes sed intelligentes que sit voluntas dei: & nolite inebriari vino in quo est luxuria.

¶ 3. Edificauerūt turres firmas. ¶ Unde scribitur .j. Macha. 4. Et edificauerunt per circuitum muros altos & turres firmas: ne qn̄ venirent gētes & conculcarent eū sicut antea fecerūt. ¶ Mistice ista est speculatio circa exteriora & nociua sicut sunt demones insidiantes: & vicia insurgentia. Turres enim sunt alte & firme: per altitudinem turrium excellens speculatio & circumspectio designatur: per firmitatem vero fortis resistentia: Que duo neccessaria sunt contra vicia & demones insidiantes: Ne iterum veniant & conculcent montem nostre contemplationis sicut antea fecerunt. ¶ Ad istas turres altas faciendas contra demones insidiantes: nos admonet Petrus apostolus dicens .j. Petri. 5. Sobrii estote & vigilate: quia aduersarius vester diabolus: tanq̄ʒ leo rugiens: circuit querens quem deuoret cui resistite fortes in fide.

¶ 4. Collocauerunt exercitum in montem syon

tem syon ad seruandum eum. ¶ Unde scribitur .j. Macha. 4. Et collocauit illic exercitum vt seruarent euz scʒ montem syon. ¶ Mistice ista est collectio ⁊ congregatio intentionum: Cogitationū ⁊ desideriorum in vnum solum montem contemplationis: Colligende enim ⁊ congregande sunt omnes ⁊ corporis ⁊ anime vires in vnum solum deum diligendum: Contemplandum ⁊ reminiscendum. Et talis desideriorum ⁊ cogitationum congregatio montem nostre contemplationis conseruat. Ne ab inimicis conculcetur ⁊ diruatur. ¶ De tali congregatiōe dicit Ber. in li. De amore dei cogitationes: intentiones: voluntates: affectiones ⁊ omnia iteriora mea. venite ascendamus in montē vbi deus vidit vel videtur: hec ille.

¶ 5. Munierunt montem syon ad custodiendum Bethsuram. ¶ Unde scribitur .j. Macha. 4. Et muniuit euz ad custodiendam Bethsuram. ¶ Mistice Ista est sapientie salutaris ⁊ virtutum omnium multiplicatio: nam munitio materialis que fit in aliquo fortalicio est triplex. ¶ Aut enim pertinet ad corporis sustentationem sicut est cibus potus vestimentum. ¶ Aut ad inuasionez ⁊ sic sunt arma inuasiua. ¶ Aut ad defensionem ⁊ sic sunt arma defensiua.

¶ Nostra ergo contemplatio ⁊ portio superior quasi mons syon muniēda est cibo ⁊ potu sapientie salutaris verbi diuini quod est cibus anime Math. 4. Non in solo pane viuit homo sed in omni verbo q̄d procedit de ore dei. ¶ Munienda est armis offensiuis prout sunt Orationes: Ieiunia: Elemosine: Sancte meditationes: Cogitationes: Desideria ignita: Exhortationes: Exempla bona: Predicationes: Dilectio dei ⁊ proximi. Ista enim omnia diabolum vulnerant cruciant ⁊ occidunt. Similiter Contritio: Confessio ⁊ Satisfactio. ¶ Munienda est etiam armis defensiuis: prout sunt: Patientia: Continentia: paupertas: Humilitas: Mansuetudo: Fortitudo ⁊ huiusmodi: que sunt nobis scutum contra demonis ⁊ mundi temptationes. Et he munitiones faciende sunt ad custodiendam Bethsuram .i. animam rationalem que est domus fortitudinis: Bethsura enim interpretaē domus fortitudinis ei⁹.

